# CALLIMACHEA

EDIDIT

OTTO SCHNEIDER.

VOL. II.

FRAGMENTA A BENTLEIO COLLECTA ET EXPLICATA, AB ALIIS AUCTA. ACCEDUNT COMMENTATIONES ET INDICES TRES.

LIPSIAE,
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXIII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

# CALLIMACHI FRAGMENTA.

Callimachi fragmenta operum, quae immensae doctrinae egregiaeque artis documenta fuerunt, dum colligere emendare explicare et quantum poterit digerere aggredimur, animus paene totus est in admiratione eximiae Richardi Bentlei industriae defixus, quippe qui post tumultuariam Bonaventurae Vulcanii, Annae Fabri filiae, Ezechielis Spanhemii operam tanta cura etiam ex latebris maxime reconditis conquisiverit haec frustula conquisitaque tanta arte explicaverit, ut non solum de hoc poeta optime meritus sit, sed omnibus qui in simili argumento tractando desudabant facem praetulisse videatur. A Bentleio autem non tam omissa, quod raro factum, quam non inventa, quoniam post eius memoriam demum innotuerunt, laudabiliter supplevit Joannes Augustus Ernesti Ruhnkenii maxime usus auxilio qui vel ex libris recens vulgatis vel ex grammaticis tum nondum editis, quos multos tractaverat, nova Callimachi fragmenta Ernestio suppeditavit plurima. Verum his viris longissime cessit Blomfieldus qui, ut fragmentorum Callimacheorum numerum abunde auxisse videretur, praeter pauca quaedam ex novis fontibus petita multa etiam in ordinem recepit quae apertis verbis veteres testes Callimacho non vindicant, huic autem poetae ascribenda esse iam alii viri docti existimaverant sola coniectura ducti. Melius autem alia ratione de Callimacho meruerunt, quamquam etiam in novis afferendis fragmentis non plane ἀσύμβολοι abeuntes, Ludovicus Casp. Valckenaer, Philippus Buttmann, Ferdinandus Naeke, Alphonsus Hecker, J. Rauch, Carolus Dilthey, Curtius Wachsmuth propria illi laude sua minime defraudandi. sed multi dum singulorum quorundam operum dispositionem suspicione assequi conantur carminumque aliquot

velut prima stamina aperire student quibus subtemina sua poeta inseruerit, saepe uti non poterant externo aliquo firmamento quo secure inniti velis, et nonnunquam ingenio ipsi suo tribuebant plurimum, ut ingenii quidem egregios lusus non semel admirere, in re ipsa autem parum profectum esse dicas. Quae viam nobis praemonstrare videbantur quam in edendis Callimachi fragmentis ipsi ingrederemur. Exorsi enim a Bentlei collectione, cuius vel unam perire sententiam nefas duximus, numeros eius retinuimus additisque Ernestii aliorumque et nostris fragmentorum supplementis continuavimus, Bentleianis ubi opus erat correctis et suppletis atque interposita nostra de singulis Callimachi libellis disputatione iisque quae de totorum librorum forma aut de singulorum fragmentorum sede et interpretatione certo dici poterant adiectis, quibus tamen ea quoque subiecimus quae testimoniorum certa fide carentia alii vel plane hariolati erant vel certe probabiliter et ingeniose coniecerant huc pertinere.

Hanc igitur viam inituri auspicamur ab enumeratione operum Callimacheorum quam Suidas habet, non plenam quidem illam neque ex omni dubitatione exemptam, sed qua tamen nemo veterum nobis dedit pleniorem.[1]) Sic autem
1 edidit Bernhardy vol. II, 1 p. 45 seq. *ἔστιν αὐτῷ τὰ γεγραμμένα βιβλία ὑπὲρ τὰ ώ. — τῶν δὲ αὐτοῦ βιβλίων ἐστὶ καὶ ταῦτα. Ἰοῦς ἄφιξις, Σεμέλη, Ἄργους οἰκισμοί, Ἀρκαδία, Γλαῦκος, Ἐλπίδες, Σατυρικὰ δράματα, Τραγῳδίαι, Κωμῳδίαι, Μέλη, Ἶβις· ἔστι δὲ ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν εἴς τινα Ἶβιν, γενόμενον ἐχθρὸν Καλλιμάχου, ἦν δὲ οὗτος Ἀπολλώνιος ὁ γράψας τὰ Ἀργοναυτικά· Μουσεῖον, Πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν, ἐν βιβλίοις κ´ καὶ ρ´, Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ᾽ ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων, Πίναξ τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων, Μηνῶν προσηγορίαι κατὰ ἔθνος καὶ πόλεις, Κτίσεις νήσων καὶ πόλεων καὶ μετονο-*

[1]) Quae sequitur de Callimachi operum tabula apud Suidam commentatio pridem fuit a nobis edita in Programmate gymnasii Gothani 1862, qua disputationi de Callimachi fragmentis praeluderem. ea destinatum olim sibi locum quum hic flagitare videretur, typis repetendam curavi correctam et suppletam ubi opus erat, praesertim quum etiam nunc expeti a doctis viris cognoverim.

μασίαι, Περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν, Περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμασίων καὶ παραδόξων, Περὶ μετονομασίας ἰχθύων, Περὶ ἀνέμων, Περὶ ὀρνέων, Περὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ποταμῶν, Θαυμάτων τῶν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν κατὰ τόπους ὄντων συναγωγή. Habet haec etiam Eudocia, quae ex eodem fonte ut saepe fecit Violarium suum irrigare hic volebat, p. 269., nisi quod paululum variato ordine praeter Ibin omisit etiam haec: πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους κ. ἀπ. ἀ. γ. διδασκάλων, περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν, περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰτ. θαυμασίων καὶ παραδόξων. Nimirum noluit prudens mulier in eandem quam Suidas incurrere reprehensionem. ecquis enim non increpet stuporem hominis, qui non solum una cum tabula τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων memoraverit ἀναγραφὴν τῶν διδασκάλων (i. e. poetarum scenicorum et dithyrambicorum), sed etiam libro περὶ τῶν ἐν οἰκουμένῃ ποταμῶν alieno loco addiderit syntagma περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν, item praeter συναγωγὴν θαυμάτων τῶν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν κατὰ τόπους ὄντων praepostere etiam librum περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμασίων καὶ παραδόξων nominaverit? Vel haec profecto ita sunt comparata, ut, sive ipse hanc tabulam composuit Suidas sive ab alio quopiam in hunc modum compositam descripsit, propter nimiam istam negligentiam et inscitiam non tantum auctoritatis tabula habere videatur, quam tuto sequare. Sed ne quid dissimulem, tertium restat hoc, ut ab homine aliquanto vetustiore et doctiore quam Suidas fuit tabula prudenter et curiose scripta, ab isto inepte et negligenter descripta putetur esse. Quod si fuerit, non erit cur fidem denegemus tabulae, modo demonstrari simul possit in omni ista incuria et stultitia Suidam via tamen ac ratione processisse. nam detecta ratione qua usus est in depravando indice simul via patefacta erit ad emendandum. Atque haec ita esse liquido putamus demonstrari posse.

Ac primum quidem non ipsum Suidam hanc librorum Callimacheorum tabulam composuisse vix cupiat sibi demonstrari qui probe cognitum habet qua ratione quibusve usus auxiliis Suidas grande istud volumen confecerit. qui nondum II
habet, vel ei tamen facillime poterit persuaderi nullum umquam Callimachi librum suis oculis vidisse et legisse Suidam,

quo efficitur ut tabulam illam ipse composuisse videri non possit. Quum enim septuagies locis Callimacheis usus sit, inter hos locos primum XXII vel XXIV sunt quos ab aliis quoque videmus usurpatos iisque quorum copiis Suidam multum profecisse ita constat ut nulla possit vel levissima esse dubitatio. velut ex scholiis Aristophaneis, quae diligenter tractans Suidas impudenter despoliavit (cf. Godofredi Bernhardy Comment. de Suidae lex. p. XLVII.), descripsit fragmentum 41. indidem descripsit fr. 42. 82 c. 92. 216. 227. 232. 279., item hymn. in Iov. 39 (Suid. s. ἀγορανομίας coll. schol. Acharn. 724.). Deinde ex scholiis Sophocleis, quae et ipsa Suidas studiose legit et excerpsit (cf. Bernhardy l. l. p. XLVIII.), desumpsit fr. 83. 124. 142. 210. 273. 290 (Suid. s. ἑλικώτατον ὕδωρ coll. schol. novit. Aiac. 374., nisi hic potius schol. Hom. Il. I 98. II 825. secutus est). Tum e scholiis Homericis — nam his quoque ille utebatur. cf. Bernh. p. XLIX — manarunt fr. 46. 290 (de quo etiam aliter statui posse modo diximus). 308. 428. Tum ex Harpocratione habet fr. 1., ex Athenaeo fr. 50., ex Constantini Cephalae Anthologia Epigr. 2, 2 (Suid. s. λέσχη) et Epigr. 26, 5 (Suid. s. ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς, nisi de hoc aliter statuendum propter Photii memoriam, Lex. p. 618., Pors. = II, p. 238 Nab.). nam etiam hos legit Suidas. conf. Bernh. p. XLIII., p. LIV., p. LX. — Sed de Photio, quocum communia sunt Suidae quae hic habet s. Φάσηλις (fr. 102[a]), et s. ἆ ἆ (fr. 323.) disceptari potest ipsumne Suidas patriarcham legerit et exscripserit, quod Bernhardy l. l. p. XLIV. et Cobetus in Mnemosyn. IX p. 413 seq. putabant, an eundem atque ille auctorem secutus sit, quae Mauricii Schmidt sententia fuit in Iahnii annal. vol. LXXXI et LXXXII, p. 481 seqq.

Rursus alii sunt loci Callimachei numero XVII quos praeter Suidam habet etiam Etymologicum quod dicitur Magnum. cuius auctor quum non transcripserit Suidam — nam saepe quae Etym. Magn. habet multo sunt doctiora —, quis dubitet quin uterque ex eodem fonte hauserit in multos illo rivulos per saecula diducto, praesertim quum iisdem poetae locis passim etiam alii usi sint grammatici et videatur usus esse Hesychius, qui interdum omisso Callimachi loco et nomine eam tamen glossae formam posuit quam apud poetam induerat,

ut ἄλλικα habet e fr. 149., ἐκόησεν e fr. 53., κολουραίῃ (ita enim corrigendum) e fr. 66., quae a lexicographis doctissimis, unde Hesychius pendet, sine dubio Callimacheorum locorum testimonio firmata erant. Sed omnes illos apponamus locos Suidae et Etymologico Magno communes: fr. 44. fr. 51. fr. 53. fr. 66. fr. 110. fr. 131. fr. 149. fr. 178 (Suid. s. λάκτιν, quem Bentl. omisit, coll. Hes. s. λάκτις). fr. 182. fr. 184. fr. 238. fr. 245. fr. 249. fr. 307. fr. 338. fr. 459. hymn. in III
Iov. 59 (ap. Suid. s. ἐπιδαίσιος οἶκος coll. Zonar. p. 791, Etym. Magn. p. 358, 43., Gudian. p. 199, 11., Cramer. Anecd. Oxon. II p. 434.). — Quae autem inter Suidam et Etymologici auctorem intercedit ratio, eadem ad scholiastam Pindari pertinere videtur a quo servatum fragm. 48 attingit Suidas s. παναρκέος, sed attingunt etiam grammatici multi, unde conicias hoc fragmentum in grammaticorum scholis celebratum fuisse. idem cadit in fr. 84 et fr. 311. atque ea quoque quae cum scholiasta Apollonii Rhodii communia Suidae sunt, fr. 49. et 59., ex eodem uterque hausisse videtur fonte. ac vide Hesych. s. σῦφαρ et s. στάδιος χιτών.

Enumeravimus Callimachi locos XLVI ab aliis etiam praeter Suidam adhibitos quos hunc aliorum debere industriae partim certissimum est, partim admodum probabile. Qua in re si quando Suidas integriores quam reliqui locos apposuit — quamquam saepe etiam habet minus integros —, non mirum hoc, quum Suidae credibile sit puriores ac largiores manasse fontes quam sunt quibus nos hodie utimur, postquam insequentium saeculorum languor et socordia largissimas veterum grammaticorum copias omittendo coartando discerpendo ad hanc exilitatem redegit, mox ingruens undique barbaries vel harum reliquiarum magnam partem sivit interire. Quod qui consideraverit ne iis quidem glossis, quas Callimacho Suidas vindicat solus, alii autem lexicographi afferunt poetae testimonio non apposito, in hunc modum voluerit abuti, ut inde quidem apparere dicat Suidam integra Callimachi opera tractasse. Atque obstant interdum rationes sane quam graves. velut solus quidem Suidas Callimachi versus frustulum servavit hoc (fr. 429.): τοῦτο γὰρ αὐτῇ κωμῆται κάλεον περιαγέες, addens κωμήτας esse γείτονας. at quum Photius quoque habeat glossam hanc: κωμήτης, γείτων —, non dubium est quin

uterque usus sit Aelii Dionysii copiis, cuius λεξεων plurimas inesse Photii et Suidae lexicis, item Συναγωγῇ λέξεων χρησίμων in Bachmanni Anecdot. I p. 3 (cf. Bekker. Anecd. I, p. 1) docte nuper demonstravit Cobetus in Mnemosyn. X p. 50 seqq. (add. Naber. Prol. in Phot. Lexic. p. 24 seqq.), postquam de Photio dudum idem monuerunt Meineke ad Menandr. p. 278. et Ritschl de Oro et Orione p. 34. Schmidt. Quaest. Hesych. p. CI et p. XCI. Idem iudicandum de fr. 299 (coll. Phot. s. σέβας—ἔκπληξις et auct. Συναγωγῆς λ. χρ. p. 362, 18.). fr. 303 (coll. Phot. s. περιδέξιος, ὁ καὶ τῇ ἀριστερᾷ ἐργαζόμενος, et Συναγ. p. 337, 30). fr. 350 (coll. Phot. s. Μαραθών). fr. 511 (coll. Phot. s. κωλιάς). porro idem statuendum de fr. 302 (coll. Συναγ. p. 202, 8.), de fr. 304 (coll. Συναγ. p. 140, 15. nam erravit Suidas quum scriberet ἀράχνη, θηλυκῶς τὸ ὕφασμα· Καλλίμαχος· ἔργον ἀράχνα, non intelligens ille ἀράχνα genetivum esse nominis ἀράχνης. praeterea in Συναγ. fortasse pro παρὰ Καλλιοῖς non παρὰ Καλλίᾳ, sed παρὰ Καλλιμάχῳ scribendum quae nomina permutantur etiam in schol. Apoll. Rhod. III 41.), postremo de fr. 313 (coll. Συναγ. p. 242, 11.). Sequantur aliquot Callimachi glossae a Suida allatae, quae ἀδεσπότως feruntur apud Hesychium: fr. 288 (coll. Hes. s. ἄστυρον). fr. 289 (H. s. δανά). fr. 301 (H. s. ἀπ' οὔατος). fr. 309 (H. s. γέντα). fr. 310 (H. s. ἐλελεῦ). fr. 312 (H. s. ἐπικλινής). fr. 339 (H. s. ἀμιθρεῖν). fr. 340 (H. s. ἀπεστώ). fr. 345 (H. s. νωσάμενος). Lavacr. Pallad. 87 (Suid. s. ἄλαστε coll. Hesych. s. v., nisi hic quidem Suidas ex schol. Hom. Il. XXII 261. hausit nostris aliquanto plenioribus).

Ergo haec quoque quis affirmaverit ipsum potius Suidam invenisse integra legentem Callimachi opera quam aliis qui legerint accepta referre? Iam restant Callimachi loci VI, quorum praeter Suidam alium quemquam mentionem vel levissimam fecisse demonstrari hodie nequit, fr. 43. 71. 144. 344. 427. et hymn. in Del. 305 (cf. Suid. s. Ὠλήν). Quamquam vel hic numerus imminuendus etiam est. nam fr. 71. ex deperdito Aeliani de providentia libro excerptum esse iure statuunt (cf. Bernhardy II, 2. p. 757.), et quae sub Ὠλήν Suidas habet ad historiam literariam pertinent, in qua enarranda quem auctorem Suidas secutus sit postea docebimus.

Ex quatuor autem quae relinquuntur fragmentis si quis probare voluerit ab ipso Suida Callimachi opera esse lecta, quot putabit sibi assensuros esse? Certe nemo assentietur, nisi si IV
prius probabiliter demonstratum sit, qui fieri potuerit, ut, quum multo plura reliquis omnibus grammaticis Suidas legerit scilicet Callimachi opera, tamen inde fere non attulerit nisi quae apud illos quoque legantur. Et ut hymnos Suidas legerit, quorum, si voluisset, potuit ei copia esse, quum hodieque supersint, — ut legerit Hecalen et Aetia, quae ad Anastasii certe imperatoris tempora perdurarunt (cf. Suid. s. *Μαριανός*), — quis Suidam credat oculis suis vidisse et in tabulam rettulisse *'Ιοῦς ἄφιξιν, Σεμέλην, Γλαῦκον, Μουσεῖον*, tot alia Callimachi opera, quorum praeterquam in tabula illa nullum vel tenuissimum apud alios scriptores vestigium extat, ut mature videantur e doctorum hominum manibus memoriaque excidisse atque interiisse?

Quibus omnibus adducimur, ut ab antiquo aliquo grammatico operum Callimacheorum tabulam compositam, a Suida autem perverse excerptam putemus. excerptam dixi, non descriptam. aliter enim intelligi nequit quomodo factum sit, ut praeter alia in illa tabula desiderentur *ἐλεγεῖα*, quo in genere olim princeps habebatur Callimachus, tum *Αἴτια*, *'Εκάλη*, alia, quorum item apud veteres magna laus erat et frequens memoria. [1]) Sed quamvis prave Suidas in excerpendo versatus sit, vel sic tamen de integrae tabulae forma quaedam haud indigna scitu neque inutilia assequi coniectura possumus. Fuit enim secundum literarum ordinem sive *κατὰ στοιχεῖον*, ut veteres loquuntur, composita, non ita tamen, ut omnium deinceps vocum elementorum, sed unius primae literae ut ratio habita sit. Ita conformatum fuisse Helladii lexicon constat, quod Photius Biblioth. cod. 145. dicit *οὐ κατὰ πάσας*

---

[1]) Didericus Volkmann, de ceteris mihi assentiens, in Quaestionib. alter. de Suidae Biographicis (quae leguntur in Philologorum Bonnensium symbolis quibus Ritschelio gratulabantur) p. 717 seqq., quod in Suidae tabula omissa sint hymni, elegiae, Aetia, Hecale ita explicat p. 725, quod Suidae *βίος Καλλιμάχου* una cum tabula operum praemissus olim praefationis instar fuerit codici vel editioni alicui, ubi ista carmina coniunctim scripta fuerint, ut recte dici potuerit: *τῶν δὲ αὐτοῦ βιβλίων ἐστὶ καὶ ταῦτα.*

*τὰς συλλαβὰς τὴν τοῦ στοιχείου τάξιν φυλάττειν, ἀλλὰ κατὰ μόνην τὴν ἄρχουσαν.* deinde ita conformatas habemus etiamnunc Erotiani glossas Hippocrateas, Moeridis *λέξεις Ἀττικῶν καὶ Ἑλλήνων*, Theoduli sive Thomae Magistri eclogam vocum Atticarum, Orionis Thebani etymologicon, alia lexicographorum opera (cf. Ritschl. praef. ad Theodul. p. XVI.). Porro eadem lege Athenaeus VII p. 282 seqq. e Pamphilo (cf. Schmidt. Quaest. p. CLXXII) composuit piscium indicem, XI p. 782 seqq. catalogum vasorum potatoriorum, et ut aliis omissis addam quae magis ad rem pertineant, ad eandem normam habemus Aeschyli dramatum indicem factum in scholiis Mediceis p. 9. Dind., item Euripidis in marmore Albano (cf. Welckeri Tragodumen. I p. 444. et Boeckhii Corp. Inscript. Graec. III p. 831.), item librorum Theophrasteorum indicem qui extat apud Diogenem Laert. V, 424-8., de quo accurate disputavit Usener, Analect. Theophrast. p. 13 seqq., item tabulas scriptorum a Stobaeo excerptorum factas a Photio, Biblioth. cod. 187, p. 114 seq. Bekk., item tabulas scriptorum de agricultura quas fecit Varro de re rust. I 1 coll. Columell. I 1, et quem Plautinarum fabularum indicem idem Varro fecit. cf. Ritschl. parerg. Plaut. I p. 391. Sed omnium maxime cum nostra causa coniunctum hoc est, quod etiam aliorum aliquot scriptorum indiculos operum qui apud Suidam leguntur eadem lege compositos habemus. Velut s. *Λυκόφρων* haec legimus apud Suidam: — *εἰσὶ δὲ αἱ τραγῳδίαι αὐτοῦ Αἰόλος, Ἀνδρομέδα, Ἀλήτης, Αἰολίδης, Ἐλεφήνωρ, Ἡρακλῆς, Ἱκέται, Ἱππόλυτος, Κασσανδρεῖς, Λάιος, Μαραθώνιοι, Ναύπλιος, Οἰδίπους ά, β', Ὀρφανός, Πενθεύς, Πελοπίδαι, Σύμμαχοι, Τηλέγονος, Χρύσιππος.* et s. *Φιλοκλῆς Πολυπείθους: — ἔγραψε τραγῳδίας ϱ', ὧν ἐστι καὶ ταῦτα· Ἠριγόνη, Ναύπλιος, Οἰδίπους, Οἰνεύς, Πρίαμος, Πηνελόπη, Φιλοκτήτης.* et s. *Ἀριστοφάνης: — δράματα αὐτοῦ μδ'. ἅπερ δὲ πεπράχαμεν* (i. e. „hodieque legimus". cf. Meinek. Comic. Graec. I p. 560.) *Ἀριστοφάνους δράματα ταῦτα, Ἀχαρνεῖς, Βάτραχοι, Εἰρήνη, Ἐκκλησιάζουσαι, Θεσμοφοριάζουσαι, Ἱππεῖς, Λυσιστράτη, Νεφέλαι, Ὄρνιθες, Πλοῦτος, Σφῆκες.* quae propterea etiam memoria dignissima sunt, quoniam aperte docent non ipsum Suidam hos composuisse indiculos. Qui quum in toto condendo lexico ea lege usus sit, ut non vulgarem et ab omnibus re-

ceptum literarum ordinem sequatur, sed glossas secundum leges *ἀντιστοιχίας* ordinet, cuius haec est ratio, ut ex sonorum affinitate et ad docendam vocum rectam pronuntiationem hoc se ordine literae excipiant: *α, β, γ, δ, αι, ε, ζ, ει, η, ι, θ, κ, λ, μ, ν, ξ, ο, ω, π, ρ, σ, τ, οι, υ, φ, χ, ψ* (cf. Bernhardy Comm. de Suid. lex. p. XXXVI seqq.) —, non est credibile in eius modi condendis operum indiculis Suidam a consuetudine sua recessurum et *Εἰρήνην* positurum fuisse ante *Ἐκκλησιαζούσας*, et *Θεσμοφοριαζούσας* ante *Ἱππεῖς*, item in Lycophronis tragoediarum indice *Αἰόλου* ante *Ἀνδρομέδαν*, et *Οἰδίπουν* ante *Ὀρφανόν*, aut in Philoclis dramatum tabula *Οἰδίπουν* et *Οἰνέα* ante *Πρίαμον*. Ab eodem autem auctore V
cui illa Suidas debet etiam hos indiculos factos putabimus, qui et ipsi *κατὰ στοιχεῖον* compositi sunt: Suid. s. *Ζήνων· — ἔγραψεν Ἐρίδας, Ἐξήγησιν τῶν Ἐμπεδοκλέους, πρὸς τοὺς Φιλοσόφους, περὶ Φύσεως*. et s. *Κηφισόδωρος· — ἔστιν αὐτοῦ τῶν δραμάτων Ἀντιλαΐς, Ἀμαζόνες, Τροφώνιος, Ὗς*. et s. *Κλεοφῶν· — τῶν δραμάτων αὐτοῦ Ἀκταίων, Ἀμφιάραος, Ἀχιλλεύς, Βάκχαι, Δεξαμενός, Ἠριγόνη, Θυέστης, Λεύκιππος, Περσίς, Τήλεφος*. et s. *Κράτης· — δράματα αὐτοῦ εἰσιν ζ, Γείτονες, Ἥρωες, Θηρία, Λάμια, Πεδῆται, Σάμιοι·* et s. *Πλάτων Ἀθηναῖος, κωμικός· — δράματα αὐτοῦ κη' ταῦτα· Ἄδωνις, Ἀφ' ἱερῶν, Γρῦπες, Δαίδαλος, Ἑορταί, Ἑλλὰς ἢ Νῆσοι, Εὐρώπη, Ζεὺς κακούμενος, Ἰώ, Κλεοφῶν, Λάιος, Λάκωνες ἢ Ποιηταί, Μέτοικοι, Μύρμηκες, Μαμμάκυθος, Μενέλεως, Νῖκαι, Νὺξ μακρά, Ξάνται ἢ Κέρκωπες, Περιαλγής, Ποιητής, Πείσανδρος, Πρέσβεις, Σοφισταί, Συμμαχία, Σκευαί, Σύρφαξ, Ὑπέρβολος, Φάων*. et s. *Φόρμος· — ἔγραψε δράματα ζ', ἅ ἐστι ταῦτα· Ἄδμητος, Ἀλκίνους, Ἀλκυόνες, Ἰλίου πόρθησις, Ἵππος, Κηφεὺς ἢ Κεφάλαια, Περσεύς*.

Verum in his vel transcribendis vel excerpendis qua Suidas utebatur diligentia et accuratione, ab ea longissime aberat, Callimacheorum operum indicem quum excerpebat. Nihilo tamen secius vel nunc quis non agnoscat eandem istam de qua modo diximus ordinandorum titulorum legem in horum certe librorum Callimacheorum ordine: *Ἰοῦς ἄφιξις, Ἄργους οἰκισμοί, Ἀρκαδία, Γλαῦκος, σατυρικὰ δράματα, Ἶβις, Μουσεῖον, Πίνακες τῶν — διαλαμψάντων κ. τ. λ., Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν — διδασκάλων, Πίναξ τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν κ. τ. λ., μηνῶν προσηγορίαι, κτίσεις*

*νήσων καὶ πόλεων κ. τ. λ., περὶ τῶν — ποταμῶν, περὶ τῶν — θαυμασίων καὶ παραδόξων.* nam quod in *Ἄργους οἰκισμοί* e prima voce, ex altera in *Ἰοῦς ἄφιξις* et in *μηνῶν προσηγορίαι* statuimus pendere ordinem, fortasse non sine causa cuipiam videar dicere in *ἄφιξις, Ἄργους, προσηγορίαι* principalem esse tituli vim, unde iure pendeat ordo. quamquam a tanta subtilitate veteres *πινακογράφους* invenio fuisse alienos. velut qui Theophrasti librorum indicem *κατὰ στοιχεῖον* concinnavit (cf. Diogen. Laert. 5, 42 seqq.) *ἐπιτομὴν τῆς Πλάτωνος πολιτείας* non posuit s. $\bar{\pi}$, sed s. $\bar{\varepsilon}$, quamquam *ἀναλυτικῶν ἐπιτομήν* habet s. $\bar{\alpha}$, *νόμων ἐπιτομήν* s. $\bar{\nu}$, *περὶ φυσικῶν ἐπιτομήν* s. $\bar{\varphi}$, et ne quis eum primae cuique titulorum voci praecipuam tribuisse vim dicat, ipse cavit titulo qui est *περὶ παιδείας βασιλέως* posito s. $\bar{\beta}$, et qui est *περὶ ἑτεροφωνίας ζώων τῶν ὁμογενῶν* posito s. $\bar{\zeta}$, ut in his non rationem, sed arbitrium regnasse appareat. cuius rei hoc quoque documentum est, quod supra Platonis fabulam *Ἀφ' ἱερῶν* (i. e. *αἱ ἀφ' ἱερῶν γυναῖκες*) s. $\bar{\alpha}$ positam videmus. Eodem autem iure dicam an arbitrio et libidine Callimachi *περὶ τῶν — θαυμασίων καὶ παραδόξων* libros s. $\bar{\pi}$, non s. $\bar{\vartheta}$, et *κτίσεις νήσων καὶ πόλεων* s. $\bar{\pi}$, non s. $\bar{\nu}$ collocatos censebimus, cui rei congruens est quod postea videbimus, Timesithei tragoediam quae inscripta erat *Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης* apud Suid. s. *Τιμησίθεος* in tabula non s. $\bar{\kappa}$, sed s. $\bar{\pi}$ collocatam, quoniam potior, opinor, videbatur Pollux, nam *Κάστωρ μὲν θνητός, θανάτου δέ οἱ αἶσα πέπρωται, Αὐτὰρ ὅ γ' ἀθάνατος Πολυδεύκης, ὄζος Ἄρηος*. ac vide Callim. fragm. 71, 4 *οὐδ' ὑμέας, Πολύδευκες κ. τ λ.* quamquam apud alios Castor ita praevaluit, ut fratrum par Castores appellarentur, velut a Plinio hist. nat. V 86. X 121. XXXIV 23. XXXV 27, 71, 93. Postremo quum, si quis hoc forte nesciat, *δράματος* nomen ad tragoedias etiam et comoedias pertineat, mirum non est quod tria haec genera iunctim posita videmus. -- Tametsi autem in his excerpendis titulis Suidas literarum ordinem servavit, tamen et turbasse eum videtur quum illis *Σεμέλην, Ἐλπίδας, μέλη* alieno loco interponeret, et post librum qui *περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμασίων καὶ παραδόξων* inscribitur titulos quosdam voluit extra ordinem vagari, quorum partem ob aliam quoque causam habere

quo offendant initio diximus. Utrumque igitur genus contumax et refractarium videamus quomodo crimine expediendum sit.

Ac primum disputabimus de ultimis, quae non aliunde esse neque a Suida apposita neque a docto aliquo lectore assuta, sed ex eadem tabula qua reliquos titulos a Suida esse alieno loco adiecta mihi quidem certissimum est. Morem enim in eius modi excerpendis tabulis fuisse Suidae invenio, ut, si quando indicem aliquem percurrens carpsisset inde atque delibasset quae optima scituque dignissima viderentur esse VI nec tamen finito negotio satis multa se dedisse putaret, ut idem denuo insisteret iter adiceretque extra ordinem quae in novo hoc cursu notabilia invenisset. Cognoscitur autem iste Suidae mos ex iis potissimum quae s. *Θεόφραστος* habet: *βιβλία αὐτοῦ πάμπλειστα, ὧν καὶ ταῦτα· Ἀναλυτικῶν προτέρων γ΄, Ἀναλυτικῶν ὑστέρων ζ΄, Ἀναλύσεως συλλογισμῶν, Ἀναλυτικῶν ἐπιτομήν, Ἀνηγμένων τόπων, περὶ λίθων, περὶ φυτῶν, περὶ μετάλλων, περὶ ὀδμῶν καὶ ἄλλα.* Haec enim aperte sunt ex Theophrasteorum librorum indice eo ducta quem apud Diogenem Laert. extare diximus, sed paulo ibi sunt emendatius scripta. et priora quidem integra Suidas transtulit, mox autem laboris pertaesus titulis LIII omissis ad librum *περὶ λίθων* transvolavit, deinde quum iterum omisisset titulos XLV et ad libros *περὶ φυτικῶν ἱστοριῶν* et *περὶ φυτικῶν αἰτίων* pervenisset, ne hoc quidem a se impetrare potuit homo negligentissimus, ut utrumque hunc titulum describeret integrum, sed in unum conflavit scribendo *περὶ φυτῶν*. iam vero quum finito excerpendi negotio vereretur, ne qui *πάμπλειστα* Theophrastum scripsisse professus esset, parum digna tanto tulisse hiatu putaretur, paululum regressus est ac denuo excerpsit titulos *περὶ μετάλλων* et *περὶ ὀδμῶν*, qui ut nunc res est extra cancellos egressi libere vagantur. Sed eiusdem moris etiam alia multa in Suidae opere vestigia cernuntur, ut s. *Φρύνιχος Ἀθηναῖος κωμικός· — δράματα αὐτοῦ ἐστι ταῦτα· Ἐφιάλτης, Κόννος, Κρόνος, Κωμασταί, Σάτυροι, Τραγῳδοὶ ἢ Ἀπελεύθεροι, Μονότροπος, Μοῦσαι, Μύστης, Ποάστριαι, Σάτυροι,* ubi quae ultimum titulum omisit Eudocia tacite correxit Suidae errorem, qui pronus erat bis eadem festinantius percurrenti. adde s. *Ἀπολλοφάνης· — δράματα αὐτοῦ Δάλις, Ἰφιγέρων, Κρῆτες, Δανάη, Κένταυροι.* et s.

*Ἀραρώς·* — *ἔστι δὲ τῶν δραμάτων αὐτοῦ Καινεύς, Καμπυλίων, Πανὸς γοναί, Ὑμέναιος, Ἄδωνις, Παρθενίδιον.* et s. *Διογένης ἢ Οἰνόμαος·* — *δράματα αὐτοῦ Ἀχιλλεύς, Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Θυέστης, Μήδεια, Οἰδίπους, Χρύσιππος, Σεμέλη.* et s. *Διοκλῆς·* — *δράματα αὐτοῦ Θάλαττα, Μέλιτται, Ὄνειροι, Βάκχαι, Θυέστης β′.* et s. *Στράττις·* — *τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι ταῦτα· Ἀνθρωπορραίστης, Ἀταλάντη, Ἀγαθοὶ ἤτοι Ἀργυρίου ἀφανισμός, Ἰφιγέρων, Καλλιππίδης, Κινησίας, Λιμνομέδων, Μακεδόνες, Μήδεια, Τρωίλος, Φοίνισσαι, Φιλοκτήτης, Χρύσιππος, Παυσανίας, Ψυχασταί.* et s. *Τιμησίθεος·* — *δράματα αὐτοῦ Δαναΐδες β′, Ἕκτορος λύτρα, Ἡρακλῆς, Ἰξίων, Καπανεύς, Μέμνων β′, Μνηστῆρες, Ζηνὸς* (num *Διός*?) *γοναί, Ἑλένης ἀπαίτησις, Ὀρέστης, Πυλάδης, Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης.* et s. *Φιλύλλιος·* — *τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν Αἰγεύς, Αὔγη, Ἄντεια* (*ἑταίρας ὄνομα*), *Δωδεκάτη, Ἡρακλῆς, Πλύντρια ἢ Ναυσικάα, Πόλις, Φρεωρύχος, Ἀταλάντη, Ἑλένη.* Sed nolo plura conquirere, quum vel his satis mihi videar probasse, quae in Callimacheorum operum tabula post titulorum ordines procedant inordinata et incomposita, ea et ipsa olim ordinatim ivisse et a Suida demum in alienum locum esse detrusa. Quae ubi in pristinum et suum locum restituerimus, quid aliud quam depravantis librarii peccata corrigemus? An Suidas, qui de suo dedit nihil, sed quaecunque in hoc quidem genere habet descripsit omnia, plus praestiterit librario aliquo, cuius errores ubi fieri potest corrigere critici officium est? Non est autem admodum difficile illos de quibus agitur titulos in suum restituere locum. nam quum *περὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ποταμῶν* aperte fuerit universi operis communis titulus, cuius operis partes erant non solum liber *περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν* a Suida enumeratus, sed etiam liber *περὶ τῶν κατ' Ἀσίαν ποταμῶν*, cuius scholiasta Apollonii Rhodii I 1165 mentionem facit, putabimus et universi voluminis et singulorum eius librorum titulos eodem loco enumeratos ab auctore tabulae fuisse, quem ad modum post *πίνακα τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν ἐν βιβλίοις κ′ καὶ ρ′*, qui generalis universi operis titulus est, adiectum videmus singularem libellum qui inscribebatur *πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων*, item, ni fallor, alium cui

titulus erat *πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν φιλοσόφων*. Nam ut
de philosophis quoque in grandi isto volumine Callimachum
egisse per se verisimillimum est (et instituisse eum ubicunque
fecit de philosophis disputationem apparet vel ex Athenae. VI
p. 252. C.), ita parum habet fidei Suidas Callimachum affir-
mans p e c u l i a r i volumine praeter Democriti syntagmata
etiam glossas eius enumeravisse, quod in Homero quidem, ut
qui in omnium manibus esset, mature factum esse non mira-
mur, sed illis temporibus factum esse in Democrito, quem VII
praeter philosophos non admodum multi tum videntur attigisse,
parum credibile putamus esse habemusque in ea re assentien-
tem nobis Bernhardyum, histor. liter. Graec. II, 2. p. 639.
ed. II. itaque corruptum putamus eum locum cum eodem
Bernhard. ad Suid. II, 1. p. 46. et Heckero Comm. Callim.
p. 3. et Meinekio ad Callim. p. XV. extr., a quorum tamen
iudicio nostrum ita discrepat, ut non librarios, sed ipsum
Suidam in culpa fuisse putemus, qui male contraxerit quae
ita plene scripta erant ab eo unde tabulam desumpsit: *πίναξ
[καὶ ἀναγραφὴ τῶν φιλοσόφων, ἐν οἷς καὶ περὶ] τῶν Δη-
μοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων*, quibuscum conferri
iubemus quae Suidas habet s. *Μάρκελλος Σιδήτης· — οὗτος
ἔγραψε δὶ ἐπῶν ἡρωικῶν βιβλία ἰατρικὰ μβ', ἐν οἷς καὶ
περὶ λυκανθρώπου*, item s. *Θησεύς* (*ἔγραψε*) *Κορινθιακά
— ἐν οἷς δηλοῖ τὴν κατάστασιν τοῦ Ἰσθμιακοῦ ἀγῶνος*. Itaque
in ea magni voluminis parte qua de philosophis Callimachus
exposuit enumeravit etiam ut par erat Democriti libros et
obiter de insolito et glossematico eius dicendi genere admo-
nuit,[1]) quem ad modum etiam Aristophanem Byzantium in
commentariis quos in Callimachi hos *πίνακας* scripsit fecisse
videmus. cf. Diogen. Laert. X 13. et Athenae. IX p. 408.
F. apud Nauck. de Aristoph. Byz. fragm. p. 250 seq. ne quis
autem eius modi observationem factam miretur in aliqua
tabula, quae nihil praeter nudos titulos habere soleat, con-
cedimus hoc a tabularum natura alienum esse, sed excusa-
tionem habere videtur eo, quod similiter Ibidis memoriae
adiecta legimus haec: *ἔστι δὲ ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς*

[1]) Non videtur haec mea ab omni parte probare Mauricius Schmidt
in Quaest. Hesych. p. CLXIX.

*ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν εἴς τινα Ἶβιν, γενόμενον ἐχθρὸν Καλλιμάχου· ἦν δὲ οὗτος Ἀπολλώνιος ὁ γράψας τὰ Ἀργοναυτικά.* ubi, quod obiter moneo, me non intelligere fateor, quo iure *Ἶβιν* editores scripserint litera grandiore, quasi proprium esset nomen. imo scribendum *εἴς τινα ἶβιν*, „in quandam quasi ibin", de quo pronominis indefiniti usu cf. Schoemannum ad Plutarch. Ag. p. 73.

Sequitur *θαυμάτων τῶν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν κατὰ τόπους ὄντων συναγωγή*, quae quum sine dubio praeter alios libros singulares complecteretur etiam *τὰ ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμάσια καὶ παράδοξα* vel potius suo quemque loco positum in eo volumine librum *περὶ τῶν ἐν Πελ. θαυμασίων καὶ παραδόξων* et librum *περὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ θαυμασίων καὶ παραδόξων* (nam hic quoque non est dubium quin duos titulos Suidas male inter se coniunxerit), aperte generalis iste titulus locum sibi vindicat ante titulum qui est *περὶ τῶν ἐν Πελ. — θαυμασίων καὶ παραδόξων* i. e. s. litera *π̄*. Sed in hunc locum quominus restituatur, obstare videtur quod in generali isto titulo litera *π* non apparet ita, ut illum locum tueri possit. Verum enim vero etiam hic Suidae illam negligentiam et libidinem grassatam esse vel eo cognoscitur, quod Stephanus Byzantius s. *Κραννών* p. 382, 3. Mein. citat Callimachi non *Θαύματα*, sed *Θαυμάσια*, qui titulus proxime accedit ad singulorum librorum tituli formam hanc ab ipso Suida proditam: *περὶ τῶν - θαυμασίων καὶ παραδόξων*, eaque similitudo suadet, ut in communem totius voluminis titulum ex singulorum titulo librorum recipiamus etiam „*καὶ παραδόξων*". Atque hoc quidem probari etiam aliunde potest. Antigonus enim Carystius qui dicitur cap. CXXIX. (144.), p. 92. Westerm. Cyrenaeum Callimachum fecisse dicit *ἐκλογὴν τῶν παραδόξων*, unde excerpturum se promittit quae memoratu digna videantur. quem librum Westermannus praef. Paradoxogr. p. X a *θαυμάτων τῶν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν κατὰ τόπους ὄντων συναγωγῇ* non diversum fuisse statuit. iniuria quidem. nam quae ex ecloge ista excerpta dedit mirabilia Antigonus, non sunt secundum regiones concinnata ut Suida teste fuerunt in *συναγωγῇ*, sed primum memorantur quae memorabilia sint *ἐν θαλάττῃ*, deinde quae habeant *ποταμοὶ καὶ κρῆναι* memorabilia, tum quae *λίμναι*, quae *ὕδατα*, quae

*πῦρ*, quae *λίθοι*, quae *φυτά*, denique quae *ζῷα*, in unoquoque autem genere singulae res *κατὰ στοιχεῖον* enumeratae fuisse videntur (cf. inprimis cap. CXXXIII—CXXXVI.). quae dispositio quum non videatur ab Antigono demum profecta esse, qui in eis quae aliunde atque e Callimacho sumpsit nullo certo utatur ordine, apertum est diversos fuisse libros *Συναγωγήν* et *ἐκλογήν* nec verba *πεποίηκε Καλλίμαχος ἐκλογήν* ita posse intelligi, ut Callimachus dicatur ex variis scriptoribus collegisse *παράδοξα*, sed ex maiore opere fecisse *Ἐκλογὴν τῶν παραδόξων*. atque revera Antigono ad manus fuisse non grande istud Callimachi volumen, sed aliquam sive ab ipso Callimacho, ut Antigonus statuit, sive, quod quidem magis credo, ab alio aliquo inde factam eclogen, cui quum inscriptum fuerit *τῶν παραδόξων ἐκλογή*, etiam integri VIII unde fluxit operis titulo vindicat *παραδόξων* nomen a Suida omissum solita negligentia, cuius etiam hoc documentum est, quod suae aetatis usum loquendi (cf. Ritschl. de Oro et Orione p. 80.) secutus scripsit *εἰς ἅπασαν τὴν γῆν — ὄντων* vel pro *ἐν ἁπάσῃ τῇ γῇ* vel, quod ego vetustum tabulae auctorem dedisse putaverim, *ἐφ' ἅπασαν τὴν γῆν*.

Dehinc praevertamur ad librum *περὶ μετονομασίας ἰχθύων* videamusque huic quem locum in tabula assignemus. qua in re percommode accidit, ut Athenaeo uti duce possimus, VII p. 329. A. Is enim, *Καλλίμαχος*, inquit, *ἐν ἐθνικαῖς ὀνομασίαις γράφει οὕτως· „Ἐγκρασίχολος, ἐρίτιμος· Χαλκηδόνιοι. τριχίδια, χαλκίς, ἴκταρ, ἀθερίνη". Ἐν ἄλλῳ δὲ μέρει καταλέγων ἰχθύων ὀνομασίας φησίν· „Ὄζαινα, ὀσμύλιον· Θούριοι. ἴωπες, ἐρίτιμοι· Ἀθηναῖοι"*. quibuscum ubi a Suida proditum titulum *περὶ μετονομασίας ἰχθύων* contenderimus, facile apparebit in eo libro Callimachum piscium nomina ita enumerasse, ut apud singulas gentes alios pisces aliter *μετονομασθῆναι* doceret. Quo perspecto facile pro se quisque concedet post *ἀθερίνη* apud Athenaeum excidisse gentis nomen. Sed hoc nunc demum video a Meinekio mihi praereptum. at aliud ille nobis reliquit corrigendum. neque enim dubitari potest, quin istud *ἐν ἄλλῳ μέρει* et ipsum ad *ἐθνικὰς ὀνομασίας* referendum sit, quarum ista verba eam significant partem quae complectebatur piscium nomina ab ο litera incipientia. iam vero quum non posteriore demum loco Calli-

machus enumeret piscium nomina, sed idem faciat etiam priore, patet aut καὶ ἐν ἄλλῳ δὲ μέρει eum scripsisse aut verba ista καταλέγων ἰχθύων ὀνομασίας statim post ἐν ἐθνικαῖς ὀνομασίαις collocasse. atque alterius huius coniecturae aliquid accedit momenti eo, quod liber Laurentianus B certe post μέρει omittit καταλέγων ἰχθύων ὀνομασίας. Ita vero aliquanto etiam planius illud fit, quod vel propter nimis generale ἐθνικῶν ὀνομασιῶν nomen credibile est, in eo libro non de piscibus solum exposuisse Callimachum, sed aliarum etiam rerum μετονομασίας disputasse. Inter has autem res ἀνέμους quoque fuisse i. e. voluminis de ἐθνικαῖς ὀνομασίαις conscripti partem etiam librum περὶ ἀνέμων vel potius περὶ μετονομασίας ἀνέμων fuisse (tantum enim hic quoque, puto, brevitatis studio Suidas dandum censuit, in ista praesertim libri περὶ μετονομασίας ἰχθύων vicinitate) fidem faciunt nostrae hae rationes pinacographicae, quibus nunc iam vel pertinacioris homines ingenii aliquid speramus tributuros esse. Nam quum in novissimo hoc agmine inde ab μετονομασίᾳ ἰχθύων positi tituli et ipsi servent literarum ordinem praeter titulum περὶ ἀνέμων, Suidamne credibile est tantum huic rei tempus impendere voluisse, ut ab libro περὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ θαυμασίων relapsus ad literam ε (i. e. ad ἐθνικὰς ὀνομασίας) denuo ad initium tabulae et literam α (i. e. ad titulum περὶ ἀνέμων) relaberetur, an praestat putare in tabula librum περὶ ἀνέμων revera eodem loco atque περὶ μετονομασίας ἰχθύων libellum fuisse positum utpote communi ἐθνικῶν ὀνομασιῶν titulo quodam quasi vinculo ei coniunctum? Itaque quum περὶ ἀνέμων liber ad glossographicum genus pertinuerit, non iam causa est ulla, cur cum Bernhardyo Eratosthen. p. 165. dubitemus num Callimacho Bentleius iure assignaverit librum περὶ ἀνέμων, utpote quum ab physicis ille abhorruerit. — Ceterum praeter piscium et ventorum etiam aliarum rerum nomina in ἐθνικῶν ὀνομασιῶν libro enumerata eadem ratione fuisse non est improbabile.[1]) illud autem probari non posse putamus, quod Blomfield p. 219 extr. coniecit, etiam librum περὶ ὀρνέων eodem pertinuisse, cuius quum XV ad minimum locos a scriptoribus servatos habeamus, nullus tamen est qui

[1]) Sed nimium mihi tribuit Schmidt. Quaest. Hesych. p CLXXI.

glossographum eo libro egisse Callimachum doceat, sed omnes ostendunt physicum, qui cum naturali historia, si quidpiam, nihil coniunxerit nisi mythicam historiam. [Praeterea Meieri in Com. Andocid. I p. XII (Opusc. I p. 91) coniectura est, praeter librum *περὶ μετ. ἰχθύων* etiam *κτίσεις νήσων καὶ πόλεων καὶ μετονομασίας*, tum *μηνῶν προσηγορίας κατὰ ἔθνος καὶ πόλεις* locum habuisse in *ἐθνικαῖς ὀνομασίαις*, quae tamen coniectura omni fundamento caret, etsi quis negare velit affine horum librorum argumentum fuisse? Sed ulterius etiam progressus Meierus omni quae in titulorum collocatione est auctoritate tabulae plane spreta non solum librum *περὶ μετ. ἰχθύων* cum suis quae dicit, sed etiam *νόμων πίνακες* atque *νόμιμα βαρβαρικά* (quae aliunde novimus Callimachum scripsisse), *περὶ ὀρνέων*, *θαυμάσια*, *περὶ ἀγώνων*, *περὶ ποταμῶν* partes fuisse *τῶν Πινάκων* et aliquem in grandi hoc opere effecisse librum *Ὀνομαστικόν* hariolatur, qualem librum nullus testis Callimacho ascribit. Itaque nos quidem ut *ἐθνικὰς ὀνομασίας* una cum partibus suis (*περὶ μετ. ἰχθύων* et *ἀνέμων*) in tabula reposuimus s. $\bar{\varepsilon}$, ita reliquos titulos a Blomf. et Meiero memoratos suo quemque loco reliquimus eaque re a Suida indicatum putamus peculiares libros fuisse.]

Sed postquam in ordinem coegimus titulos qui eum subterfugerant, videamus quid illis faciendum sit, quos priorum ordinem titulorum disturbare monuimus, *Σεμέλην*, *Ἐλπίδας*, *μέλη*. Eos autem in alienum se insinuasse locum negamus, sed pristinum putamus servasse etsi deletis a Suida titulis quibus illi adhaerebant, ut saepe videmus ex totius aedificii ruina extantes aliquot parietum particulas collapsisque ad quas annitebantur columnis locum tamen diu tuentes, quarum IX particularum qui usus olim fuerit nunc vix coniectura assequare. Atque iam intelleximus Suidam, dum priore impetu per Callimachi librorum tabulam fertur, titulo qui est *περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν* pepercisse, sed delevisse tunc quidem quocum ille coniunctus fuit titulum *περὶ τῶν ἐν οἰκουμένῃ ποταμῶν*. Eadem igitur ratione ante *Σεμέλην* a Suida omissum putamus maioris titulum voluminis, cuius *Σεμέλη* pars fuerit, privo illa titulo instructa. Ad quodnam autem volumen pertinuerit etsi in cassum quaerimus, quum nihil iam habeamus cui legitima coniectura superstrui queat, pona-

mus tamen, non quo quicquam inde collecturi simus, sed ut certe rationem non deesse rei demonstremus, ad *Αἴτια* pertinuisse Semelen. eius enim heroinae ex inferis *ἀναγωγὴν* novimus (cf. Plutarch. quaest. Graec. 12.) nono quoque anno Delphis celebrari solitam fuisse post ipsos Apollinis Pythii festos illos dies quibus deus fingebatur ob interfectum draconem fugiens ad *τὰ Τέμπη* et, quum lustratus esset, redux laurum inde reportans. quo de quum a Callimacho expositum sit in *Αἰτίων* libro quarto, ut probabimus in Prolegom. in Callimachi *Αἰτίων* fragm., potuit sane ibidem *Σεμέλη* locum habere. — Deinde quoniam *Ἐλπίδες* interiacent inter *Γλαῦκον* et *δράματα*, illis quaerendus generalis quidam titulus est qui et ipse incipiat sive a litera *γ̄* sive a *δ̄*. Eum si „*διθύραμβοι*" fuisse dico, hoc quoque non aliam habere vim volo atque qualem exemplis tribuere solemus non ex ipso quidem communi vitae usu repetitis, sed affabre tamen fictis. fingi autem illud a nobis non temere inde patet, quod Callimachum videmus ad pleraque poesis genera animum appulisse atque adeo tragoedias et comoedias si non scaenae, at elegantiorum tamen hominum museis scripsisse. Atque idem vel post Callimachi aetatem in dithyrambo scribendo consilium secutus est Theodoridas, Euphorionis poetae aequalis (cf. Meinek. Analect. Alex. p. 18.), de quo videndus Bernhardy Histor. lit. Graec. II, 1. p. 677. ed. 2. = p. 556. ed. 1.). et ne quis *Ἐλπίδων* titulum a dithyrambo putet alienum esse, meminerit *Δεῖπνον* dithyrambum a Philoxeno factum. — Postremo dicendum de *μέλεσι*, quae vox quum paulo generalior sit, a Suida patet praetermissum nomen aliquod definitum, quo illius notio circumscribebatur, idque ita comparatum, ut cum hoc compositus titulus locum ibi invenire potuerit. tale autem est *ἐρωτικά*, et tametsi *ἐρωτικὰ μέλη* scripsisse Callimachum aliunde non testatum habemus, tamen Ovid. Trist. II 367. eum de amore cecinisse docet, et ipse Callimachus ni fallor testis est, cuius inter fragmenta sunt quae satis certo huc referas, velut fr. 191.

*τόν με παλαιστρίταν ὀμόσας θεὸν ἑπτάκις φιλήσειν.*

et fr. 116.

*ἔνεστ' Ἀπόλλων τῷ χορῷ· τῆς λύρης ἀκούω·*
*καὶ τῶν Ἐρώτων ᾐσθόμην· ἔστι κἀφροδίτη.*

et fr. 118.

*ἡ παῖς ἡ κατάκλειστος,*
*τὴν οἵ φασι τεκόντες*
*εὐναίους ὀαρισμοὺς*
*ἔχθειν ἶσον ὀλέθρῳ.*

sed licet etiam alia coniectare non minus apte, velut [*Ἐπικήδεια*] *μέλη* antiquitus scriptum fuisse, qualia et Theocritum fecisse Suid. I, 2. p. 1141 memorat: *τινὲς δ' ἀναφέρουσιν εἰς αὐτὸν καὶ ταῦτα· Προιτίδας, Ἐλπίδας, Ὕμνους, Ἡρωίνας, Ἐπικήδεια μέλη, Ἐλεγείας, Ἰάμβους, Ἐπιγράμματα,* et Hesiodum, Euphorionem, Aratum pepigisse hexametris novimus. cf. Hecker. Com. crit. de Anthol. (II) p. 53. Pro se quisque autem in Suidae enumeratione carminum Theocriteorum notabit memorabilem iñter Callimachi et Theocriti titulos consensum, unde erunt fortasse qui aliquam de Theocrito iniuria scilicet locupletato carminibus coniecturam facere velint. sed ego eum quoque praeter Callimachum scripsisse *Ἐλπίδας, Ὕμνους, Ἐλεγείας, Ἰάμβους, Ἐπιγράμματα* cur Suidae non credam per se causam esse ullam nego.

His profligatis paulo emendatiorem ante oculos ponamus non integram quidem tabulam, sed exiguam illius particulam eam quam Suidas descripsit, in qua quantam iacturam fecerimus vel eo patet, quod Callimachi libros plus DCCC fuisse Suidas praefatur. et quamquam in iis etiam singulos qui in quoque volumine coniuncti erant libros numeratos fuisse putamus, vel sic tamen certum est Suidam praetermisisse plurimos. quorum nos si qui forte tituli aliunde innotuere, eos nos addimus maiusculis literis scriptos, unde statim cognoscatur a Suidae tabula hos abesse, ceterum nihil addentes nisi ubi ad intelligendam rem necessarium sit. ea autem additamenta ubi certa sunt, uncinis rotundis, ubi incerta, quadratis circumscripta voluimus.

I *Ἰοῦς ἄφιξις.* X –
II *ΑΙΤΙΑ*
*α'* (*ΠΕΡΙ ἈΓΩΝΩΝ*)* * (*ἈΚΤΙΑ*) *
*β'* * * * * * * * *
*γ'* * * (*ΚΡΑΙΙΙΙΙΗ*] * * * *
*δ'* * * *Σεμέλη* * * * * *

III *Ἄργους οἰκισμοί*
IV *Ἀρκαδία*
V (*ἈΡΣΙΝΟΗΣ ΓΑΜΟΣ*).
VI (*ΒΕΡΕΝΙΚΗΣ ΠΛΟΚΑΜΟΣ*)
VII (*ΒΡΑΓΧΟΣ*)
VIII *ΓΑΛΑΤΕΙΑ*
IX *Γλαῦκος*
X *ΓΡΑΦΕΙΟΝ*
XI [*ΔΙΘΥΡΑΜΒΟΙ*]
*Ἐλπίδες*
XII *Σατυρικὰ δράματα. τραγῳδίαι. κωμῳδίαι.*
XIII [*ἘΡΩΤΙΚΑ* sive *ἘΠΙΚΗΔΕΙΑ*] *μέλη*
XIV *Ἐθνικαὶ ὀνομασίαι*
*περὶ μετονομασίας ἰχθύων*
*περὶ* (*μετονομασίας*) *ἀνέμων*
* * * * * * *
XV *ἙΚΑΛΗ*
XVI (*ἘΛΕΓΕΙΑ*)
XVII *ἘΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ*
XVIII (*ἘΠΙΝΙΚΙΟΝ ἘΛΕΓΕΙΑΚΟΝ ΕἸΣ ΣΩΣΙΒΙΟΝ*)
XIX *ἸΑΜΒΟΙ*
XX *Ἶβις. ἔστι δὲ ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν εἴς τινα Ἶβιν, γενόμενον ἐχθρὸν Καλλιμάχου. ἦν δ' οὗτος Ἀπολλώνιος ὁ γράψας τὰ Ἀργοναυτικά.*
XXI *ΠΕΡΙ ΛΟΓΑΔΩΝ*
XXII *Μουσεῖον*
XXIII *ΒΑΡΒΑΡΙΚΑ ΝΟΜΙΜΑ*
XXIV *ΠΕΡΙ ΝΥΜΦΩΝ*
XXV *Περὶ ὀρνέων*
XXVI *Πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν, ἐν βιβλίοις κ' καὶ ρ'*
*α'* (*ΠΙΝΑΞ ΚΑΙ ἈΝΑΓΡΑΦΗ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΧΡΟΝΟΥΣ ΚΑΙ ἈΠ' ἈΡΧΗΣ ΓΕΝΟΜΕΝΩΝ ἘΠΟΠΟΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΛΟΙΠΩΝ ΠΟΙΗΤΩΝ*)
*β' Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων.*

γ' (*ΠΙΝΑΞ ΚΑΙ ἈΝΑΓΡΑΦΗ ΤΩΝ—ΝΟΜΟΓΡΑΦΩΝ*)

δ' *πίναξ* (*ΚΑΙ ἈΝΑΓΡΑΦΗ ΤΩΝ—ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ· ἐν οἷς καὶ περὶ*) *τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων.*

ε' (*ΠΙΝΑΞ ΚΑΙ ἈΝΑΓΡΑΦΗ ΤΩΝ—ἹΣΤΟΡΙΚΩΝ*)

ϛ' (*ΠΙΝΑΞ ΚΑΙ ἈΝΑΓΡΑΦΗ ΤΩΝ—ῬΗΤΟΡΙΚΩΝ*)

* * * * * * * * * * * * * *

*ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΠΑΝΤΟΔΑΠΩΝ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΩΝ*

XXVII *Μηνῶν προσηγορίαι κατ' ἔθνος καὶ πόλεις.*

XXVIII *Κτίσεις νήσων καὶ πόλεων, καὶ μετονομασίαι.*

XXIX *Περὶ τῶν ἐν οἰκουμένῃ ποταμῶν.*
*περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν.*
(*ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΑΣΙΑΝ ΠΟΤΑΜΩΝ*)

* * * * * * * * *

XXX *Θαυμασίων* (*ΚΑΙ ΠΑΡΑΔΟΞΩΝ*) *τῶν ἐφ' ἅπασαν τὴν γῆν κατὰ τόπους ὄντων συναγωγή·*

* * * * * * * * *

*περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ θαυμασίων καὶ παραδόξων.*

(*ΠΕΡΙ ΤΩΝ ἘΝ ἸΤΑΛΙΑΙ ΘΑΥΜΑΣΙΩΝ ΚΑΙ ΠΑΡΑΔΟΞΩΝ*

* * * * * * * *

XXXI *ΠΡΟΣ ΠΡΑΞΙΦΑΝΗΝ*

XXXII *ὙΜΝΟΙ*

XXXIII *ὙΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.*

Iam ex perspecta huius tabulae ratione si alium nullum, XI
certe hunc capiemus fructum, ut errores devitentur quales ad hunc usque diem commissi satis multi sunt. velut nuper Augustus Meinekius, vir egregius, *Ἄργους οἰκισμοὺς* partem *τῶν κτίσεων* fuisse sibi videri dixit praef. Callim. p. XV, idemque etiam Heckerus proposuerat Comm. Callim. p. 5., iniuria uterque, quum quae partes erant maioris voluminis iuxta ipsum istud maius volumen enumeratas in tabula fuisse cognoverimus, ut qui diversis ibi locis appareant titulos in

maxima saepe similitudine nihil tamen habere commercii statuendum sit. praeterea ex argumenti affinitate de librorum coniunctione ductae coniecturae ancipites plerumque sunt in Callimacho, qui eandem rem alias alibi tractare solebat, ut Ionem poetam attigit non solum in *πίναξι* (cf. Harpocrat. s. *Ἴων*) et in Choliambis fr. 83[b], sed etiam in lyrico carmine cuius duo versus supersunt in fr. 115,

*ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διατμήξας ἀπ' οἰνηρῆς Χίου*
*ἀμφορεύς, πολὺς δὲ Λεσβίης ἄωτον νέκταρ οἰνάνθης ἄγων,*

quae Meinekio Vindic. Strabon. p. 16 e carmine aliquo ducta videbantur, in quo a poeta mercaturam et commercia Alexandrina celebrata esse putabat, ego autem ad eam rem censeo referenda esse, de qua schol. Aristoph. Pac. 835. (coll. Athen. I p. 3. F.): *φασὶ δ' αὐτὸν* (Ionem) *ὁμοῦ διθύραμβον καὶ τραγῳδίαν ἀγωνισάμενον ἐν τῇ Ἀττικῇ νικῆσαι καὶ εὐνοίας χάριν προῖκα Χῖον οἶνον πέμψαι Ἀθηναίοις.* Praeterea, alia ut omittam, Callimachus *μηνῶν προσηγορίας* scripsit *κατ' ἔθνος* idemque tamen peculiari libro etiam *ἐθνικὰς ὀνομασίας*, quamquam hic quoque vilem venditavit coniecturam Fabricius Bibl. Graec. vol. III p. 817., *ἐθνικῶν ὀνομασιῶν* partem fuisse *προσηγορίας μηνῶν*, cui coniecturae et ipsi adversatur titulorum in tabula ordo. Sed ne, dum alios erroris insimulo, meos ipsius errores dissimulare velle videar, eadem chorda me quoque olim oberrasse fateor, quum *κτίσεις νήσων καὶ πόλεων καὶ μετονομασίας* revocandas dicebam ad *Αἰτίων* librum secundum, quo libro tametsi urbium origines tractatas fuisse etiamnum credo, nunc tamen titulorum ordo me docuit praeterquam in *Αἰτίων* carmine etiam peculiari libro idem argumentum aliquanto, opinor, plenius quam illic fieri potuit Callimachum pertractasse. Iam desinam eius modi exagitare errores, ubi unum addidero. nam ut Blomfieldus p. XII *Σεμέλη* in tabula demum nostra ex *μέλη* errore natum putabat, ita Heckero Comm. Callim. p. 4. similis erroris occasionem videbatur praebuisse tabula, ut Suidas *σατυρικὰ δράματα, τραγῳδίας, κωμῳδίας* Callimachum scripsisse diceret propter *πίνακα καὶ ἀναγραφὴν τῶν — διδασκάλων.* Huic autem doctissimi viri opinioni ut refragantur loci quibus uterque titulus in tabula comparet, ita aliunde nihil opitulatur. nam quod Meinekius Hist. crit. comic. Graec. p. 479. fidem

Suidae comoedias Callimachum scripsisse testantis elevari putabat eo, quod eundem etiam tragoediarum auctorem fuisse idem Suidas prohibeat, debebat quod Philostrato Lemnio et Nicolao Damasceno p. 503. not. 2. vir eximius concessit etiam Callimacho concedere. nam nec is scaenae scripsit, ut diximus, sed museorum umbrae. [nisi *τραγῳδίας* et *κωμωδίας* nomen latiore significatione capiendum quo apud recentiores invaluit. cf. Lobeck. Aglaoph. p. 977 coll. Meinek. Anal. crit. ad Athen. p. 305.] Et hoc vereor ne Naekius quoque oblitus sit „Opusc.“ I p. 43., quum *σατυρικὰ δράματα* Callimacho parum verisimiliter a Suida adscribi dicebat. Quod autem maximum est, in eius modi proferendis opinationibus docti homines nimium tribuere videntur communi omnium de sublesta Suidae fide iudicio, parum veterum scriptorum quos ille compilavit auctoritati. Quod si docuero, quem hic secutus sit Suidas, ei non denegandam auctoritatem esse, nemo posthac, nisi gravissimae accesserint causae, de tabulae fide addubitare volet.

Coniuncta autem est haec de tabulae fide disputatio cum XII
ea quaestione, quemnam auctorem Suidas omnibus illis locis, ubi de re literaria Graecorum agitur, secutus esse videatur. De quo pridem aliquid suspicatus erat doctus quidam vir qui Suidae verbis s. *Ἡσύχιος Μιλήσιος* prolatis I 2. p. 907 his: *ἔγραψεν Ὀνοματολόγον ἢ Πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν*, subiecit haec verba: *οὗ ἐπιτομή ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον*. nam haec cum Bernhardyo Comm. de Suid. p. LV non Suidae deberi censeo, sed interpolatori alicui, qui, dum *τοῦτο τὸ βιβλίον* excerptum ex Hesychii onomatologo dicit, non totum Suidae lexicon intelligi voluit, sed paulo pinguius eam huius partem significavit quae ad historiam literariam pertinet.[1]) Secuti autem vel hoc interpolatoris iudicium vel

[1]) Verbis *τοῦτο τὸ βιβλίον* non Suidae hunc librum, sed epitomen aliquam libri Hesychiani nunc deperditam significari putavit Naeke de Choeril. p. 35, cuius sententiam ita probat Volkmann. de Suid. Biographicis II p. 729 not. (quem sequitur Nietzsche in Mus. Rhen. XXII p. 193 not.), ut isti Hesychiani libri epitomae vita Hesychii quae ap. Suidam legitur praefixa olim fuisse suspicetur. Qui autem mecum aliisque *τοῦτο τὸ βιβλίον* agnoscunt Suidae opus, quod ex integro Hesychiano volumine excerptum sit in suo genere, Lehrsius in Mus.

alias rationes eandem de Suidae fonte sententiam protulerunt Mauritius Schmidt Didymi Chalcent. fragm. p. 17 n. 1., Bernhardy l. l., Valentinus Rose de Aristotel. librorum ordine et auctoritate p. 48 seq., alii, sed nemodum via ac ratione rem demonstravit, ne Rose quidem l. l. Nam quod plurima Suidae communia sunt cum eo Hesychii libello quem superstitem habemus post alios nuper editum a Muellero Fragm. histor. Graec. vol. IV p. 155 seqq., qui diligenter istum auctoris sui cum Suida consensum singulis commentarii locis enotavit praeter §. 17. (ubi conferendus fuit Suid. I 1 p. 1245 lin. 6.) et §. 32 init. (cf. Suid. I 2 p. 884 l. 6.) et §. 53. (cf. Suid. II 2 p. 295 l. 4. p. 294 l. 15. p. 295 l. 16.) et §. 54. (cf. Suid. II 2 p. 577 l. 10.) et §. 70. (cf. Suid. II 2 p. 1465 l. 14. et p. 1475 l. 14.) et §. 71. (cf. ibid. p. 1474 l. 1.) et §. 74. (cf. ibid. p. 1491 l. 13.) —, ex solo igitur hoc consensu nequaquam id quod volunt certo colligi potest, non quo negemus huic quam manibus tenemus operis Hesychiani epitomae (nam profecto epitome[1]) est, non integrum opus) ob hanc eius conditionem

Rhen. XVII p. 453 not. et Wachsmuth. de fontibus Suidae p. 138, negant tamen interpolatoris verba τοῦτο τὸ βιβλίον esse, sed ipsum Suidam scripsisse putant. Sic autem ipse Suidas fontem suum prodidisset, quod alibi quidem non fecit.

[1]) Longe aliam sententiam nuper proposuit Lehrs. l. l. p. 454 non sine laude ab aliis dein memoratam velut a Wachsmuth. l. l. p. 138 et Nietzsche in Mus. Rhen. XXIV p. 212, quibus luculenter Lehrsius evicisse videtur Hesychii Milesii quem hodie tractamus libellum recentissimo demum tempore ex Suida et Diogene Laertio misere conflatum esse. Mihi tamen non aeque certum hoc videtur. Nam si Suidam falsarius quidam in hunc modum compilavit, qui factum esse putaveris, ut saepe longe alio ordine usus sit atque Suidas? velut quamquam apud Suidam legimus de Sapphone, Sophocle, Stesichoro actum naturali hoc ordine, quid Suidae epitomatorem impelleret, ut hoc ordine uti mallet: Στησίχορος, Σαπφώ, Σοφοκλῆς —? quo ordine epitomator non videtur usurus fuisse nisi apud ipsum Hesychium invenisset, qui suo iure in quaque litera primo de poetis lyricis iisque temporis ratione dispositis (Στησίχορος, Σαπφώ), tum de tragicis disputare potuit. Et hoc si non fecit genuinus Hesychius, quid impediat quo minus in digerendis nominibus primae tantum literae eum rationem habuisse putemus, quod et ab aliis factum supra monuimus et videmus factum etiam ab epitomatore, a quo Ἐπιμενίδης, Ἑρμογένης, Ἐρατοσθένης,

omnem omnino ad probandum vim deesse, sed quia, quod nobis quidem summum est, ex epitome probari nequit in integro opere Hesychium etiam scriptorum tabulas operum addidisse, quandoquidem in ista epitome nihil nisi exiles quasdam narratiunculas de poetis nonnullis, philosophis, grammaticis, historicis, rhetoribus, imprimis autem philosophorum quaedam dicteria et placita videmus relata, sed vix quicquam ex eo genere, quae prae ceteris quivis in Onomatologo exspectaverit, de genere vitaque hominum eruditione clarorum doctisque laboribus quibus eruditionis famam consecuti erant. At enim, nisi me omnia fallunt, unam certe genuini libri Hesychiani particulam hodieque habemus quam putamus rem confecturam esse. Protulit enim Aegidius Menagius in commentariis ad Diogenem Laert. p. 608 seq. Huebn. fragmentum aliquod cui inscriptum *Ἀριστοτέλους βίος καὶ συγγράμματα αὐτοῦ*, quod ab amico quodam secum communicatum dicit, sed nescire se addit (p. 610.) is unde habuerit [cf. nunc Valentinum Rose, Aristotel. pseudepigraph. p. 10 et p. 709]. Huius autem fragmenti eam partem quae est de Aristotelis genere et vita ad verbum descripsit Suidas omisso qui apud anonymum sequitur Aristotelis operum indice. neque aliunde Suidas istud damnum resarsit, ut qui Aristotelis librorum tabulam habeat nullam. Inprimis autem memorabile est quod et ipsum ex anonymo illo Suidas sumpsit: *ἦρξε δὲ (Ἀριστοτέλης) ἔτη ιγʹ τῆς Περιπατητικῆς κληθείσης φιλοσοφίας διὰ τὸ ἐν περιπάτῳ ἤτοι κήπῳ διδάξαι.* hoc enim redit in Onomatologi Hesychiani epitome statim ab initio: *ἡ δὲ Περιπατητικὴ (φιλοσοφία ἐκλήθη) διὰ τὸ ἐν περιπάτῳ ἤτοι κήπῳ κατάρξαι αὐτῆς Ἀριστοτέλην*, quae quidem nominis originatio adeo est propter vocum *περίπατος* et *κῆπος* confusionem singularis et mirabilis, ut tribus istis locis idem

---

tum *Νικόλαος*, *Νουμήνιος*, *Νέστωρ*, tum *Φιλήμων*, *Φιλίσκος*, *Φιλητᾶς*, *Φίλων*, *Φιλόστρατος* recensentur hoc ordine qui longe alius est apud Suidam. Nec magis certum aliud crediderim Lehrsii argumentum esse, quae sub *Τριβωνιανός* apud epitomatorem legantur verba *ἦν δὲ Τρ. Ἕλλην καὶ ἄθεος*, non potuisse ab hoc ex genuino Hesychii libro excerpi, ut qui et ipse *Ἕλλην* fuerit, non Christianae legis studiosus. nam paganum fuisse Hesychium Suidae suspicio tantum est (s. *Ἡσύχιος*) parum certo nixa fundamento (cf. infra p. 26).

loqui homo putandus sit. Unde conficitur, ut fragmentum Menagianum ab Hesychio conscriptum sit[1]), quo apparet simul non defuisse eius Onomatologo librorum tabulas, ut nunc iam nihil obstet quominus ex isto Suidam inter et Hesychii epitomen consensu colligamus Suidam quaecunque ad literariam Graecorum historiam pertineant ex Hesychii Onomatologo hausisse. Quod autem fragmentum dixi Menagianum de vita scriptisque Aristotelis commentariolum, non iustum omnibusque numeris absolutum libellum, causa haec est, quod nihil ibi de Aristotelis placitis monitum videmus, quod moris fuisse Hesychio certissimum est.

XIII Nam ut paucis adumbremus Onomatologi Hesychiani rationem et indolem[2]), qualem coniectura informamus tum ex epitome tum ex Suidae non eo solum loco, ubi de Hesychio agit, sed ex omnibus quae de viris eruditione claris memoriae prodidit, — scripsit Hesychius natione Milesius, cognomine Ἰλλούστριος (conf. Constantin. Porphyrog. de Themat. I 2. p. 18. Bonn. et Phot. Biblioth. cod. 69 p. 34. A. 38. Bekk.), qui imperatoris Anastasii temporibus floruit (cf. Suid. s. Ἡσύχ.), sed ad Iustiniani tempora vitam perduxit (Const. l. l. Phot. p. 34 B. 33.), praeter alia *Ὀνοματολόγον ἢ Πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν*, quo Callimachi, ut videtur, exemplum secutus — eo enim ducit utriusque operis similis titulus — omnium Graecorum quicumque a primis temporibus usque ad Iustiniani aetatem in aliquo literarum genere inclaruerant ab oblivione vindicare memoriam studuit exceptis ecclesiae patribus. quos exclusit, sive quod paganus erat, quae Suidae suspicio fuit (s. Ἡσύχ.), sive, quod magis credo, quia veteris illius quae Hellenum nomen in-

[1]) Contra fragmentum Menagianum non ab Hesychio profectum, sed a misello quodam Byzantino, qui Aristotelis vitam ex Suida simpliciter mutuatus sit eiusque librorum tabulam ex indice Laertiano ita petierit, ut librorum numeros quos falsos putarit correxerit et quae ipsi omissa esse visa sint ex sui temporis notitia et lectione addiderit magnam partem pseudepigrapha Byzantina, Wachsmuth. l. l. p. 138 affirmat argumentis non additis.

[2]) Uberius libri Hesychiani rationem, quem mecum putat unicum fuisse in literis graecis Suidae fontem, explanare studuit Wachsmuth. l. l. p. 139.

signivit humanitatis et eruditionis admiratione imbutus genuinum et sincerum domique natum Graeci ingenii florem praedicare volebat. Qua in re ita versatus est, ut quantum potuit ubi et a quibus quisque parentibus natus esset diceret, aetatem definiret, praeceptores quaeque ad excolendum ingenium aliquid contulissent memoraret, postremo operum tabulam adiceret, ubique autem, ne quid deesset ad depingenda hominum mores et ingenia, singulari quodam studio interponeret vel aliorum de iis iudicia et dicteria vel ipsorum prave recteve facta et placita, qualia cum in epitome relicta nunc fere sola videamus, tum Suidas quoque non aspernatus est (vide modo s. *Λέων Βυζάντιος*, s. *Πολέμων*, s. *Ποτάμων Μιτυληναῖος*, s. *Φιλύλλιος*). ac pertinent eo etiam quae in Callimachi librorum tabula de Ibide et de Democriti glossis memoriae a Suida prodita sunt.

Tale autem opus, quod qui habebat multum temporis et operae compendii facturus erat, dubitari non potest quin ad usum Suidam allexerit atque attraxerit. ac revera usum esse eum praeter ea quae diximus alia quoque probant. Velut quae de patrum ecclesiasticorum vita scriptisque Suidas lexico suo inseruit, ea tum ipsa sua forma a reliquis differunt, tum hodieque demonstrari possunt ex Sophronii, Eusebii, Socratis, Sozomeni, aliorum qui res christianas enarrabant libris esse deprompta (cf. Bernhardyi Comment. p. LIV.), ut talia Suidam in eo quo in reliquis utebatur libro non invenisse appareat. Atqui vidimus Suidam (s. *Ἡσύχ.*) conquestum quod Hesychius nullius *τῶν ἐν παιδείᾳ λαμψάντων ἐκκλησιαστικῶν διδασκάλων* in Onomatologo meminerit. Praeterea prae aliorum mentione frequens apud Suidam eorum est memoria qui Zenonis, Anastasii, Iustiniani temporibus floruerunt i. e. ipsa illa aetate qua Hesychius vixit, e. g. Agathiae, Christodori, Coluthi, Damascii, Eugenii, Eustathii historici, Hermolai, Malchi, Mariani, Nicolai rhetoris, Pamprepii, Panolbii, Petri Magistri, Procopii, Timothei Gazaei, Triboniani (de quo dictum etiam in epitome Hesychii), Zosimi, aliorum. Contra qui post illa tempora inclaruerunt, eorum aut rara est apud Suidam memoria aut, ubi ex scriptoribus ecclesiasticis hauriri non potuit, certe manca admodum et exilis, velut Pauli Aeginetae aut Theophylacti Simocattae. Postremo

quamquam plurimi inter Hesychii et Suidae tempora regnabant imperatores qui Constantini nomine utebantur, tamen nusquam hos Suidas distinguit, sed ita ubique loquitur, quasi unus tantum eius nominis imperator fuerit. cf. s. *Ἀψύρτιος*, *Γυμνάσιος*, *Ἑλλάδιος*, *Θέων Σιδώνιος*, *Ἰάμβλιχος*, *Ἰουλιανὸς Δόμνου*, *Λιβάνιος*, *Οὐλπιανὸς Ἀντιοχεύς*, *Παλλάδιος*, *Παῦλος Αἰγύπτιος*, *Προαιρέσιος*, alibi. Quo aperte docet alienam se ferre personam. nam ita loqui Hesychio sane licuit, non licuit Suidae. similiter qui s. *Νικόλαος ῥήτωρ* scripsit hunc hominem floruisse *ἐπὶ Λέοντος βασιλέως τοῦ πρεσβυτέρου* non novit nisi duos huius nominis imperatores, quod in Hesychium quidem cadit, non item in Suidam, qui fieri non potuit ut quatuor cognomines duobus illis imperatores ignoraret.

Iam satis puto constare ut in omnibus fere quae ad historiam literariam pertinent, ita in eis quae de Callimachi vita scriptisque habet Suidam ab Hesychio Milesio pendere. sequitur igitur ut iam paulo pluris illa Callimacheorum operum tabula nobis aestimanda sit. nam non iam cum aliquo
XIV ex Suidarum genere nebulone, qui rem testetur, aut cum ignoto plane teste nobis res est, sed cum auctore minime obscuro nec nimis recenti, Hesychio Milesio. Quod si tamen quaesiverit quispiam, is num locuples testis habendus sit, nos vera docebimus et voluisse eum dicere et vero etiam potuisse. Ac primum videamus quo modo in philosophorum historia enarranda versatus sit, de quo propter epitomae rationem certum est iudicium. Apparet autem in ea re plerumque ita se ad Diogenis Laert. auctoritatem Hesychium contulisse[1]), ut quae inde sumpta sunt non transversum ut aiunt digitum a Diogeneis recedant, sed paene ad verbum inde descripta sint. qualia Muellerus indicavit fere omnia praeter haec pauca, in §. 31, quae Hesychius e Diogen. 9, 29. recepit, in §. 61, quae fluxerunt e Diogen. 2, 113. 114. 117—120, in §. 76 extr. quae redeunt apud Diogen. 7, 181. Praeter haec autem quae vel Muellerus vel nos e Diogene demonstravimus sumpta

---

[1]) Rem potius ita habere, ut Hesychius usus sit Demetrii Magnetis copiis, quae patuerint etiam Diogeni Laertio, invictis argumentis nunc demonstrat Nietzsche in Mus. Rhen. XXIV. cf. inprimis p. 227 seq.

restant quaedam quae aliis auctoribus Hesychius debet, Porphyrio fortasse, cuius philosopham historiam ipse testificatur apud Suidam s. Ἐμπεδοκλῆς et s. Σωκράτης (item s. Ὅμηρος), videturque idem liber intelligendus etiam s. Φερεκύδης et Γοργίας (item s. Ἡσίοδος), sed s. Ἀμμώνιος de alio cogitandum libro docti et laboriosi viri qui tertio post Christum natum saeculo vixit. nam Porphyrius ultra Platonem eiusque tempora philosopham historiam non deduxit teste Eunapio de vit. sophist. p. 3 Boiss. Tum s. Δομνῖνος et s. Δῶρος Damascii, qui Iustiniani imperatoris aequalis erat (cf. Suid. s. v.), φιλόσοφος ἱστορία in testimonium vocatur, item s. Σωτάδας Βυζάντιος Aristoclis liber sextus περὶ φιλοσοφίας, quo volumine πάντας φιλοσόφους καὶ δόξας αὐτῶν enumeravit (Suid. s. Ἀριστοκλῆς coll. Ions. de histor. philos. IV, 8.). Praeterea autem aliorum sine dubio doctis laboribus Hesychius in ea re usus est, sed vel sic satis apparet idonea ei ad manus fuisse subsidia quibus verum indagare posset.

Non minus autem quam in philosophorum rebus tradendis ad poetarum historiam enarrandam Hesychius largis fideque dignis copiis instructus erat, quibus eadem eum atque Diogenis copiis usum esse fide non est quod negemus. Et prae ceteris quidem hic nominandi Dionysii Halicarnassensis μουσικῆς ἱστορίας libri XXXVI (Suid. s. Διονύσιος), cuius operis cogitationem informare animo hodieque possumus ex Rufi musica historia a Sopatro excerpta in Eclogis quas Photius Bibl. cod. 161. p. 103 seqq. descripsit. nam quum eadem sit Dionysii et Rufi librorum inscriptio singularis et longius quaesita, ut quam acceperint non a solis musicis qui proprie vocantur, sed etiam a poetis qui „ad studium hoc se adplicarant musicum“, praeterea quum uterque καὶ αὐλητῶν καὶ κιθαρῳδῶν mentionem fecerit (cf. Suid. s. Διονύσιος et Phot. l. l. p. 103. B. l. 20.), postremo quum scholiasta Aristidis p. 537. Dind. dicat: τὸν δὲ ποιητὴν αὐτοῦ (i. e. carminis cui initium fuit Παλλάδα περσέπολιν) Ῥοῦφος καὶ Διονύσιος[1])

---

[1]) Hunc scriptorum ordinem ne quis putet nostrae coniecturae adversari, moneo ita loqui scholiastas solere ubi non usi nisi epitomatoris aliquo opere ipsum tamen scriptorem, ex quo ille hausit, simul nominare volunt ab epitomatore fortasse non celatum. cf. Naber. Proleg. in Photii Lexic. p. 10.

ἱστοροῦσιν ἐν τῇ μουσικῇ Φρύνιχόν τινα, ἄλλοι δέ φασι Λαμπροκλέα ἢ Στησίχορον, unde utrumque eadem tradidisse apparet in re de qua contrariae sibi extabant grammaticorum sententiae, in his Eratosthenis, qui Lamproclis fuisse carmen evicerat (cf. schol. Aristoph. Nub. 967), — haec igitur quum ita sint, mihi quidem videtur non posse dubitari, quin Rufus amplissimum Dionysii volumen in brevem aliquam summam contraxerit. Itaque propter Rufi librum (cf. Phot. p. 103 B. l. 16 seqq.) Dionysium quoque putabimus prioribus libris egisse de poetis tragicis, comicis, dithyrambicis, de tibicinibus et citharoedis itemque dedisse (praestat enim ipsius Photii apponere verba) ἐπιθαλαμίων τε ᾠδῶν καὶ ὑμεναίων καὶ ὑπορχημάτων ἀφήγησιν, περί τε ὀρχηστῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς θεάτροις ἀγωνιζομένων, ὅθεν τε καὶ ὅπως οἱ τούτων ἐπὶ μέγα κλέος παρ' αὐτοῖς ἀναδραμόντες γεγόνασιν, εἴτε ἄρρενες εἴτε καὶ τὴν θήλειαν φύσιν διεκληρώσαντο· τίνες τε τίνων ἐπιτηδευμάτων ἀρχὴ διεγνώσθησαν, καὶ τούτων δὲ τίνες τυράννων ἢ βασιλέων ἐρασταὶ καὶ φίλοι γεγόνασιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τίνες τε οἱ ἀγῶνες καὶ ὅθεν, ἐν οἷς ἕκαστος τὰ τῆς τέχνης ἐπεδείκνυτο. καὶ περὶ ἑορτῶν δέ, ὅσαι πάνδημοι τοῖς Ἀθηναίοις. Atque ex prioribus hisce libris servatam esse brevem aliquam particulam qua de Aeschyli tragoedia agitur (cf. Dindorf. schol. Aeschyl. p. 7), admodum probabilis est Naekii et Ritteri (de Didym. opuscul. p. 89) suspicio, itemque inde excerpta quaedam de comoedia habemus in Crameri Anecdot. Paris. I, p. 8. (cf. etiam
XV Tzetzae scholiorum in Aristophanem prolegomena ab Henrico Keilio edita in Museo Rhenano VI [1848], p. 114 seq.). Sequentibus deinde libris etiam αὐλημάτων historiam dedit, item enumeravit, ἄνδρες τε ὅσα ηὔλησαν καὶ δὴ καὶ γυναῖκες· καὶ Ὅμηρος δὲ αὐτῷ καὶ Ἡσίοδος καὶ Ἀντίμαχος οἱ ποιηταὶ τῆς διηγήσεως μέρος, καὶ τῶν ἄλλων πλεῖστοι τῶν εἰς τοῦτο τὸ γένος τῶν ποιητῶν ἀναγομένων (i. e. ποιητῶν παντοίων, ut Suidas sive Hesychius s. Διονύσιος loquitur). ἔτι δὲ καὶ περὶ γυναικῶν μαντικῶν ἀναγράφει, τίνες τε καὶ ὅθεν αἱ καλούμεναι Σίβυλλαι (de quibus etiam Hesychius disseruit compilatusque est a Suida). Quod autem Stephanus Byz. p. 646, 5 Dionysium de Euage comico egisse narrat in vicesimo tertio musicae historiae libro, non, quod exspecta-

veris, in aliquo ex prioribus, causam hanc puto fuisse, quod poetas qui nullo doctore nobiles erant neque alienis praeceptis, sed suapte indole poetae evaserant, quos *αὐτοδιδάκτους* Graeci appellant, a reliquorum numero segregaverat. nam *Εὐάγης* (ipsius Dionysii verba sunt ap. Steph. l. l.) *ποιμήν τις ἦν ἀγράμματος καὶ τῆς ἄλλης παιδείας ἄπειρος, ποιητὴς δ' ἀγαθὸς κωμῳδιῶν.* — Hoc igitur tam copiosum tamque eruditum opus quis neget Hesychium, quotiescumque ad poetarum memoriam illustrandam accessit, cupide et libenter in usum suum convertisse, ut usus est apud Suidam s. *Ἀντιφάνης* et s. *Ὀρφεύς*. Praeterea autem memorabile Dionysium ab Hesychio in testimonium vocari s. *Παμφίλη* vel s. *Σωτηρίδας*. nam quum, quantum quidem scimus (cf. Voss. de histor. Graec. p. 237 Westerm.), neque Pamphile neque Soteridas carmina fecerint, mirum esset quod Dionysius *ἐν τῷ λ' τῆς μουσικῆς ἱστορίας* memorasse traditur Pamphilae adscribi solitos libros non ipsius doctae feminae, sed patris Soteridae fuisse, nisi promptissima esset coniectura praeter ipsorum poetarum simul eorum quoque doctorum virorum memoriam Dionysium illustrasse, qui commentando de iis meruerant. certe Soteridam novimus (cf. Suid. s. v.) de Homero, Euripide, Menandro scripsisse. Eodemque pertinere videtur quod s. *Ἡρωδιανός* Suidas habet: *γέγονε* (Herodianus) *κατὰ τὸν Καίσαρα Ἀντωνῖνον τὸν καὶ Μάρκον, ὡς νεώτερον εἶναι καὶ Διονυσίου τοῦ τὴν μουσικὴν ἱστορίαν γράψαντος καὶ Φίλωνος τοῦ Βυβλίου*, quibus indicare Hesychius videtur Dionysium et Philonem praecipuos sibi in hac re fuisse fontes atque in eorum operibus Herodiano quoque, si propter temporis rationem licuisset — nam uterque sub Hadriano floruit — locum futurum fuisse suum et debitum. Et Philonis quidem significare videtur *βιβλία ιβ' περὶ κτήσεως καὶ ἐκλογῆς βιβλίων* (cf. Suid. s. *Φίλων*), quamquam fortasse usus est etiam eiusdem *βιβλίοις λ' περὶ πόλεων καὶ οὓς ἑκάστη αὐτῶν ἐνδόξους ἤνεγκε* (sed qui apud Suid. s. *Παλαίφατος Ἀβυδηνός* in testimonium vocatur Philo, qui *περὶ παραδόξου ἱστορίας* scripserit, alius est. cf. Westermann. Paradoxogr. p. XXXVI). Librorum autem tabulas neque hunc puto suppeditasse Hesychio neque Asclepiadem Myrleanum (citatum s. *Ὀρφεὺς Κροτωνιάτης* et s. *Πολέμων*), qui

*περὶ τῶν γραμματικῶν* scripsit primo a. Chr. n. saeculo (cf. Lehrs. Herodian. script. tri. p. 428 seqq.) et potuit sane poetas quoque attingere, quum inter Alexandrinos multi essent grammatici iidemque poetae, ut ipse Callimachus, — neque Hermippum, qui de Parthenio poeta egit (Suid. s. *Παρθένιος*) in libro *περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων* (citato etiam s. *Ἄβρων* et s. *Ἴστρος*), — neque alium quendam Dionysium qui *Χρονικὰ* scripsit citaturque semel s. *Εὐριπίδης τραγικός*, — sed unus suppeditavit Dionysius Halicarnassensis, *τῆς μουσικῆς ἱστορίας* auctor. Nam indices operum, qui quidem *κατὰ στοιχεῖον* compositi sint, nunc apud Suidam paucis exceptis philosophorum fere non legimus nisi tragicorum comicorumque et epicorum, ut hi quidem indices suum sibi et proprium auctorem vindicent. Et dramaticorum quidem poetarum tabulas supra attulimus, epicorum praeter Callimachum exempla sunto Nicandri (cf. Suid. s. v., ubi repraesentata *Θηριακῶν* mentione reliqua iusto ordine decurrunt), Parthenii (Suid. s. v., ubi scribendum videtur: *δι' ἐλεγείας Ἀφροδίτην* coll. Suid. s. *Θέογνις*, *Σιμωνίδης*, *Τυρταῖος*, non *δ' ἐλεγείας*, *Ἀφροδίτην*), Euphorionis. Atqui ipsis his poetarum generibus praeter ceteros studuisse Dionysium docet eius lexicon, quo de supra aliquoties diximus, unde tot in Photii et Suidae lexica manarunt poetarum fragmenta. Cui ergo rectius putabimus Hesychium singulare istud tabularum genus debere quam Dionysio?[1])

XVI Sed haec quidem hactenus. nam certe propter Callimachi tabulam non iam opus est ut addam quosnam auctores in aliorum virorum praeter poetas historia enarranda Hesychius secutus esse videatur aut quibus se addixerit, ubi Dionysius eum defecerit (quamquam vel in his docuit quanta esset diligentia, ut qui, alia auxilia quando deessent, bibliothecarum forulos perscrutaretur. cf. Suid. s. *Δαμόφιλος* et s. *Σέλευκος Ἐμισηνός*). Tantum autem posthac constabit, suam fidem et auctoritatem non denegandam esse librorum Callimacheorum tabulae quae apud Suidam exstat, utpote quam non ipse

---

[1]) Meum hoc de Dionysio Hesychiani libri fonte praecipuo iudicium probat Wachsmuth. l. l. p. 145 seqq. meamque sententiam etiam firmius corroborare studuit. —

confecerit Suidas, sed per Hesychium Milesium a Dionysio Halicarnassensi acceperit accurate et prudenter compositam, etsi excerpendo distrahendo conglutinando depravaverit, qua depravatione non effecerit tamen, ut aliqua pretiosissimae tabulae pars in integrum restitui nequeat aut ad usum sit inhabilis nulliusque pretii. Huic igitur tabulae confisi iam de singulis Callimachi operibus et fragmentis disputabimus.

Ac primum quidem — nam hinc tabula orditur — disceptabitur

## I. Ἰοῦς ἄφιξις.

quo ex libro quum nullum uspiam vel levissimum testimonium apertis verbis prolatum habeamus, nec de forma operis nec de argumento quicquam constat, ut ad solam sit coniecturam confugiendum. Primum autem, si integra inscriptio est Ἰοῦς ἄφιξις, de quo non dubitamus, carmen potius quam oratione pedestri scriptum librum habebimus. historicus enim scriptor adventus locum additurus fuisse videtur, quem poetae omittere licuit, praesertim si ἄφιξιν voluit esse non simplicem adventum, sed adventum supplicantis sive *ἱκέτευσιν*, quem ad modum Aeschylus fecit in Suppl. 467, ubi rex Danao praecipit: *κλάδους τε τούτους αἶψ' ἐν ἀγκάλαις λαβὼν βωμοὺς ἐπ' ἄλλους δαιμόνων ἐγχωρίων θές, ὡς ἴδωσι τῆσδ' ἀφίξεως τέκμαρ πάντες πολῖται*, coll. ibid. 228: *κλάδοι γε μὲν δὴ κατὰ νόμους ἀφικτόρων κεῖνται παρ' ὑμῖν πρὸς θεοῖς ἐγχωρίοις*. Supplex autem Ἰοῦς fuit in vaccam conversae oestroque percitae post magnos errores in Aegyptum adventus. nam vix attigerat Nili ripam, quum *procubuit genibus resupinoque ardua collo quos potuit solos tollens ad sidera vultus et gemitu et lacrimis et luctisono mugitu cum Jove visa queri finemque orare malorum*, ut vix sine aliorum (ipsius fortasse Callimachi) exemplo scribit Ovid. Metam. I 730 seqq. Ubi a Jove tacta humanam formam recuperavit et Epaphum a Jove edidit, qui quum Aegypti regnum adeptus esset (cf. Aeschyl. Prom. 815 et 853 seqq.), per eum Jo *ἀρχὴ καὶ πηγὴ τῶν ἐπιφανεστάτων καὶ βασιλικωτάτων γενῶν* extitit, quem ad modum Plutarch. de Malignit. Herod. XI loquitur. nam quintum ab Epapho genus Argos rediit, Danaides, quarum una

κατ' Ἄργος βασιλικὸν γένος (Aeschyl. Prom. 872) peperit. Aptissimum sine dubio hoc Callimachei carminis argumentum fuit, in quo carmine fortasse etiam Epaphi pueri fata celebravit. nam Epaphum Ἥρα δεῖται Κουρήτων ἀφανῆ ποιῆσαι· οἱ δὲ ἠφάνισαν αὐτόν. καὶ Ζεὺς μὲν αἰσθόμενος κτείνει Κούρητας· Ἰὼ δὲ ἐπὶ ζήτησιν τοῦ παιδὸς ἐτράπετο. πλανωμένη δὲ κατὰ Συρίαν ἅπασαν, ἐκεῖ γὰρ ἐμηνύετο, ὡς τοῦ Βυβλίων βασιλέως γυνὴ ἐτιθήνει τὸν υἱόν, καὶ τὸν Ἔπαφον εὑροῦσα, εἰς Αἴγυπτον ἐλθοῦσα ἐγαμήθη Τηλεγόνῳ τῷ βασιλεύοντι τότε Αἰγυπτίων, quae Apollodori verba sunt II 1, 3. Haec autem si Callimachi illo carmine tractata putamus esse, inter incerta eius poetae fragmenta non deerunt quae huc referri possint, velut quae de Nilo flumine narrantur fr. 445 fortasse cum fr. 241 ita iungenda: τὴν δὲ γενὴν οὐκ οἶδα [καὶ] οὐδ' ὅθεν οἶδεν ὁδεύει θνητὸς ἀνήρ, ut οὐδέ sit ne — quidem. ad eundem autem locum etiam fragm. 176 εἰδυῖαν φάλιον ταῦρον ἰηλεμίσαι, a Tibullo I 7, 28 expressum pertinere probabile reddit hoc, quod Tibullus quoque l. l. illam rem cum occulto Nili capite memorat. praeterea in hoc carmine locum habuerit fr. 108, quod imprimis huic sedi aptissimum propter memoratum Herae λάχος, quae ita Jovis pellici placata erat, ut suam sedem ultro utriusque posteris concederet: τοῖς μὲν ἀρισκύδης εὖνις ἀνῆκε Διὸς Ἄργος ἔχειν, ἴδιόν περ ἐὸν λάχος, ἀλλὰ γενέθλῃ Ζηνὸς ὅπως σκοτίῃ τρηχὺς ἄεθλος ἔοι. nam inter Jonis posteros etiam Hercules (cf. Aeschyl. Prom. 874 seq.) et Heraclidae fuerunt, quos tamen Hera noluit nisi post magna in itinere pericula summo cum labore (cf. Müller. de Dor. I p. 81 not. 1) Argos occupare. Atque illius promissi non immemores Heraclidae nunquam ita desperarunt, ut invisis sibi gentibus se adiungerent (nam hoc loco fuisse puto fr. 134 οὐδ' ὧδ' ἐμόγησαν ἐλπίδες, ὥστ' ἐχθρῶν συμμαχίας καλέσαι), sed tandem Argos totamque fere Peloponnesum occuparunt et Italiae quoque et Asiae partem sibi subiecerunt. nam huc pertinere puto frag. 448, fr. 473. Sed fortasse ne his quidem enarratis rebus argumentum carminis absolutum erat. nam quum apud Lucian. in Dialog. deor. III a Jove Hermes iubeatur Jonem in Aegyptum deducere, ut ibi Isidem faciat, quae iam Aegyptiis dea sit et Nilum quotannis augeat atque ventos mittat et

navigantes servet (coll. Dial. deor. VII), cui in summa re adstipulantur Hygin. Fab. 145 (inde in Aegyptum venit, ubi parit Epaphum. Jovis quum sciret suapte propter opera tot eam aerumnas tulisse, formam suam ei propriam restituit deamque Aegyptiorum esse fecit, quae Isis nuncupatur), Diodor. Sicul. I 24. Apollod. II 1, 3 extr., Eustath. ad Dionys. Perieg. 918, Serv. ad Vergil. Georg. III 152, alii, et quum Jo satis mature in Isidem transfigurari coepta esse videatur, quidni verisimile sit hoc carmine Callimachum etiam Isidem attigisse. Atque hoc praecipuum argumentum carmini fuisse Prellerus statuit Mythol. graec. II p. 30 not. quamquam quae huic historiae vindicem poetica frustula inter anonyma Callimachi non invenio praeter fr. 139 (*καὶ τριτάτη Περσῆος ἐπώνυμος, ἧς ὀροδάμνον Αἰγύπτῳ κατέπηξ'*) et fr. 485 (*περσίη, ἧς θ' ἕνεκεν πένθος ἀπωμόσατο*). nam reliquam Isidis historiam non carmine, sed *ὑπομνήμασιν* exposuisse videtur. cf. fr. 561. — Obiter moneo Bergkium in Praef. Anthol. II p. XIII huic carmini adscribere voluisse etiam fr. 46: *βουσσόον ὅν τε μύωπα βοῶν καλέουσιν ἀμορβοί*, quod cur non credamus Suidae ex Hecale petitum esse affirmanti causam non video. Idem autem Bergkius ibid. carmen Aetiorum libris insertum fuisse putat, quod etsi falsum esse demonstrari nequit, ego tamen Suidae tabulae plus fidei habendum esse credo, qui peculiare carmen *Ἰοῦς ἄφιξιν* fuisse existimaverit.

Sequebantur in integra tabula si non statim, certe post breve intervallum

## II. *Αἴτια*,

de cuius carminis sive potius syllogae carminum forma et argumento plura sciri posse videntur quam Bentleius proposuit. is enim praeter ipsius Callimachi fragmenta non attulit nisi epigramma Apollonii Rhodii in Anthol. Pal. XI 275 perverse explicatum a Reisk. ad Theocrit. XV 50:

*Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα, τὸ παίγνιον, ὁ ξύλινος νοῦς,*
*αἴτιος ὁ γράψας Αἴτια Καλλίμαχος,*

(ita enim recte Bentl. iubet scribi, non *Αἴτια Καλλιμάχου*). item incertum poetam in Anthol. Pal. VII 42:

*Ἀ μέγα Βαττιάδαο σοφοῦ περίπυστον ὄνειαρ,*
*ἦ ῥ' ἐτεὸν κεράων, οὐδ' ἐλέφαντος ἔης.*
*τοῖα γὰρ ἄμμιν ἔφηνας, ἅτ' οὐ πάρος ἀνέρες ἴδμεν,*
*ἀμφί τε ἀθανάτους, ἀμφί τε ἡμιθέους,*
*εὖτέ μιν ἐκ Λιβύης ἀνάειρας εἰς Ἑλικῶνα*
*ἤγαγες ἐν μέσσαις Πιερίδεσσι φέρων·*
*αἵ δέ οἱ εἰρομένῳ ἀμφ' ὠγυγίων ἡρώων*
*Αἴτια καὶ μακάρων εἶρον ἀμειβόμεναι*

(ubi Bentleius quidem foedissimo hiatu v. 4 *ἀμφί τε ἀθανάτους, ἀμφί τε ἡμιθέους* non magis offendit quam novissimi editores, Heckerus autem Com. crit. de Anthol. I p. 178 non sat idoneis exemplis utitur ad excusandum hiatum, quem facile vitare poeta potuit, ut a librario potius profectum putem quam ab ipso poeta, quem bis *ἀμφί τοι* scripsisse crediderim. sic certe etiam Pindarus inter praepositionem et casum interposuit illam particulam Pyth. I 69 *σύν τοι τόν κεν ἀνήρ*) —, tum Martial. X 4:

Non hic Centauros, non Gorgonas Harpyiasque
invenies: hominem pagina nostra sapit.
Sed non vis, Mamurra, tuos cognoscere mores
nec te scire: legas Aetia Callimachi

(de quo recte statuit Schneidew. in Goetting. gel. Anz. XCIX (1851) p. 690) —, postremo locum Clementis Alex. Strom. V 8 p. 676 Pott.: *Εὐφορίων ὁ ποιητὴς καὶ τὰ Καλλιμάχου Αἴτια καὶ Ἶβις καὶ ἡ Λυκόφρονος Ἀλέξανδρα καὶ τούτοις παραπλήσια γυμνάσιον εἰς ἐξήγησιν γραμματικῶν ἔκκειται παισίν* (sic enim pro *ἅπασιν* legendum coll. Blomf. gloss. ad Aeschyl. Pers. 408, ut suaserunt iam Davis. ad Cic. de Divinat. II, 64 et Mein. Anal. Alex. p. 32) de obscuritate Aetiorum monentis, quam in universum Callimacho exprobrat etiam scholiasta Aristoph. Thesmoph. 80 Bentlei tempore nondum editus: *τοῦτο δὲ αἰνιγματῶδες κατὰ Καλλιμάχου* (leg. *Καλλίμαχον*) *ἄν τις φαίη κ. τ. λ.* (unde novum Callimachi fragmentum extudit Rauch. de Aet. p. 69 parum dextre), unde factum ut iam mature non ignobiles grammatici difficultates huius carminis expellere studerent, Theo et Epaphroditus. Et illius quidem, qui Apionis decessor Didymique nobilissimi grammatici fere aequalis fuit (utrumque testatur

Suid. I 1 p. 582) atque non solum Homeri carmina (cf. La Roche, die Homer. Textkritik p. 57 n. 94), sed etiam Apollonium Rhodium, Theocritum, Lycophronem, fortasse etiam Pindarum commentatus est et *λέξεις κωμικάς* scripsit (de quibus omnibus cf. Ahrens. Praef. Theocrit. vol. II p. XXVII seqq.), mentio bis facta est in Etym. Magn. p. 160, 30: *οὕτω Θέων ἐν ὑπομνήματι τῶν β΄ Αἰτίων* (frag. 19) et ibid. p. 207, 47: *οὕτω Θέων ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ α΄ Αἰτίου* (nonne *Αἰτίων* cum Sylburgio?) *Καλλιμάχου* (frag. 17), Epaphroditi autem, qui Suida teste I 2 p. 361 sub Nerone, cuius *ἐξελεύθερον* eum vocat Steph. Byz. p. 170, 8, vixit, sed usque ad Nervae tempora vitam produxit et praeter *λέξεις* (cf. schol. Aristoph. Equit. 1150, Vesp. 333, et La Roche l. l. p. 112) etiam commentarios in Homerum (La Roche l. l.), in Hesiodi Scutum (cf. Muetzell. de Emend. Theogon. p. 291 seq.) et *εἰς Πίνδαρον ἐξήγησιν* (cf. Eudoc. Viol. p. 168) scripsit, meminerunt Stephan. Byz. p. 247, 10: *Ἐπαφρόδιτος ὑπομνηματίζων τὸ β΄ Αἰτίων*, et schol. Aeschyl. Eumen. 16: *Ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνήματι Καλλιμάχου Αἰτίων β΄*. Quae quidem testimonia, Theonem et Epaphroditum Callimachi *Αἴτια* esse interpretatos, etiam alia ratione his studiis non infructuosa videntur fore. nam ut fr. 17 et 19, quibus modo vidimus grammaticum adiecisse *οὕτως Θέων ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ α΄ Αἰτίων* aut simile quid, propter hanc ipsam commemorationem nemo dubitaverit Aetiis res illas adscribere, ita etiam Callimachi quosdam alios locos, quorum interpretationi a grammaticis subicitur aliquanto minus integrum hoc: *οὕτως Θέων* (vel *Ἐπαφρόδιτος*), non ex alio carmine atque ex Aetiis petitos iure censebimus. itaque fr. 230, cui ab Etym. Magn. p. 144, 55 seq. addita haec: *οὕτως Θέων ὁ τοῦ Ἀρτεμιδώρου*, sine ulla haesitatione Aetiis adscribimus non diversum rati hunc Theonem Artemidori ab eo esse Theone, quem alibi Etymol. Magn. Callimachi Aetiorum interpretem dicit. ob eandemque causam fr. 305 Aetiis vindicamus, quoniam hoc postquam Stephanus p. 45, 16 protulit, mox addit: *Ἐπαφρόδιτος δὲ μαρτυρεῖ κ. τ. λ.* nec iam dubitabit quisquam, quin Aetiis asserendum sit fr. 130 ab Etym. Magn. p. 137, 49 citatum, nam ibi quoque mox additur: *οὕτως Ἐπαφρόδιτος* (cf. quae ad frag. 152 dicemus). Ne quis autem hac obser-

vatione abusus nova adeo fragmenta Callimacho vindicare velit ex Theonis memoria ap. Steph. Byz. s. *Ἄλος*, aut ex Epaphroditi, cuius nunc demum ex Etym. Florent. p. 168 Miller. prodierunt verba haec: *Ἴμβρασος· Ἰμβράσου παῖς. ἔστι δὲ ὄνομα κύριον ἀπὸ τῆς Ἴμβρου τῆς νήσου. οὕτως Ἐπαφρόδιτος*, — priorem locum moneo ex commentariis Theonis in Hom. Il. II 682 (*οἵ τ' Ἄλον — ἐνέμοντο*), alterum ex Epaphroditi in Hom. Il. IV 520 (*Πείροος Ἰμβρασίδης*) petitum videri, unde appariturum spero in Etym. Flor. l. l. corrigendum esse: *Ἰμβρασίδης, Ἰμβράσου παῖς*, non sic: *Ἴμβρασος· „παῖς Ἰμβράσου"*. — Sed ut redeat oratio unde digressa est, quum Bentleius de Aetiorum ratione praeter argumentum et obscuritatem carminis nihil attulisset, hanc inopiam levare nescivit Ernestius, nisi forte levavit hac observatione p. 417, Aetia non scripta esse versibus elegiacis, quod priores putaverint, et quae citentur Aetiorum fragmenta elegiaca ex Elegorum opere manavisse. verum is gravissimus Ernestii error fuit, qui falli se passus est Aetior. frag. 19:

*ἡ μὲν ἀερτάζουσα μέγα τρύφος Ὑψιζώρου*
*ἄστυρον εἰσανέβαινε.*

nescivit igitur aut tum forte non meminit, veteres grammaticos, si quando non totos apponentes poetarum versus in aliqua eorum versuum voce subsistant quam illi elisione facta ultima syllaba privaverant, solere tamen integram hanc vocem adscribere. velut Homeri versum Od. X 1 *Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'· ἔνθα δ' ἔναιεν* ita citat Stephan. Byz. p. 53, 9: *Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθα*, cuius generis ne plura afferamus otium nobis fecerunt Lehrs. ad Herod. Monad. p. 143, Friedlaender. de Nicanor. p. 125, La Roche in Homer. Untersuchung. p. 162. Callimachus igitur *εἰσανέβαιν'* scripserat, admissa in medio pentametro elisione, quod fecit etiam in fr. 147 et alibi. Quod autem Ernestius fragmenta elegiaca non ex Aetiis, sed ex Elegorum opere petita esse putabat, nollem omisisset quaerere, quaenam ratio inter Elegias, quas Callimachi peculiare opus fuisse sumpsit, et Aetia esset, de qua ante omnia quaerendum fuit.[1]) saepenumero enim et

[1]) Quae sequuntur pridem edita a me sunt in Programm. Gym. Gothani 1851 inscripto Prolegomena in Callimachi *Αἰτίων*

alios puto miratos esse et ipse qui factum sit miratus sum, ut, quamquam plurimi aestimabant dum integrae erant et Graeci et Romani critici [cf. Quintil. X 1, 58 et aliorum locos apud Dilthey de Callimachi Cydippe p. 4, ubi adde Gram. in Cramer. Anecd. Paris. IV p. 196, Etymol. Gud. p. 180, 6, Tzetz. Proleg. in Lycophr. p. 257 Müll.] Callimachi elegias rarissime inveniamus cum aliquo exiguo de lautissimis olim copiis frustulo memoratas. Nam quum ex Hecale Callimachi, epico carmine, quod ut magni faciebant veteres ita non ducebant pluris quam elegias, quum igitur ex Hecale quae petita sint ad minimum triginta nobis fragmenta propinantur, tum ex elegiis depromptum dicitur unum solum in Etym. Magn. p. 290, 50 (Callim. frg. 67 Bentl.). iure enim Bernhardy histor. lit. graec. II p. 394 cum Gaisfordo reprobavit in Stobaei Flor. tit. 115, 11 (Callim. fr. 11) codicis Leidens. lectionem *ἐλεγεῖα*, a Valckenaerio magnopere commendatam, sed quae conicientis potius librarii nota sit. — Verum enim vero desinamus mirari. parata enim ratio est qua quae antea mirabilia videbantur iam appareant rei convenienter facta. Ita enim iudico, elegiarum Callimachearum fragmenta si quando in libris suis usurpaverint veteres, non elegiae sed aliquo proprio elegiarum nomine usos esse. quod non ita nunc intelligi volo quasi suum cuique fuerit elegiae proprium nomen quo usi sint — quamquam a veritate ne hoc quidem plane abhorret, ut docet Cydippe, docent a Suida et aliis servati tituli unus et alter —, sed totum elegiarum Callimachearum corpus praeter *ἐπινίκιον ἐλεγειακὸν εἰς Σωσίβιον* et *πλόκαμον Βερενίκης* et *Γάμον Ἀρσινόης* et si quas alias elegias oblata solemni aliqua occasione poeta scripsit, communi puto *Αἰτίων* nomine comprehensum fuisse, i. e. Callimachi Elegias non fuisse diversas ab eo poetae libro saepe laudato, quo ille, per somnium abreptum se e Libya in Heliconem montem et cum Musis colloquentem fingens, narravit quae Musae *εἰρομένῳ ἀμφ' ὠγυγίων Ἡρώων αἴτια καὶ μακάρων εἶρον ἀμειβόμεναι*, ut

fragmenta. ea quum etiamnum maximam partem probem, repetenda hic typis existimavi, ut simul quae hic illic ab aliis reprehensa in his videbam defenderem si possem, novaque adderem. ea omnia cancellis circumscripta exprimenda curavi.

est apud incertum poetam in Anthol. Palat. VII 42. Ubi **Libyam** quis non intelligat Callimachi patriam, Cyrenen? ergo etiam *Αἴτια* scripserit in patria sua,[1]) antequam Alexandriae sedem rerum et fortunarum suarum collocavit, i. e. dum iuvenis erat, non vergens iam ad senectutem, ut scribit Hecker. Com. Callim. p. 16, qui quae suae firmandae sententiae attulit testimonia, schol. Iliad. XVI 234 et schol. Vatic. Eurip. Rhes. 28 (frag. 484 et 492), aliter esse explicanda docui in Jena. allg. litt. zeit. 1848 p. 871 a et p. 873 a.[2]) Quod autem *Αἴτια* ab Elegiis non diversa fuisse iudico, eius iudicii quum plana et expedita sint argumenta, non est dubitandum quin qui antea hanc rem tractarunt in idem incidissent, nisi aut falso sibi persuasissent *Αἴτια* puris scripta

---

[1]) [Assentitur mihi Rauch., die Fragment. der Aet., in Program. Rastatt. 1860, p. 1, sed Merkel. Praef. ad Apollon. Rhod. p. XXI tantum concedit, Aetia Cyrenae a Callimacho inchoata fuisse, a iuvene autem edita esse non credit. ac neutrum probat Dilthey. de Cyd. p. 15 not. 1, quia praeterito cuilibet tempori assignare somnium poeta potuerit. Potest quidem hoc verum esse. sed si Alexandriae demum vir factus Callimachus Aetia scripsit, cur non ex urbe Alexandria, sed e Libya se abreptum in Heliconem finxit et post somnium intercedere statuit magnum temporis spatium, dum materiam a Musis acceptam Alexandriae metro adstringeret? An quis putet in Libya libros ei defuisse e quibus materiam peteret carminibus eosque Alexandriae demum ei suppetisse? Postremo Meinekius ad Callim. p. 131 Aetia longo temporis intervallo post hymnum in Jovem composita dicit, quod si verum esset, sane Aetia a poeta sene scripta Alexandriae fuisse dicendum esset. Sed admodum debile et infirmum Meinekii argumentum est, ut qui existimet Callimachum in Aetiis (fr. 195 et 465) probasse de deorum sortitione munerum fabulam, quam in Hym. Jov. 60 mendacii accuset. At quidni aliam famam in alio carmine sequi potuerit quovis tempore? In neutram autem partem quicquam valere locos Suidae II 2. p. 698 (Σεβηριανὸς — *τὰ μὲν τῶν ἄλλων ποιητῶν ἀπεδέχατο μετρίως, τὸν δὲ Καλλίμαχον εἰς χεῖρας λαβὼν οὐκ ἔστιν ὅτε οὐ κατέσκωπτε τὸν Λίβυν ποιητήν*) et Statii Silv. I 2, 253 (hunc ipse choro plaudente Philetas Callimachusque senex Umbroque Propertius antro ambissent laudare ducem) manifestum est.]

[2]) [Neutiquam his Heckerus probavit Callimachum Zenodoto Ephesio aequalem et maximam iam famam et auctoritatem adeptum esse florente Ephesio, quum nec scholiastam Homeri recte interpretatus sit et scholiastam Euripidis male intellexerit, qui non de celeberrimo Zenodoto Ephesio cogitavit, sed de Zenodoto Mallote.]

fuisse hexametris — id quod praeter Ernestium quem supra refutavimus, fecerunt Valcken. Callim. eleg. fragm. p. 8 et Ruhnk. ad Timae. p. 113 —, aut ignorata *Αἰτίων* ratione nescivissent aptissima tale opus praebuisse elegiarum argumenta. Sed si praebuit — quidni enim nunc quidem sumamus praebuisse, quum contrarium nemo facile probaverit? — quis *Αἴτια* dicat ab Elegiis diversa fuisse, ubi e tertio *Αἰτίων* libro laudatum viderit versum, quem e Callimachi Cydippe, elegiaco argumento, ut fatentur omnes, depromptum esse certum est ex Aristaenet. epist. 1, 10 (cf. interpr. ad Call. fr. 26)? an probabilior Bernhardyi coniectura sit, l. l. p. 395, eandem rem Callimachum bis esse, et in Aetiis et in Elegiis, persecutum? Tum si quis Suidae II 1 p. 697 crediderit narranti Marianum, qui imperante Anastasio floruit, fecisse iambicam *μετάφρασιν Καλλιμάχου Ἑκάλης, Ὕμνων καὶ τῶν Αἰτίων καὶ τῶν Ἐπιγραμμάτων*, nonne statim eo inclinet ut *Αἰτίων* nomine putet Elegias esse comprehensas? an praestiterit ita putare, elegias, quo in genere Callimachum principem fuisse habitum Quintiliano X 1, 58 credi par est, Marianum noluisse *μεταφράζειν*, Hymnos libenter voluisse, quibus pretium non est? Postremo qui Propertii legit elegiam II 34, ubi Lynceum amore incensum monet ut ab epicis carminibus tragoediisve scribendis animum avocet atque hortatur in hunc modum (v. 31): tu Latiis Meropem Musis imitere Philetam | (sequor enim Bergkii ad Hermesian. 38 et Schneidewini in Philol. I p. 170 coniecturas) et non inflati somnia Callimachi. | nam cursus licet Aetoli referas Acheloi, | fluxerit ut magno fractus amore liquor, | atque etiam ut Phrygio fallax Maeandria campo | errat et ipsa suas decipit unda vias, | qualis et Adrasti fuerit vocalis Arion | tristia ad Archemori funera victor equus, — haec igitur qui legit num dubitet quin Propertius ad elegias scribendas Lynceum invitare voluerit tales, quales sint et Philetae carmina et Callimachi non inflati somnia, i. e. ea Callimachi carmina, quorum somnianti sibi Musas Heliconiadas argumenta dedisse poeta finxerat? Neque vero solas Propertius intelligit elegias amatorias, sed elegias cuiusvis generis. nam et Adrasti Arioni, quem canendum proponit Lynceo, nihil est cum amore, et

reliquis omnibus locis quibus Propertius Philetam et Callimachum laudat de eis cogitat poetis, qui ad levius argumentum quodcunque fuerit elegiis celebrandum animum appulerint et a grandioris epici carminis tractatione abstinuerint (cf. II 1. III 1. III 9. IV 1. IV 6.). —

Quod si Callimachi *Αἴτια* ea fuerunt carmina, quae veteribus essent perfectarum omnique numero elegantium elegiarum exemplar, consentaneum est plurimum lecta fuisse ideoque *Αἴτια* plurimas sibi vindicare inter eas versuum Callimacheorum particulas, quibus qui utuntur sine carminis titulo usi sunt. Unde patet ad *Αἴτια* sive Elegias aliquo modo restauranda plurimam suppetere materiam. Quamquam in congerenda hac e fragmentis anonymis materia cautione opus est, ne ad *Αἴτια* trahantur quae sint alius carminis. Veluti eo non traxerim fr. 297 *ᾔδεα μᾶλλον ἐγώ κοτε*, quod quum Eustathius apponat ut *ᾔδεα* demonstret esse ionicam formam, e lyrico quodam carmine sumptum videtur, in quo severior regnabat ionismus et metrum glyconium, unde concidit etiam Naekii (Hecal. p. 109), qui hexametri partem putabat, de rhythmo dubitatio. item nemo semel monitus dubitabit quin fragm. 269 *αἳ νῆας | ἁλιβδύουσι* referendum sit ad choliambos, inter quos tamen locum non concessit Meinekius, etsi commodissimum invenerit prope fr. X Mein. — Tum postquam Naekius Hecales argumentum et oeconomiam clarissima in luce posuit, fragmenta quaedam Callimachi anonyma certissima coniectura poterunt ad Hecalen referri, ut fr. 234 ita a Bentleio editum: *ἄνδρ' ἔλαιοι Δεκελειόθεν ἀμπρεύοντες*, de quo parum probabiles extant Tittmanni ad Zonar. I p. 160, Mülleri de Dor. I p. 442, Wordsworthii ad Theocrit. XIV 4, Heckeri Com. Call. p. 131 coniecturae. nam eo qui utitur versu Etym. Mag. auctor p. 86, 30 de bove aliquo intelligendum docet. itaque de tauro Marathonio interpretandum fragmentum puto, quem vivum Athenas, ut a populo
111 spectaretur (cf. Naeke p. 254), Thesei iussu perduxerint iuvenes quidam robusti. ut hoc modo conicias Callimachum scripsisse [*τὸν δὲ δύ'*] *ἄνδρε νέοι Δεκελειόθεν ἀμ*. Ad eandem Hecalen, in qua multus erat Callimachus in describenda coena Theseo data, refero fr. 250, quod posthac ex Gaisfordianorum codicum et Etym. Gudian. p. 226, 38 vestigiis

ita scribendum erit: [*κρῆθμόν θ'* vel *βούτομον*] *ὅ,ττι μάλιστα βοῶν ποθέουσιν ἐχῖνοι* coll. fr. 64. — Postremo procul habenda ab Aetiis fragmenta satis multa quae manifesto sunt ex Epigrammatis petita, ut fr. 109 et fr. 111 eaque omnia, quae ad Callimachi pertinent poetarum censuram (frag. 74^a^ et 74^b^, frag. 223, 254, 279, 498, 541 epigr. 6 et 29). quae epigrammata tametsi a principio poetarum voluminibus in bibliotheca Alexandrina servatis inscripta erant, videtur tamen Callimachus postea iterum edidisse sive seorsum sive ut *Πινάκων* pars essent, nec dubium mihi quidem quin huc referendum sit fragmentum nuper post Dübnerum ab H. Keil. analect. gram. p. 6 editum, quod *περὶ τοῦ Ἀρχιλόχου* dictum et *ἐν τῷ γραφείῳ* Callimachi lectum grammaticus indicat. sed eius libri mihi videtur potius *ἐπιγραφεῖον* (i. e. *ἐπιγραφῶν* collectio. cf. *κυλικεῖον, λοφεῖον*, alia.) fuisse titulus, ut *γράφειν* et *ἐπιγράφειν* variant etiam apud eum cui debemus fr. 555, Choerobosc. in Theodos. p. 115, 16 (= Bekk. Anecdot. p. 1185) coll. cod. Marcian. ap. Gaisf. praef. ad Etym. Magn. p. 7 et Choerobosco ibid. p. 218, 19., eundemque librum indicatum puto in Etym. Mag. p. 72, 12 seq. *ἀλυτάρχης* . . . . . *Ἡδύλος δὲ εἰς τὴν ἐπιγραφὴν Καλλιμάχου διὰ δύο λλ ὀνομάζει τοὺς ἀλύτας ἀλλύτας*, ubi etiamsi verum sit (nam mihi certe nondum liquet) quod non sine codicum auctoritate Gaisford. [add. Cramer. Anecd. Paris IV p. 6, 23] et Meinek. exercit. in Athenae. I p. 37 praeoptabant *εἰς τὰ ἐπιγράμματα Κ.*, tamen eadem illa quae dixi vera epigrammata intelligi possunt, in quae Hedylus poeta non commentarium scripserit, ut omnes statuere video, sed carmine invectus sit Callimachum depingens tamquam severum aliquem censorem et quendam quasi *ἀλλύτην*. — Contra autem cavendum etiam ne ad alia Callimachi carmina temere trahamus quae possint esse ex Aetiis petita, ut non laudo Heckerum qui in Schneidew. Philol. IV p. 479 ad Hecales coenam rettulit fr. 139 *καὶ τριτάτη Περσῆος ἐπώνυμος, ἧς ὀρόδαμνον | Αἰγύπτῳ κατέπηξε*. nam de eadem persea pentametrum habemus frag. 485: *περσίη, ἧς θ' ἕνεκεν πένθος ἀπωμόσατο*, et grammaticus ubi scripsit *κατέπηξε*, potuit grammaticorum more (cf. supra) integrum ponere quod mancum (*κατέπηξ'*) invenerat a Callimacho scriptum ita —:

*Αἰγύπτῳ κατέπηξ'* [*'Ακρισιωνιάδης*]. quo concesso fragmentum ad elegiacum aliquod carmen de Iside et Osiride referemus [cf. quae diximus de Jus adventu], nam Isidi sacra persea teste Plutarch. de Is. et Osir. c. 68. — Nec maiore iure inter carmina puris hexametris scripta locum tueatur fr. 443: *οὓς Βρέννος ἀφ' ἑσπερίοιο θαλάσσης | ἤγαγεν Ἑλλήνων ἐπ' ἀνάστασιν*, ubi quum codices habeant *εἰς ἐπανάστασιν* vel *καὶ ἐπανίστη*, praestat scribere: [*καὶ Γαλάτας*], *οὓς Β. ἀ. ἑ. θ. | ἤγαγεν Ἑλλήνων εἰς ἐπαναστασίην*, de quo substantivorum genere vide Lobeckium disputantem parerg. in Phrynich. p. 527 seqq.

Sed ita remotis e fragmentorum anonymorum numero quae probabilius est alium sibi atque in Aetiis vindicare locum, — quae restant plurima ob eam quam dixi causam ad Aetia referenda sunt. Ea fragmenta qui in genera digerere instituerit, trium maxime singula esse generum inveniet. nam pertinent aut ad agones aut ad populorum urbiumve origines aut ad sacra publica omnemque deorum cultum. quartum enim genus totum est in coniectura positum, *εὑρήματα*, quamquam qui reputaverit quanta a veteribus in eo argumento elaborando sit opera posita (ut uno loco octo qui *περὶ εὑρημάτων* scripserint nominat Clemens Alex. Strom. XVI p. 362 Pott.)[1] et quo modo pertractaverint, concedet, opinor, non alienum fuisse a Callimacho rerum ad vitam maxime necessariarum auctores in *Αἰτίοις* celebrare. ac possem hanc coniecturam pluribus hic exornare orsus a Callimachi fr. 159 *καὶ γλαρίδες σταφύλη τε καθιεμένη τε μολυβδίς*, iungendo fortasse cum Daedali
IV historia quam in Aetiis a Callimacho enarratam fuisse constat [fr. 5], — nisi praestare videretur nunc quidem a coniecturis abstinere ubi firmissima agenda fundamenta sunt quibus reliquam nostram disputationem superstruamus. Illo igitur nunc omisso genere reliqua quae posui certissima sunt. Nec

---

[1]) [*Εὑρημάτων* scriptores Lobeck. Aglaoph. p. 168 affert Ephippum, Philostephanum, Scammonem, Stratonem, Simonidem genealogum, Philochorum, Theophrastum. quibus alii addi possunt, velut Aristoteles (cf. Mueller. Fragm. Historicor. vol. II p. 181), Ephorus (cuius contra *Εὑρήματα* Strato scripsit teste Plin. Nat. hist. Elench. libri VII), Phylarchus (Suid. II, 2. p. 1569), Heraclides Ponticus (Diogen. Laert. V 88), Constantinus Porphyrogen. *περὶ τοῦ τίς τι (τί?) ἐξεῦρε* (cf. Schneid. Philol. II p. 336) aliique quibus usus est Plin. Nat. hist. VII 191.]

minus certum puto hoc, ea genera pertractata fuisse singulis *Αἰτίων* libris. aliter enim nec Callimachus paruisset rationi et verendum esset, ne ipsi parum tribuere videremur veterum testimoniis, qui quum peculiarem Callimachi librum *περὶ ἀγώνων* (cf. fr. 1) nominent, etsi grammaticorum more libros dicunt quae unius libri erant partes, hoc tamen docent, peculiari libro a Callimacho iunctim esse pertractatos agones, unde etiam de urbium originibus et de tertio quoque quartoque quodcunque fuit genere non iam dubia res sit.[1])

Deinceps quaerendum erit quoto *Αἰτίων* libro quodque genus Callimachus pertractaverit. quattuor enim fuerunt *Αἰτίων* libri, certe in sat frequenti horum librorum memoria, quae ultra quaternarium numerum non progreditur, plures fuisse non est credibile. Habemus autem ad solvendam hanc quam movimus quaestionem aliquot *Αἰτίων* fragmenta suo quodque libro ab eis qui usi sunt adscripta, quorum numerum nunc licet paulo auctiorem dare quam olim licuit Bentleio. sed horum fragmentorum plurima fatendum est non sufficere ad suum cuique generi vindicandum librum, adeo aut obscura sunt aut parum certo rem quam tractant definiunt, ut ad quod referas genus dubius haereas. Nihilo minus tamen hac via quo tendimus videmur pervenire posse, modo caute incedamus. Nam ut ab extremo libro ordiar, quod ex eo libro servatum habemus primum fragmentum (32 Bentl.) apud Steph. Byz. p. 223, 15 Mein. *Δειπνιὰς ἔνθεν μιν δειδέχαται* —, ipso haud obscure indicante Stephano ad Delphorum theoriam

[1]) [Totum ab hac sententia dissidet Rauchii p. 4 iudicium, qui affirmat singulos Aetiorum libros paulatim factos et seorsum, ut quisque perfectus fuerit, editos esse ideoque parum verisimile videri ab initio poetam singulas elegias ex argumenti similitudine ordinasse et affinia argumenta eidem libro dedisse, neque facile Callimachum talem ordinem de integro inducere potuisse, ubi postea, si tamen fecit, iunctim quattuor Aetiorum libros edendos curaverit. Verum enim vero magnopere vereor ne hoc Rauchii iudicium omnibus videatur *καπνῶδες*, ut quod omni fundamento plane careat. Quod si non testimoniis pugnari potest, sed ex sola rei verisimilitudine ducenda coniectura est, quis neget probabilius esse Pythicum et Nemeaeum *ἀγῶνας* in eodem libro tractatos esse, quam in tertio libro hunc alterum, alterum in quarto, quo ille rettulit p. 7, ne hic quidem caute usus veterum testimoniis, ut postea videbimus].

pertinet, qua nono quoque anno sacrae lauri frondem *ἐκ τῶν Τεμπῶν* Delphos asportabant (cf. Müller. prolegom. mythol. p. 157 et 302), eamque rem non obiter et in transcursu Callimachum attigisse, sed data opera exposuisse ipsa videntur verba indicare. ergo quartus Aetiorum liber eius modi fuit rebus enarrandis destinatus. neque ei iudicio obstant alia duo fragmenta e quarto libro prolata. nam fr. 33: *Μυτωνίδα καλεῖ τὴν Λέσβον Καλλίμαχος ἐν τῷ δ'*, ut per se obscurum sit, aliquid tamen lucis accipere videtur e fragm. Callim. 543 *ὁ δ' ἀείδων Μαλόεις ἦλθε χορός*, ad Apollinis Maloentis festum diem referendo quem *πανδημεὶ* Mytilenaei celebrabant (Thucyd. 3, 3), — et quod nuper demum innotuit frag. 33[a] ex schol. ad Clementis Alex. Protrept. p. 35 Pott. verba (*τιμᾶται δέ τις καὶ Φαληροῖ κατὰ πρύμναν ἥρως*) scholion hocce — Tom. IV p. 109 Klotz — *ὁ κατὰ πρύμνας ἥρως Ἀνδρόγεώς ἐστιν, υἱὸς Μίνωος, οὕτως ὀνομασθείς, ὅτι κατὰ τὰς πρύμνας τῶν νεῶν ἵδρυτο· καὶ Καλλίμαχος ἐν δ' τῶν αἰτίων μέμνηται*, quis non statim referat ad navem Atheniensium Deliadem theoriamque quotannis Delum missam, arctissime illam cum interfecti Androgei tributique Minoi pensi et liberantis Thesei memoria coniunctam (cf. C. F. Hermanni antiq. sacr. p. 315 eiusdemque disputat. de theoria Deliaca Goetting. 1846 p. 7 seqq.)? Itaque iure nobis videmur statuere quarto *Αἰτίων* libro Callimachum de sacrorum publicorum causis exposuisse. — Ac faciliori etiam ratione de urbium originibus decerni potest. constat enim Callimachum carmine elegiaco celebrasse Iasonis e Colchica expeditione reditum, quae multarum fuit *κτίσεων* causa. testatur Strabo I p. 46 Cas. (59 Alm.) apponens simul fragmentum (113 Bentl.) hoc: *ἄρχμενος ὡς ἥρωες ἀπ' Αἰήταο Κυταίου | αὖτις ἐς ἀρχαίην ἔπλεον Αἱμονίην*, quod non dubito quin non longe ab initio fuerit eius libri positum, quo *κτίσεις* poeta celebravit, quamquam fortasse propius etiam accedebat frag. 271 *ἐδείμαμεν ἄστεα μορτοί*. Cuius carminis fragmentis, quorum pleraque composuit Hecker. Com. Call. p. 33 seqq., nectendum sine dubio etiam fr. 21[a] ex schol. Venet. Hom. Il. IX 193 *Ἴωνες — τὸ Ἀθάμας — Τάμμας λέγουσι, Τάμμεω θυγατέρος, Καλλίμαχος ἐν β' αἰτίων*, — unde et huius et congenerum carmi-
V num certa sedes, liber secundus. — Restant agones, de quibus

aut primo libro expositum fuisse patet aut tertio. ultimum hoc qui coniecerunt O. Iahn. in Mus. Rhenan. nov. 1845 p. 619 et Herzberg. com. in Propert. p. 232 usi sunt Stephan. Byz. p. 104, 13 (fr. 29) qui Callimachum *ἐν τρίτῃ* Apesantem montem memorasse narrat. atque est sane istius montis memoria cum ludis Nemeaeis coniuncta (cf. fr. iamb. 82), quamquam Pausaniae II 15, 3 Apesas prae Nemeis memorabilis fuit accolarum narratione Perseum ibi primum Iovi Apesantio sacra fecisse. Itaque quoniam hoc fragmentum mihi parum loqui videbatur, aliud circumspiciebam paulo verbosius, edoctus simul et *Ἀκτίων* mentione a Callimacho facta (fr. 1) et agonum enumeratione ab Aristotele apud Schol. Aristid. p. 323 Dind. instituta de aliis etiam praeter nobilissimos illos quattuor agonibus cogitari posse. Ita videbam unum e primo libro petitum fragmentum facillime posse ad agonem aliquem referri, quod fragmentum nemodum satis expedivit. Legitur nunc apud nos fr. 13[a], olim in Ernestiano fragmentorum auctario n. 452, haustum e codd. Parisin. et Ultraiectin. (quibus adde Havniens. ap. Bloch. pone Etym. Gud. p. 1007): *Καλλίμαχος ἐν α' Αἰτίων ἐχρήσατο τῇ εἰς ου (γενικῇ ἀντὶ τῆς εἰς εω ἢ αο)· ταῦρον ἐρυκιμὴν εἰς ἑνὸς ἀντερέτου.* ita cod. Paris., sed Ultrai. et Havn. *ἐρυμικὴν* — *ἀστερέτου*, Gaisf. e suis nihil protulit novi. In his Ruhnken. correxit *ταῦρον ἐριμύκην* (cf. *ἐρίβρυχος* et *ἐριβρύχης*), a reliquis, quae non expedire se dicit, manum abstinens. quo aliquanto audacior Buttm. Mythol. II p. 142 [add. eiusd. Gram. Graec. II p. 412 ad. I] scripsit *ταῦρον ἐριμύκην εἶν' ἑνὸς ἀντ' ἐρέτου*, hic quidem nescire se ipse de qua agatur re fassus, quae pessima est emendandi ratio. postremo Herzberg. in Bergkii diar. antiquit. 1847 p. 133 coniecit *ταῦρον ἐριμύκην εἰσόκεν Ἀστερίδου*, de Minotauro cogitans, sed is quoque vim verbis inferens quae Ruhnkenii recepta coniectura praeter duo apices sanissima sunt. proba enim vox est *ἀντερέτης*, agnita ab Etym. Magn. p. 112, 40, cuius significatio quae hic apta sit (nam Etym. explicat *ὁ ἀντικαθήμενος*) petenda est ex Aeschylo. nam quum aliquot Callimachus habeat vocabula, quibus praeter Aeschylum et Callimachum nemo quantum nunc quidem constat usus est — ut *ἄοζοι* est in Callim. fr. 353 sive hym. Del. 249 e coniectura Meinekii

et in Aeschyl. Agam. 231 in poet. scen. Dind. (cf. Aeschyl. fr. 47 Dindorf.), ψύϑος Callim. fr. 184 et Aesch. Agam. 462, 999, 1089, λάτρον C. fr. 238 et A. Suppl. 1011, ἄκμων (indefessus) C. hym. Artem. 146 et A. Pers. 51, ἄνη C. in Iov. 90 et A. Sept. 713 —, ita igitur quum ab Aeschylo Callimachus pendeat, non est dubitandum quin ex Aeschyleo ἀντηρέτης, quod adversarium significat Sept. 283, 595, 993 (ut idem Aeschylus Agam. 41 ἀντίδικον, Sept. 518 ἀντιστάτην, ibid. 521 ἀντίτυπον primus voluit in universum significare adversarium, nulla alterius vocis habita ratione), Callimachus suum illud ἀντερέτης duxerit, dactylico numero coactus ad primitivam formam redire quam Aeschylus ob iambicum numerum mutaverat. Iam ubi scripserimus ταῦρον ἐριμύκην εἷς ἑνὸς ἀντερέτου simulque meminerimus Φαλάκραν, οὗ μνημονεύει Καλλίμ. ἐν α΄ Αἰτίων (fr. 439), id fuisse Idae montis iugum, ubi ex nonnullorum sententia (cf. Colluth. rap. Hel. 14 seqq.) expositus Paris vitam inter pastores agebat antequam agnitus a Priamo est, habebimus unde obscurum fragmentum explicemus. narrat enim Hygin. fab. XCI Parim pastorem in deliciis habuisse taurum, quem satellites a Priamo missi abducebant. eum taurum nisi fallor Callimachus dixerat Parim a satellitibus vindicaturum fuisse, si ab uno ipso eripiendus fuisset uni adversario (de duplici εἷς cf. Iacobs. in Anthol. Tom. VIII p. 303.). nunc autem abductum sequebatur taurum suum, quem ubi et ipsi sequimur, recta via ad agonem aliquem satis veterum narrationibus celebratum (cf. [Fuchs. de variet. fab. Troicar. p. 37 seq. et] Welcker. Tragodumen. p. 463 seqq.) ducimur. nam Priamus taurum illum positurus erat praemium ei qui vicisset mortui ut putabat Paridis funebribus ludis. cf. Hygin. l. l. Quae si probabiliter videbimur disputasse, agones primo Αἰτίων libro Callimachus celebravit. et video ita etiam Berhardyum statuisse, Eratosthen. p. 252. interim largimur propter fr. 29 posse etiam ad tertium librum agones referendos esse putari.

V Ergo paucis ut repetam, agones Callimachus celebravit aut primo aut tertio libro, urbium origines secundo, sacrorum publicorum causas quarto. qui reliquus est liber, sive tertius fuit sive primus, quale causarum genus comprehenderit non constat, nisi quod supra dixi probabile mihi videri rerum in-

ventores etiam a Callimacho fuisse celebratos. quod si fecit, huic quoque libro inventa materia est. — Atque haec quidem omnia mihi veri videntur simillima. nisi forte quis magis probabiles iudicaverit Herzbergii rationes, qui in eandem rem inquirens in Bergkii diar. antiq. 1847, II p. 133 primum *Αἰτίων* librum exposuisse putat de historia deorum mutatorumque divinorum nominum causis, secundum de urbium originibus, tertium de Amphictyonibus festisque diebus qui omnibus Graecis fuerunt communes, quartum complexum fuisse mutatorum nominum causas vel aliquam ad priores libros mythorum appendicem qui reliquorum ordini non potuerint commode inseri.

Verum his omnibus parum patet esse effectum nisi simul singulorum in quoque libro carminum argumenta eruantur. nam ita demum fragmenta ad suum quodque carmen revocari indeque recte explicari posse apparet. is enim summus est in tractandis fragmentis finis, ultra quem progredi nemini licet. Iam tametsi aliquot novimus *Αἰτίων* argumenta vel a grammaticis tradita vel ex poetarum maxime imitatione cognita, quorum argumentorum Cydippen Buttmannus [et Dilthey], Linum et Argonautarum reditum Heckerus egregie explanarunt, plura tamen nescimus. accedit quod saepe incertum sit, si quae Callimachus in Aetiis narrasse dicitur, num obiter attigerit an elegiae fecerit summam. At videor ego mihi ex parte saltem invenisse unde hae tenebrae si non plane dispelli, at ita minui possint, ut certe e longinquo verum videamus.

Extat enim inter Hygini fabulas et poeticon astronomicon intermedia iacens capitum aliquot congeries a fronte et a tergo truncata, quae quum res contineat maxime reconditas, vellem pluris esset a doctis hominibus habita quam factum adhuc video. Quorum capitum primo (273) inscriptum: qui primi ludos fecerunt usque ad Aeneam quintum decimum. secundo (274): quis quid invenerit. tertio (275): oppida qui quae condiderunt. quarto (276): insulae maximae. quinto (277): rerum inventores primi. In his primum offendit quod, quum secundo capite de rerum inventoribus expositum sit, idem argumentum postea duobus interpositis capitibus denuo est nova quidem, at simillima congesta materia tractatum, ut vel hinc appareat etiam hunc

locum non immunem ea esse labe, quam toti Hygini libro a lectoribus et librariis illatam constat. neque enim dubium esse potest quin eorum capitum alterumutrum suppositicium sit. Utrum autem dicat nemo incertus haerebit ubi demonstravero praeter primi (273) capitis finem etiam capitis 274 materiam e Vergilio esse haustam. nam ita e Vergilio pendere voluisse Hyginum, eruditissimum virum, quem Vergilii paedagogum appellat Columella (de re rust. II 1), ut qui Vergilio Georgicon materiam primariam collegerit (cf. ibid. IX 2), — id vero prorsus est incredibile. Pendet autem qui ista scripsit sanequam servilem in modum ab ore Vergilii. nam primum capitis primi extremo loco ludos funebres a Vergilio libr. V Aeneid. expositos ita in brevem aliquam summam contraxit, ut ubique Vergilium agnoscas. librariorum enim culpa factum quod inter cursores non comparet Patron (Vergil. V 298), iidemque librarii etiam in fine capitis peccarunt, ubi correctio petenda e Vergil. V 530 seqq. Paulo magis pro libero homine se gessit capite secundo (274), sed ut ne ita quidem servus lateat. nam quae illustranda sibi sumpsit inventa hominum a Vergilio petiit fere omnia, cuius in commentariis interdum leguntur eadem, ut etiam haec Hyginiana quae dicuntur ad explicandum Vergilium scripta videantur (ipso quodammodo invitante Vergilio in Georg. I 145: t u m  v a r i a e  v e n e r e  a r t e s.). nam quae de Ceraso deque asellorum capitibus et capro narrantur scripta sint ad explicandum Vergil. Georg. 1, 9. quae de Pelethronio, referenda sunt ad Georg. 3, 113. —
VII quae de metallorum inventoribus, ad Georg. 1, 58, unde simul patet cur his interposita sit de Elide narratio. — quae de Arcadibus, ad Georg. 2, 342 (cf. Serv.). — quae de Phoroneo, ad Aen. 1, 16. — quae de Chirone ac reliquis medicinae inventoribus, ad Georg. 3, 550. — quae de Perdice et Daedalo, ad Georg. 1, 143 (cf. Serv.). — quae de Euadne, ad Georg. 1, 137. — quae de Lydis in hunc modum corrigenda: L y d i *S a r d i b u s* l a n a m *f e c e r u n t* [praestat fortasse corrigere l a n a m  i n f e c e r u n t ex Plin. Nat. Hist. VII 196: A e g y p t i i  t e x t i l i a (invenerunt), i n f i c e r e  l a n a s  S a r d i b u s  L y d i. et sic Buntium quoque edidisse video.] (cf. Munker. ad Lactant. narrat. fabul. p. 810), p o s t e a  i i d e m *p a n u m* (cf. schol. G. ad Georg. 1, 16) *i n v e n e r u n t.* Pan etc., ea refe-

renda sunt ad Georg. 1, 17 vel 3, 391, nam de nihilo non est quod statim sequitur de Pane narratio, quem non solum fistulae (cf. Eclog. 2, 32 et Prob. ad Eclog. 4, 58), sed etiam lanificii repertorem nonnulli putabant tradente schol. G. ad Georg. 1, 16 (coll. Meinek. Anal. Alex. p. 159), ut etiam grammaticus noster utramque inventionem coniungere quamquam alia ratione potuerit. — tum quae de Cerere narrantur referenda sunt ad Vergil. Georg. 1, 7. — quae de Tyrrheno, ad Georg. 2, 193. — postremo quae ita leguntur corrupta: cornicines autem classici invenerunt, referenda sunt ad Aen. VII 716, unde adhibita Servii in eum locum observatione certissima prodit huius loci emendatio haec: Hortini autem classica invenerunt. Iam quae restant duae de Belone et de Belo gladii inventore narrationes nescio quibus explicandis Vergilii locis destinatae sint (quamquam Beli quidem mentio exstat in Aeneid.), sed vel sic satis mihi videor demonstrasse, haec qui scripserit totum se in eligenda quidem materia Vergilio quasi in servitutem addixisse, ut de Hygino auctore cogitari nequeat, praesertim quum in propinquo sit aliud consimilis generis caput (277) quod cur Hygino denegemus causa nulla est. Atque haec societas vel tunc infesta foret capiti 274, si quis, Gellii noct. att. I 21 narrationis memor, Hyginum commentarios in Vergilium fecisse, haec ex ipsis illis commentariis deprompta putaret. nam vel sic caput 274 ex hoc libro expellendum et ad commentarios amandandum esset. nisi forte quis etiam reliqua huius loci capita ex iisdem commentariis manasse probet. — Sed nondum satis a nobis contra librarios vel antiquos Hygini lectores pugnatum, imo nova tela conicienda in homines insipientissimos qui capiti 276 inscripserint: insulae maximae, quum in eo capite memorentur etiam Mauritania et Sicyon (nam Aegyptum quidem non miramur inter insulas hic relatam. cf. Munker. ad h. l., Isocrat. Busir. 14 et Plin. Nat. Hist. V 48), tum Cyclades cum ipsa adeo Delo. Profligata autem inepta ista inscriptione ipsum tamen illud caput 276 non ausim Hygino detrahere. quamquam Hygini in hoc scribendo capite non id potuit esse consilium, quod, qui nunc eius capitis habitus est, praeter finem ubique observatum videmus, ut terrarum insularumque magnitudines additis numeris depingantur. istud

enim consilium secutus Hyginus sine dubio materiam disposuisset aliquanto melius. Itaque cum inepta ista inscriptione etiam numeri illi ab aliena manu in caput hoc illati sunt, quod Hyginus alio consilio scripserat. Quod quale fuerit non sinit quod antecedit caput ambigi, cuius sine dubio pars quaedam fuit, iam denuo illi iungenda.

Ita autem expulso capite 274 iunctisque in unum capp. 275 et 276 ex quinque, quae fuerunt, tria fiunt capita haec, primum de ludis, secundum de oppidorum conditoribus, tertium de rerum inventoribus. Atqui eadem dispositione in eadem tractanda materia Callimachum usum esse partim docuimus, partim non improbabiliter opinor coniecimus, ut praeter ipsum rerum tractatarum genus etiam consimilis dispositarum partium ordo in eam nos detrudat sententiam, Hyginum in his scribendis capitibus Callimachum secutum esse.[1]) Neque habet ea sententia quod ab Hygini vel dignitate vel consuetudine alienum sit. Nam ut Vergilium eum presse secutum esse parum fuerit probabile, quoniam is obiter has res tracta-

[1]) [Aliquanto aliter dicendum mihi fuisse nunc video, postquam Conradus Bursian in Fleckeisen. Annal. XCIII (1866) p. 761 seqq. de Hygini hoc qui dicitur libello probabiliter statuit, vergente fere secundo p. Chr. saeculo grammaticum quendam ex Genealogiis incerti cuiusdam Hygini brevissimam epitomen fecisse eique ad interpretandos poetas omnem mythologicam materiam ex fontibus partim optimis addidisse, atque hunc talem librum in scholis grammaticorum vulgo usurpatum et ob id ipsum varie immutatum novisque additamentis interpolatum fuisse. In illum igitur librum ab ipso conditore quae ex Callimachi Aetiorum compage excerpsisset recepta esse dicendum mihi fuit, neque hoc propter famam Aetiorum Callimachi, quae vel seculo sexto p. Chr. nondum interierant, per se ullo modo incredibile est. Atque caput 273 maximam partem ex Callimachi Aetiis posse excerptum videri concessit mihi Bursianus p. 762, qui cur finem eius capitis totumque caput 274 aliunde interpolatum censere mecum noluerit satis gravem causam non protulit. Quod autem quae de capp. 275 et 276 disputaveram Bursianus reiecit, certe non demonstravit interpolatorem aliquem hac se ratione gerere nequivisse. Itaque nondum ab ea me deturbatum puto sententia, ut capiti 273, ita etiam capitibus 275 et 276, item capiti 277 Callimacheam doctrinam subesse, etsi interpolatores hic adeo impudenter gessisse se concedo, ut ad suam rationem correctis quae grammaticus ille excerpserat frustulis multisque aliunde additis, multis omissis Callimachum fere totum suis fluctibus demergerent.]

bat, quidni Callimachum, qui in *Αἰτίοις* totum se ad illud argumentum contulerat ut instar fontis uberrimi eius posset esse liber, quidni igitur Callimachum Hyginus sequi potuerit eadem ratione, qua in fabularum libro saepe tragicos maxime graecos, in poetico astronomico Eratosthenem sequebatur (cf. de utraque re Bernhardy. Erat. p. 129 seqq.), i. e. ita ut quae ipse in rem inquirens invenerat apud alios illorum copiis VIII adderet? ac licet etiamnum in eo de quo agimus loco, quantumvis sit a librariis depravatus, eius rationis vestigia deprehendi. nam capite 273 scriptum est ita: decimo Isthmia Melicertae, Athamantis filio et Inus, fecisse dicitur Eratocles, alii poetae dicunt Theseum. ubi Eratoclis nomen sine dubio corruptum est. nam etsi ipsum nomen, in Thesaur. Paris. testimoniis non satis munitum et a Papio omissum, notum mihi ex Iamblich. de vit. Pyth. 5 (adde *ἐφημερίδα ἀρχαιολογικὴν* Athenis editam p. 456 n. 678, quem locum Carolo Keilio debeo), [cuius nunc vide etiam Inscript. Thessal. tres, Numburg. 1857 p. 15 et commentationem in Bergkii Diar. Antiq. 1852 p. 261], tamen inter Isthmiorum conditores, quos praeter Glaucum (cf. Clem. Alex. Strom. I p. 401 Pott.) omnes enumerat Krause de Pyth. Nem. Isthm. p. 171 seqq., Eratocles a nemine refertur. ac mirum ab Hygino non memorari Sisyphum, qui imprimis nominandus fuit. Itaque non dubito quin quod ipsius fuit Hygino restituam ita corrigens: Isthmia Melicertae, Ath. filio et I., fecit *Sisyphus. Patrocles et* alii poetae dicunt Theseum. nam Patrocles, philosophus Academicus, de Isthmiis scripserat teste Plutarch. Quaest. conviv. V 3, ubi tamen Dübnerus nuper *Προκλῆς* edidit, ut saepe libri variant (cf. [Ast. ad Platon. Leg. p. 158, Meinek. Philol. Exerc. in Athen. II p. 38 = Anal. crit. ad Athen. p. 330 coll. J. G. Schneider. ad Nicand. Alex. p. 150], Goeller. ad Thucyd. III 91). Ergo magis etiam apparet quam verum sit quod dixi Hyginum non plane pependisse a Callimachi ore, sed suorum etiam fructus studiorum Callimacheis interposuisse.

At dixerit quispiam in omnes has Hyginianae quam dicunt doctrinae reliquias ita grassatos esse librarios summa imis miscentes et alienissima quaeque ab Hygino infercientes, aegre ut Hyginum ab interpolatore dignoscas. Audio, nec sane in

me recipiam fore ut invictis argumentis demonstrem ab Hygino, non ab interpolatore aliquo profecta esse haec tria capita. sed hoc video, interpolatoris si sint, minus etiam improbabilem visum iri sententiam nostram, e Callimachi copiis horum fluxisse capitum doctrinam. Quid enim? interpolatoremne noluisse paratis Callimachi copiis uti, quae ad Anastasii usque tempora perdurarant, exinde Mariani opera denuo increbuerant, sed excerpsisse aliquem librum eorum qui de agonibus scripserant (de quibus cf. Krause de Olymp. p. XI seqq.), tum eorum qui *περὶ κτίσεων*, itemque eorum qui *περὶ εὑρημάτων*, eaque excerpta mirabili quodam casu disposuisse per genera eodem quo olim Callimachus usus erat ordine? nam alium praeter Callimachi *Αἴτια* extitisse librum easdem res eodem tractantem ordine quis affirmaverit? quamquam scio *Αἴτια* scripsisse etiam Theophrastum, Butam, Dionysium Corinthium, Plutarchum, Varronem et fortasse etiam alios.

Sed sive ab Hygino profecta putas sive ab interpolatore statuis male interposita Hyginianis tria ista capita, — Callimachi esse quae continent praeter rerum genus et ordinem videntur etiam aliae rationes evincere. Ac primum quidem hoc mihi considera Aristotelis Stagiritae e Peplo servatum fragmentum apud schol. Aristid. p. 105 Fromm. (p. 323 Dind.): *ἡ τάξις τῶν ἀγώνων κατὰ Ἀριστοτέλην γράφεται· πρῶτα μὲν τὰ Ἐλευσίνια —· δεύτερα δὲ τὰ Παναθήναια · τρίτος ὃν Ἄργει Δαναὸς ἔθηκε διὰ τὸν γάμον τῶν θυγατέρων αὐτοῦ· τέταρτος ὁ ἐν Ἀρκαδίᾳ τεθεὶς ὑπὸ Λυκάονος, ὃς ἐκλήθη Λύκαια· πέμπτος ὁ ἐν Ἰωλκῷ Ἀκάστου καθηγησαμένου ἐπὶ Πελίᾳ τῷ πατρί· ἕκτος ὁ ἐν Ἰσθμῷ Σισύφου νομοθετήσαντος ἐπὶ Μελικέρτῃ· ἕβδομος ὁ Ὀλυμπιακὸς Ἡρακλέους νομοθετήσαντος ἐπὶ Πέλοπι· ὄγδοος ὁ ἐν Νεμέᾳ, ὃν ἔθηκαν οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας ἐπὶ Ἀρχεμόρῳ· ἔνατος ὁ ἐν Τροίᾳ, ὃν Ἀχιλλεὺς ἐπὶ Πατρόκλῳ ἐποίησεν· δέκατος ὁ Πυθικός, ὃν οἱ Ἀμφικτύονες ἐπὶ τῷ Πύθωνος φόνῳ ἔθηκαν.* Quae qui cum Hygini capite 273 comparaverit mirabilem deprehendet consensum. nam primum, quum plurimi in Graecia celebrarentur agones, mirum est ab Aristotele et Hygino eosdem fere memorari (quamquam Hygino quattuor priores qui fuerint nescimus) interque eos unum et alterum quos quum minoris

fuerint prae aliis plurimis momenti apud neutrum scriptorem exspectaveris, agones dico in honorem Peliae et Patrocli celebratos. tum inter eos quos uterque memoravit sunt de quorum origine diversissima veteres narraverint, Olympia, Nemea, Isthmia prae ceteris. at in horum origine indicanda Aristotelem et Hyginum videmus consentire. quo in consensu imprimis memorabile hoc, quod Aristoteles Olympiacum agonem ab Hercule in Pelopis honorem institutum narrat, quod tam IX
singulare visum Schneidewino in erudita de Peplo Aristotelis disputatione, Philolog. I p. 13, ut scholiastam Aristidis *ἐπ' Αὐγείᾳ* scribere volentem dormitasse arbitraretur, non facturus nisi tum et loci Hyginiani et Clementis Alex. Strom. I p. 401 Pott. immemor fuisset, ubi eadem narrantur (alios indicat Krause de Olymp. p. 28 n. 3). Apparet autem hunc consensum non esse casu oblatum, sed Hyginum quacunque fuit ratione ab Aristotele pendere. atqui ipsum ab Aristotele haec sumpsisse Hyginum non est credibile. nam si sumpsisset, cur mutasset agonum ordinem ab Aristotele institutum, praesertim quum ordo ille ex temporum ratione petitus sit, quem cur Hyginus mutaret causa fuit nulla? Ergo ita statuendum, Aristotelia haec Hygino ab alio quopiam fuisse tradita, qui cur ab Aristotele propositum ordinem immutaverit facilius causa excogitari possit, verbi causa a poeta aliquo, apud quem plus valent poeticae quam temporum rationes. eum autem poetam ut Callimachum fuisse credam non solum hoc me movet, quod constat Callimachum ex uberrimis Aristotelis copiis saepe sumpsisse librorum suorum materiam, ut docuit Schneidewin. in Heraclid. Polit. p. 67 et ipse aliis me spero postea demonstraturum exemplis, nunc in uno acquiescens, fr. Callim. 466 in schol. Hom. Il. XXII 397 coll. Porphyr. ad Il. XXIV 15 extr., — sed persuadet etiam hoc, quod eiusdem quo Hyginus usus est agonum ordinis leve aliquod etiam in Callimachi quodam fragmento superesse videtur vestigium. Octavo enim loco Hyginus Olympia ab Hercule instituta memorat, cui egregie concinit Callimachi frag. 307, apud Suid. s. *Κόροιβος. ὄνομα κύριον καὶ μωρός τις μετρῶν τὰ κύματα. Καλλίμαχος· τὸν ὄγδοον ὥστε Κόροιβον.* ubi fragmentum Callimachi non ad *μωρόν* istum, sed ad Coroebum Eleum trahendum esse censemus coll. Callim. frag. 433, unde disci-

mus certe Callimachum de eo alicubi loquutum esse Coroebo, qui primus Olympionices in tabulis scriptus fuit. Ipsum autem fragmentum paulo magis corruptum extat in Etym. Magn. cod. V. ad p. 824, 48, ubi docemur *ὥς* esse etiam *διό* (sic enim scribendum pro *διά*). Corrigendumne igitur: *τὸν ὄγδοον, ὥς τε Κόροιβον* statuendumque poetam initio elegiae cecinisse in hunc fere modum: deinceps canamus agonem Olympiacum — quem — [*Ἡρακλέης ἔστησε*], *τὸν ὄγδοον, ὥς τε Κόροιβον* celebrent ut primum victorem —? nam Herculem Olympiacum agonem instituisse Callimachus dixerat teste schol. ad Il. XI 700 (fr. 383). — Ergone verisimillimum Callimachi esse quae Hygini continentur capite 273? quo concesso etiam reliqua duo capita eundem sibi vindicant auctorem.

Iam vero vide inde quid efficiatur. nam in hoc Hygini loco si Callimacheae poesis aliquam habemus quasi umbram, de eo Callimachi opere, quod veterum iudiciis optimum fuit, patet certiori iam ratione probabiliora disputari posse quam factum adhuc est. iam enim poterimus paulo confidentius quam supra fieri potuit affirmare, in primo Aetiorum libro fuisse agones, in secundo urbium origines, in tertio inventores, in quarto sacrorum quorundam publicorum causas, item poterunt singularum elegiarum argumenta indicari facilius, poterunt tum ex Aetiorum libris servata, tum sine libri nomine usurpata Callimachi fragmenta et ad suum quodque locum revocari et explicari plura quam olim licuit. nam quod plura dixi, non omnia, causa est in Callimacheorum carminum Hyginique rationibus posita. quum enim Callimachus saepissime exspatiaretur idemque reconditas saepe fabulas paucissimis verbis attingeret — unde imprimis explicandum cur Callimachi *Αἴτια* dicta fuerint *γυμνάσιον εἰς ἐξήγησιν γραμματικῶν ἐκκεῖσθαι παισίν* cf. supra —, Hyginus autem non nisi summa rerum capita quae cum agonibus etc. arctissime coniuncta erant inde excerpere posset, consentaneum est superfore fragmenta quibus explicandis ex Hygino quidem auxilium peti nequeat, ut ad coniecturas confugiendum sit, quibus tamen patet non omne esse fundamentum denegatum. — Sed ne verba dedisse videar, age nunc primum *Αἰτίων* librum Hygino duce perlustremus. Priusquam autem ad rem ipsam accedamus, quaerendum qui

fuerint agones illi quattuor quos initio capitis Hyginiani 273 lacuna hausit. nam a quinto incipit. Horum tres ipsa suggerit fragmentorum Callimacheorum sylloge Bentleiana. nam primum *Ἄκτια* novimus e fr. 1, secundum Pythia fuisse colligimus e fragm. 364 et 414, tertium fuisse *Παναθήναια* vel potius *Ἀθήναια* e fragmentis aliquot quae sunt de Minerva bellica. sed quartum ignoramus. nam si quis ex Aristotelis Peplo Eleusinia coniceret a Callimacho celebrata fuisse, ut qui antiquissimus omnium agon habitus fuisset (cf. schol. Pind. Olymp. 9, 150), non esset satis ab errore tutus, quoniam alii Eleusiniis antiquiora putabant Panathenaea (cf. Schneidew. de Aristot. Pepl. p. 12), quos eodem iure Callimachus sequi potuit, quo in reliqua eligenda et disponenda materia ab Aristotele defecit. Uno igitur (I) omisso agone, sive Lycaea fuerunt sive Eleusinia, statim accedimus ad

(II) Pythia, quae constat ludos funebres fuisse, ob interfectum ab Apolline Pythicum draconem institutos. Itaque primum Callimachus narraverit de Apollinis pulcherrimi dei (quo pertinet *frag. 12, asterisco a me, ut omnia quae ab ipsis veteribus ad Aetiorum librum 1 referuntur, insignitum: — *ἀπ' ὀστλίγγων αἰὲν ἄλειφα ῥέει* coll. hym. Call. in Apoll. 38) in Delphicam terram adventu, quae alias fuit aliorum deorum, ut Neptuni, *μέσφα Καλαυρείης ἦλθεν ἐς ἀντίδοσιν*, fr. 221. deinde descripserit dei cum dracone pugnam, qui draco hoc carmine *Δελφύνη δράκαινα* a poeta appellabatur (fr. 364), utque victor Apollo lauream induerit (fr. 414 b). tum ipse deus locutus sit (cf. fr. 450) et de instituendo agone — quem num musicum tantum an etiam gymnicum (cf. hypoth. Pind. Pyth. p. 297 Boeckh.) fecerit nescimus, [quamquam prius magis crediderim, nam ita simul magis etiam patescit, ob quale *αἴτιον* Pythiis locum hic dederit. quum enim sine dubio etiam *νόμος Πυθικός* memoraretur, facillimum est ad suspicandum, quaesivisse poetam, unde in alios etiam agones cantus certamen venerit], — et de oraculo suo apud Delphos, ad quem locum refero fr. 450 *Δελφὸς ἀνὴρ ἐμὸς ἱεροεργός* quodque huic arcte iunctum fuisse patet ex Etym. Magn. p. 255, 13, fr. 374, Apollinem discerpta a Titanibus Dionysii membra in lebetem coniecta apposuisse tripodi suo, unde etiam fr. 171 *υἷα Διώνυσον Ζαγρέα γειναμένη*

iure opinor huc revoco. [De tota hac fabula cf. Lobeckii Aglaoph. p. 547 seqq., quo duce conicimus ad eandem narrationem pertinere etiam frag. 408 (cui ibi locus fuit, ubi poeta Proserpinam textrina moerorem fallere studuisse narrabat. cf. Lobeck. l. l. p. 550) et frag. 344 (ubi Curetes, quibus natus Zagreus traditus erat custodiendus contra Iunonis insidias — cf. Lobeck. p. 553 seq. — puerulum περιπηχύναντες dicebantur). atque haec duo fragmenta iam a Rauchio de Aet. p. 50 seq. ad hanc fabulam relata sunt, cui tamen non concesserim de frag. 129 et 239 item huc revocandis.] — Tantum quidem de hac elegia colligi e fragmentis potuit, unde ne hoc quidem clarescit, quale primarium fuerit elegiae argumentum. nam quod semel moneo, non ipsos agones Callimachus voluit esse summas rerum, sed usus eis est ut trita aliqua via ad reconditiores perveniret fabulas, quae in elegiarum formam redactae lectorum animos delinirent, quem ad modum factum videmus in Lavacro Palladis, elegia superstite. Et de ea quidem elegia qua Pythia attigit suspicari tantum licet primarium fuisse argumentum Dionysii Zagrei fata, quae quis dubitet quin elegia pulchre exornari potuerint?

(III.) Pythiis adiungimus Actia, quoniam et ipsa erant Apollinis. De quibus quae frag. 1 apud Harpocrat. p. 10, 8 Bekk. legimus, *Ὑπερίδης ἐν τῷ περὶ τοῦ Πολύευκτον στρατηγεῖν. Ἄκτια ἀγὼν παλαιὸς ἦν, ὡς δῆλον ποιεῖ Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ ἀγώνων*, probare videntur Callimachum exposuisse de Actiis Acarnanicis. neque enim dubium esse potest quin quae Hyperides narraverat ad res gestas Olymp. CIX, 2 pertinuerint, quo anno Athenienses exercitum in Acarnaniam mittebant Philippo restituri (cf. Clint. Fast. Hellen. p. 152 Krüg.). at Callimachum ut ulterius progressum arbitrer movet me frag. 545 apud Hygin. poet. astron. II 37: h a n c n a v i m (Argo) f a c t a m P i n d a r u s a i t i n M a g n e s i a o p p i d o — C a l l i m a c h u s a u t e m i n i i s d e m f i n i b u s a d A p o l l i n i s A c t i i t e m p l u m, q u o d A r g o n a u t a e p r o f i c i s c e n t e s s t a t u i s s e e x i s t i m a n t u r, i n e o l o c o q u i P a g a s a e v o c a t u r etc. Nam Actia cum Apollinis Actii nomine coniunctissima sunt, quod nomen deo inditum ab Acte Magnesiae teste Stephan. Byz. p. 64, 22. Ergo Callimachum hac elegia

puto Argonautarum abitum narrasse (ut secundo libro celebravit reditum), sed addidisse simul eundem quem tunc Argonautae fecerint agonem postea cum Apollinis Actii cultu esse etiam alio, ut in Acarnaniam, translatum. Cum Argonautarum autem abitu coniuncta est Herculis et Hylae memoria, de quibus quae extant Callimachi fragmenta huc referenda erunt. Et Hylae quidem historiam primarium puto huius elegiae fuisse argumentum, praesertim quum aliquot habeamus fragmenta quibus de *παιδοφιλίᾳ* agitur. Sic igitur huius elegiae rationem a Callimacho institutam arbitror. Primum exposuerat de expeditionis causis deque Iasone *μονοπεδίλῳ*, ad quem locum refero fragm. 511: *γρήϊον εἶδος ἔχουσα*, quod de Iunone interpretandum coll. Apoll. Rhod. III XI 72. eandemque deam in anum mutatam videtur *Μάγνησσαν* (fr. 333) poeta appellasse, nisi dicebat de Argo navi ut Theocrit. XXII 79. — Tum narrabat de aedificata Argo et exstructo ab heroibus Apollinis templo institutoque agone (cf. Hygin. l. l.), [de Argonautis solventibus et praeter oram navigantibus, de quo itinere commode explicari possunt frag. 505 *νύμφιε Δημοφόων, ἄδικε ξένε*, frag. anon. 79 *τῆς δ' ὀλοφυρομένης ἀμφ' ἀχνύι λείβεται αἰών*, quae duo fragmenta de Phyllide intelligenda sunt, cuius tumulum Argonautae praetervehebantur, item fortasse fr. 9, ubi Thasum insulam procul vidisse Argonautas poeta narravit, cuius insulae conditor Thasus erat (cf. Kanne ad Conon. p. 142). in eodem Argonautarum itinere Callimachus memorare potuit Samothracen (fr. 397 et 409) et Aenum fr. 407]. Sed Argonautarum expeditioni interfuit etiam Hercules cum Hyla, ad quorum historiam quae pertinent, fr. 410 (ap. schol. Apollon. Rhod. I 1212 sive Eudoc. Viol. p. 211, ubi, quod mirum, nemo vidit orationem lacuna esse interruptam. scribendum: *μετῴκισεν* [*εἰς Ἄργος· ᾤκησε δὲ*] *περὶ Τραχῖνα κ. τ. λ.*) 435, 151 composuit iam et explicuit Hecker. Com. Call. p. 77, nisi quod fr. 186 malim cum Naek. p. 208 ad Hecalen referre. contra his fragmentis addendum etiam fr. 491[b] ap. Etym. Mag. p. 229, 43 *τέμνοντα σπορίμην αὔλακα γειομόρον*, iure Callimacho nuper vindicatum ab Hecker. in Schneidew. Philol. IV p. 478, quod de Thiodamantis bove interpretor coll. Apoll. Rhod. I 1214 seq., item fr. 240 *ὅσον βλωμοῦ πίονος ἠράσατο*,

de Hercule *βουφάγῳ* explicandum coll. Philostr. Im. II, 24, [item fr. 423: *λύκος ὠρυοίμην*, quae Hercules esuriens Thiodamanti dicit, et frag. anon. 111: *ὁππότε κέ σφας ὀιζὺς ἔχοι κρυεροῦ λιμοῖο*, de Dryopibus intelligendum.] — Imprimis autem celebraverit poeta Herculis in Hylam amorem, unde exspatiatus ea posuit quae leguntur fr. 107: *αἴθε γάρ, ὦ κούροισιν ἐπ' ὄμματα λίχνα φέροντες*, | *Ἐρχίος ὥς ὑμῖν ὥρισε παιδοφιλεῖν*, | *ὧδε νέων ἐρόφτε. πόλιν κ' εὔανδρον ἔχοιτε* (ubi *Ἐρχίου* puto heroa illum Atticum — cf. Sauppe de dem. urban. p. 6. — etsi de ipsa re nihil iam scimus), tum fortasse quae *frag. 154, quod e libro I integrius quam olim editum erat Ioann. Lydus dedit, de Mens. IV. p. 56 Roeth.: *τετράενον Δαμάσου παῖδα Τελεστορίδην*, — quae *fr. 11 *γηράσκει δ' ὁ γέρων κεῖνος ἐλαφρότερον*, | *κοῦροι τὸν φιλέουσιν, ἑὸν δέ μιν οἷα τοκῆα* | *χειρὸς ἐπ' οἰκείην ἄχρις ἄγουσι θύρην*, quae fr. 256 *τέρπνιστοι δὲ τοκεῦσι τόθ' υἱέες*, denique fr. 470: *μὴ ὀφέλετ' ἀλλήλοισιν ἐπὶ πλέον ὄμματα δῦναι.* [Ad Hylae autem historiam praeter fr. 546 referri potest etiam frag. anon. 354 *δρυμιάδες Νύμφαι*, a quibus raptum Hylam frustra quaerebat Hercules (fr. 512: *ὕζων ἀν' ὄρος*), nec eum invenerunt missi socii, qui reversi frustra se campos et montes pervestigasse narrabant (frag. anon. 138: *μηλόβοτον πεδίον διά τ' ἤλθομεν*). Ceterum ulterius in hac elegia poetam Argonautarum expeditionem persequutum esse negaverim, quum petentes eos Colchicam terram iterum in hoc libro (Eleg. X) attigisse videatur, de reditu autem Iasonis alium librum composuerit (cf. frag. 113[b]) i. e. Aetiorum librum secundum.]

(IV.). Sequantur Panathenaea, quae propter victum a Pallade Asterem gigantem instituta fuisse dixerat Aristoteles in Peplo. Fabulam hodie non novimus. sed quum qui primus hunc agonem instituit Erichthonius clarus sit ob inventas vel bigas vel quadrigas (vide testes ap. Boeckh. ad Corp. Inscr. II p. 313[a]) et quum Callimachus *ἐν Αἰτίοις* frag. 2 dixerit Enyalium, Libyae regem, Neptuni filium, fuisse bigarum inventorem, suspicari licet [et *αἴτιον* hoc fuisse, quis bigas vel quadrigas in certamina intulisset, et] tantum poetam tribuisse honori patriae, ubi composuit *Αἴτια*, ut Libum aliquam fabulam (fortasse de Minervae in Libya origine et educatione)

insereret, apud quos et nata Pallas putabatur et plurimum colebatur (cf. Boeckh. Explic. Pind. p. 328). Ad eam fabulam transiisse videtur *frag. 13: *οἵη τε Τρίτωνος ἐφ' ὕδασιν Ἀσβύσταο*. Cum fr. 13 autem iunctum fuisse videtur fr. 266: *ἢ ὑπὲρ ἀσταλέων Χαρίτων λόφον* (ubi etiam de Charitum ortu fabulam Libum paucis indicare potuit addens deinde fr. 471: *οἵ δ' ἕνεκ' Εὐρυνόμη Τιτηνιὰς εἶπον ἔτικτεν*, [ad quem locum forsan pertinebat etiam fragm. anon. 76: *νιψάμεναι κρήνης ἔδραμον Ἀργαφίης*, si quidem haec quoque de Gratiis intelligi debent.] Illo autem fragmento Callimachus Palladem depinxerit curru super montem illum qui Libyae fuit (Herod. IV 175) ad bellum vectam. quod si est, huc pertinuerint etiam fr. 231 et 243 ab Heckero iam in unum iuncta, Com. Call. p. 142, sed quae nondum puto persanata. nam Hesychii *ἐπίσκυρος ἄρχων, βοηθός* sublestae est fidei (cf. Küster. ad Hesych. s. v.). itaque scripserim: *ἡδομένη νεκάδεσσιν ἔπι σκυρθῶν πολέμοιο | ἐς δαΐν ὁπλισμόν θ' ἵππιον ἐρχομένων*. nam *σκύρθας* (sic enim apud Phot. II p. 186 Nab. pro *σκύθας* legendum esse [cum Nauck. de fragm. Aristoph. gramm. p. 97 n. 19] docent eiusdem Photii *σκυρθάνια* p. 166, et Hesychii *σκυρθάλιος* et *σκυρθάλια*) Elei et Lacones appellabant *ἐφήβους*. ad *ὁπλισμὸν ἵππιον* autem cf. Aeschyl. Agam. 387 *ναυβάτας ὁπλισμούς*. [Sed quae praeterea olim huc rettuli de rebus Libycis fragmenta, fr. 398, fr. 548, fr. anon. 220, fr. 517, fr. 126, ea nunc puto in historia de reditu Argonautarum locum habuisse. Sed praeterea non dubium mihi quidem, quin Athenarum facta mentione poeta de Minervae cum Neptuno certamine egerit (fr. 384), ex quo *πολιοῦχος* Atheniensibus facta Minerva et *Παναθήναια* ei celebrata sunt quo festo *πέπλος* per urbem in acropolin praeter *Τυρσήνων τείχισμα Πελαργικόν* vehebatur (fr. 283). is autem *πέπλος* ubi describebatur, poeta usus est fr. 356 (*καιρωστρίδες*) et 244 (*εἰ δέ ποτε προφοροῖντο διάσματα φάρεος ἀρχήν*, et comparavit fortasse cum hoc peplo eum, quem Elidenses mulieres facere Herae solebant (fr. 495: *Ἥρης | ἁδρὸν ὑφαινεμέναι τῇσι μέμηλε πάτος*). Et fortasse in ea pompa etiam Areopagum attigerant, ut facile suspicetur aliquis huc pertinuisse etiam fr. 449: *αἳ δὲ πάγον φορέουσιν ἐπ' Ἄρεος*, coniunctum quoque modo fuit cum fr. 123 (*νηφάλι' αἳ καὶ*

*τῆσιν ἀεί, μελιηδέας ὄμπας, λήτειραι καίειν ἔλλαχον Ἡσυχίδες* et fr. 270 (*ἄψ ἐπὶ Θερμώδοντος ὁδεύετον*), cui fortasse vicinum fuit fr. 370 (*Γραῖα*). sed quod Rauch. p. 74 etiam fr. 403 (*τριττύα*) huc revocat, nimis incertum est] Contra certissime ad Minervam spectat frag. 503: *ἵλαθί μοι, φαλαρῖτι, πυλημάχε*, [quod in fine elegiae positum fuisse suspicor et] a quo fragmento non longe videtur abfuisse fr. 462 (*τῶν οὐκ ἀγαθῶν ἐρυσίπτολιν*]. nec dubium quin etiam quae de Minervae noctua agunt huc referenda sint, fr. 318 (*κάρτ' ἀγαθὴ κικυμίς*, [quod fortasse iunctum erat cum fr. anon. 313 (*Πειρητίδος ἱερὸς ὄρνις*] et fr. 164 (*ἀλλὰ θεῆς, ἥτις με διάκτορον ἔλλαχε Παλλάς*).

XII (V.) Deinceps transimus ad Hygini excerpta, ubi primum habes: quinto loco Argis (i. e. ludi fuerunt) quos fecit Danaus, Beli filius, filiarum nuptiis cantu, unde Hymenaeus dicitur. Ubi quum solus nominetur cantus aliis scriptoribus *δρόμον* celebrantibus (Pind. Pyth. IX 112 seqq., Pausan. III 12, 2, Etym. Mag. p. 743, 20. *γυμνικὸν ἀγῶνα* dicit Apollod. II 1), apparet Callimacho primarium huius elegiae argumentum fuisse mortem Hymenaei. nam *ἐπιτάφιον* hunc fuisse *ἀγῶνα* et reliqui omnes docent agones ab Hygino nominati et quod praemium fuit *τὸ σέλινον* (Etym. Mag. l. l.), id enim ad mortuos pertinet. cf. Meinek. Anal. Alex. p. 82 n. Sed de Hymenaeo quum alii alia narraverint, Callimachum consentaneum est secutum fuisse aliquam Argivorum fabulam, qualem habemus ap. vet. interpr. ad Hom. Il. XVIII 493: *Ὑμέναιός τις Ἀργεῖος παραπλέων τὰς Ἀθήνας κατέλαβεν Ἀττικὰς παρθένους ἁρπαζομένας ὑπὸ Πελασγῶν τινῶν, αἷς ἐπιφανεὶς αἴτιος ἐγένετο τοῦ μὴ βιασθῆναι, ἀποδιώξας τοὺς Πελασγούς. διὰ τοῦτο οὖν αἱ νομίμως γαμούμεναι, ὥσπερ ἐπικαλούμεναι αὐτόν, ὕμνον τινὰ ἔλεγον εἰς αὐτόν, ὃν ἐκάλουν ὑμέναιον.* ex ea narratione sumptum puto fr. 230, non recte tractatum neque a Schneidew. pone Eust. Prooem. p. 39 neque ab Hecker. Com. crit. de Antholog. (I) p. 165, *ἁρμοῖ παρ Δαναῶν γῆς ἐπι βουγενέων*, modo a Danaorum terra (navigabat) Atticam versus. nam Atticam doctus poeta potuit *τὴν τῶν βουγενέων γῆν* appellare, quum essent qui primas apes in monte Hymetto natas fabularentur (cf. Columell. IX 2). Alia fragmenta quae huc

referam non habeo. at quum ab Argivis similiter ut Hymenaeus deploraretur etiam Linus (cf. Welckeri script. minor. I p. 15 seqq.) [et quum a Lino non minus quam ab Hymenaeo carminum genus nomen traxerit], ad eius fabulam hic puto Callimachum exspatiatum esse. nam primo *Αἰτίων* libro eam tractatam constat e frag. 13[e]. ex ea elegia servata fragmenta Callimachea composuit Hecker. l. l. p. 106 seqq., *fr. 14, fr. 127, fr. 315 (*τὸν σὲ Κροτωπιάδην*), fr. 424, 473, 534, fr. 4. sed fr. 407 et 486 huc non rettulerim cum Heckero, cuius etiam in reliquis crisin non ubique probem. [nec probaverim quod Rauch. l. l. huc rettulit fr. 307, sed magis commendaverim ut huc revocentur frag. anon. 110: *ἦχι πολυκροκάλοιο παρ' ἀνδήροισι Νεμείης*, quod excipiebatur fortasse a frag. 315, item frag. 276 *ψευδόμενοι δ' ἱερὴν φημίζομεν*, de peste intelligendum ab Apolline immissa, quae nulli hominum aetati pepercit, ut etiam frag. 308 (*οὐδ' ἦσιν ἐπὶ κτενὸς ἔσχον ἔθειραι*) ad hunc locum referendum et cum fr. 424 et 473 copulandum censeam.]

(VI.) Pergit Hyginus: sexto autem iterum Argis quos fecit Lynceus, Aegypti filius, Iunoni Argivae, qui appellantur *ἀσπὶς ἐν Ἄργει*. quibus ludis qui vicit accipit pro corona clypeum ideo quod Abas Lyncei et Hypermnestrae filius nuntiavit parentibus Danaum periisse. cui Lynceus de templo Iunonis Argivae detraxit clypeum, quod Danaus in iuventa gesserat et Iunoni sacraverat, et Abanti filio muneri dedit. In his ludis qui semel vicit, et (i. e. etiam. moneo propter interpretes) iterum descendit in certamen, ut, nisi iterum vincat, saepe descendat. [*Τὸ αἰτιολογικόν* quale fuerit patet. docebatur enim cur in Heraeis sive Hecatombaeis *ἀσπίς* victori dari solita sit (cf. Hermann. gottesdienst. Alterthüm. § 52, 2), sed *τὸ ἐλεγειακόν* nescimus, quum de Lynceo vel de mortuo Danao fabulam quae hic apta fuerit non noverimus. concedendum tamen vel Hypermnestrae misericordiam et amorem, quibus Lynceo pepercit, sororibus suum quaque maritum interficientibus, aptam elegiae materiam praebuisse. De clipeo illo, quod *ἔπαθλον* in his ludis fuisse aliunde constat (cf. schol. Pind. Ol. VII 152 coll. Schoemann. ad Plut. Cleomen. XVII et

Welcker. alte Denkmäler III p. 512 seqq.), intelligendum fr. 432,] ubi in corrupta Lactantii scriptura *ωςεν* (vel *ωςτεν*) *ACπIOAλTONcλΘN* non iambicum numerum, ut Naek. de Hecal. p. 275 (— *ὡς ἂν ἀσπίδ' Ἀργείων ἑλών*), sed dactylicum exaudire mihi videor fere talem: *ὡς ὅτ' ἐν Ἄργει ἀσπίδ' ἄεθλον* (vel *ἀσπίδος ἆθλον ἑλών*. et proverbia etiam Duris attigerat in suo *περὶ ἀγώνων* libro. cf. Hulleman. de
XIII Durid. Sam. p. 185. Praeterea de eodem clipeo intellexerim fr. 122: *καὶ γὰρ Ἀθηναίοις πάρ' ἐπὶ στέγος ἱερὸν ἧνται καλπίδες, οὐ κόσμου σύμβολον, ἀλλὰ πάλης*, quod ut de Panathenaeis intelligendum est, ita non videtur in ipsa de Panathenaeis elegia locum habere potuisse. potuerunt autem cum affixo (cf. Franz. ad Corp. Inscript. III p. 731 a) illo in certaminibus Argivis clipeo Atticae *καλπίδες* comparari, quoniam etiam clipeum istud non tam ornamenti, ut videri poterat, quam certaminis et victoriae quem ad modum *καλπίδες* illae signum erat.

(VII.) Septimo loco (fecit) Perseus, Iovis et Danaes filius, funebres Polydectae nutritori suo in insula Seripho, ubi cum luctatur (lege: iaculatur), percussit Acrisium avum suum et occidit. [Rem ab aliis aliter narratam eodem fere modo exponit Hygin. fab. LXIII, quae ex Aeschyli Polydecte petita suspicatur Heyne ad Apollod. Tom. I p. 145. Alii autem Larissae in Thessaliae urbe Acrisium in alio certamine aliquo a Perseo interfectum disco dicunt (cf. Heyne l. l. Tom. II p. 126 seq.), inter quos est etiam Pausan. II 15, 3, ubi post alia haec habes: *δίσκου χαίρων τῷ εὑρήματι ἐπεδείκνυτο ἐς ἅπαντας, Ἀκρίσιος δὲ λανθάνει κατὰ δαίμονα ὑποπεσὼν τοῦ δίσκου τῇ ὁρμῇ*. unde colligi posse videtur, quale *αἴτιον* hac elegia Callimachus celebraverit, nimirum quo modo disco contendi in agonibus coeptum sit.] Vides praeterea aptissima elegiarum argumenta, Danaes tristem sortem, Persei facinora, Acrisii mortem. quibus quo modo Callimachus usus sit nescio, quum nullum inveniam fragmentum quod huc revocari possit.

(VIII.) Octavo loco fecit Hercules Olympiae gymnicos Pelopi, Tantali filio, in quibus ipse contendit pammachio, quod nos pancratium vocamus, cum Achareo. Cum his supra iam contendimus Callimachi

fr. 307 et 433, unde cognovimus poetam ad recentiora etiam descendentem tempora Coroebi mentionem iniecisse. Praeterea e schol. Il. XI 700 (fr. 383) apparet secundum Callimachum Herculem Olympiacum agonem instituisse postquam Augiae stabulum purgaverit [Eurysthei iussu. non errare autem mihi videor, si contendam, paene necessarium fuisse ut poeta adderet qui fieri potuisset ut Herculi Iovis filio tale opus a multo inferiore Eurystheo imponeretur. narraverit igitur secundum Hom. Il. XIX 100 seqq., Heram, quo die Alcmene Herculem paritura fuerit, *Εἰλειθυίας* retinuisse (Hom. l. l. 119) et Alcmenae partum inhibuisse. sed quum etiam mater Eurysthei *παιδοῦσα* (fr. 431) esset, hunc effecit ut ante tempus mater ederet (quo pertinet fr. 168: *Εἰνατίην ὁμόδελφον ἐν ὠδίνεσσιν ἰδοῦσα*, cui proximum fuisse puto fr. 175 *τὸν οὐκ ἔπλησε φέρουσα μήτηρ, ὡς ὤδιν', ἐννέα μῆνας*), eoque Eurystheum superiorem Hercule fecit Hera, quam apte hoc loco poeta *οὔλου μητέρ' Ἄρηος* (fr. 507) nominare poterat.] Postquam autem Hercules Augiae stabulum purgavit (quo pertinet fr. 216: *σὺν δ' ἄμυδις φορυτόν τε καὶ ἴπνια λύματ' ἄειρεν* — adde schol. Il. II 629) [fortasse etiam fragm. anon. 134: *οὐδὲ Κροτωνίτης ἐξεκάθαιρε Μίλων*], mercede defraudatus Elin devastavit, quam dein Phyleo dedit Augiae filio. eum enim pater Dulichium miserat in exilium, quum iudex sumptus a patre et Hercule damnasset patrem. ex ea narrationis parte supersunt fr. 198 et 322, quae ita coniungo: *ἱερὴν* | *Ἦλιν ἀνάσσεσθαι, Διὸς οἰκίον, ἔλλιπε Φυλεῖ*. Pergit schol. Hom.: *ὀλιγανδρίας δὲ οὔσης διὰ τὸ πολλοὺς ἐν τῷ πολέμῳ συνεφθάρθαι, Ἡρακλῆς συγκατέκλινε τὰς τῶν τετελευτηκότων γυναῖκας τῷ στρατῷ, οὕτως τε πολλῶν γεννηθέντων ἔθηκε τῷ Διὶ τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα καὶ αὐτὸς πρῶτος τῶν ἀγώνων ἥψατο*. quorum ultima non putem quemquam mihi oppositurum esse ubi assumpta Hygini narratione Herculem dixero hunc agonem fecisse in Pelopis honorem. ac narrat Pindarus Olymp. XI 24 *ἀγῶνα — ἀρχαίῳ σάματι πὰρ Πέλοπος* Herculem instituisse, in reliquis aliam fabulam secutus, et Pausan. V 13, 1 Herculem dicit *θῦσαι ἐς τὸν βόθρον τῷ Πέλοπι* (add. schol. Pind. Ol. I 149). Itaque Pelopis rebus immoratum Callimachum dixerim ut principali elegiae argumento. Quod autem cum Achaeo contendisse

Herculem dicit Callimachus, eius Acharei nomen equidem in Leucari mutandum censeo, quem Aristoteles in schol. Pind. Nem. III 27 πρῶτον ἔντεχνον τὸ παγκράτιον ποιῆσαι memorat, quod nomen, sed alius hominis, restituendum etiam in Callim. epigr. LX v. 2 ita scribendo: Λεύκαρε, τὰν ἁμὰν οὐκ ἐμάνη μανίαν. legebatur: λευκαρετανμαν οὐκ ἐμάνη μανίαν. [Contendit autem Hercules pancratio, ubi nomen παμμαχίῳ sine dubio Hyginus ex Callimacho habet, quo nomine etiam Dio Chrysost. Vol. II p. 107 utitur Herculem vicisse dicens πάμμαχον. cf. Dindorf. in Thes. Paris. Vol. VI p 112 A. sed Herculem in Olympiis etiam παγκρατίῳ vicisse inter alios memorat Pausan. V 8, 1. Recte autem hinc conicere nobis videmur, αἴτιον principale in hoc carmine fuisse, quis quando παγκράτιον in agones invexerit.] — Ceterum qui praeterea tum certaverint, alios Pind. Olymp. XI 64 seqq., alios Pausan. V 8, 1 nominat, Callimachus quos praeter Herculem et Leucarum nominaverit — nominasse autem sanequam probabile est — nescimus, at habemus tamen fragmenta quae commode huc revoces, velut fr. 468 δωδεκάκις περὶ δίφρον ἐπήγαγεν ἴθματα δίφρου, ubi περὶ δίφρον, male ex sequenti δίφρου repetitum, correxerim περὶ τύμβον. nam certe οἱ δρομεῖς εἰς τὸν τάφον τοῦ Πέλοπος ἔκαμπτον teste schol. Pind. Ol. I 149. [de quo certaminis genere intelligendum etiam fr. 135: ἀλλὰ θεόντων, ὡς ἀνέμων, οὐδεὶς εἶδεν ἁματροχίας], — tum fr. 263: πτέρνῃ θ' ἵππος ἐλαυνόμενος, et frag. 474: Ἀτράκιον δ' ἤπειτα λυκοσπάδα πῶλον ἐλαύνει. Postremo etiam fr. 563 b: Κρόνιος λόφος (cf. Krause de Olymp. p. 17) et fr. 553 Διόςθυος (vid. Krause l. l. p. 65 n. 10) et fr. 414 c huc pertinere per se patet. [sed elegiacum argumentum quale fuerit, extricare non possum]. —

(IX.) Transit Hyginus ad ludos Nemeaeos, Archemoro Lyci et Eurydices filio quos fecerunt septem duces qui Thebas ibant oppugnatum. in quibus ludis vicerunt cursu Euneus et Deiphylus, Iasonis et Hypsipyles filii. Ergo Hyginus omisit quam teste Probo in
XIV Vergil. Georg. III 19 (p. 56 Keil., quod nobis est frag. 6) cum Nemeis Callimachus coniunxerat historiam Molorchi, hospitis Herculis, apud quem is deversatus est quum profici-

sceretur ad Nemeaeum leonem necandum. Nec tamen omnia quae de hac re narrat Probus ad Callimachum rettulerim, cuius quae huc pertinent fragmenta haec sunt. [Atque de Molorcho ubi narrare incepit poeta fortasse usus est hoc pentametro: *αἰεὶ τοῖς μικκοῖς μικκὰ διδοῦσι θεοί* fr. 179. tum ex descriptione coenae Herculi institutae videtur esse fr. 530: *ἐπὶ τρύγα δ' εἶχεν ἐδωδῇ*. sed quem unicum suum arietem Molorchus immolaturus erat quo liberalius Herculem exciperet, indicari puto fr. 140: *ἀμφὶ δὲ κεβλὴν εἴργμενος ἀγλίθων οὖλον ἔχει στέφανον*. ita enim illum arietem coronatum fuisse suspicor. Tum Hercules profectus est ad necandum leonem, quem qui *Κλεωναίοιο χάρωνος* nomine insignivit poeta incertus frag. anon. 310 fortasse Callimachus est, cuius nescio an huc pertineat et fr. 317: *ἀλκαίας ἀφύσσας*. deinde huc pertinet] fr. 130, quod ita corrigendum censeo: — *ἀλλ' ἐπὶ τόξον | αὖτις ὁ τοξευτὴς ἄρδιν ἔχων σφετέρου*, ubi codd. habent *ἑτέρου*. de *σφετέρου* cf. hym. in Artem. 229, in Del. 233 c. n. Spanh. intelligo autem de Hercule, qui quum unam sagittam in leonem frustra emisisset alia utebatur. cf. Theocrit. XXV 235 (aliter Meinek. in Bergk. diar. 1845. p. 1066). eo loco Callimachus dixerit etiam Herculem usum fuisse *Σκυθικοῖς τόξοις, διδαχθεὶς παρά τινος Σκύθου Τευτάρου*, fr. 365. Interfecti leonis exuvias postea Hercules circum humeros gestabat, quas habemus in fr. 211: *θηρὸς ἀερτάζων δέρμα κατωμάδιον*, et fr. 142: — *τὸ δὲ σκύλος ἀνδρὶ καλύπτρη | γιγνόμενον, νιφετοῦ καὶ βελέων ἔρυμα*, eisque postea defensus est a Cerberi morsu (Apollod. II 5 *τῇ λεοντῇ συσκεπασθείς*), *ξεῖνος Ἐχιδναῖον νέρθεν ἄγων δάκετον* fr. 161 [quamquam ab hoc quidem cum Cerbero pugna non sine vulnere discessit, ut apparere videtur ex fragm. 498: *θήκατο, μὴ ἔσω αἷμα πιλῆται μίτυλον*, item fortasse huc revocando]. Quibus narratis commode Callimachus Herculem alloqui potuit ita: *χαῖρε βαρυσκίπων, ἐπίτακτα μὲν ἑξάκι δοιά, | ἐκ δ' αὐταγρεσίης πολλάκι πολλὰ καμών* fr. 120. — Inde Nemea instituta sunt (Probus ait), postea Archemori manibus sunt renovata a septem viris qui Thebas petebant. quae ubi Callimachus narrabat, Herculem fecit loquentem: *Ζηνί τε καὶ Νεμέῃ τι χαρίσιον ἕδνον ὀφείλω* fr. 193, — et dein de Archemoro septemque ducibus

et futura Nemeorum celebratione vaticinantem. ex eo loco servatum fr. 250 b: *ἄξονται δ' οὐχ ἵππον ἀέθλιον, οὐ μὲν ἐχῖνον | βουδόκον*, sed apium, de quo ita Hercules loquitur fr. 103: *καί μιν Ἀλητιάδαι, πουλὺ γεγειότερον | τοῦδε παρ' Αἰγαίωνι θεῷ τελέοντες ἀγῶνα, | θήσουσιν νίκης σύμβολον Ἰσθμιάδος | ζήλῳ τῶν Νεμέηθε. πίτυν δ' ἀποτιμήσουσιν | ἣ πρὶν ἀγωνιστὰς ἔστεφε τοὺς Ἐφύρῃ.* Iam finito vaticinio Callimachus ad Archemorum transire potuit hoc versu: *καὶ τὰ μὲν ὣς ἤμελλε μετὰ χρόνον ἐκτελέεσθαι*, fr. 212. deinde narravit de septem ducibus, inter quos fuit [Adrastus cum Arione equo, de quo ubi agebat poeta posuit etiam frag. 207: *τὴν μὲν ὅ γ' ἐσπέρμηνεν Ἐρινύι Τιλφωσαίῃ*, item] Tydeus clipeum gestans cui inscriptum erat *εἰμὶ τέρας Καλυδῶνος, ἄγω δ' Αἰτωλὸν Ἄρηα* fr. 226 (de cuius interpretatione cf. Herzberg in Bergkii diar. 1847 p. 137), [cuius viri historiam quum altius Callimachus repeteret etiam haec videtur hic posuisse: *ὑπεὶρ ἅλα κεῖνος ἐνάσθη, Ἀλκάθοον τίς ἄπυστ'*, fr. 272, — item Amphiaraus, quem ubi interfuisse expeditioni poeta dicebat, Eriphylam attingens dicere potuit fr. 419: *πιπράσκει δ' ὁ κακὸς πάντα πρὸς ἀγύριον.* nec errasse mihi videor, si Callimachum Homerico more etiam regiones Argivas memorasse puto quae bellatores expeditioni mittebant, quales indicatas censeo fr. 477: *αὐτίκα Κενθίππην τε πολύκρημνόν τε Πρόσυμναν*, et fr. 566 (*Νηρίς*) et in fr. anon. 210 (*Οἰνάδας ἀκτάς*.)] Tum narrabatur de Hypsipyle quae relicto Ophelte defessis septem ducibus locum monstravit ubi *κρήνη | λευκὸν ὕδωρ ἀνέβαλλε* (*ἀνέβαλλ'*) fr. 298, [qui fons intelligendus videtur etiam in frag. anon. 121: *ἐπηετανοῦ ποτίμοιο | παρστείχοντες*], de dracone qui Ophelten interfecit, *τὸ δ' ἐκ μέλαν εἶαρ ἔλαπτεν* fr. 247, [de ducibus prae terrore, pueri infortunium quum vidissent, obmutescentibus (si quidem recte hos intelligo in fr. 260: *πουλὺ θαλασσαίων μυνδότεροι νεπόδων*), qui Ophelten sepeliverunt (*οἱ δὲ τὸν αἰνοτάλαντα κατέστεφον*, fr. 506) malum praesagientes,] quum Amphiaraus dixisset pueri obitu infelicem expeditionis eventum portendi [in qua narranda re nescio an usus sit poeta his verbis: *χολῇ δ' ἴσα γέντα πάσασθαι*, quae sunt frag. 525]. Eo loco Callimachus de Amphiarai arte vaticinandi exponere potuit, cuius etiam Amphilochus filius particeps fuit. quod si

est, explicatur facile qui *Μαλλὸς, πόλις Κιλικίας* memorari a Callimacho in libro primo *Αἰτίων* potuerit (* fr. 15). in ea enim urbe celebre fuit Amphilochi oraculum quod omnium sui temporis *ἀψευδέστατον* appellat Pausan. I 34, 2 (add. Lucian. Philops. 38). [Nec irritum Amphiarai praesagium fuit. nam quum ad Thebas profecti essent, Thebani restiterunt intrepidi (quo pertinere videtur frag. 438 *οἱ δ' ὥστ' ἐξ ὀχεῆς ὄφις αἰόλος αὐχέν' ἀνασχών*), in qua pugna Eteocles et Polynices mutua caede interierunt (de quibus ubi poeta dixit, addidit quae narrantur fr. 463), reliqui autem, postquam unus aliquis ex ducibus clamavit: *ἐπίκλινές ἐστι τάλαντον* (fr. 312), fuga salutem petiverunt.] Sed antequam Thebas castra moverunt, poeta institutum a septem ducibus in honorem Opheltis sive Archemori agonem descripserit, cui quo modo Euneus et Deipylus ab Hygino memorati interesse potuerint docet hypoth. Pindar. Neme. p. 424 Boeckh. Idem Hyginus quod addit: postea (ea enim vox ex antecedentibus postea vicerunt cursu huc retrahenda) his quoque ludis pythaules qui Pythia cantaverunt (leg. Pythia tibia cantavit) septem habuit palliatos qui voce cantaverunt. unde postea appellatus est choraules, — nescio an de suo addiderit, quamquam Callimachus eleg. VIII etiam Coroebum nominavit. rem ipsam veram praestat Corp. Inscr. I p. 844 n. 1719 *Ζώσιμον νεικήσαντα — Νέμεια . . . πυθαύλας κ. τ. λ.*, ubi tamen *πυθαύλας* et *χοραύλας* discretos videmus. [Postremo si quaeritur, quale *αἴτιον* hoc carmine expositum fuerit, ipsa narrationis forma indicare videtur, a Callimacho hic demonstratum fuisse, in Nemeis cur apium dari solitum fuerit.]

(X.) De Isthmiis — ea enim sequuntur apud Hyginum, cuius iam supra verba apposuimus — nullum extat Callimachi fragmentum. at videtur tamen e (Nemeorum) fragm. 103 colligi posse quo modo elegiam instituerit. memo- XV
raverat fortasse vetustissimam de Posidone et Helio Nemeorum institutoribus fabulam, quam habemus a Dione Chrysost. Corinth. 37 T. II p. 107 Reisk. expositam immixtis nonnullis quae ab illo tempore aliena sunt (cf. Krause de Pyth. Nem. Isthm. p. 171), unde patebat cur principio in Isthmiis praemium *ἡ πίτυς* fuisset (nam haec Neptuno sacra cf. Plutarch.

quaest. conv. V, 3), [postea in eius locum cessit apium, quod Nemeorum victorum praemium fuisse constat. cf. Mein. Anal. p. 82 coll. Nicandr. Alex. 605 et Plin. Nat. Hist. XIX 158]. Deinde transierit ad Melicertae fabulam, qua apparebat qui apium potuisset in pinus locum succedere. [Atque hoc aptissimum sine dubio *αἴτιον*, neque minus aptum elegiae argumentum Inus et Melicertae fabula. quam ubi enarravit Callimachus uti poterat verbis *Λεύκου πεδίον*, frag. anon. 192, ex quo campo Leucotheae nomen Ino accepit, item fr. anon. 82: *Βύνης καταλεκτρίαι αὐδηέσσης*, quae de Inonis *θαλαμηπόλοις* intelligenda sunt. De Melicerta autem interpretor frag. anon. 285: *ἀκμήν τοι βρύα τῆμος ἐπὶ στήθεσσι κέχυνται* (coll. Euphor. fr. XLVII Mein.) et fr. anon. 330: *ψευδόμενοί σε, Παλαῖμον*. nam hoc nomen deo facto Melicertae datum.] —

(XI.) Undecimo fecerunt Argonautae in Propontide Cyzico regi una cum filio, quem Iason imprudens noctu in littore occiderat, saltu, luctatione et iaculo. Nota res vel ex Apollon. Rhod. I 1012 seqq., sed inter fragmenta Callimachi unum tantum est quod certa coniectura huc referas, fr. 547, apud schol. Apoll. Rhod. I 957: *Ἀρτακία κρήνη περὶ Κύζικον, ἧς καὶ Ἀλκαῖος μέμνηται καὶ Καλλίμαχος ὅτι τῆς Δολιονίας ἐστίν.* [Minus autem certa coniectura est Rauchii l. l. p. 34, huc pertinere non solum fr. 160 *Γραικοί, καὶ γαίης ἡμετέρης ἀδαεῖς*, quae putat Cyzici verba esse, cives suos retinentis, ne Argonautas invadant, sed etiam fr. 199: *ἀρθμὸν δ' ἀμφοτέροις καὶ φιλίην ἔταμον*, quod de foedere interpretatur inter Argonautas et Doliones icto, quae fragmenta nos ad Aet. II, 6 potius revocamus. atque eodem certe iure revocari huc possint fr. 8, frag. anon. 393 (*ἡμεῖς δ' εἰς Ἕλλης πόντον ἀπεπλέομεν*, si quidem statueris Iasonis verba esse dicentis qui sint et unde quo vehantur), fr. anon. 156 *δίχα νυκτός*, quod eo fortasse loco positum erat, ubi tempestatibus ad Dolionum litus reiecti Argonautae noctu inviti cum Dolionibus manus conserentes et Cyzicum interficientes inducebantur]. Mirum autem quod Hyginus saltu tantum, luctatione et iaculo certatum dicit, non cursu etiam, qui omnium frequentissimus. eum si statuimus librarios male omisisse, sedes inventa est fragm. 197

*Ἐργῖνος Κλυμένου, ἔξοχος ἐν σταδίῳ.* qui Erginus quum Lemni demum versantibus Argonautis celebritatem nactus esset, non potuit commode in elegia de abeuntibus Argonautis ludisque Actiis memorari. at poterat poeta agonis a se non celebrati [si quidem ex Hygini silentio et Callimacheorum fragmentorum quae huc referas defectu colligi aliquid potest], quem in Lemno insula Argonautae instituebant, memoriam hoc loco obiter interponere Erginum celebraturus, ut olim iam in stadio probatum, ad quem referri possunt etiam fr. 281 et 253 ita iungenda: — *σκέρβολα μυθήσαντο | κηκάδι σὺν γλώσσῃ.* [quamquam ne sic quidem omnia certaminis genera ab Hygino memorata sunt. velut discum desidero, quem ubi sic mecum statueris ab Hygino nominatum fuisse: saltu, **cursu, lucta, disco** et iaculo, iam habebis quinque illa genera quibus *πένταθλον* constitisse scimus. quod si recte coniecimus, inventum simul est *αἴτιον* quod in hac elegia Callimachus tractasse videatur. quaesitum enim a poeta fuerit, quis quando *πένταθλον* invenerit. Sed hoc incertum], certissimum autem illud, scribere Hyginum non potuisse, quod scripsisse putatur: — fecerunt Argonautae — Cyzico regi una cum filio quem Iason — occiderat, unde quis demum perspiciat quem referendum esse ad Cyzicum, non ad filium? accedit quod ubique in hoc capite hominum nominibus praeter nobilissimorum addita videmus patrum nomina. Hinc mihi non dubium quin Hyginus scripserit: Cyzico regi, *Aenei* filio, quem Iason etc., praesertim quum plerique scriptores qui Cyzici res memorant *νεόγαμον καὶ ἄπαιδα* dicant, Apoll. Rhod. I 947, Parthen. 28, Conon 41, Valer. Flacc. III 317 (aliter tamen Neanthes in schol. Apoll. Rhod. I 1063 et Hygin. fab. XVI). qui quidem scriptores quam narrant de Clite Cyzici uxore fabulam, eandem videtur Callimachus primarium elegiae suae argumentum fecisse, unde explicamus Callim. fragm. 533 *ὠλόψατο χαίτας*, item fr. 521: *κούρη δὲ παρείατο δακρυχέουσα*, nam *κούρην* intelligo Cliten *νεόγαμον*, [quam *νύμφην γε νέην* vocare poeta videtur in frag. anon. 207. atque ipsam Cliten loqui putaverim in frag. anon. 262. *αἰνοδρυφὴς δὲ τάλαινα τεοῦ κάτα τυμβοχόησα*, de qua dici potuit etiam frag. anon. 5: *ἀλυκὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ*]. ac modo constaret quod Hecker. Com. Call.

p. 2 sq. putabat Callimachi esse versum a schol. Il. XIII 759 servatum hunc (fr. anon. 335): Ῥύνδακον ἀμφὶ βαθύσχοινον, etiam hunc liceret huc retrahi. nam τῶν περὶ Ῥύνδακον χωρίων ἐβασίλευε (Conon 41) Merops, Clites pater.

(XII.) Pergit Hyginus: duodecimo autem Argivis quos fecit Acastus Peliae filius etc., ubi Munkerum Argis vel in Argivis corrigentem pro Argivis erroris convincit scriptorum multitudo qui Iolci factos hos ludos memorant. cf. Schneidew. ad Ibyc. p. 165 sq. mihi ex Simonidis fr. 19 Bergk. ὃς (Meleager) δουρὶ πάντας | νίκασε νέους δινάεντα βαλὼν Ἄναυρον ὕπερ πολυβότρυος ἐξ Ἰωλκοῦ — coniectura nata haec: duodecimo *ad Anaurum rivum* [vel potius *Anauri in ripis*] quos f. etc. Praeterea ne ignoretur cui ludi facti sint — quod nusquam Hyginus reticuit — scribendum: quos fecit *Peliae Acastus* filius. Inter eos autem quos Hyginus certasse his in ludis dicit imprimis memorabilis Glaucus Sisyphi filius, quem equi mordici distraxerunt. parata enim est suspicio Callimachum hac elegia prae ceteris celebrasse huius Glauci, quem Potniensem dicunt, tristem casum, ab Aeschylo etiam celebratum (cf. G. Hermanni diss. de Aeschyli Glaucis Opusc. II p. 59 sqq.) [nam Glaucus Sisyphi filius quum ad gymnicum certamen quadrigam duceret, applicuit ad vicum Boeotiae et equas potum ad fontem sacrum per ignorantiam duxit, unde qui bibissent in furorem agi solebant. itaque illum equae furore exagitatae in ipso certamine curru effudisse ac morsibus laniasse dicuntur, ut est apud Philarg. ad Vergil. Georg III 262 aliosque ab Hermanno citatos]. Ad eam elegiam rettulerim * frag. 17, ap. Etym. Magn. p. 207, 40, ubi teneri velim et nomen fontis Βουκεραΐς et nominis originem fontis-
XVI que situm explicari non ipsius Callimachi verbis, sed Theonis ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ α' Αἰτίων Καλλιμάχου, ut Callimachus non nisi fontem aliquem — eum opinor unde bibentes Glauci equi in furorem acti sunt, quem fontem alii prope Potnias fuisse memoriae prodiderunt (cf. Unger. Paradox. Theban. I p. 138) — appellasse, Theon autem quis ille fuerit fons quaesivisse videatur. [Simili autem casu atque

Glaucus quum etiam Hippolytus perierit, facile est ad suspicandum, in eadem hac elegia Callimachum huius etiam herois obiter mentionem fecisse, ut huc revocandum videatur frag. 7. Praeterea hinc elucere videtur, quale *αἴτιον* hoc carmine poeta tractare voluerit, hoc inquam, quis primus in agonibus *τεθρίππῳ* certaverit.] — Sed ad reliquorum etiam agonistarum qui ab Hygino nominantur [alii a Pausan. V 17, 9], unum et alterum habemus quod referamus fragmentum Callimacheum. velut ad Zeten et Calain refero fr. anon. 12 (*γαμβρὸς Ἐρεχθῆος* i. e. Boreas, qui Zetae et Calais pater fuit) et fr. anon. 144 (*αἶψα λέλοιπεν*). eos enim Hyginus dolichodromo et diaulo vicisse dicit ut Castorem stadio, non Iphiclum, quem Pausan. V 17, 4 victorem nominat, at Callimachus dixerit victum eo carminis loco unde desumptum fragm. 496: *καὶ σφυρὸν Ἰφίκλειον*. — Et Castor et Pollux, quorum hic cestu vicit (*χεὶρ* | *ἡ Πολυδευκείη* dixerat Callimachus 496) intelligendi sunt fr. 224, nondum enim potuerant *ἵππους καιετάεντος ἀπ' Εὐρώταο κομίσσαι*. — De Telamone et Peleo fratribus, quorum hunc luctatione [quo pertinet fortasse fr. anon. 271: *μέσφα περιπλέγδην*], illum disco vicisse Hyginus memorat, ipsa haec victoria invitaverit Callimachum ad narrandam Phoci mortem, quem illi in agone aliquo occiderant disco (cf. Müller. Aeginetic. p. 22 n. o.). in qua narratione legebantur haec quae sunt apud schol Pind. Nem. V 25 (fr. 136): *ἔκλυε*, τῶν μηδὲν ἐμοὺς δὶ ὀδόντας ὀλίσθοι,* | *Πηλεύς*. ubi Bentleius ad explendam lacunam immisit *τοι*, ego scribere malim: [*λοιδορίας*] | *ἔκλυ' ἐτῶν· τῶν μηδὲν κ. τ. λ.*, ut *ἐτῶν* sit *δημοτῶν* (cf. Aeschyl. Suppl. 247), inter quos praecipue mulieres nominasse Callimachum docent verba scholiastae Pindari l. l.: *αἱ γυναῖκες ὠνείδιζον αὐτῷ τὸν Φώκου θάνατον*. Item Callimachus trium fratrum patrem Aeacum dixerit *Μυρμιδόνων ἐσσῆνα* (fr. Callim. 508, nisi ipsum ita nominavit Peleum. cf. Tzetz. in Lycophr. 176), eiusque matrem Aeginam nominaverit, de qua schol. Apoll. Rhod. I 117: *Ἀσωπὸς ἐκεραυνώθη ὑπὸ Διός, διώκων αὐτὸν διὰ τὸ ἡρπακέναι τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Αἴγιναν, ὥς καὶ Καλλίμαχός φησιν* (fr. 375). — Postremo de Orpheo cithara, ut Hyginus dicit, in hoc agone vincenti interpretor fr. 420 ap. Apollon. de pronom. p. 143 (coll. frag. 388): *Μοῦσαί νιν*

*ἐοῖς ἐπὶ τυννὸν ἔθεντο* | [*γούνασιν*, fortasse etiam frag. anon. 74 *καὶ θῆρες ἀνὰ δρυμὰ κρηύνοντο*]. —

(XIII.) Sequuntur apud Hyginum ludi in honorem Paridis facti [de quibus ita Hyginus scribit: tertiodecimo fecit in Ilio Priamus, cenotaphium Paridi, quem natum iusserat interfici, gymnicos. In quibus certati sunt cursu Nestor, Nelei filius, Helenus Priami filius, Deiphobus eiusdem, Polites eiusdem, Telephus Herculis filius, Cygnus Neptuni filius, Sarpedon Iovis filius, Paris Alexander pastor, Priami ignarus filius. vicit autem Paris et inventus est esse Priami filius, ubi imprimis memorabile quod Parim Hyginus vicisse dicit (cf. etiam Hygin. XCI). huic igitur, ut constitutum erat (cf. supra p. 48), bos obvenit praemium. quem si statueris mactasse eiusque carnem victis a se reliquaeque turbae distribuisse, statim elucet *αἴτιον*, quod narrari a poeta potuerit hoc, unde evenerit, ut in maioribus quibusdam agonibus, velut Olympiis et Panathenaeis, fierent *βουθυσίαι* et *κρεανομίαι* sive *κρεωδαισίαι*]. Ad hanc elegiam quae referenda censemus supra iam revocavimus frag. 13 *b* et *c*, [et referenda fortasse etiam frag. anon. 287: *παρὰ δρυσὶ καὶ παρὰ πεύκαις*, quod de Paride pastore dictum arbitror, et fr. 170: *τοὺς αὐτῷ σκοτίους ἐμπελάτειρα γυνή, καί τε τέκεν . . .*, (quae verba intelligo de Priami filiis qui multi ei erant, et nothi, et genuini, velut Helenus, Deiphobus, Polites a Paride in illo certamine victi), et fr. 309: *γέντα βοὸς μέλδοντες*, et fr. anon. 117: *θέντες ἀμίστυλλον ταῦρον ἐπ' ἐσχαρόφιν*, ubi cogitandum de bove illo mactato et comesto. Ac plura sine dubio fragmenta afferri liceret, quae locum hic habuissent, si constaret quale elegiacum argumentum hoc carmine poeta tractandum sibi elegisset. nunc enim nescimus, num Hecubae somnium et Paridis in Ida expositionem eiusque de tribus deabus arbitrium, quocum coniunctus erat Helenae raptus, Callimachus narraverit, an cum Oenone initum Paridis pastoris matrimonium, quam mox deseruit, sed postea requisivit. cf. Parthen. Erot. IV et Conon. Narrat. XXIII coll. Fuchs. de varietat. fab. Troic. p. 138 et Unger. de Sinid. p. 91 seq.].

(XIV.) Perventum est ad ultimum agonem, de quo Hyginus: quartodecimo Achilles Patroclo funebres, in quibus Aiax vicit lucta et accepit lebetem aureum munus. deinde Menelaus vicit iaculo et accepit muneri iaculum aureum. dimisso spectaculo eodem Phrygas captivos duodecim in rogum Patrocli et equum et canem coniecit. Ita Hyginus, qui aliter haec scripturus fuisset nisi mutuari a Callimacho quam ex Homero petere maluisset, qui primus harum rerum fons Iliad. XXIII. Non una autem re Hyginiana haec discedunt ab Homericis. nam ante institutum agonem, non dimisso demum spectaculo, Homerus dicit rogum accensum esse iniectis non uno equo et cane, sed ex utroque genere pluribus. neque Aiacem dicit vicisse lucta, sed ab Aiace et Ulixe aequo Marte certatum. postremo non Menelaum, sed Agamemnonem et Merionem ad iaculandi certamen fecit prodeuntes. Quae ut mutaret Hygino nulla causa fuit, at Callimacho potuit esse vel haec, ne nimis pendere ab Homero videretur. [Imprimis autem memorabilis est de Phrygibus et equo caneque mentio, quae etsi ad agonem proprie non pertinet, tamen cum poetae consilio arctissime cohaerere videtur, ut hac mentione contineri *αἴτιον* arbitrer principale, quod hoc carmine poeta explanare voluerit. quaesivisse enim Callimachum puto, quis auctor fuisset moris suo tempore satis celebrati, ut in mortui rogum simul inferrentur res multae quae vivo homini in deliciis fuissent (cf. Nitzsch. ad Odyss. X 521). nam equus et canis sine dubio Patrocli erant, quod patet vel ex Hom. Il. XXIII 173 seq. atque certe equos inter *κτέρεα* memorat etiam Lucian. de Luct. XIV, ubi quod etiam homines mactari dicuntur, in hac quidem re Achillem non poterant certe nisi reges et principes imitari, barbari maxime. nam Graecorum humanitas ab hac crudelitate abhorrebat et vel hostes mactatos a solis Galatis noverat, de quibus ad Il. l. l. Eustath. egit p. 1294, 24]. Suspicor autem hac elegia voluisse Callimachum mutuum Achillis et Patrocli amorem celebrare, [celebratum etiam ab Aeschylo (cf. Athenae. XIII p. 601 A), unde proverbialiter dicti *Ἀχιλλέιοι φίλοι* Theocrit. XXIX 34]. Itaque primum dixerit de Patrocli infantia iisque rebus de quibus ipsius umbra Patrocli ap. Hom. Il. XXIII 83 seqq. nam quum Patroclus

Amphidamantis filium interfecisset *νήπιος, οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς* (Hom. l. l.), cum patre Menoetio profectus est ad Peleum, qui puerum una cum Achille educandum curavit. ex ea carminis parte sumptum fortasse fr. 238: *δέκα δ' ἄστριας αἴνυτο λάτρον.* — Iam quum pueri adolevissent, cum reliquis Graecis expeditionem contra Ilium [cui iam antea bellum illatum fuit tum a Neptuno et Apolline ob muros extructos — *δὴ τότε (τῇ ποτε?) δηριόωντο Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων*, frag. anon. 86, tum ab Hercule propter liberatam Hesionem, fr. 559] susceperunt propter Helenam, *εἴτε μιν Ἀργείων χρῆ με καλεῖν ἀάτην*, ut dicit Callimachus in frag. 486. [ad eandem Helenam refero frag. 225: *ἔσκεν ὅτ' ἄζωστος χἀτερόπορπος ἔτι*, quod de eo tempore intelligo, quo heroes quum Helenam in matrimonium petebant Tyndareo iurabant, se opitulaturos contra iniuriam omnem ei esse, qui Helenam uxorem duxisset. cf. Mein. Anal. Alex. p. 115]. Tum Callimachus quoque cecinerit *μῆνιν Πη-*
XVII *ληιάδεω Ἀχιλῆος οὐλομένην*, ubi locum habere potuit frag. 262: *χαλεπὴ μῆνις ἐπιχθονίων.* sed homines nos non nisi *ἀρχόμενοι μανίην ὀξυτάτην ἔχομεν* (frag. 487, quod huc revocaverim), itaque Achilles postea iram paululum repressit Patroclo permittens proelio interesse. quo interfecto Achilles et ipse resumpsit bellum et Hectorem interficiens Troianis revera exstitit Achileus aliquis. *Ἀχιλεὺς γάρ*, ut est in frag. 549 apud Cram. Anecd. Oxon. IV p. 403, *ἀπὸ τοῦ εἶναι ἄχος τοῖς Ἰλιεῦσιν ἤγουν τοῖς Τρωσὶ κατὰ φερωνυμίαν. ὑπὸ γὰρ θείας προνοίας, ὡς ἔφη Καλλίμαχος, ἐκλήθη οὕτως*, qua in re Callimachus similem Aeschyli locum Agam. 659 seqq. ante oculos habuisse videtur. Deinde poeta ad agonem describendum transierit, cuius plura eum genera quam quot Hyginus habet nominasse ipsa res fidem facit. memoraverit igitur sagittandi certamen usus his quae sunt fr. 284: *τόξον σφεων* (sic enim scribi iubent grammatici) *τίς ἄριστα Κυδωνίου*, [memoraverit *ἱπποσύνην*, cui certamini intererat etiam Diomedes is qui olim Venerem vulneraverat — cf. fr. 514: *ἄρτι θέναρ* | *βάλλει* —] imprimis autem cursum, quo apud Homerum certant Aiax Locrus, Ulixes, Antilochus, vicissetque Aiax nisi *ὄλισθε θέων, βλάψεν γὰρ Ἀθήνη* (ut est ap. Homer. l. l. 774), cuius ille deae mox vehementissimam iram

sensurus erat. nam hic adiunxisse Callimachum puto historiam a pluribus narratam, e Callimachi autem libro primo *Αἰτίων* relatam a schol. Venet. ad Hom. Il. XIII 66 (* frag. 13 d coll. frag. 406). In ea narratione poeta potuit ubi de irata Minerva loquebatur his uti: [*θεός*], *ὅς τις ἀλιτροὺς αὐγάζειν καθαραῖς οὐ δύναται λογάσιν*, fragm. 132 [coll. schol. Hom. l. l.: — *ὥστε τὴν θεὰν τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ξοάνου εἰς τὴν ὀροφὴν τρέψαι*], potuit porro Neptunum *μεσοπόντιον* dicere (* frag. 16) et *Τρινάκριον πόντον* (* frag. 18.) memorare. nam in maris Trinacrii insula Lipara Ovidio Fast. IV 287 et Valerio Flacco Argon. I 579, aliis, sunt sedes Cyclopum, quos Callimachus dicere potuit Neptuno tridentem fecisse quo *διέσχισε τὴν πέτραν* (schol. Hom. l. l. cf. Hom. Od. IV 506), ut iidem Cyclopes Iovi fecerunt *ἔντεα* sua (Quint. Smyr. XIV 446) et in Callimach. hym. in Dian. 50 Neptuno faciunt *ἱππείην ποτίστρην*, [etsi hym. in Del. 29 *ἄορ* Neptuno fabricant Telchines]. quod si est, etiam fragm. 129 huc revocari potest: — *λαθρηδὸν δὲ παρ' Ἡφαίστοιο καμίνοις ἔτραφον, αἰράων ἔργα διδασκόμενοι* (cf. hym. in Dian. 48). quamquam etiam Aeoli sedes intelligi possit, a quo Minerva ventos petierit fluctus citura coll. Quint. Smyrn. XIV 467 seq. — Finito agone Callimachus Achillem fecit rogum exstruentem eique caesorum duodecim Troianorum cadavera imponentem. eo carminis loco lectum olim suspicor frag. 200 a multis varie tentatum (cf. Hecker. Com. Call. p. 59), quod ita scribendum et explicandum puto: caesorum iuvenum cadavera posuit [*ἐς πυρόεντα*] | *κοῖτον*, *ὅς αἰζηῶν ἔγραε κηδεμόνας* coll. Oppian. Hal. IV 557 *ὁπότε — δουριφάτους — εὐνὴν ἐς πυρόεσσαν ἑοὶ στέλλωσιν ἑταῖροι*. nam quum testes partim habeant *ὅς αἰζηῶν ἔγραε κ.*, partim *καὶ τόνος* (vel *καὶ γόνος*) *αἰζηῶν ἔγραε κ.*, errare patet qui *καὶ μόνος* vel *καὶ πόνος* vel *καὶ γόος* vel *καὶ στόνος* corrigunt. — Praeterea huc referendum fragm. 466 apud schol. Iliad. XXII 397: *ὁ δὲ Καλλίμαχός φησιν* (secundum Aristotelem, ut patet e schol. Porphyr. ad Il. XXIV 15 extr.) *ὅτι πάτριόν ἐστι Θεσσαλοῖς τοὺς τῶν φιλτάτων φονέας σύρειν περὶ τοὺς τῶν φονευθέντων τάφους. Σίμωνα γάρ φησι, Θεσσαλὸν τὸ γένος, Εὐρυδάμαντα τὸν Μειδίου ἀποκτείναντα, Θράσυλλον* (scribendum videtur *ἀποκτείναντα, ὅς ἔκτεινε Θράσυλλον,*

nisi in codd. scriptura aliud quid latet quam quod Bekkerus edidit) *τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἄρξασθαι τοῦ νόμου πρῶτον. τοῦτον γὰρ ἐξάψαι τοῦ δίφρου τὸν φονέα καὶ περὶ τὸν τοῦ τετελευτηκότος τάφον ἕλκειν. ὡς Θεσσαλὸν οὖν καὶ τὸν Ἀχιλλέα πατρίῳ ἔθει καὶ τοῦτο ποιῆσαι καὶ δῆσαι τὸν Ἕκτορα,*
XVIII ubi aperte habes *αἴτιον* aliquod. non recte igitur propter Ovidii Ib. 329 (cf. ibi schol.) Bentleius inter Callimachi Ibidis fragmenta rettulit, praesertim quum Ovidius in Ibidem suam etiam alias receperit fabulas quas Callimachum in *Αἰτίοις* exposuisse constat, velut fabulam de Hippolyto, de Phalaride et Perillo, de Aiace Locro, de Lino. Itaque etiam a Proclo servatum Callimachi fragmentum quod Ruhnkenius apposuit Bentleianis p. 465 Ern. [nobis est frag. 466] huc revocandum erit: *πάλαι δ' ἔτι Θεσσαλὸς ἀνὴρ | ῥυστάζει φθιμένων ἀμφὶ τύμβον φονέας*, ubi pro *τύμβον* Blomfield. iam *τάφον* reposuit. — Postremo, si recte coniecimus Callimachum hac elegia Achillis et Patrocli amorem celebrare voluisse, addendum poetae fuit non diu Achillem amico superstitem mansisse, sed mox factum esse quod in votis et Patroclo et Achilli fuerat (cf. Hom. Il. XXIII 83 et 244) ut utriusque cineres una urna iungerentur. haec ubi Callimachus exposuit usus est eis quae sunt fragm. 218, quod ad Achillem referendum esse ipse indicat qui utitur Ammonius de diff. adf. voc. p. 143 Valck.: *οὐκ ἔτι δὴν Φθίων εἶχεν ἀνακτορίην* (ita enim scribendum censeo pro *οὐκ ἔτι τήν*), dixitque non iam fuisse Peleum senem qui defenderet (quod ipsi Achilli curae fuerat. cf. Odyss. XI 495 coll. Il. XXIV 488), unde Peleus *ἐν Κῷ τῇ νήσῳ ἀτυχήσας τὸν βίον οἰκτρῶς καὶ ἐπωδύνως ἀπέθανεν*, ut est in Callimachi fragm. 372.

Tantum quidem de Aetiorum libro primo. secundum autem librum suspicabamur complexum fuisse reditum Argonautarum. Atque peculiare carmen de Argonautis e Colchica terra redeuntibus Callimachum scripsisse primus intellexit Alphonsus Hecker Com. Call. p. 33 seq., post eum alii, velut Bergk. in Anal. Alexandr. partic. II (1846) p. 23, Meinek. Vindic. Strab. p. 5 et p. 239, J. Rauch. de Callim. Aet. p. 6. Nititur autem Heckeri coniectura Strabonis verbis quae extant I p. 46 Casaub.: *πολλὰ τεκμήρια — τῆς Ἰάσονος στρατείας καὶ τῶν ἐπιδιωξάντων Κόλχων —, ὧν ἔνια καὶ ὁ*

*Καλλίμαχος ἐπισημαίνεται, τότε μὲν „Αἰγλήτην Ἀνάφην τε, Λακωνίδι γείτονα Θήρῃ“ λέγων „ἄρχμενος ὡς ἥρωες ἀπ' Αἰήταο Κυταίου αὖτις ἐς ἀρχαίην ἔπλεον Αἱμονίην“, τότε δὲ περὶ τῶν Κόλχων „οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο κ. τ. λ.“* (frag. 104), ubi tamen nulla causa est cur aut cum Heckero putemus non *λέγων*, sed *λέγειν* scribendum idque ipsi Callimacho assignandum esse (*λέγειν | ἄρχμενος, ὡς κ. τ. λ.*), aut cum Meinekio quattuor interiectis vocibus corrigamus: *λέγων [ἐν ἐλεγείᾳ, ἧς ἀρχή] ἄρχμενος κ. τ. λ.* nam quum Straboni dicendum fuisset: *τεκμήρια ὁ Καλλίμαχος ἐπισημαίνεται, τότε μὲν περὶ τῶν τοῦ Ἰάσονος, „Αἰγλήτην — Θήρῃ“, τότε δὲ περὶ τῶν Κόλχων, „οἱ μὲν — Πόλας“*, maluit ille Argonautarum nomen omittere, quod damnum, si quod est, satis se resarturum credebat eiusdem poetae addens versus *„ἄρχμενος ὡς ἥρωες κ. τ. λ.“*. Inscriptum autem huic Callimachi carmini fuisse *Ἀργοῦς οἰκισμοί* (qui titulus in Suidae tabula legitur paulo aliter scriptus: *Ἄργους οἰκισμοί*) ne quis sibi persuadeat, ipse vetat Hecker l. l., etsi post eum putarunt Bergk. et Rauch. ll. ll., uterque nescius in Eudociae certe Violet. p. 269 *Ἀργοῦς* legi, non *Ἄργους* ut apud Suidam. Sed Bergkius tamen postea in Anthol. lyr. II p. 146 *Ἄργους οἰκισμοί* retinuit, de Argonautis tamen intelligens, ut patet ex positis a doctissimo viro fragmentis illis Callimachi Strabonianis, quibus simul praescribit *„ἐξ ἀδήλων βιβλίων“* sine dubio cogitans *ἄδηλα βιβλία Αἰτίων*. Rauchius autem l. l. *Ἀργοῦς οἰκισμοί* singulare poema fuisse existimat neque ad Aetia pertinere, cui non aptum sit masculinum *ἄρχμενος*. quae non intelligo, nisi forte hic quoque loqui Musam sibi persuasit. sed quidni Callimachus dixerit canam — cognomina prisca locorum (cf. Propert. IV 1, 69) *ἄρχμενος κ. τ. λ.*? Nos autem cum Heckero statuimus elegiacum carmen fuisse Argonautarum reditum, sed ulterius progressi propter fr. 21 a ad Aetiorum librum secundum referimus, quod fragmentum arcte iungendum videtur cum Strabonianis, si quidem poeta dicere debebat, quid nacti Argonautae redierint, nimirum vellus illud aureum secum ducentes, quod olim *σωτήρ* fuerat Phryxi et Hellae, *Τάμμεω θυγατέρος*. Et hoc sine dubio initium carminis fuit vel potius totius Aetiorum libri secundi, in cuius libri fine teste schol. Sophocl. Oed.

Col. 258 laudabantur Athenae ut urbs *φιλοικτίρμων καὶ ἱκεταδόκος* apposito * frag. 31: *οὕνεκεν οἰκτείρειν οἶδε μόνη πολίων.* quae verba quum aequo iure ad varias res retrahi possint, ego certe non insipienter pronuntiare mihi videor, de Medea intelligenda esse quae interfectis Iasonis ex Glauce filiis Corintho Athenas fugerit ibique hospitaliter recepta nupserit Aegeo et Medum filium ex eo ediderit (Apollod. I 9, 28, 3). Quod si recte coniecimus, totus Aetiorum liber secundus dicatus erat Argonautis redeuntibus Colchisque eos quaerentibus ad ulciscendum, cui argumento tamquam subtemini alicui more Callimachi aliquot elegiarum argumenta *αἰτιολογικά* copiose narrata intertexta fuerunt, alia obiter et in transcursu addita. Sed utrumque genus quale fuerit hic non iam licet (ut licuit in primo Aetiorum libro) ex Hygini fab. 275 et 276 aliquo modo coniecturam facere. adeo enim quae ex Callimacho Pseudohyginus hic excerpsit exaruerunt, ut praeter conditorum urbiumque et insularum nomina nihil fere relictum sit. praeterea duo illa Pseudohygini capita ipso invitante argumento foedissime videntur aliunde interpolata esse, partim etiam mutato consilio, ut perpauca inde et exilia frusta ad hanc Aetiorum libri secundi materiam ditandam peti posse videantur, velut quae de Medo Medeae filio narrantur, quae de Cadmo, de Ephyra, de Sicilia, Corcyra, Creta. Itaque in solis cogimur ipsius Callimachi fragmentis quae huc pertinere videantur acquiescere, quae tamen nec multa sunt nec satis loquacia. Quid quod ne hoc quidem inde certo constat, quem cursum, Iolcum ubi redibant, Argonautas tenentes poeta fecerit. Quod enim reditum Argonautarum liquido indicari dicit Hecker. l. l. p. 35 in schol. Apollon. Rhod. IV 284 (fr. 377): *Ἡσίοδος διὰ Φάσιδος τοὺς Ἀργοναύτας εἰσπεπλευκέναι* (nonne legendum *ἐκπεπλευκέναι*?) *λέγει· Ἑκαταῖος δὲ ἐλέγχων αὐτὸν ἱστορεῖ μὴ ἐκδιδόναι εἰς τὴν θάλασσαν τὸν Φᾶσιν· οὐδὲ διὰ Ταναΐδος ἔπλευσαν, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτὸν πλοῦν καθ' ὃν καὶ πρότερον, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Σκύθαις ἱστορεῖ καὶ Καλλίμαχος,* — hoc igitur cum fragmentis Callimachi apte conciliari non posse videtur, et scholium illud non uno loco corruptum est. Primum enim quae de Hecataeo ibi memorantur manifesti erroris convincit idem scholiasta ad IV 259: *Ἑκαταῖος δὲ ὁ*

*Μιλήσιος ἐκ τοῦ Φάσιδος διελθεῖν εἰς τὸν ὠκεανόν, εἶτα ἐκεῖθεν εἰς τὸν Νεῖλον, ὅθεν εἰς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν. τοῦτο δὲ ὁ Ἐφέσιος Ἀρτεμίδωρος ψεῦδός φησιν εἶναι· τὸν γὰρ Φᾶσιν μὴ συμβάλλειν τῷ ὠκεανῷ, ἀλλ' ἐξ ὀρέων καταφέρεσθαι*, unde luce clarius est alteri scholio lacunam inesse ita fere explendam: *Ἡσίοδος δὲ διὰ Φάσιδος αὐτοὺς ἐκπεπλευκέναι λέγει, καὶ Ἑκαταῖος· Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος δὲ ἐλέγχων αὐτὸν ἱστορεῖ κ. τ. λ.* Sed magis etiam ad nostram quidem quaestionem altera pertinet in istius scholii fine lacuna, qua notata Henricus noster Keilius ex codice Laurentiano ita edidit: *ὡς Σοφοκλῆς ἐν Σκύθαις ἱστορεῖ. καὶ Καλλίμαχος * * * * αὐτῶν τοὺς μὲν εἰς τὸν Ἀδρίαν πεπλευκότας μὴ εὑρεῖν τοὺς Ἀργοναύτας, τοὺς δὲ διὰ τῶν Κυανέων πετρῶν ἐπὶ τὴν Κέρκυραν, ἔνθα κἀκεῖνοι τότε ἦσαν*, quae de Colchis intelligenda esse ab Aeete missis ad ulciscendos Argonautas et res ipsa docet et ex parte firmat frag. 543 id est schol. Apoll. Rhod. IV 303: *τῶν Κόλχων οἱ μὲν διὰ τῶν Κυανέων πετρῶν ἔπλευσαν, ὡς καὶ Καλλίμαχος. φησὶ δὲ Ἀπολλώνιος ὑποστρέψαι αὐτοὺς ἐναντίως Καλλιμάχῳ*, unde copia nobis facta est lacunae illius explendae hoc modo: *καὶ Καλλίμαχος τῶν Κόλχων καὶ αὐτῶν κ. τ. λ.*, i. e. Colchos et ipsos (ut Argonautae) partim in Adriam navigasse. Ita pro aperto de Argonautarum reditus via testimonio aliud habemus quod operte potius et oblique indicat Argonautas per Istrum fluvium Adriam petivisse, qua in re Callimachus una cum Apollonio plurimorum auctoritatem secutus est. nam quod schol. Apoll. Rhod. IV 284 lin. 19 seq. dicit: *οὐδεὶς δὲ ἱστορεῖ διὰ τούτου (τοῦ Ἴστρου) τοὺς Ἀργοναύτας εἰσπεπλευκέναι εἰς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν ἔξω Τιμαγήτου, ᾧ ἠκολούθησεν Ἀπολλώνιος*, manifesto erravit, ut docent scriptorum loci a Beckmanno ad Aristot. de Mirabil. Auscult. p. 230 collecti. credebant enim Istrum fluvium in duas partes scindi, quarum altera flueret in Pontum, altera in Adriam cf. Beckm. l. l. Quem ad modum autem de Istro fluvio Apollonius Callimachum secutus est, ita eundem in eo quoque imitatus esse videtur, quod Argonautas praeter australe Ponti Euxini litus navigantes indeque prinsquam Carambin promontorium ceperunt per medium mare Istrum petentes fecit (Apoll. Rhod. IV 300 seqq.).

Itaque ut hanc primam de reditu Argonautarum partem, quam

*II 1* elegiam crediderim fuisse (licebit enim et hic et in sequentibus hac significatione uti, non quo affirmare velim hoc ipso modo Callimachum singulas elegias huius libri, quaequae fuerunt, distribuisse — quod sane stultus essem si putarem —, sed ut brevitati studeam), paucis adumbrem, postquam poeta memoravit velle se oppida (nam omnino, ut dixit, multa *ἐδείμαμεν ἄστεα μορτοί*, fr. 271) et fana ab Iasone et Argonautis condita celebrare, *ἄρχμενος ὡς ἥρωες ἀπ' Αἰήταο Κυταίου αὖτις ἐς ἀρχαίην ἔπλεον Αἱμονίην* (fr. 113[b]), ducentes secum vellus aureum arietis, qui olim *σωτήρ* fuerat Phryxi et Hellae, *Θάμμεω θυγατέρος* (fr. 21[a]), narrasse videtur, quo modo Iason Medeae amorem sibi conciliaverit (ex quo carminis loco grammatici sumpsisse videntur fr. 267: *θιβρῆς Κυπρίδος ἁρμονίης*, item fortasse fragm. anon. 69 *ἃ πάντῃ πάντα θαλυκρὸς ἐγώ*) promissoque coniugio persuasisset, ut in vellere auferendo se adiuvaret. quod quum illa fecisset (in quo loco sedem habere potuit frag. anon. 341 *νύμφα φίλη, κἀβλῆτι λίθῳ ἔπι δάκρυον ἧκας*, si quidem ita hoc intelligendum est: quae antea, o Medea, dum lapide aliquis minabatur, in lacrimas effundebaris, nunc ipsa Iasoni suasisti ut inter viros e draconis dentibus enatos lapidem iaceret), vellus Iason abstulit idque (cf. Apoll. Rhod. IV 187) *φάρει* involvit *Κολχίδος ἐκ καλάμης*, ut est in frag. 265, quod sine dubio huc pertinet. Deinde quum etiam fratrem suum Medea *ἔποικον* interfecisset (fr. 411), cum Iasone aufugit. Sed Iason primo Ponti oram legit, quam Callimachus certe fr. 324 indicat Irin flumen memorans (ut fecit Apollon. Rhod. II 367 et 963), in cuius fragmenti vicinitate locum habuisse videtur etiam frag. 152 *ἡ μὲν ἀπ' Ἀσσυρίων ἡμεδαπὴ στρατιή*, ubi vide quae disputabimus. Sed non est dubium quin plures ibi regiones et flumina poeta memoraverit, ut Apollonio quidem memorabiles ibi videbantur Caucasus cum Prometheo (II 1247), Byzeres, Sapeires, Becheires, Macrones (1242 seq.), Philyres (1231), *Ἀρητιὰς νῆσος* cum avibus suis Stymphalidibus (1031 seq.), Mossynoeci (1016), Tibareni et *Γενηταίου Διὸς ἄκρη* (1010), Chalybes (1001), Amazones et *πεδίον Δοιάντιον* (987), Sinope

(946). quae omnia identidem docto poetae occasionem dare poterant fabulas exquisitissimas vel obiter indicandi vel data opera uberius pertractandi, praesertim quum multa in hac regione superessent Iasonianae expeditionis vestigia, ut prope Sinopen — cf. Strab. p. 47 Cas. — et *Ἰασόνιον ἄκρον* saepius ab aliis memoratum. velut ubi Sinopen memoravit, potuit indicata urbis origine hoc quoque addere, postea eo coloniam duxisse Milesium aliquem (cf. Scymn. Perieg. 947 seq.), qui fuisset *αἷμα τὸ μὲν γενεῆς Εὐξαντίδος*, ut est in fr. 504, aut quum Amazonum regionem Argonautas attigisse poeta dicebat, locum habere poterant verba *παρὰ δέ σφι κόραι λευκάσπιδες* (*ἔσταν*), quae sunt frag. anon. 133, i. e. Argonautis restitissent Amazones *λευκάσπιδες*, nisi ventus eorum navem praeter oram duxisset impedivissetque ne diutius ibi morarentur, ut est etiam apud Apollon. Rhod. II 985. Sed imprimis hoc plane obscurum est, quodnam principale argumentum qua elegia hic poeta pertractaverit. namque in singulis Aetiorum elegiis, quae in unoquoque libro plures fuerunt (ut in libro primo quattuordecim videntur fuisse) suum quamque peculiare tractasse argumentum aetiologicum certissimum videtur. Poterant hic vel Amazones omnes vel una aliqua ex earum numero elegiaco carmine celebrari, praesertim quum Amazones urbes vel certe fana plura condidisse constet.

Sequitur altera reditus Argonautarum pars sive Aetiorum *II 2*, qua in elegia in Hadriam per Istrum navigasse dicebantur (cf. fr. 377). Quem fluvium ubi et ipse Apollon. Rhod. IV 284 seq. in eadem re memorat, a Ripaeis montibus defluere dicit. Non dubium igitur quin ad hunc locum referenda sint Callimachi verba in frag. 215 vel potius iam ab Heckero in unum coniuncta frag. 215 et 188, quae ita explicanda esse existimo: Istrum intrarunt, quem [*κρῆναι ἐπηετανα*ὶ] *Ῥιπαίου πέμπουσιν ἀπ' οὔρεος, ἧχι μάλιστα τέρπουσιν λιπαραὶ Φοῖβον ὀνοσφαγίαι.* Sed memorato mirabili hoc asinorum apud Hyperboreos sacrificio (de quo constat vel ex Pind. Pyth. X 33 seq. add. Od. Mueller Dor. I p. 281 not. 1) non puto sibi temperasse Callimachum quin illius sacrificii originem uberius exponeret, aptissimum ita nactus *αἴτιον* et nisi fallor elegiae argumentum. quamquam hoc argu-

mentum quale fuerit ignoro. sed facile tamen est ad suspicandum asini quandam ad aram Apollinis commissam ὕβριν in causa fuisse. Atque sunt inter Callimachi fragmenta quae commode huc referri possint, ut fr. 320 θὴρ οὐατόεις, quod in initio eius elegiae sedem habuisse et ita explicandum esse existimo: [πολλάκι γὰρ] θὴρ οὐατόεις [ἐπιβώμιος ἐλθὼν ὕβρισεν * * *], item fortasse fragm. 288 ἑρπετά, τῶν αἰεὶ τετράφαται λοφίαι, item frag. 180 ἔστιν ἐμοὶ Μάγνης ἐννεάμυκλος ὄνος, et fr. 187 Φοῖβος Ὑπερβορέοισιν ὄνων ἐπιτέλθεται ἱροῖς. nam hoc etsi forte aliquis ex alio carmine atque priora petitum censere malit, quoniam Clem. Alex. Protrep. p. 25 Pott. adducto fr. 187 statim subiciat: ὁ αὐτὸς δὲ Καλλίμαχος ἀλλαχοῦ· τέρπουσιν λιπαραὶ Φοῖβον ὀνοσφαγίαι (fr. 188), grammaticorum tamen usus minime vetat de diversis eiusdem carminis locis cogitare, certe etiam schol. Dionys. Thrac. p. 728 Bekk. quum Callimachi locum ex Epigr. VII attulisset Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι γράμμα, mox adiciens καὶ ἀλλαχοῦ ὁ αὐτὸς λέγει non aliud tamen carmen, sed idem illud epigramma modo citatum intellexit. Itaque etiam frag. 187 ob argumenti similitudinem ad hanc elegiam revoco, quod etiam minus dubitationis habebit, si mecum statueris enarrata de asino fabula poetam dixisse, Delphis quoque Phoebum his victimis laetari. nam Delphos quoque id sacrificii genus translatum esse non sine causa docti viri statuunt, Boeckhius ad Corp. Inscript. I p. 809 et Welcker. Goetterlehre II p. 366. Atque hinc apparet quoque cur Δελφοί in Aetiorum libro II nominari a Callimacho potuerint fragm. 24[b], quod fragmentum paulo plenius quam hucusque habebatur reddere licet coniectanti. nam quum Epaphroditus in commentarii Callimachi Aetiorum altero libro dixisse perhibeatur Μελανθοῦς τῆς Δευκαλίωνος καὶ Κηφισσοῦ ποταμοῦ γίνεται Μέλαινα τοὔνομα, Μελαίνης δὲ καὶ Ποσειδῶνος Δελφός, ἀφ' οὗ Δελφοί, non videtur ille ad Delphicae gentis origines illustrandas invitatus esse simplici aliqua Delphorum in secundo Αἰτίων Callimachi libro mentione, sed quod poeta Delphos ibi aliquo nomine gentilicio ornaverat quod iure explicatione indigere Epaphrodito videbatur. id nomen sumamus fuisse Μελαινογένεις, quod ita usurpari et cum frag. 187 coniungi a poeta potuit ut diceret: ab Hyperboreis illud sacri-

ficium acceperunt [*Μελαινογένεις Δελφοί, ὅθεν καὶ ἐκεῖ*] *Φοῖβος Ὑπερβορέοισιν ὄνων ἐπιτέλλεται ἱροῖς.*

*II 3* arbitramur poetam complexum esse eam reditus Argonautarum partem quae est ab adventu in Adriam usque ad insulam Circae, cuius navigationis partem breviter describit Apollodor. I 9, 24 §. 4 seq.: *τοῖς Ἀργοναύταις τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν ἤδη παραπλέουσι μηνίσας δὲ Ζεὺς ὑπὲρ τοῦ φονευθέντος Ἀψύρτου χειμῶνα λάβρον ἐπιπέμψας ἐμβάλλει πλάνην· καὶ αὐτῶν τὰς Ἀψυρτίδας νήσους παραπλεόντων ἡ ναῦς φθέγγεται, μὴ λήξειν τὴν ὀργὴν τοῦ Διός, εἰ μὴ πορευθέντες εἰς τὴν Αὐσονίαν τὸν Ἀψύρτου φόνον καθάρθωσιν ὑπὸ Κίρκης. οἱ δὲ παραπλεύσαντες τὰ Λιγύων καὶ Κελτῶν ἔθνη καὶ διὰ τοῦ Σαρδονίου πελάγους κομισθέντες παραμειψάμενοι Τυρρηνίαν ἦλθον εἰς Αἰαίαν, ἔνθα Κίρκῃ ἱκέται γενόμενοι καθαίρονται.* quibuscum quoniam etiam Apollonii Rhod. IV 552 seqq. plerumque consentit narratio, Callimachum quoque ab hac narrandi ratione non magnopere discessisse arbitror. Atque tametsi is Argonautas meridiem versus Apsyrtidas insulas iam superavisse non indicat fragmento aliquo, Hyllida tamen illis proximam cum Apollonio ob eandem sine dubio causam memoravit frag. 362, ad quem locum pertinere etiam insulae Melitae cum catulis Melitaeis mentio videtur frag. 393 (coll. Apollon. Rhod. l. l. v. 543 et 572), quam e longinquo Argonautae iam viderunt, ut viderunt etiam Gaudum, *ὀλίγην νησῖδα Καλυψοῦς*, frag. 524 (coll. Apoll. Rh. l. l. v. 574), quum tempestas ob Iovis iram orta navem reiecit, ut redeundum Iasoni esset unde venerat (*ὅθεν εἰληλούθειν*, ut est in fragm. 532, quod huc pertinere videtur), i. e. ad Eridani ostium. Et ex tempestatis descriptione superesse credi potest fragm. 357 *καταριστήν*, si verum est Callimachum sic *χάλαζαν* vocasse, fortasse etiam frag. anon. 347 (*ἦλθε δ' ἐπὶ Νότος ὠκὺς ἀήμεναι*) et frag. anon. 137 (*λίστροισιν ἐοικότα*) et frag. anon. 136 (*ὦρτ' ἐν μὲν μέγα κῦμα*) et frag. anon. 391 (*θεσπέσιον νεφέων ἐκ Διὸς ὗεθ' ὕδωρ*), et fr. 515 (*μέσσος ἔπι ναύταις*). quod autem Hecker. l. l. p. 36 cum Apollonio et Apollodoro etiam Callimachum narrasse putat, trabem navis *αὐδήεσσαν* Argonautis dixisse quid ipsis faciendum esset, huc relato fragm. 264 *αὐτώρης ὅτε τοῖσιν ἐπέφραδε*, scholiastae verbis vim fecit. sed de eadem trabe etiam alia Callimachi

fragmenta iure interpreteris. velut Argonautis, qui cursum tenere frustra studuerant etsi κενεὸν πόνον ὀτλήσαντες (ut est in fragm. 274), dicere trabs illa fatidica potuit: ἦ θεὸς ἦν κρέσσων· τί δ' ὀνησόμεθ' [αὖ μογέοντες.] frag. anon. 274. Iam ad Eridanum reversi in hunc Argonautae invehuntur, inde in Rhodanum (ὅστ' εἰς Ἠριδανὸν μετανίσσεται ut Apoll. Rhod. IV 628 dicit), quod Apollodoro quidem non visum est operae pretium monere, sed narrat Apollonius additque etiam per Rhodani aliquem ἀπορρῶγα Argonautas aberraturos in oceanum fuisse, nisi Hera prohibuisset. Et fuerunt sane qui in Oceanum quoque Iasonem pervenisse putarent eo usi argumento, quod ἡ περὶ τὸν Ὠκεανὸν χώρα οὐκ ὀλίγας προσηγορίας ἀπὸ τῶν Ἀργοναυτῶν haberet (cf. Timae. apud Diodor. Sic. IV 56). Sed Callimachus de Oceano num narraverit fragmentis quidem demonstrari nequit, sed Eridanum et Rhodanum eum memoravisse et per se et propter Apollonium verisimillimum est, etsi fragmenta quibus hoc doceri possit ne hic quidem ad manus sunt. nec Callimachus quas mox praeternavigasse regiones Argonautas testes dicunt, Celtas, Ligyas, Tyrrheniam, praeterire eo minus potuit, quod multa ibi fuerunt Iasoniae expeditionis vestigia. cf. Strab. p. 21 Cas. Et Celtae quidem a Callimacho nominantur fr. 443 οὓς Βρέννος ἀφ' ἑσπερίοιο θαλάσσης ἤγαγεν Ἑλλήνων εἰς ἐπαναστασίην. at Aethaliam insulam, ad quam mox appulisse Argonautas narrat Apollon. Rhod. l. l. v. 654 (Αἰαία ei nomen est apud Apollodorum) cur Callimachum quoque memorasse credam, apparebit ex Strab. p. 224 Casaub.: ἔστι κατὰ τὴν Αἰθαλίαν λιμὴν Ἀργῷος ἀπὸ τῆς Ἀργοῦς, ὥς φασιν. ἐκεῖσε γὰρ πλεῦσαι τὴν τῆς Κίρκης οἴκησιν ζητοῦντα τὸν Ἰάσονα — καὶ δὴ καὶ τῶν ἀποστλεγγισμάτων παγέντων, ἃ ἐποίουν οἱ Ἀργοναῦται, διαμένειν ἔτι καὶ νῦν διαποικίλους τὰς ἐπὶ τῆς ἠιόνος ψήφους coll. Timae. apud Diodor. Sicul. IV 56 et Apollon. Rhod. IV 658. Atque hanc historiam de Argonautarum commoratione in Aethalia insula, ubi a Circe purgabantur, aetii principale idemque elegiae argumentum Callimacho fuisse suspicor.

*II 4* Callimachum puto Argonautarum cursum inde ab Aethalia usque ad Phaeacum insulam comprehendisse, ubi vix dubito quin vestigia Argonautarum, quae in hac quoque regione superesse veteres credebant (ut Phormiis teste Timaeo l. l.,

ad Silario ripam teste Strabon. p. 252 coll. Plin. Nat. Histor. III 70, *ἐν τῷ Ποσειδωνιάτῃ κόλπῳ* secundum Strabon. p. 21 Casaub.) enumeraverit apposita etiam Sirenum, Charybdis, Scyllae, Planctarum memoria. Mox Argonautas Siciliam non adeuntes, sed praeternavigantes fecisse videtur, ut praeter Apollodorum etiam Apollon. Rhod. IV 965. E longinquo igitur ab Argonautis conspiciebatur *τριγλώχιν ὀλοῷ νῆσος ἐπ' Ἐγκελάδῳ* posita, quod est fr. 382, quam insulam ob eandem causam *πυρὶ δεῖπνον* nominavit fr. 346. fortasse autem Iason propterea insulam non attigit, quoniam praeter Aetnae eruptiones et Enceladi tumultus inhospitalis videbatur. quae si causa fuit, poeta potuit ad eandem hanc probandam inhospitalitatem hic apponere historiam Phalaridis et Perilli, quam in Aetiorum hoc libro secundo Callimachum attulisse creditur frag. 25. nam Phalaris quoque tyrannus *τοὺς παριόντας ξένους ἐστρέβλου καὶ ἐκόλαζε.* Quam rem ita fere narrasse poetam persuasum habeo. quum Phalaris hospites vexare soleret, etiam finitimos Geloos (quos memoravit fr. 361: *οἱ δὲ Γέλα ποταμοῦ κεφαλῇ ἐπικείμενον ἄστυ* [*ναῖον*], taurum quoque aeneum ad torquendos hospites excogitatum et factum a Perillo sibique dono datum accepit. sed priusquam utebatur, Busiridis memor facinoris *τὴν κείνου Φάλαρις πρᾶξιν ἀπεπλάσατο*, ut est in Callimachi fragm. 194. Busiris enim eo tempore quo *Αἴγυπτος προπάροιθεν ἐπ' ἐννέα κάρφετο ποιάς* (frag. 182) Thrasio infortunii finem monstranti fore si hospitem aliquem Iovi mactaret, respondit: Aegypto tu fies Iovis hostia primus (Ovid. Ar. Am. I 651, ubi item coniunctae sunt Busiridis et Phalaridis historiae). quod fecit Thrasium mactans. simili igitur ratione Perillus periit, *πρῶτος ἐπεὶ τὸν ταῦρον ἐκαίνισεν, ὃς τὸν ὄλεθρον εὗρε τὸν ἐν χαλκῷ καὶ πυρὶ γιγνόμενον*, fr. 119, quae verba statim sequutum videtur fragm. 222: *τεύχων ὡς ἑτέρῳ τις ἑῷ κακὸν ἤπατι τεύχει.* Mox Iason cum suis praetervectus Rhegium urbem (*Ῥήγιον ἄστυ λιπὼν Ἰοκάστεω Αἰολίδαο* fr. 202) et *Λοκροὺς Ἐπιζεφυρίους* (fr. 446, quacunque demum ratione poeta contumacem hanc gentem sub metri iugum misit. ad eosdem Locros eundemque Callimachi locum fortasse revocandum etiam fragm. 493 *ὃ δ' ἐκ Λοκρῶν τείχεος Ἰταλικοῦ πὰρ * * * * * * ἧεν ἀμύντωρ*, et fr. 541

ὅς τ' Ἰταλὴν ἐφράσαθ' ἁρμονίην). et Crotonem (frag. 447), quam urbem Achaei olim condebant Ἰηπύγων ἔγχος ἀπωσάμενοι, frag. 444 (nam Ἰάπυγες ᾤκουν τὸν Κρότωνα πρότερον, ὡς Ἔφορός φησι teste Strabone VI p. 262), tandem in Corcyram insulam venit, cuius iam e longinquo conspiciebatur λιμὴν ἀμφίδυμος Φαίηξ (fr. 336). Quae insula a Scheria non diversa Callimacho fuit (cf. ad fr. 38 extr.) et ab eo vocabatur sine dubio etiam Δρεπάνη (frag. 554), quo nomine insulam memorans etiam Apollon. Rhod. l. l. v. 990 exornat. Et is quidem duas eius nominis causas affert, falcem qua patris testiculos abscidit Iuppiter (v. 985) et Δηοῦς χθονίης καλαμητόμον ἅρπην, addens Δηὼ γὰρ κείνῃ ἔνι δή ποτε νάσσατο γαίῃ, Τιτῆνας δ' ἔδαεν στάχυν ὄμπνιον ἀμήσασθαι Μάκριδα φιλαμένη· Δρεπάνη τόθεν ἐκλήισται οὔνομα, Φαιήκων ἱερὴ τροφός· quarum originationum Hecker. l. l. p. 37 putat priorem probasse Callimachum atque adeo anonymum versum (cf. fr. anon. 306, Δρεπάνην κλείουσιν ἀπὸ Κρονίδαο σιδήρου) ad Callimachum rettulit. sed equidem aliquanto maiore iure statuere mihi videor alteram nominis causam hunc poetam probasse. Primum enim hanc originationem tradit etiam is quem saepe sibi ducem sumpsisse Callimachum constat, Aristoteles, cuius locum aliquanto pleniorem quam Steph. Byz. p. 595, 13 profert schol. Apollon. Rhod. IV 984: ἀποδίδωσι δὲ τὴν αἰτίαν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Κερκυραίων πολιτείᾳ. φησὶ γὰρ τὴν Δήμητρα φοβουμένην μή οἱ ἐκ τῆς ἠπείρου ἐρχόμενοι ποταμοὶ ἤπειρον αὐτὴν ποιήσωσι, δεηθῆναι Ποσειδῶνος ἀποστρέψαι τὰ τῶν ποταμῶν ῥεύματα· ἐπισχεθέντων οὖν τούτων ἀντὶ Δρεπάνης Σχερίαν ὀνομασθῆναι * * * *. διὸ τὴν Δήμητρα αἰτησαμένην δρεπάνην παρ' Ἡφαίστου τοὺς Τιτᾶνας διδάξαι θερίζειν, εἶτα αὐτὴν κρύψαι εἰς τὸ παραθαλάσσιον μέρος τῆς νήσου· προσκλυζούσης δὲ τῆς θαλάσσης ἐξομοιωθῆναι τὴν θέσιν τῆς γῆς δρεπάνῃ, ubi lacunam sine ulla haesitatione ita iubemus expleri: ἀντὶ Δρεπάνης Σχερίαν ὀνομασθῆναι· Δρεπάνην δὲ ὀνομαστῆναι, διὸ κ. τ. λ. Deinde ζάγκλον, quod sit δρεπάνη, Callimachum dixisse in secundo libro Αἰτίων scimus fragmento *22, eandemque vocem in frag. 172 legimus, cuius demum ad hanc rem relati prompta est explicatio et emendatio: [ἔνθα παρ' ἀκτὴν] κέκρυπται

*Βύνῃ ζάγκλον ὑπὸ Χθονίῃ*, (i. e. ubi in littore *ζάγκλον* mari abstrusum a Chthonia erat), quibus commode ordiri de Cereris falce historiam potuit addens obiter falcem vulgo *δρεπάνην* dici. interim non nego Callimachum cum Apollonio etiam alterius originationis (i. e. falcis Croni) mentionem fecisse obiter, quo concesso etiam frag. 147 huc retrahendum erit. — Atque haec de Cerere narratio, cui etiam de Macride nympha, Dionysii nutrice (cf. Apoll. Rhod. IV 540. Nonn. Dionys. XXI 192) et a Cerere amata (Apoll. Rhod. IV 990), a qua olim *Μᾶκρις* nominata insula, interponi locus potuit, quum expulsa a Iunone ex Euboea in Phaeaciam cessisset (cf. Apoll. Rhod. l. l. et IV 1131 seq.), Callimacho fuisse videtur in hoc carmine principale *αἴτιον* et argumentum elegiacum.

*II 5.* In Drepane ab Alcinoo et Arete hospitaliter excepti Argonautae (ex quo carminis parte superesse videtur fr. 427 *ἀσπαστύς* i. e. *προσηγορία φιλία*) mox nova in discrimina adducuntur, atque iterum Iason fortunam in peius vergi videbat (ubi tamen *ἐπικλινὲς εἶδε τάλαντον*, fr. 312, poetam dixisse vix arbitror). Aeetes enim certior factus de velleris raptu et de Iasonis Medeaeque fuga et de Apsyrthi filii nece Colchos convocaverat, qui frequentissime venerant (*ἀπειρέσιοι*, quem ad modum Apollon. Rhod. IV 218 dicit, ut Callimachus quoque hic dixisse videatur quod est frag. anon. 129: *αὐτίκα καὶ μύρμων πλείονες ἢ ψιάδων*, vel quod est fr. anon. 288 *πολέα στρατόν* vel quod est fr. anon. 115 *πλέων ἀμάθοιο βαθείης*), et eis imperaverat ut Argonautas persequerentur. (ex cuius oratione fortasse petitum frag. an. 394 *οἴχηται τὸ κλέπος αὐτὸς ἔχων*. nam verebatur Aeetes, ne Iason sibi habens raptum vellus, in Graeciam aufugeret). quod illi ita fecerant (*ἐπιτάξ*, fragm. 327), ut pars Iasonem in Istrum flumen et in Adriam sequerentur, sed non reperirent (frag. 377), pars *διὰ τῶν Κυανέων πετρῶν* navigaret et Corcyram attingeret (frag. 563). Atque illi quidem *μαστύος ἄλλοτ' ἔκαμνον ἀλητύι* (frag. 277), alii autem frustra susceptae operae pertaesi et redire veriti ad Aeetem (quem fortasse hic Callimachus nominavit *μασίγδουπον βασιλῆα*, frag. anon. 200) in plures partes distribuebantur et colonias condebant, *οἳ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρου σχάσσαντες ἐρετμὰ λᾶα πάρα ξανθῆς Ἁρμονίης ὄφιος ἄστυρον ἐκτίσσαντο, τὸ μὲν Φυγάδων τις*

ἐνίσποι Γραικός, ἄταρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας (frag. 104), οἳ δὲ (sic enim puto poetam in rei narratione perrexisse) in alias ibi regiones colonias deducentes et gentes ibi subicientes. Eo pertinere videtur frag. 480: Βουθόη, ἣ Δρίλωνος ἐπὶ προχοῇσιν ἐνάσθη, quam urbem quum iuxta Drilonem amnem et oppidum Olcinium, quod antea Colchinium dictum sit ut a Colchis conditum Plin. Nat. Hist. III 144 memoret, suspicor Callimachum Olcinium urbem dixisse [ὅμορον] Βουθόῃ ἣ Δρίλωνος κ. τ. λ., ut obiter tantum Buthoam ad alius urbis situm definiendum addiderit (ut etiam fr. 104 Harmoniae ὄφιος memoria Polae urbis situm definivit), cui rei Βουθόη urbs aptissima fuit utpote maiorem famam nacta, quum Cadmus in eum locum venerit (cf. Philon. apud Stephan. Byz. p. 180, 19) ibique habitaverit (cf. schol. Nicandr. Ther. 607) et cum Harmonia in serpentem conversus in vicinia τάφον suum habuerit (cf. Eratosth. ap. Steph. B. p. 244, 11). Atque prope Cadmi Harmoniaeque τύμβῳ (de quo vide etiam Dionys. Perieg. 390 seqq. cum adnotatione Godofredi Bernhardy p. 621) Colchi apud Apollon. Rhod. IV 517 quoque coloniam condunt, qui vicinos ei fuisse ait Ἐγχελεῖς, et ipsos fortasse nominatos a Callimacho, si quidem Plinius in Nat. Hist. III § 139 quos Callimachum appellasse dicit Peucetias (Πευκετέας? fr. 392, quod huc revoco) his adiungit Encheleas. Hi autem Ἐγχελεῖς iterum ad Cadmum nos ducunt, quem cum Harmonia ad istam gentem venisse et oraculi iussu eorum ducem extitisse contra hostes, quibus victis Cadmum in Illyria regnasse Apollodorus III 5, 4 narrat. addit Strabo VII p. 326 Cadmi posteros Ἐγχελέων imperium habuisse. Quis autem est qui neget gratissimam et si quae alia idoneam Callimacho elegiae materiam in transcursu tractandam fuisse Cadmi senis cum Harmonia ex Thebis fugam et in Illyricum iter, ubi in dracones ambo conversi sunt. Rem multi narrant (cf. Ovid. Met. IV 563 seqq. et Unger. Parad. Theb. p. 50 et 385), quam ut elegia pertractaret impellere Callimachum vel hoc debebat, quod αἰτιολογικὸν aliquod inerat. nam ab Illyrio filio, quem ex Cadmo Harmonia in nova patria genuit (Apollod. III 5, 4) regio illa nomen accepit suum. cf. Steph. Byz. p. 331, 6 et Eustath. ad Dionys. Perieg. 95 et 389 extr. Atque Cadmus dum Illyriam

petit sine dubio etiam Epirum attigit, cuius regionis memor Callimachus fuit 203: αἵ δὲ βοοκράνοιο παρ' ἀγκύλον ἴχνος Ἀραίθου. Ab hoc autem fluvio quum non multum abfuerit Ellopia et Dodona, etiam frag. 484: κρηνέων τ' Ἐλλοπίῃ μισγομένων ἑκατόν, fragm. *24 Δωδώνη. frag. 492 [οὐκ] ᾔειν ἐκδοὺς σάμβαλον αὔλειον, quae verba de Sellis interpretor ex fano non solitis exire, huc revocanda censeo debetque fortasse revocari etiam fr. 500, iam a Rauch. l. l. p. 26 cum ceteris huc relatum: λᾶες Δευκαλίωνος ὅσοι γενόμεσθα. nam (schol. Il. XXII 233) Δευκαλίων μετὰ τὸν κατακλυσμὸν παραγενόμενος εἰς τὴν Ἤπειρον ἐμαντεύετο ἐπὶ τῇ δρυΐ. πελειάδος δὲ χρησμὸν αὐτῷ δούσης κατοικίζει τὸν τόπον συναθροίσας τοὺς περιλειφθέντας ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ Διὸς καὶ Δωδώνης μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων Δωδώνην τὴν χώραν προσηγόρευσεν· ἡ ἱστορία παρὰ Θρασυβούλῳ, i. e. apud eundem scriptorem, quem in commentario ad Aetiorum librum secundum Epaphroditus citat (frag. 24). Et huic fragmento nectendum videtur etiam fragm. 500 et fragm. anon. 277 κωφοὶ δ' ἦν προπάροιθεν, item fragm. anon. 130 Πύρρ' ἰδὲ Λευκαρίων. Eo autem maiore iure huc Epiri quoque memoriam traxisse poeta videbitur, si dixero, cum Cadmo Thebis profectam esse Ἤπειρον, Echionis filiam, et in Chaonia mortuam nomen suum Epiro dedisse teste Parthen. Erot. XXXII.

*II 6.* Altera autem Colchorum pars quae διὰ Κυανέων πετρῶν Iasonem petierat et, ut verisimile est, Taenarum promontorium circumvecta erat (ex qua narrationis parte fortasse servatum est fragm. anon. 237: Τέττιγος δ' ἔδρανον), quum in Corcyra Argonautas invenisset (fr. 377), poenas ab his repetitura et Medeam Iasoni abstractura inque patriam reductura erat, nisi Medea precibus suis animum sibi conciliasset Aretae, quae Alcinoum coniugem permovit ut Medeam Colchis tradendam negaret, si iam matrimonio iuncta Iasoni esset. quod quum eo tempore nondum factum esset — nam Iason Medeae promiserat se eam uxorem tum demum ducturum, ubi primum domum rediisset —, Arete illis persuasit ut statim nuptias celebrarent, priusquam Alcinous sententiam pronuntiasset. itaque Medea Iasoni nupsit, quo cognito Alcinous eam a marito divelli vetuit Colchosque repressit, quibus ob iram Aeetae in patriam redire veritis Alcinous in

Phaeacia sedes concessit, donec aliquando in Epirum ex adverso insulae sitam migrarunt. Ita haec narrat Apollon. Rhod. IV 1000 seq., unde apparet non defuisse hic Callimacho elegiae materiam, Medeae sollicitudinem et Aretae muliebre studium amanti virgini cupientis. neque *αἴτια* ei defuerunt. nam Moeris et Nymphis etiam postea in Corcyra sacra fiebant in aris a Medea constitutis (Apoll. Rhod. v. 1216 et Timae. ap. schol. Apoll. Rhod. IV 1217) et monstrabatur ibi *ἔτι νῦν ἱερὸν ἄντρον Μηδείης* (ut ait Apollon. l. l. v. 1153). praeterea — quod et ipsum *αἰτιῶδες* erat — Colchos inde in Epirum migrasse novasque sedes ibi quaesivisse vidimus (cf. Apoll. Rhod. l. l. v. 1212 seq.). Has igitur res hac elegia Callimachum pertractasse puto, cuius fortasse unum alterumve locum imitabatur Apollonius. certe ubi Aretae supplicans Medea ap. Apoll. Rh. l. l. v. 1014 dicit *μή δέ με Κόλχοις ἐκδώῃς ᾧ πατρὶ κομιζέμεν, εἴ νυ καὶ αὐτὴ ἀνθρώπων γενεῆς μία φέρβεαι, οἷσιν 'ἐς ἄτην ὠκύτατος κούφῃσι θέει νόος ἀμπλακίῃσιν*, extemplo admonemur fragmenti 133 *εἴ σε Προμηθεὺς ἔπλασε καὶ πηλοῦ μὴ ἐξ ἑτέρου γέγονας*, quem ad modum Apollonii ibidem verba *ὠκύτατος κούφῃσι θέει νόος ἀμπλακίῃσι* in memoriam revocant fr. anon. 94: *θοαῖς ἀφροσύναις*, a quo loco etiam frag. anon. 9: *σχέτλιαι ἀνθρώπων ἀφραστύες* non alienum est, nisi hoc praestat comparare cum Aretae oratione ap. Apollon. l. l. v. 1082 *πολλὰ ῥέζομεν ἀμπλακίῃσιν.* Et apud Apollon. l. l. v. 1041 ut Medea dicit *σὺν ὀθνείοις ἀλάλημαι*, ita apud Callimachum de peregrinis hisce dicere potuit fr. 160: *Γραικοὶ* (*εἰσὶ*) *καὶ γαίης ἡμετέρης ἀδαεῖς*, ad quem locum pertinere puto etiam frag. 329 (*λῖες μέν τε λίεσσιν*) eosdemque Graecos intelligere videtur etiam fr. 455 dicens: *ἄβαλε μηδ' ἀβόλησαν*, i. e. utinam nunquam Argonautae mihi obvii facti essent. Praeterea quod Apollon. l. l. v. 1214 dicit, Colchos illos postea ex Phaeacia *Κεραύνια μέλλον 'Αβάντων οὔρεα Νεσταίους τε καὶ Ὠρικὸν εἰσαφικέσθαι*, eandem rem sine dubio Callimachus quoque tractavit eo loco, cuius particula fuit frag. 259: *καὶ κατ' 'Αμαντίνην ᾤκισαν Ὠρικίην.* Postremo huc referendum censeo fr. 199: *ἀρθμὸν δ' ἀμφοτέροις καὶ φιλίην ἔταμον*, Phaeaces innui putans vel Alcinoum et Areten qui amicitiam inter Argonautas et Colchos conciliabant.

*II 7.* Mox inter alia dona acceptis aliquot mulieribus Phaeaciis quae Medeam sequerentur ministrae, Argonautae navem solvunt quantocius in patriam redituri, quum tempestas subito exorta a cursu deiecit et in Syrtim atque Libyam detulit. ex qua narrationis parte petitum videtur frag. anon. 32: **ἡ δ' ἀπὸ Μηρισοῖο θοὴ Βορέαο κατάιξ**, item fortasse fr. 285, et postquam narratum est tempestatem subsedisse, fr. 300 **ἰτμήγη δὲ κύφελλα [καὶ οὐκ ἔτι κρύψε σελήνην]**. Sed praeterea multo plura huc retrahenda sunt Callimachi fragmenta. neque enim credibile est poetam data hac patriae suae celebrandae occasione uti noluisse. Itaque hanc sedem assignandam censeo fragmento 398, ubi palus Pallantias amnem Tritonem accipiens et citra minorem Syrtim sita memoratur, item fr. 548, ubi est *Αὔσιγδα* Libyae urbs, item frag. anon. 220 in Libya probans fuisse *Πηλὸν ἀιδνόν*, item fortasse frag. anon. 247 **Χαλάμβριοι ἵπποι**. Imprimis autem poeta putandus est hic celebrasse nymphas Libycas quae Argonautis indicabant quo modo periculum effugerent (cf. Apollon. Rhod. IV 1308 seq.), unde probabile est fluxisse frag. anon. 22 **πότμον ἐλινύσειεν.** ex eadem autem narrationis parte servatum videtur frag. 126: **δέσποιναι Λιβύης Ἡρωΐδες, αἳ Νασαμώνων αὖλια καὶ δολιχὰς θῖνας ἐπιβλέπετε, μητέρα μοι ζώουσαν ὀφέλλετε.** et quum teste Aegrota in Libycarum rerum libro primo ap. Herodian. de Monad. p. 11, 23 ex Amphithemide illae nymphae procrearint gentium Libycarum patres, velut **Βάκαλα**, vix dubium quin huc revocandum sit etiam fragm. 517 **τέκνα σύεσσι μένος Βάκαλες**. Vides autem non e longinquo petendum poetae fuisse quod aetiologicum simul et elegiacum esset argumentum. quale praebebat etiam historia Acacallidis, Minois filiae, quae ex Phoebo peperit Amphithemidem Libycarum gentium auctorem, cuius historiam breviter attigit Apollon. Rhod. IV 1491 seq. Magis tamen credo poetam imprimis Tritonis historiam, a quo accepta dono gleba in causa fuit, ut postea Cyrene poetae patria urbs conderetur. Ibi etiam Batti memoriam (fr. 550) Callimachus inicere potuit. eum enim virum Theraei coloniae ducem fecerunt quum oraculum eos iussisset (**αὐτώρης ὅτε τοῖσιν ἐπέφραδε**, ut est in frag. 264) in Libyam coloniam mittere.

*II* 8. Hinc liberati Argonautae in Cretam versus navigant, quo num appellentes Talo interfecto eos fecerit Callimachus ex fragmentis certe non perspicitur. quamquam invitare poetam ut hoc quoque narraret potuit, quod in Creta *ἱρὸν Ἀθηναίης Μινωίδος* Argonautas consecrasse Apoll. Rhod. l. l. v. 1691 narrat. Mox *οὔλη σκοτίη* (Apoll. Rh. l. l. 1697) eos terret, quae ubi sint cognoscere non sinit. de his tenebris ubi Callimachus agebat, verbis uti poterat quae leguntur in frag. anon. 184 *κνηκὶς ἐπενήνοθε* et fr. anon. 10: *ἠέρος ἀχλύσαντος*. Sed Iasonis precibus permotus Apollo auxiliatus est, *Μελαντείους δ' ἐπὶ πέτρας* [*βὰς* * * *] (ut est in frag. anon. 289, quocum conferas Apollon. l. l. v. 1707, Orph. Argon. 1363, Apollod. I 9, 26) caliginem discussit. tum sequebatur apud Callimachum frag. anon. 17 *αἰθέριον ὕψος*, et frag. 257: *φιαρὴ τῆμος ἄνεσχεν ἕως*, et frag. anon. 36 *οὐδέ ποθι κνηκὶς ὑπεφαίνετο, πέπτατο δ' αἰθήρ*. Iam clarissima in luce subito apparuerunt et deus et parva quaedam quae in vicino erat insula, unde utrumque etiamnum appellant *Αἰγλήτην Ἀνάφην τε Λακωνίδι γείτονα Θήρῃ*, ut Callimachus dixit in frag. 113 (cf. Apoll. Rhod. IV 1716 seq., Orph. Argon. 1365 seq., Steph. Byz. p. 93, 12, Apollod. I 9, 26, 3, Conon. Narrat. XLIX), cui uno intermisso hexametro iunxisse videtur frag. 112: *Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη, μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης*. poterant autem haec ita dici:

*Αἰγλήτην Ἀνάφην τε, Λακωνίδι γείτονα Θήρῃ,*
  [*ἣ τότε καλλίστη νῆσος ἐνῆεν ἁλί*],
(*Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη*),
  *μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης,*

ubi *Καλλίστη τὸ πάροιθε — οὔνομα* videtur esse, unde olim *Καλλίστη* nomen fuit — cf. vol. I p. 189 —, nisi ὅ scribendum pro priore *τό*, *μήτηρ* autem non grammatice ut debebat accommodatum est nomini *Θήρῃ*, sed relativum *ἥ* sequitur, ut in illo Homerico Od. II 70: *Κύκλωπος κεχόλωται, ὃν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν, ἀντίθεον Πολύφημον* (cf. Ameis. Kritischer Anh. zur Odyss. *β* 119). In Anaphe autem insula quid tum factum sit praeter Apollon. Rhod. et Apollod. ll. ll. ita narrat Conon. l. l.: — *ἱερὸν Ἀπόλλωνος Αἰγλήτου ἱδρύ-*

*σαντο καὶ εὐφραίνοντο τῆς ἀελπίστου τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆς καὶ ταῖς ἄλλαις εὐωχίαις. Μήδεια δὲ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὴν γυναιξίν, αἳ δῶρον ἦσαν γάμων τῶν Ἰάσονος, παίζουσαι μετὰ μέθην ἔσκωπτον τοὺς ἥρωας ἐν τῇ παννυχίδι. οἱ δὲ ἀνετώταζον τὰς γυναῖκας. Ἐκ τούτου τοιγαροῦν καὶ Ἀνάφης ὁ λαὸς (ᾠκίσθη γὰρ ἡ νῆσος) ἀνὰ πᾶν ἔτος Ἀπόλλωνι Αἰγλήτῃ κερτομοῦντες ἀλλήλους καὶ ἑορτὴν κατὰ μίμησιν ἐκείνων ἄγουσι*, ubi apertissimum habes *αἴτιον*, quod quin memoraverit Callimachus atque integra elegia celebrare voluerit nemo facile dubitabit. itaque hic sedem habuisse puto frag. 281 cum frag. 253 coniunctum: *σκέρβολα μυθήσαντο κηκάδι σὺν γλώσσῃ*, quae minus apte olim ad Aet. I 11 rettuli et cum frag. 197 iungendum censui. atque fortasse in illa elegia poeta ipsas mulieres Phaeacias loquentes induxerat, quae si dixerunt *νυκτὶ δ' ὅλῃ βασιλῆας ἐλέγχομεν* (frag. anon. 21), *βασιλῆας* iure potuerunt Argonautas appellare et *νυκτὶ ὅλῃ* indicare *τὴν παννυχίδα* quam Conon nominat.

*II 9.* Ex hac regione Apollon. Rhod. quidem IV 1765 seq. Argonautas statim in Aeginam insulam venisse narrat, quocum fere consentit Apollod. I 9, 26, 6, etiam in eo, quod Argonautis ibi *περὶ ὑδρείας* certamen fuisse dicit, etsi solus Apollonius addit: *ἔνθ' ἔτι νῦν πλήθοντας ἐπωμαδὸν ἀμφιφορῆας ἀνθέμενοι κούφοισιν ἄφαρ κατ' ἀγῶνα πόδεσσιν κοῦροι Μυρμιδόνων νίκης πέρι δηριόωνται.* quae affero ut doceam certe non defuisse Callimacho *αἴτιον*, si in Aeginam quoque factum Argonautarum egressum narrare voluit. Sed hoc quae probent Callimachi fragmenta desidero, contra Samum quoque insulam attigisse Argonautas, etsi Argonauticorum scriptores non tradunt, tamen aliunde certissima ratione demonstrari potest. Pausaniae enim verba sunt VII 4, 4: *τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Σάμῳ τῆς Ἥρας εἰσὶν οἳ ἱδρύσασθαί φασι τοὺς ἐν τῇ Ἀργοῖ πλέοντας κ. τ. λ.* (ut alibi quoque Argonautas Iunonis, deae imprimis sibi faventis, templa condidisse constat. cf. Strab. VI p. 252 et Plin. Nat. Hist. III 70). Hanc autem Iasonis rem, quae sane *αἰτιώδης* erat, Callimachum hic omittere voluisse eo minus credibile est, quum aliquot eius extent fragmenta quae ad Iunonem Argivam vel res Samiorum referri debeant, interque haec unum certe sit quod ex Aetiorum libro secundo sumptum esse dicitur. Ergo

narrasse Callimachum puto Argonautas ex Anaphe recta via in Samum insulam venisse (quamquam apud Pausan. l. l. ex Argis eo venisse dicuntur) ibique commoratos aliquamdiu Iunonis simulacrum posuisse, quod quale fuerit ex frag. 105 apparet, ubi vide quae extremo loco dicam. Sed ab iisdem Argonautis poetam existimo repetisse omnem *Ἡραίων* originem, quo festo Samios Iovis et Iunonis *γάμον* celebrasse scimus ex Lactant. Instit. I 17, 8: nobilissimum et antiquissimum Iunonis est Sami simulacrum in habitu nubentis figuratum et sacra eius anniversaria nuptiarum ritu celebrantur (quo pertinere videtur etiam fragm. 414 a). Atque Samii vel natam apud se ad Imbrasum flumen Iunonem fabulabantur (cf. Pausan. VII 4, 4: *Σάμιοι αὐτοὶ τεχθῆναι νομίζουσιν ἐν τῇ νήσῳ τὴν θεὸν παρὰ τῷ Ἰμβράσῳ ποταμῷ*, et schol. Apollon. Rhod. I 187). quod ubi narravit Callimachus (cf. schol. Apoll. l. l.) usus esse fr. 213: *ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης Ἴμβρασε Παρθενίου* censendus est indicaturus a Iunone *παρθένῳ* novum nomen Imbrasum fluvium accepisse. Iidem autem Samii narrabant, *ἐν Σάμῳ τὸν Δία λάθρα τῶν γονέων ἀποπαρθενεῦσαι τὴν Ἥραν*, quod narrans schol. Hom. Il. XIV 296 statim addit (cf. etiam Eustath. ad Il. p. 987, 10): *ὅθεν Σάμιοι μνηστεύοντες τὰς κόρας λάθρα συγκοιμίζουσιν, εἶτα παρρησίᾳ θύουσι τοὺς γάμους.* Atque hoc principale putaverim Callimacho in hac elegia fuisse *αἴτιον*. nam hoc non neglexisse eum et per se probabile est, et apparere videtur ex *frag. 20: *ὥς τε Ζεὺς ἐράτιζε τριηκοσίους ἐνιαυτούς*, quod ita coniunctum fuisse crediderim cum frag. 252:

> *ἤρ' ὅτι, τὼς ὁ γέγειος ἔχει λόγος, [Ἥρῃ ἀδελφέῳ*
> *παρθένος ὢν ἔφερεν κρύβδα φίλων τοκέων],*
> *ὥς τε Ζεὺς ἐράτιζε τριηκοσίους ἐνιαυτούς,*

i. e. „mos ille Samiorum extitit, quoniam, ut vetus fabula est, Iuno olim fratri suo Iovi in amore gratificata est (*ἦρα ἔφερεν*, qua in re datum Iovis iusiurandum indicari videtur in fragm. 315 a) virgo clam caris parentibus suis, et quoniam Iuppiter annos trecentos amator Iunonis fuit, priusquam iustae nuptiae factae sunt". — Illum autem Iovis Iunonisque amorem quin elegia Callimachus celebraverit vix quisquam erit

qui dubitare velit, in qua si alias quoque regiones poeta attigit ubi iisdem illis Heraeis γάμος Διὸς καὶ Ἥρης celebrabatur, velut Argos, Κυνέτειαν quoque, Argolicam urbem, nominare potuit *frag. 23, memorans fortasse fabulam quam ex Aristotele affert schol. Theocrit. XV 64. Et fortasse etiam Laconicam Heram attingens memoravit πυλεῶνας fr. 358.

*II 10.* A Samo insula Argonautae, sive eos in Aeginam deflectentes (cf. II 9 init.) sive rectiore utentes itinere poeta fecit, inter Euboeam et Locrida (cf. Apollod. I 9, 26, 6) navigant et domum redeunt, quos propterea ἀροτὰς κύματος Ἀονίου fr. 436 Callimachus vocabat. ac fortasse etiam ubi Atticam praetervecti erant, Μοψοπίαν frag. 351 hanc terram nominaverat, et ubi Euboeam, dixerat δέδαεν δὲ λαχαινέμεν ἔργα σιδήρου, fr. 305, quod ex Aetiis desumptum esse non videtur negari posse. Ceterum nec de Argonautarum Iolcum adventu nec de reliquis Iasonis et Medeae casibus quicquam in Callimachi fragmentis traditum invenio quod certo huc revocari possit, quamquam de iis facinoribus quae absente Iasone (cuius fortasse ἀπεστώ significatur fr. 340) Pelias perpetraverat longa Iasonis expeditione (quae νωθὴς ὁδός vel νωθρὴ ὁδός, ut est in frag. anon. 208, dici hic potuit) audacior factus, deque eius nece et de Medeae et Iasonis Corinthum fuga vel pluribus elegiis a Callimacho exponi potuit. nec deerant αἴτια, velut quod de Corinthiis memorat Pausan. II 3, 7. At de Medeae ex Corintho urbe Athenas fuga leve videtur vestigium extare in *frag. 21, quod ἐν τέλει τοῦ δευτέρου τῶν Αἰτίων positum fuisse dicitur. quae verba non necesse est ita intelligi, quasi ultimus fuerint in illo Aetiorum libro versus, sed τέλος ultimam eius libri elegiam significare potest. Ex eo igitur fragmento recte nobis videmur colligere, secundum Callimachum Medeam Glauce, Creontis filia Iasoni desponsata (de qua peplo a Medea donata intelligi potest frag. anon. 334 ἵνα μιν περὶ πᾶσαν ἐέργοι) et suis ex Iasone liberis necatis Athenas ivisse, quoniam haec urbs videbatur φιλοικτίρμων καὶ ἱκεταδόκος, ut dicit schol. Sophocl. Oed. Col. 258 addens frag. Callimachi *21: οὕνεκεν οἰκτείρειν οἶδε μόνη πολίων. Sed addidisse poetam censeo, mox tamen habuisse Medeam cur de hac Athenarum fama hospi-

talitatis addubitaret, ut quae recepta ibi et vel ab Aegeo in matrimonio collocata tamen mox cum Medo filio, unde Media postea nomen accepisset, ex illa urbe expulsa fuisset (a Theseo, puto, de quo fortasse dictum frag. anon. 94 *θοῆς ἐκστησε πόληος*) et tandem ad Colchos rediisset. His adiungi potuit fabula de cornicibus iussu Minervae ab acropoli Athenarum (cf. Aelian. Var. Hist. V 8, Apollon. Histor. Mirab. VIII, Lucret. VI 749) et ab Athenis in universum (cf. Plin. Nat. Hist. X 30) exclusis. nam similem cornices atque tum Medea Athenarum inhospitalitatem expertae sunt, cuius rei *αἴτιον* Callimachum in Aetiorum libro secundo longiore elegia exposuisse probabile fit ex * frag. 19, quod primus Bergkius in Mus. Rhen. IX (1854) p. 138 seqq. ad hanc fabulam pertinere ingeniose vidit uberius illam expositam ab Amelesagora apud Antig. Caryst. Histor. Mirab. cap. XII, cuius haec verba sunt: (*Ἀμελησαγόρας*) *φησὶν Ἡφαίστῳ δοθείσης τῆς Ἀθηνᾶς συγκατακλιθεῖσαν αὐτὴν ἀφανίσθῆναι, τὸν δὲ Ἥφαιστον εἰς γῆν πεσόντα προΐεσθαι τὸ σπέρμα, τὴν δὲ γῆν ὕστερον αὐτῷ ἀναδοῦναι Ἐριχθόνιον, ὃν τρέφειν τὴν Ἀθηνᾶν καὶ εἰς κίστην καθεῖρξαι καὶ παραθέσθαι ταῖς Κέκροπος παισίν, Ἀγραύλῳ καὶ Πανδρόσῳ καὶ Ἕρσῃ, καὶ ἐπιτάξαι μὴ ἀνοίγειν τὴν κίστην, ἕως ἂν αὐτὴ ἔλθῃ. ἀφικομένην δὲ εἰς Πελλήνην φέρειν ὄρος, ἵνα ἔρυμα πρὸ τῆς ἀκροπόλεως ποιήσῃ, τὰς δὲ Κέκροπος θυγατέρας τὰς δύο, Ἄγραυλον καὶ Πάνδροσον, τὴν κίστην ἀνοῖξαι καὶ ἰδεῖν δράκοντας δύο περὶ τὸν Ἐριχθόνιον· τῇ δὲ Ἀθηνᾷ φερούσῃ τὸ ὄρος, ὃ νῦν καλεῖται Λυκαβηττός, κορώνην φησὶν ἀπαντῆσαι καὶ εἰπεῖν, ὅτι Ἐριχθόνιος ἐν φανερῷ, τὴν δὲ ἀκούσασαν ῥίψαι τὸ ὄρος ὅπου νῦν ἐστι, τῇ δὲ κορώνῃ διὰ τὴν κακαγγελίαν εἰπεῖν, ὡς εἰς ἀκρόπολιν οὐ θέμις αὐτῇ ἔσται ἀφικέσθαι.* Ex hac igitur elegia sumptum putabimas * frag. 19: *ἣ μὲν ἀερτάζουσα μέγα τρύφος Ὑψιζώρου ἄστυρον εἰσανέβαιν'*, ut rectissime scripsit Bergkius, Hypsizoron de eius montis (cf. Plin. Nat. Hist. IV 36) frustulo intelligens quod Minerva ad muniendam Acropolin attulit. Et quum Cecropis filiae quae cistam aperuerant ab Acropoli se praecipitaverint (Apollod. III 14, 6), admodum speciosa est Rauchii coniectura l. l. p. 28, eiusdem elegiae esse frag. anon. 281: *κοῦραι πετράων ἥριπον ἐξ ὑπάτων.*

Transimus ad Aetiorum librum tertium, quo rerum inventores celebratos esse supra suspicabamur Pseudohygini freti capitis 277 collocatione et argumento, nec iam eius coniecturae nos poenitet. Quamquam ex Pseudohygino nec alia multa neque hoc constat, num quo communi vinculo comprehendere hujus libri elegias Callimachus voluerit, quale in libro secundo fuit Argonautarum expeditio. Ex ipsis autem poetae fragmentis quid sciri de tertio Aetiorum libro possit si quaesiveris, ex * frag. 26 hoc unum certissimum est solum, una aliqua huius libri elegia poetam de Acontii et Cydippae amore egisse. nam quod Bentleius statuit, peculiarem fuisse librum *Κυδίππη* eumque ab Aetiis diversum, nemo iam probabit qui cognoverit *frag. 26, quod ex Aetiis petitum est, ad Cydippae historiam pertinere. Minus certum est de reliquis fragmentis quae ex tertio hoc Aetiorum libro sumpta esse testes quibus debentur affirmant. Videamus igitur quae ex Cydippae memoria colligi alia possint. Apparet autem fabulae huius cardinem in eo verti, quod Acontius Cydippae amore incensus malo Cydonio inscripsit: *μὰ τὴν Ἄρτεμιν, Ἀκοντίῳ γαμοῦμαι*, idque Cydippae ante pedes iecit. quae inscripta malo verba quum illa legisset et tamen in eo esset ut patris iussu alii viro nuberet, deae visa est periura esse neque morbo correpta prius ad valetudinem rediit quam Acontio in matrimonium collocata erat (cf. Aristaen. Ep. 1 10). Hanc autem historiam si in Aetiis Callimachus in usum suum convertere voluit, vix ea potuit causa esse, quam comminiscitur Dilthey de Cydipp. p. 116 seq., quod ab Acontii pomo singularis quidam pomorum Cydoniorum usus nuptialis repetitus sit qui Deli olim viguerit. nam eius usus nullum uspiam vestigium extat, sed res cum literarum usu aliquo modo cohaerere debebat. Ipsa autem Cydippae historia docet perniciosam nonnunquam scribendi artem esse, quam sententiam suam esse profitetur rex Aegyptiorum apud Platon. in Phaedr. p. 274 C. seq., et post eum professi sunt alii (c. Stallbaum. ad l. l. p. 205 ed. II). Atque hi quidem scripturam improbabant, quod memoriae vim minueret, alios autem alias indicii sui causas protulisse probabile est, qualem causam hac elegia literarum inventori celebrando destinata poeta docuit Cydippae exemplo, quae hac arte peieravit invita et poenas

dedit. Quod si non absurda est haec opinio de Cydippae historiae cum scribendi arte coniunctione, ab hac quidem parte expugnari nostra de Pseudohygini capite 277 sententia non potest, eo capite illum ita excerpsisse Callimachi Aetiorum librum tertium, ut rerum inventores inde peteret, elegias autem omitteret quibus poeta singulas partes illustraverat, quem ad modum primo quoque Aetiorum libro factum videmus. Itaque Callimachum putamus

in *III 1* ita rem instituisse, ut *αἴτιον* expediret hoc, qui literas invenissent. Quos eum omnes eadem plane ratione nominavisse atque Pseudohyginus fecit, ne ipse quidem affirmare ausim], quum videam ipsum locum vel Pseudohyginum vel lectorem aliquem ad interpolandum ultro incitasse et caput illud non uno modo corruptum esse. Sed Parcas tamen, a quibus Hyginus orditur ut aliquot certe literarum inventoribus, Callimacho deberi arbitror, quas alibi in ea re appellari non inveniam. item Callimachi videntur esse quae de Mercurio inventore Aegyptiisque memorantur. et notum est ex Tacit. Annal. XI 14 Aegyptios literarum inventores semet perhibuisse, quod affirmant etiam Anticlides ap. schol. Dionys. Thrac. p. 783, 13 et p. 786, 8 (coll. Plin. Nat. Hist. VII 193) et ii quoque testantur, qui apud Aegyptios *θεόθεν* literas inventas dicunt, ut schol. Dion. Thrac. p. 784, 20 (coll. Plat. Phaedr. l. l. et Phileb. p. 18 B), vel apud Aegyptios a Mercurio, ut Cicer. de Nat. deor. III 22, Gellius ap. Plin. Nat. Hist. VII 192, Diodor. Bibl. I 16, Plut. Sympos. IX 3, 2, eundemque Aegyptium Mercurium sine dubio intelligunt etiam qui omissis Aegyptiis solum Hermem nominant literarum inventorem, Apollodorus in schol. Hom. Od. XXIII 198 (coll. Heyne Apollod. fragm. *περὶ θεῶν* p. 399) et Mnaseas in schol. Dionys. Thrac. p. 783, 17 (unde supplendus eiusdem scholiastae locus paululum lacunosus p. 786, 12). Et hanc de Aegyptiis ut literarum inventoribus famam propterea attuli, tum ut eam fabulam non dedecuisse Callimachum demonstrarem, tum ut aliud quoddam quod ex Aetiorum libro tertio desumptum dicitur apta explicatione illustrarem et huius libri tertii elegiae primae vindicarem. Fragmentum enim est * 27: *τῶς μὲν ὁ Μνησάρχειος ἔφη ξένος, ὧδε συναινῶ*, quod admodum obscurum est nec quicquam ab iis qui citant lucis accipit. im-

primis autem iste Μνησάρχειος ξένος qui sit nescitur. quod enim Hecker. in Comm. crit. de Anthol. (I) p. 268 sine ulla haesitatione Mnesarchi filium Pythagoram intelligit, apertam vim verbis intulit quae significare nihil possunt nisi hospitem aliquem illius Mnesarchi, qui Pythagorae pater fuit. itaque non Pythagoram aliquid nescio cui, sed Mnesarchi hospitem ipsi fortasse Pythagorae dixisse putabimus. Quod non puto factum Sami, ubi quis Mnesarchi hospes cum Pythagora confabulatus sit, sed aliquem intelligo Aegyptium, quocum Mnesarchus mercator, homo multae ut constat peregrinationis, in Aegypto hospitium iunxerit et qui ita ξένος πατρῷος Pythagorae fuerit quum philosophiae addiscendae causa in Aegyptum profectus diu ibi commorabatur. Et fortasse iste hospes ipse fuit Onuphis, sacerdos Heliopolitanus, cui illum in disciplinam se dedisse auctor est Plutarch. de Isid. X p. 354 E (coll. Clem. Alex. Stromat. I p. 356 Pott.). Idem Plutarch. in Sympos. VIII 2 p. 729 A narrat multa secum scitu digna ex Aegypto in Graeciam Pythagoram attulisse, inter quae potuit etiam illud de literis inventis Aegyptiorum iudicium esse, ut suspicer Callimachum in hoc carmine dixisse, hospitem Aegyptium illud iudicium cum Pythagora communicavisse (fr. *27), quod Pythagorici ita certe probabant, ut εἰς γραφὴν κατατίθεσθαι τὰ συντάγματα nollent (cf. Plut. vit. Num. XXII). Atque quum eodem teste Plutarcho in Sympos. l. l. inter ea quae Aegyptiis debebat Pythagoras illud quoque celebratissimum de evitandis fabis praeceptum fuerit (de quo nota sunt omnia vel ex Wyttenbach. ad Plut. Moral. VI 1 p. 139, interpret. ad Horat. Sat. II 6, 63, Leutsch. ad Paroem. II p. 630), ad eundem hunc locum cum Hecker. l. l. etiam frag. 128 revoco: καὶ κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχειν, ἀνιῶντος ἐδεστοῦ· κἠγώ, Πυθαγόρης ὡς ἐκέλευε, λέγω, idque ita, ut inter fragm. 27 et 128 Callimachum dixisse putem eundem hospitem etiam alia salutaria praecepta probavisse Pythagorae philosopho, velut de abstinendo a piscibus (Plutarch. Sympos. l. l.) et a carne (Plut. de es. carn. I 1 p. 993 A). Post fragmenta 27 et 128 autem poetam censeo Acontii et Cydippae historia docuisse, malum nonnumquam esse scribendi artem. Eam historiam saepe accuratissime ad Callimacheae elegiae fidem expressisse Aristaenetum Epist. I 10 quum primi intellexissent

Hemsterhusius et Ruhnkenius, post Buttmann. in Mythol. II p. 115 et Rauch. de Aet. p. 40 imprimis Carolus Dilthey in docta atque eleganti disputatione de Callimachi Cydippa Lips. 1863 edita Aristaeneto duce ita usus est, ut ex hoc maxime fonte plus septemdecim Callimachi fragmentis ad hanc elegiam relatis lucem affunderet. quamquam hic numerus partim fortasse est ex ipsius Callimachi anonymisque fragmentis augendus, partim etiam minuendus. nam quod primum ille posuit fragment. 242ᵃ post Rauch. p. 42 rectius nobis videmur revocasse ad Aet. II 9. Iure autem ad eum in initio carminis locum, ubi Cydippae pulchritudo describebatur, Dilth. p. 30 referre puto quod de *κέστος* fr. 562 poeta dixit, ipseque eo refero frag. 535 *τὰς σὰς ἰδανὰς χάριτας*. contra Acontii pulchritudinem ubi Callimachus descripsit, usus est verbis quae sunt fr. 169 *μέμβλετο δ' εἰσπνήλαις, ὁππότε κοῦρος ἴοι φωλεὸν ἠὲ λοετρόν* (Dilth. p. 34), et fr. 148 *φοιτίζειν ἀγαθοὶ πολλάκις ἠίθεοι* (Dilth. p. 164) et fr. 102 *πολλοὶ καὶ φιλέοντες Ἀκόντιον ἧκαν ἔραζε οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας* (Dilth. p. 35). Sed amatores omnes quum Acontius sperneret (de qua re cum Dilth. p. 44 dictum puto frag. anon. 260 *τῶν πάντων δ' ἔπτυσε πουλὺ κάτα*), Venus, ut videtur (cf. Dilth. p. 36 seq.), ob hanc asperitatem ab Amore petit ut arcum suum in Acontium intendat, ex quibus matris ad filium precibus superesse videntur fr. 239 *ζορκός τοι, φίλε κοῦρε, Λιβυστίδος αὐτίκα δώσω πέντε νεοσμήκτους ἄστριας* (Dilth. p. 44) et fr. 238 *δέκα δ' ἄστριας αἴνυτο λάτρον* (Dilth. p. 45). Matris precibus obsequutus Amor Acontium, qui Delum venerat ad spectandam ibi panegyrim (ad quem elegiae locum pertinet *fr. 30 *Δηλίτης χορός*, Dilth. p. 52, fortasse etiam frag. anon. 338 *καλαὶ νησάων ἀστέρες*, cf. Dilth. Anal. Call. p. 53 n. 4), missa sagitta amore incendit Cydippae quae eodem consilio eo profecta erat visaque est ab Acontio (quod factum puto, quoniam Deus ita volebat, non fortuito igitur, *ἠβαιὴν οὔτι κατὰ πρόφασιν*, ut est in fragm. 540, quod huc revocaverim. nec improbabile ad Acontii et Cydippae congressum pertinere frag. anon. 170 *ἤβολον ἦμαρ*, et fr. anon. 159 *εἴδεος ἧκε σέλας*, ut Dilth. Anal. Call. p. 13 not. 16 statuit.). Amavit autem Acontius Cydippam ubi primum vidit, ut recte fortasse Dilth. de Cyd. p. 56 statuat a Callimacho Acontium appel-

latum fuisse *ἰδέρωτα* (cf. Hesych. II p. 243: *ἰδέρως ὁ ἅμα τῷ ἰδεῖν ἐρῶν*, coll. M. Schmidt.). sed quod ex eodem hoc loco petitum fr. 487 *ἀρχόμενοι μανίην ὀξυτάτην ἔχομεν*, Dilth. putat, minus mihi probatur. Deinde nisi fallor Acontius inducebatur studiose quaerens quo modo Cydippae animum sibi conciliaret, et inter alia dicens: *ἔχοιν δέ τι παιδὸς ἐφολκόν*, frag. 291. Tum isto quo dixi modo inscriptum pomum Acontius ad Cydippae pedes iecit precatus et Apollinem sagittarium (cui *Λυκώρεια*, fr. 30, obvenit), et Iovem (cui *Ἀπέσας*, fr. 29, mons ille, in quem olim leonis catulus, *βρέφος*, fr. 28, ex coelo deciderat) ne ictus deerraret. Quam inscriptionem legens Cydippe iure iurando obstringi videtur Acontio sese nupturam esse. Iam vero tempus utrique erat in patriam redeundi, ubi Acontius amore cruciatus noctes insomnes agit, ad quem locum cum Buttmanno l. l. p. 124 pertinere puto contradicente quidem Dilth. p. 71 frag. 150 (quod ita explicandum arbitror: lacrimas, o Amor, excussisti amanti Acontio *πολλάκι, καὶ κανθῶν ἤλασας ὧρον ἄπο*), et solus per agros errat, unde Callimachus *fr. 26 de eo dixit: *ἄγραδε τῷ πάσῃσιν ἐπὶ προχάνῃσιν ἐφοίτα* — Dilth. p. 72 —, fortasse etiam *ἀγρομανής*, fr. anon. 142, — Dilth. Anal. Call. p. 13 not. —, et frag. 173: *ὁ δ' ἠλεὸς οὐδ' ἐπὶ σίττην βλέψας*, etsi ea avis felix amantibus augurium erat — Dilth. p. 164 seq. —, item frag. 67, ubi quis leniturus aerumnas suas esse dicitur si vel auris *ἄλγεα* edixerit, cui loco proximum fuit frag. 101: *ἀλλ' ἐνὶ δὴ φλοιοῖσι κεκομμένα τόσσα φέροιτε γράμματα, Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι καλήν*. sed minus certa res est de frag. anon. 22 et frag. Call. 302 in unum coniunctis cum Dilth. p. 85. Ibidem autem absentem Cydippam amantium more alloquebatur (ad quem locum fr. 229 *λιρὸς ἐγώ· τί δέ σοι τόνδ' ἐπέθηκα φόβον*; rectissime rettulit Dilth. p. 84) iuravitque se eam amaturum esse in perpetuum (ut huc pertineat frag. 209: *Φωκαέων μέχρις κε μένῃ μέγας εἰν ἁλὶ μύδρος*). Sed ita dum Cydippae desiderio Acontius tabescit, illi a patre alius *γάμος* apparabatur, qua re quum Cydippa periura esse videretur ut quae dixisset *μὰ τὴν Ἄρτεμιν, Ἀκοντίῳ γαμοῦμαι*, divinitus gravi morbo correpta est, quo tempore saepe videtur accusavisse *τὴν θεῦν Ἄρτεμιν, οἷ' ἔπαθεν*, quae sunt frag. anon. 125. et fortasse

deam donis oblatis precata ut valetudinem sibi restitueret, decemplicia munera promittere poterat, ut est in fragm. 162: *τῶν ἔτι σοι δεκάφυια φάτο ζωάγρια τίσειν.* at illa deos non iam audientes sibi habebat, *ἀλλ' ἔτ' ἀκουοὺς ο'κ ἔσχεν*, quod est fr. 236. Atque eodem modo ter novae nuptiae interemptae sunt, donec pater Delphos misit consultum. Cui Apollo rem omnem aperit, Acontii amorem, pomum, ius iurandum, Artemidis iram, nec cessaturum infortunium nisi Cydippam Acontio in matrimonium collocavisset. Quod pater Acontio arcessito facit nec iam frustra novas parat nuptias, ex quarum descriptione cum Dilth. p. 96 petita putamus fr. 210 *αὐτίκα τὴν τᾶλιν παιδὶ σὺν ἀμφιθαλεῖ*, item frag. 248 *οὐδὲ βοὴ κήρικος ἐλίνυσε*, quae item huic elegiae vindicat Dilthey, item fortasse fr. 255 *λύχνα φανείη*, et frag. 295 et 304. Nec dubito quin inter aves novis nuptiis faustas fuerit etiam *αἴγιθος ἀμφιγυήεις* fr. 321.

*III 2* elegiae argumentum indagaturi dum iterum ad Pseudohyginum descendimus, verendum est ne in lacunam late hiantem delapsi omni rei perficiendae spe excidamus. nam post literarum inventionem in Hygini capite 277 indicata iam ab editoribus lacuna ita legitur: * * * Apollo in cithara ceteras adiecit. Verum enim vero ad explendam lacunam quibus opus est reperiri si non ipsa verba, at certe sententiam facillimum est. ita enim putamus olim scriptum ibi fuisse: Mercurius invenit lyram trium chordarum, quibus Apollo in cithara ceteras adiecit. Fundus emendationis est Diodor. Bibl. I 17: dicunt Hermen *λύραν νευρίνην ποιῆσαι τρίχορδον.* Quamquam alii inde ab Hom. Hym. in Herm. 51 Mercurium lyram *ἑπτάχορδον* Apollini dono dedisse memoriae produnt, Lucian. Dial. Deor. VII, Hygin. Astr. II 7, schol. Arat. 269, aliis simpliciter Hermen inventorem lyrae dicentibus nec de numero chordarum quicquam adicientibus. At *τρίχορδος* certe etiam cithara *Ἀσιάς* sive *Ἀσιᾶτις* fuit, quae a nescio quo in Asia, urbe Lydiaca prope Tmolum sita, dicitur inventa esse a Steph. Byz. p. 130, 20 et Etym. Magn. 153, 33 coll. schol. Apollon. Rhod. II 777. Qui igitur Apollinem usum esse dicunt lyra *ἑπταχόρδῳ* (quod fere solemne postea lyrae epitheton fuit. cf. Spanh. ad Call. Hym. IV 251 p. 534), ii censendi sunt putavisse, ab Apolline

perfectum esse Mercurii inventum. Quod fere non curavit vulgaris Graecorum fabulosa historia, qui Ἑρμῆν λύρας, Ἀπόλλωνα δὲ εὑρετὴν εἶναι κιθάρας putabant secundum Pausan. V 13, 8. Ceterum nihil negotii hoc facessit, quod lyrae et citharae nomina alibi distingui solita in hac historia saepe confunduntur, quod alibi quoque saepe factum (cf. Spanh. l. l. p. 534 et Stallb. ad Platon. Leg. vol. II p. 342), ut Ovidius quoque in Metam. V 112 aliquem dicit citharam moventem eundemque mox dum moritur digitis fila lyrae retentantem (v. 118) dicit. ac λύρῃ κιθαρίζειν dictum iam in Hym. Hom. in Herm. 423. — Sed lacuna hoc pacto expleta αἴτιον invenisse nobis videmur quod hoc carmine Callimachus tractaverit: quis lyram invenerit et perfecerit. elegiae autem quale argumentum habuerit incertum est. quamquam non unum reperiri potest, ut Mercurii pueri primum furtum et cum Apolline congressus, quae in Hym. Homer. in Herm. celebrata videmus, vel Lini mors, qui aut quod Apollini se exaequabat (Pausan. IX 29, 6) aut quod inventis pro λίνῳ nervis Apollinem offenderat (schol. B ad Hom. Il. XVIII 570 et Eustath. ad Il. p. 1163, 57), ab hoc interfectus est. Sed Callimachi fragmenta quae huc revocem non invenio.

*III 3* quoque argumentum petimus ex Hygino l. l., cuius haec verba sunt: idem Mercurius etiam palaestram mortales primus docuit. Et Hermen παλαίστρας εὑρετὴν ὑπάρξαι etiam Diod. I 16 (coll. V 75), Apollod. in schol. Hom. Od. XXIII 198, Serv. ad Verg. Aen. VIII 138 memoriae produnt, a quibus discedit Philostrat. Imag. II 32, a Palaestra Mercurii filia inventam πάλην perhibens. At Polemon ap. schol. Pind. Nem. V 89 (fr. 55 Prell.) Phorbantem Atheniensem, Thesei παιδοτρίβην, inventorem appellavit, Ister (cf. schol. Pind. l. l.) ipsum Theseum, quod sine dubio ita intelligendum, Theseum rem ad artis formam redegisse. cf. Pausan. I 39, 3. Fabulam autem Servius l. l. addit hanc, quam alibi me legere non memini: Choricus rex quidam Arcadiae filios habuit Plexippum et Enetum (?), et Palaestram filiam. sed iuvenes quum casu inter se haberent certamen, impressione et nisu corporum invenerunt luctamina. qui quum hoc patre praesente facerent et illa (ille?) re nova de-

lectaretur, ex ea re ludus factus est. quam rem Palaestra, soror iuvenum, Mercurio amanti se prodidit, qui quum rem novam vidisset, pleniorem de industria artem hominibus docuit. hoc seni iuvenes a sorore proditum nuntiant. ille iratus potius filiis, quod non tamquam furem Mercurium insequerentur. quem quum illi in monte dormientem invenissent, manus ei amputaverunt, unde et ipse Cyllenius et mons dicuntur. namque Graece κυλλούς aliqua mutilatos parte corporis dicunt. — Mercurius vero Iovi conquestus Choricum evisceratum in folliculum redigi fecit, amatam vero suam Palaestram remuneratus omne luctamen quod corpore conficitur palaestram vocari fecit. Atque hanc fabulam ex hoc Callimachi carmine petitam esse crediderim, nec desunt fragmenta quae huc retrahi possint. velut de Chorici filiis invento in Cyllenio monte Mercurio manus amputantibus intelligi potest frag. anon. 70: ἐν οὔρεος ἀμβώνεσσι. Atque Choricum alloquutus poeta potuit uti frag. 174: ἠλεὰ μὲν ῥέξας, ἐχθρὰ δὲ πεισόμενε, et deinde ad Chorici poenam transire, cui loco aptum est fragm. 204: ῥάμφει καμψώδει τόργος ἔκοψε νέκυν, quod de eviscerato Chorico interpretor. Finita autem narratione ad lectorem conversum poetam dixisse putaverim: μὴ σύ γε Θειογένης κόψῃς χέρα Κιλλικόωντος, ut est in fragm. 227.

*III 4* elegia Hygino teste fuit de frugibus a Cerere inventis, ad quam illustrandam aliquanto plura undique fragmenta concursant. Et Hygini quidem locus hic est: Ceres fruges serere, boves domare et alumno suo Triptolemo fruges serere demonstravit. qui cum sevisset et sus id est porcus quod severat effodisset, suem comprehendit et duxit ad aram Cereris et frugibus super caput eius positis eidem Cereri immolavit. inde primum inventum est super hostias molam salsam imponere. Ubi mirum est editores fruges serere altero loco omittere maluisse quam sic corrigere: Ceres fruges serere, boves domare et fruges *terere* alumno suo T. demonstravit. Deinde pro sus i. e. porcus inverso ordine scribi iubemus πόρκος i. e. sus. nam cur La-

tinum sus nomine item latino, sed rariore porcus explicare voluerit, nemo facile dicat. contra interpretationis causa apparet, si graecum πόρκος Hyginum invenisse statueris apud testem suum i. e. Callimachum, qui hac in re Atheniensium (vel potius Eleusiniorum) usum sequutus esse videtur. nam πόρκος graecam vocem esse Varro de Ling. Lat. V 97 (coll. de Re Rust. II 4, 18 et Schneidew. in Philol. IV p. 205) probat, quoniam inveniantur Athenis in libris sacrorum scripta κάπρῳ καὶ πόρκῳ. Et Callimachus quidem ita fere rem omnem enarrasse videtur. Persephone quum in prato, ubi erat ἀσταγὲς ὕδωρ (frag. anon. 8 coll. Ovid. Fast. IV 427 seq.) et flores multi interque eos etiam papaver (Ovid. l. l. 438) — ἧχι γέγεια ἄνθεα, μήκωνός τε fr. 252 b —, cum comitibus luderet et flores colligeret vel in sinum vel μύρσον ἐς ὠτώεντα παλαιφαμένης τ' ἄγνοιο (frag. anon. 102 coll. Ovid. l. l. 435), ulterius reliquis virginibus progressa a Plutone rapta est. Quam Demeter totum pererrans orbem (in quo itinere Meconem venisse videtur, ut huc pertineat fr. 195 coll. fr. 464) frustra quaesivit et tandem, quum iam oriebatur αὔλιος, ὅς δυθμὴν εἶσι μετ' Ἠελίου, frag. 539, in Attica consedit, Καλλιχόρῳ ἐπὶ φρητὶ καθέζετο παιδὸς ἄπυστος, frag. 469, in qua regione tum regnabant praeter Celeum Εὔμολπος, Δόλιχός τε καὶ Ἱπποθόων μεγάθυμος, fragm. anon. 269. coll. Hym. Hom. in Cer. 154 et 475, ubi etiam Ἀλιμοῦς πόλις (Λεοντίδος φυλῆς), frag. 367, memorari potuit. In anum conversa, γρήϊον εἶδος ἔχουσα, fr. 511 (quod fragmentum huc rettulit Rauch. p. 154 coll. Ovid. l. l. 577, quamquam etiam ad Aet. I 3 revocari potest) invitatur a Celeo, cui obsequitur et aegroto eius filio auxilium latura papaver colligit. quod dum facit, oblito fertur gustasse palato longamque imprudens exoluisse famem. quae quia principio posuit ieiunia noctis, tempus habent mystae sidera visa cibi, ut est ap. Ovid. Fast. l. l. 533 seq., unde explico frag. 437: ὃ δὴ μήκωνα πατεῖται (i. e. mulier θεσμοφοριάζουσα). Dum autem in ignem Ceres puerum imponit ut immortalem reddat, Metanira mater hoc videns eiulat et puerum ex igne rapit remque omnem turbat. Quam in deae formam rediens Ceres obiurgat et inter alia dicit: εἰ θεὸν οἶσθα, ἴσθ' ὅτι καὶ ῥέξαι δαίμονι πᾶν δυνα-

τόν, frag. 137, et nondum lenita annum fertilem hominibus denegat (Hym. Hom. in Cer. 305 seqq.), ut eorum vel Iovem misereat, qui Ἴριδι δίῃ (frag. anon. 323) imperat, ad Cererem eat eiusque animum flectat. at illa non prius placatur quam concessum sibi sit Proserpinam secum dimidiam anni partem habere. Tum vero exhilarata est et θηλύτατον πεδίον, frag. 296, puto campum Ῥαριάδος Δηοῦς (frag. anon. 272) eligens Triptolemum docuit fruges serere, δεσμεῖν ἀμάλας (fragm. anon. 153), boves domare, fruges terere aliaque observare quae etiamnum vulgo observantur τῆμος ὅτ' αἰζηοὶ Δημητέρα κωλοτομεῦσιν (frag. anon. 370). quae omnia descripta erant τοῖς τοῦ Τριπτολέμου νόμοις (cf. Xenocrat. apud Porphyr. de Abstin. IV 22), ἐν κύρβεσιν (fragm. 564), opinor, nam hac voce poeta in ea re usus esse videtur. inter haec autem praecepta fuit etiam quod vetabatur, μέσσαβα βοὺς ὑποδὺς ad arandum (frag. 513) ne immolaretur (cf. Ovid. Fast. IV 413, Aelian. Var. Hist. V 14, Lobeck. Aglaoph. p. 677), sed fruges homines diis offerrent (ἐν δὲ θεοῖσιν ἐπὶ φλογὶ καίεμεν ὄμπας, frag. 268, ubi ἐν est vel ἐν κύρβεσιν vel ἐν βωμοῖς, nam alterutrum praecedere potuit. et ad eundem locum revocandum esse frag. 123 videtur: νηφάλι' αἴ καὶ τῇσιν ἀεί, μελιηδέας ὄμπας, λήτειραι καίειν ἔλλαχον Ἡσυχίδες), item fuit praeceptum de οὐλοχύταις offerendis, quas primus Triptolemus obtulit quando τὸ μὲν θύος ἤρχετο βάλλειν, frag. 531, et de mactando sue, quoniam πόρκος (quem etiam ἔρραον, frag. 335, Callimachum hic vocasse puto) quod sevit Triptolemus effodit (cf. Hygin.). Deinde Triptolemus iubebatur novum inventum proferre ubicunque essent homines maza carentes (ἵν' ἀμάζονες ἄνδρες ἔωσιν, frag. 523). et postquam homines quae ex agricultura redundent commoda cognoverunt, ἢ ἄφαρον φαρόωσι, μέλει δέ φιν ὄμπνιον ἔργον, frag. 183, et ubique ἤνοπα πυρὸν ἔδουσι (frag. anon. 28) pro glandibus, nec iam erant mendici (frag. anon. 99 κυλλοὶ δ' οὐ δίζοντο). In extremo autem carminis disticho vix dubito quin Cererem invocans poeta dixerit: γείνεό μοι τέκταινα βίου δαμάτειρά τε λιμοῦ, frag. anon. 290.

*III 5 et 6.* Sequuntur apud Hyginum: velificia primum invenit Isis. nam dum quaerit Harpocratem

filium suum rate velificavit. Minerva prima navem biproram Danao aedificavit, in qua Aegyptum fratrem profugit, quas res duabus elegiis Callimachi argumentum praebuisse puto. quamquam hoc ex fragmentis Callimacheis non videtur probari posse. nec ex fragm. 561 quicquam colligi de elegia aliqua velim qua Isidem celebraverit, quoniam illud fragmentum potius ex *ὑπομνήμασιν* Callimachi ductum videtur. Contra etsi inde ab hoc loco excerpta Hyginana nos destituunt, fragmenta tamen docent fuisse aliquam elegiam, quam nos

*III 7* vocamus, qua poeta a Daedalo inventa celebravit. nam frag. 5, quod est ap. schol. Hom. Il. II 145, ubi Philostephanus et *Καλλίμαχος ἐν Αἰτίοις* (i. e. ex grammaticorum usu: Callimachus in Aetiis eumque sequutus Philostephanus, cf. supra p. 29 not.) testes citantur, profecto non hoc solum probat dixisse illos, unde Icarium mare vocatum esset, sed omnem illos Daedali historiam narravisse, Minois iram, Daedali et Icari fugam, huius mortem, Daedali in Sicilia receptum, Minois eo adventum ac necem. atque adeo paulo altius utrumque scriptorem rem repetivisse credibile est. nam dicendum quoque erat cur Daedalus Atheniensis apud Minoem versaretur, nimirum ex Attica profugus ob caedem Perdicis sive Tali, cui ille in inventa serra invidebat. Itaque Callimachum, qui hoc Aetiorum libro mea quidem opinione inventores rerum ad vitam communem necessariarum celebravit, in hac elegia existimo a Daedali inventis exorsum esse, inter quae memorabantur *καὶ γλαρίδες σταφύλη τε καθιεμένη τε μολυβδίς*, frag. 159, quae plenius enumerat Plin. Nat. Hist. VII 198: fabricam materiariam Daedalus (invenit) et in ea serram, asciam, perpendiculum, terebram, glutinum, ichthyocollam. Sed quod is serram quoque inventam Daedalo adscribit, Callimachus putandus est eam tribuisse Perdici (quod plurimi faciunt), quo pateret causa cur ad Minoem Daedalus fugisset. Atque hoc reliquaque Daedali historia satis idoneam poetae praebebat elegiae materiam.

Praeterea autem hinc illinc fragmenta emergunt quae quum instrumenta nominent ad vitae communis negotia rite peragenda necessaria, aptissime ad hunc librum licebit revo-

care. qua in re nemo facile dixerit, num illorum instrumentorum inventores sua quisque elegia celebrati sint, an cum inventis suis alicubi obiter memorati. Velut quum Plin. Nat. Hist. VII 194 testetur: laterarias ac domum constituerunt primi Euryalus et Hyperbius fratres Athenis, antea specus erant pro domibus (ex quo loco supplendum esse Pausan. I 28, 4 acute vidit Rauch. l. l. p. 75) et paulo post: figlinas Coroebus Atheniensis invenit), iure quidem Hecker. Com. Call. p. 105 composuit fragm. 475 *ἔστιν* (*ἔσκεν*?) *ὕδος καὶ γαῖα καὶ ὀπτήειρα κάμινος*, et frag. anon. 38: *Κωλιάδος κεραμῆες*, et frag. anon. 42: *λάτριν ἄγειν παλίνορσον ἀεικέα τῷ κεραμῆι*, sed iniuria videtur statuere in Hecale locum habuisse, ut quae ipsum argumentum ad Aetia potius retrahat. atque de domibus aedificandis agi etiam frag. 158 videtur: *γαιοδάται τὰ σπάρτα διηνεκὲς εὖτε βάλωνται*, minus autem certum est quod Rauch. p. 75 huc frag. 283 *Τυρσηνῶν τείχισμα Πελαργικόν* quoque revocavit. — Alia fragmenta sunt de instrumentis ad capienda animalia inventis, qua in re Aristaeum maxime celebrabant, velut Nonn. Dionys. V 229 seq. coll. Koehler. de Nonn. p. 11, ut de hoc dictum putaverim frag. anon. 380 Callimacho vindicandum: *ὃς πρῶτος θήρεσσιν* [*ὀλοιὰς*] *πῆξε ποδάγρας*, item frag. 233: *ἰπόν τ' ἀνδίκτην τε μάλ' εἰδότα μακρὸν ἀλέσθαι* (ubi quos muscipula mures capit, eos indicari puto in frag. 201: *πολλάκι δ' ἐκ λύχνου πῖον ἔλειξεν* (*ἔλειξαν*? *ἔαρ* coll. fr. 527 *ἐλαίης αἵματι δεῦον*), et frag. 458 *ἐν δ' ἐτίθει παγίδεσσιν ὀλέθρια δείλατα δοιαῖς*, fortasse etiam frag. anon. 163 *ἔξω τε πάγης*. — Postremo videndum num poeta in hoc Aetiorum libro eum quoque celebraverit, qui invenerit interpretationem ostentorum et *συμβόλων* (cf. Philoch. ap. schol. Pind. Ol. XII 10), imprimis *τῶν ἐνοδίων συμβόλων* (cf. Preller. de Dem. et Perseph. p. 89 not.), quam Amphictyoni ascribit Plinius Nat. Hist. VII 203, sed Prometheus sibi vindicat in Aeschyli cognomini fabula 485 seqq. Certe vix alio atque ad hunc Callimachi librum revocari possunt frag. 482: *ὃ πρὸ μιῆς ὥρης θηρίον οὐ λέγεται*, et frag. 483 *ἢ διὰ πεμφίγων αἶεν ἄγουσι νέα*; atque tempestatum praesagia indicari puto etiam fragm. 167 *δύπται τ' ἐξ ἁλὸς ἐρχόμενοι εὔδιοι καύηκες*. et ad simile genus fortasse

pertinet etiam frag. anon. 325: *Θριαί, ταὶ τὴν γρηῦν ἐπιπνεύουσι κορώνην.*

Perventum est ad Aetiorum librum IV et ut videtur ultimum, ad cuius argumentum investigandum non iam licet nobis Pseudohygini excerptis uti, sed in ipsius Callimachi fragmentis debemus acquiescere. Hinc tamen apparere videtur, sacrorum quorundam quae ad singulas gentes pertinent origines poetam hoc libro celebrasse, theoriae Delphicae, festi diei Apollini Maloenti sacri, quem non solum Mytilinaeos egisse probabile est, sed omnes urbes Lesbiacas et vicinas gentes concelebrasse, postremo theoriae Deliacae. Sed ex primae theoriae historia, sive libri IV primam elegiam dicere mavis, duo tantum fragmenta superesse videntur. nam quod Rauch. l. l. p. 48 seq. praeter *frag. 32 *Δειπνιὰς ἔνθεν μιν δειδέχαται* (de cuius explicatione vid. supra p. 45) et fragm. 220 huc pertinere putat etiam fragm. 364, fr. 414, fr. 221, fr. 450, fr. 215, fr. 188, equidem ea alio referenda puto. Ad alterum autem festum item non licet nisi duo fragmenta referri, *fr. 33 *Μυτωνίδα Λέσβον*, et fr. 543 *ὁ δ' ἀείδων Μαλόεις ἦλθε χορός.* Sed tertiae theoriae sive

*IV 3* elegiae (si brevitatis causa nobis concedatur hac significatione uti) plura habemus fragmenta, e quibus cognoscitur hoc fere modo poetam rem instituisse. Androgeos, Minois regis filius, Athenas profectus in Panathenaeis omnes vicit. Sed tamen infaustis avibus e patria eo avectus est cum comitibus, quo pertinet frag. anon. 18: *αἰθυίης [δύνοντος] ὑπὸ πτερύγεσσιν ἔλυσαν | πείσματα νηός* ⏑ –. nam ab Atheniensibus et vicinis Megarensibus occisus est (cf. Serv. ad Verg. Aen. VI 14). Quem nuntium quum Minos accepisset forte *θύων ἐν Πάρῳ ταῖς Χάρισιν, τὸν μὲν στέφανον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἔρριψε καὶ τὸν αὐλὸν κατέσχε καὶ τὴν θυσίαν οὐδὲν ἧττον ἐπετέλεσεν. ὅθεν ἔτι καὶ δεῦρο χωρὶς αὐλῶν καὶ στεφάνων ἐν Πάρῳ θύουσι ταῖς Χάρισιν*, ut dicit Apollodor. III 16, 8 extr., quod *αἴτιον* non dubium est quin habeamus in frag. 491 *[ἄτερ αὐλῶν] ῥέζειν καὶ στεφέων εὔαδε τῷ Παρίῳ*, fortasse etiam fr. 154: *ἐν δὲ Πάρῳ κάλλεά τε καὶ αἰόλα βεύδε' ἔχουσαι.* Paros enim, *ἀπὸ Πάρου τοῦ*

*Παρρασίου ἀνδρὸς Ἀρκάδος* appellata (frag. 368), inter eas insulas erat, quibus Minos iugum imposuerat (frag. 467: *καὶ νήσων ἐπέτεινε βαρὺν ζυγὸν αὐχένι Μίνως*), ut fortasse erant etiam Gyaros (si quidem recte de hac insula intelligo frag. 201) et Andros, quam Lasiam Callimachus vocabat (fr. 394), et Telos, quam Agathussam nominabat (fr. 395), et Melos, quam Mimallida (fr. 396), fortasse etiam Rhodos Atabyrio monte clara (fr. 413). Mox Minos Atheniensibus et Megarensibus bellum intulit. ac primum quidem Megara cepit proditione Scyllae, filiae Nisi, qui rex Megarensium fuit. Ea enim (*Σκύλλα γυνὴ κατάκασσα καὶ οὐ ψύθος οὔνομ' ἔχουσα*. fr. 184) Minois amore incensa patri *πορφυρέην ἤμησε κρέκα* (fr. anon. 39), qua recisa mori eum fatale erat. Mox Minos Athenienses aggressus est, qui quum armis subici non possent, sed *λιμῷ* et *λοιμῷ* (Apollod. III 15, 8) premerentur, oraculi iussu de pacis condicionibus cum Minoe agebant. Is autem iis edixit, ut quotannis septem pueros totidemque puellas in Cretam mitterent qui Minotauro ibi obicerentur cibus. Ab hoc tributo Athenienses Theseus tandem liberavit Minotaurum interficiens et Labyrinthi pericula effugiens. Athenienses autem in memoriam tributi quotannis in Delum navem illam miserunt qua olim in Cretam Theseus vectus erat (cf. Callim. Hym. IV 314 seq. aliosque ap. Wyttenbach. ad Plat. Phaedon. p. 114) et Androgeum *κατὰ τὰς πρύμνας τῶν νεῶν ἵδρυον* (frag. * 33 b), cuius etiam in Piraeo portu aram constituerunt (Pausan. I 1, 4).

*IV 4.* Postremo hic locum habuisse putamus etiam carmen, cui nomen Semelae fuit. huic enim singularem illum locum quo in Suidae tabula conspicitur in hoc Aetiorum libro sedem vindicare supra coniecimus. cui quidem coniecturae non videtur obstare, quod ad Aetia pertinens carmen privo suo nomine inscriptum fuisse putamus. Argumentum autem conicimus carmini fuisse *Σεμέλης ἀναγωγήν*, quam nono quoque anno Delphi agebant eo festo quod *Ἡρωΐς* vocabatur (cf. Plut. Quaest. graec. XII) et quam verisimile est imitatam esse eam *ἀναγωγήν*, qua ipse Dionysus Semelen ex inferis in coelum reduxit. De hac multi dixerunt partim memorati ab Hermann. ad Orph. p. 308, quibus adde Pausan. II 31, 2 et II 37, 5. Apollod. III 5, 3. Diodor. IV 25. Welcker. Goetter-

lehre II p. 583. Illam igitur quam Delphi agebant Semelae *ἀναγωγήν* carmine *αἰτιολογικῷ* celebraturus Callimachus censendus est elegiae argumentum sumpsisse sibi Semelae amorem et mortem atque ex Orco in Olympum translationem, ubi summis gaudebat honoribus (cf. Welcker. l. l. p. 584). Narraverit igitur Iovis fulminantis ad Semelen gravidam (*παιδοῦσαν*, fr. 431, siquidem ea voce hic usus est Callimachus) accessum, quae fulmen ferre non potuit, sed intempestiva morte correpta est, priusquam partum suum pertulit. in ea narrationis parte fuisse puto frag. 163: *ἐν Δίῃ· τὸ γὰρ ἔσκε παλαίτερον οὔνομα Νάξῳ*. nam Naxii apud se Dionysum natum fabulabantur (Diodor. V 66 bis), et *τὰς Ναξίων γυναῖκας μόνας ὀκτάμηνα τίκτειν*, — *ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Διόνυσος οὕτως ἐτέχθη* Asclepiades narrat apud Steph. Byz. p. 468, 10, ut hoc *αἴτιον* in Callimachi fr. 163 eo loco indicatum censeam. Et Naxus intelligi videtur etiam in frag. anon. 89: *κεῖθι δέ οἱ πρώτη μαζὸν ἐπέσχ' Ἐρίφη χωρὶς ἀπ' ἀνθρώπων καὶ ἐπωνόμασ' Εἰραφιώτην*. Exposita autem Bacchi pueritia et fortasse etiam uno et altero adolescentiae facinore (ubi locum habere potuit frag. anon. 118: *κέντορι Βασσαρίδων*) poetam existimo uberius narrasse quo modo Dionysus matrem ex inferis in coelum duxerit.

Atque hae quidem elegiae Aetiorum quattuor libris invento in Hygini fabulis fonte non ubique sane limpido adscribi poterant. multo autem plures elegias ex solis Callimachi fragmentis, quae saepissime minus loquuntur, Rauchius in libello de Aetiis conscripto composuit ingenioso sane lusu, cui ne soli in hac tractanda materia indulgere coacti essemus, dudum operam dedimus in Prolegomenis ad Callimachi Aetia, ubi studebamus demonstrare non spernendum in illa Hygini parte adminiculum nobis oblatum esse ad Callimachi Aetia aliquo modo restauranda certius quam solo fieri poterat ingenii lusu. Illud igitur adminiculum a Rauchio aut gravioribus argumentis nobis eripiendum aut aliud in eius locum substituendum erat firmius, quorum neutrum Rauchius fecit. Interim ab omni parte improbare ingeniosi viri operam nolumus, cuius de singulis fragmentis sententias, quatenus nondum allatae sunt, postea suo loco referemus.

Sed nondum tamen nobis licet ab Aetiis recedere. Nam

quum Anon. poeta in Anthol. Pal. VII 42 dicat, Callimachum somnio abreptum in Heliconem montem ibi cum Musis collocutum esse, quae ab eo interrogatae de diis et heroibus multa dixissent *αἴτια*, et quum Callimachi somnia Propertius quoque II 34, 32 memoret (ut somniantes se cum Musis commercium habuisse etiam alii poetae Callimacho sine dubio auctore affirmabant. cf. Dilth. de Cydipp. p. 15 seq., ubi tamen Pers. Sat. Prolog. 2 non video memoratum), — unde tandem haurire haec illi poterant nisi ex ipso Callimacho qui narraverat in aliquo Aetiorum prologo? Quod quum pridem iam alii intellexissent, primus Alphonsus Heckerus quae ad Callimachi hunc cum Musis congressum pertinere viderentur fragmenta componere conatus est, parum quidem ille felici successu, ut qui in Com. crit. in Anthol. (I) p. 179 seq. praeter fr. 522 et fr. anon. 358 etiam fr. 12, fr. anon. 76, fr. 221, fr. 471 huc revocare ausus sit. Idem autem Heckerus iam antea in Comm. Callim. p. 51 seq. sibi persuaserat hoc prologo poetam contra adversariorum criminationes se defendere voluisse, eam praesertim, quod poetae ingenium ad magna condenda carmina parum esse aptum dictitaverant, atque hos Aetiorum libros fuisse, quibus illas criminationes refutaret. at quum Aetia carmen longum et perpetuum dici non possit, eo quidem sensu ista in hoc prologo locum habere nequeunt. Aliquanto autem cautius Heckero egerunt Rauch. de Aet. p. 10 seq. et Bergk. in Anthol. (II) p. 142, quorum illum tamen non iam puto huic prologo adscripturum esse verba *ὄνειαρ — κεράτων, οὐδ' ἐλέφαντος ἐόν*, quae grammatici, non poetae esse monet Mein. ad Callim. p. 289 not. Atque horum omnium opera adiuti nos aliis quoque nonnullis adhibitis fragmentis ita Callimachum in hoc prologo locutum esse arbitramur. Inde a prima adolescentia equidem priscorum temporum res cognoscere malebam, quam cum aequalibus operam dare conviviis. nam quae capiti tunc dedi unguenta mox inodora facta sunt quaeque in ventrem descenderunt, horum nihil mansit in crastinum diem, sed quae auribus tradidi, ea sola nunc mihi adsunt (ut est fragm. 106, de quo vide quae infra suo loco disputabuntur). unde etiam nunc in conviviis

pocula et coronas spreverim, *μύθου δὲ πασαίμην ἥδιον* (fr. 261). Sed unum me male habebat, quum quae audiveram et a poetis cognoveram aliis tradere studebam *καὶ γὰρ ὅτε πρώτιστον ἐμοῖς ἐπὶ δέλτον ἔθηκα γούνασιν* (frag. anon. 261), intelligebam incertissimam famam esse et [*ὡς*] *πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί* (frag. anon. 364). ea cogitatio dum me vexat et vigilantem et dormientem, aliquando mihi videbar somnians ex Libya in Heliconem abreptus esse, ubi olim *ποιμένι μῆλα νέμοντι παρ' ἴχνιον ὀξέος ἵππου Ἡσιόδῳ Μουσέων ἑσμὸς ὑπηντίασεν* (frag. anon. 389), quoties *ἀπ' Ἄσκρηθεν* (frag. anom. 302) eo veniebat et Musarum opera poeta evasit. Quod mihi quoque obtigit, *Μούσῃσι γὰρ ἦλθον ἐσόβδην* (frag. 522), iis autem contingere nequit *νήιδες οἳ Μουσῶν οὐκ ἐγένοντο φίλοι* (frag. 488). atque illae benevole mecum locutae quaerentem me de rebus vetustis omnia docuerunt (ex quo sermone superesse videntur frag. 331: *φθέγγεο, κυδίστη, πλειοτέρῃ φάρυγι ὄφρα σε,* — et frag. anon. 358: *Μνημοσύνης ἦδ' ὧδε γόνου χαρίεντος ἔνισσα,* — et frag. anon. 114: *τὼς δ' ἐφθέγξατο Καλλιόπεια*). Musae autem testes sunt certissimae. Musa enim non errat, ut quae omnia viderit nec opus ei sit ad hanc rem ut libros reconditos volvat (*γράμματα δ' οὐχ εἵλισσεν ἀπόκρυφα*, frag. 242). A Musis igitur ipsis omnia didici, quae multo certior cuiquam est discendi ratio quam vel oculis solis utenti (*καὶ τόσον ὀφθαλμοὶ πὰρ ἀπευθέες, ὅσσον ἀκουὴ εἰδυλίς*, fr. 451). Musarum autem discipulus iam *ἀμάρτυρον οὐδὲν ἀείδω* (fragm. 442). Ceterum etsi mihi non est animus omnia quae a Musis accepi mihi retinere ([*ἦ γὰρ*] *ἄμ' ἄγνωστον μηδὲν ἔχοιμι καλόν*, frag. 422), tamen ne exspectate omnia me prolaturum esse (*οὐ γὰρ ἐπηθήσει πάντα γ' ἐμὴ κίβισις*, ut est in fragm. 177). vereor enim ne quis me garrulum dicat et *μή με τὸν ἐν Δωδῶνι λέγοι μόνον οὕνεκα χαλκὸν ἤγειρον* (fr. 306) et ne putet parum parcum me fuisse carminum (*Μουσέων δ' οὐ μάλα φειδὸς ἐγώ,* fr. 460). ac merito quis obiurgaret quod immemor fuissem veteris praecepti quo iuberemur *μὴ μετρεῖν σχοίνῳ Περσίδι τὴν σοφίην* (frag. 481),

praesertim quum ipse ita iudicem: *μέγα βιβλίον ἶσον τῷ μεγάλῳ κακῷ ἔστ'* (frag. 359). Praeterea nolite a me exspectare nunc carmen valde tonans (*μηδ' ἀπ' ἐμοῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδήν*, frag. 165, cui fortasse arcte iungendum frag. 490: *τίκτεσθαι· βροντᾶν δ' οὐκ ἐμόν, ἀλλὰ Διός*) neve vituperate me quod unum et perpetuum carmen non dederim (si quidem huc pertinet *εἵνεκεν οὐχ ἓν ἄεισμα διηνεκὲς ἤνυσα*, frag. 287), postulantes ut *καὶ τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον ἠνεκὲς ἀείδω δειδεγμένος*. nam nolebam epico carmine condendo priorum vestigia sequi (quo pertinet frag. 293 *ἑτέρων δ' ἴχνια μὴ καθομά*) et breves mollesque elegias plures scribere malebam. Vos autem, o Gratiae, propitiae sitis, precor, et elegis meis abstergentes manus splendidas gratia eos ornetis, ut per multum tempus durent. *ἔλλατε νῦν, ἐλέγοισι δ' ἐνιψήσασθε λιπώσας | χεῖρας ἐμοῖς, ἵνα μοι πουλὺ μενοῦσιν ἔτος*, fragm. 121.

---

Haec igitur fragmenta nos quidem Callimachi Aetiis adscribenda censemus, sed ipsi veteres quae adscribunt, ea non admodum multa sunt:

1.

*Ἄκτια.*

„Harpocrat. (p. 10, 8 Bekk.)· *Ἄκτια· Ὑπερίδης ἐν τῷ περὶ τοῦ Πολύευκτον στρατηγεῖν. Ἄκτια ἀγὼν παλαιὸς ἦν, ὡς δῆλον ποιεῖ Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ ἀγώνων.* Suid. (I 1 p. 187 Bernh.)· *Ἄκτια· ἀγὼν παλαιός, ὡς Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀγώνων δῆλον ποιεῖ.*“ Bentleius. Cum Suida plane consentit gramm. in Bekk. Anecd. p. 373, 30 (sive Bachmanni Anecd. I p. 64). Et de Actiis constat etiam ex Steph. Byz. p. 65, 4 (*ἐν Ἀκτίῳ*) *Ἀπόλλωνος γυμνικὸς ἀγὼν καὶ ἱππικὸς καὶ πλοίων ἅμιλλα διὰ τριετηρίδος ἦν*, coll. Jacobs. Animad. ad Anthol. vol. II 2 p. 181. Quod autem Callimachus de Actiis narrasse dicitur peculiari libro *περὶ Ἀγώνων*, quod Bentleius et alii statuunt, id mihi nimis videtur incertum esse. Quis enim quibus tandem invictis

argumentis probare instituat, περὶ ἀγώνων potius esse inscriptionem ab ipso Callimacho factam ad singularem librum significandum quam descriptionem qua grammaticus ille quem Harpocration, Suidas, ceteri sequuntur libri argumentum significare sponte et ultro voluit? Ac certe editoribus de ea re non constitisse apertum eo est, quod alii περὶ Ἀγώνων edunt, alii περὶ ἀγώνων· quorum qui περὶ ἀγώνων scribentes alterum hoc magis probare videntur, magis usos ratione esse existimo. quum enim περὶ Ἀγώνων plures scripserint (cf. M. Schmidt. quaest. Hesych. p. CLXXXI, Krause de Olymp. p. XI seq.), prae his multo opinor saepius citatum Callimachum περὶ Ἀγώνων legeremus, si re vera talem librum condidisset. nunc autem quum de agonibus in Aetiis vel potius in uno aliquo Aetiorum libro egisse Callimachum constaret, quid mirum quod grammaticum dixisse putamus, Actia Callimachum memoravisse in Aetiorum eo libro quo de agonibus egisset? Videat igitur Carolus Dilthey, quo iure maluerit in Anal. Callim. p. 23 statuere peculiarem Callimachi περὶ Ἀγώνων librum fuisse prosa oratione scriptum, ad quem pertineat fragm. 399. Quod autem vir doctissimus illam nostram coniecturam maximopere dissuaderi dicit ceterorum eiusdem tituli librorum consentienti ratione, admodum lubricam ingressus est viam, in qua falli coniectura pronum est. velut περὶ νήσων etsi multi scripserunt pedestri oratione (cf. Stiehle in Schneidew. Philol. IV p. 387), unus tamen quantum scimus περὶ νήσων etiam δι' ἐπῶν scripsit, Callimachus iunior. cf. Suid. II 1 p. 44 seq.

* 2.[1])

Ἐνυάλιος.

Chronicon Alex. sive Paschale p. 207, 16 Dind.: τὸν δὲ ἱππικὸν ἀγῶνα ὁ Ἐνυάλιος ἅρμασι διπώλοις ἐφεῦρε, καθὼς συνεγράψατο Καλλίμαχος ὁ σοφώτατος ἐν τοῖς Αἰτησίοις αὐτοῦ. Eadem habet Malal. Chron. p. 175, 1. Utrumque Bentleianis fragmentis addidit Hemsterhusius, qui

[1]) Stellula notavimus fragmenta quae Bentleianis et Ernestianis addita sunt.

quod *ἐν τοῖς Αἰτίοις* scribendum censuit, idem commendaverat Bentleius Epist. ad Mill. (Oxon. 1691) p. 71. Callimachus autem illud dixisse videtur in Aet. I 4. cf. Rauch. de Aet. p. 61. Ceterum Didymeam doctrinam hic latere suspicatur M. Schmidt. de Didym. p. 104.

3.

*Ἄρτεμις ἀπαγχομένη.*

„Clemens Alex. Protrep. p. 32 Pott. *Ἄρτεμιν Ἀρκάδες Ἀπαγχομένην καλουμένην προστρέπονται* (sic recte Klotz., vulgo *προτρέπονται*), *ὥς φησι Καλλίμαχος ἐν Αἰτίοις.*" Bentl. Nominis originem iam alii explicarunt ex Pausan. VIII 23, 5. Rauchius p. 72 haec putare videtur peculiaris elegiae argumentum fuisse. sed obiter poeta *Ἄρτεμιν ἀπαγχομένην* memorare potuit.

4.

*Τριποδίσκος.*

„Stephan. Byz. p. 637, 1: *Τριποδίσκος καὶ Τριποδίσκοι, κώμη τῆς Μεγαρίδος. λέγεται καὶ Τριποδίσκη. Ἡρωδιανὸς δωδεκάτῃ* (cf. Lentz. I p. 317). *ὁ κωμήτης Τριποδίσκιος. Καλλίμαχος δ' ἐν Αἰτίων * * * πόλιν αὐτὴν εἶναί φησι*". Bentl. Recte corrigunt *Αἰτίων α'*. nam sine dubio pertinet ad historiam Coroebi et Lini quae fuit in Aetiorum libro primo. cf. supra Aet. I 5 coll. Hecker. Com. in Anthol. (I) p. 196, Rauch. l. l. p. 15.

5.

*Ἰκάριον πέλαγος.*

„Schol. AD ad Hom. Il. II 145: *τοῦ Ἰκαρίου πελάγους, κεκλημένου οὕτως ἀπὸ Ἰκάρου τοῦ Δαιδάλου παιδός, πεσόντος εἰς αὐτὸ καὶ ἀπολομένου οὕτως. μετὰ τὴν τῆς Πασιφάης πρὸς τὸν ταῦρον μίξιν Δαίδαλος εὐλαβούμενος τὴν Μίνωος ὀργὴν πτερωτὸς σὺν Ἰκάρῳ τῷ υἱεῖ ἐφέρετο· καταπεσόντος δὲ τοῦ παιδὸς τὸ ὑποκείμενον πέλαγος Ἰκάριον μετωνομάσθη. ὁ μέντοι Δαίδαλος διαπτὰς εἰς Κάμικον τῆς Σικελίας καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκδεχόμενος ἔμεινε παρὰ ταῖς*

*Κωκάλου θυγατράσιν, ὑφ' ὧν ὁ Μίνως ἥκων ἐπ' ἀναζήτησιν τοῦ Δαιδάλου ἀποθνήσκει καταχυθέντος αὐτοῦ ζεστοῦ ὕδατος. ἱστορεῖ Φιλοστέφανος* (Stiehle in Schneid. Philol. IV p. 407) *καὶ Καλλίμαχος ἐν Αἰτίοις.*" Bentl. Historiam, de qua alios testes vide ap. Welcker. Tragodum. p. 431, paulo pleniorem, opinor, Callimachus dedit in Aet. III 7. cf. Herzberg. in Bergk. Diar. Antiq. 1847 p. 133.

*6.

*Μόλορχος.*

Probus ad Vergil. Georg. III 19 p. 56 Keil. *Molorchus fuit Herculis hospes, apud quem is diversatus est, cum proficisceretur ad leonem Nemeum necandum. qui quum immolaturus esset unicum arietem quem habebat, ut Herculem liberalius acciperet, impetravit ab eo Hercules ut eum servaret immolaturus vel victori tanquam deo vel [victo et interfecto a leone Manibus * * *]. victo et interfecto leone quum [somno] solutus esset vel odio Junonis, ne ei coelestes honores contingerent vel fatigatus [* * *] experrectus mira celeritate damnum correxit sumptaque apiacea corona, qua honorantur qui Nemea vincunt [* * * *]. Supervenit itaque et Molorcho paranti sacrificium Manibus, ubi et aries immolatus erat. Inde Nemea instituta sunt, postea Archemori manibus sunt renovata a septem viris qui Thebas petebant. Sed Molorchi mentio est apud Callimachum in Αἰτίων libris.* Probi verbis quae interposui sunt ex emendatione Ottonis Jahn in Mus. Rhen. III (1845) p. 618 seq., qui post Naekii operam, de Hecal. p. 118 seq., Molorchi historiam explanavit. add. Unger. de Sinid. p. 171 seq. Aetiorum locum ubi Callimachus eam memorasse videatur supra indicavimus Aet. I 9. Ceterum huic fragmento sedem ob manifestam causam cedere iussimus fragm. 13 d, olim a Bentleio hic collocatum.

7.

*Ἱππόλυτος.*

„Servius ad Vergil. Aen. VIII 778 verba (ubi propter Hippolyti necem a templo Triviae lucisque sacratis cornipedes arceri equos poeta dicit) haec notat: *exponit τὸ αἴτιον. nam*

*Callimachus scripsit Αἴτια, in quibus etiam hoc commemorat.*" Bentl. Rei enarrandae Rauch. p. 28 peculiarem locum in Aetiorum libro secundo comminiscitur, mihi historia obiter indicata fuisse videtur in Aet. I 12. cf. Herzberg. l. l. p. 133.

8.

## Unde mos dextras iungendi.

„Servius ad Vergil. Aen. I 408 (cur dextrae iungere dextram non datur): *maiorum haec fuerat salutatio, cuius rei τὸ Αἴτιον i. e. causam Varro Callimachum sequutus exposuit asserens, omnem eorum honorem dextrarum constitisse virtute. ob quam rem hac se venerabantur corporis parte.*" Bentl. Potuit hoc dicere Callimachus ubi dixit fr. 199 i. e. vel in Aet. I 11 vel in Aet. II 6. cf. Herzberg. l. l. p. 134 not.

9.

## Cur nullus canis Delum accedat.

„Schol. ad Ovidii Ibin 475 p. 470 Merk.: *sacerdos Apollinis Delii Anius fuit, ad quem quum venisset per noctem Thasus, a canibus laniatus est, unde nullus canis Delon accedit auctore Callimacho.* Refer ad *Αἴτια.*" Bentl. Coniectura egregii viri admodum verisimilis est, quamquam nescio cur non ad Callimachi Ibin potius revocare maluerit. Sed si in Aetiis hoc Callimachus docuit, potuit docere in Aet. I 3 coll. Rauch. p. 29. De re ista cf. etiam Meineck. Anal. Alex. p. 17 et Lobeck. Aglaoph. p. 1095.

(10.)

## (Jentaclum proferre Jovi.)

(„Fulgent. Expos. sermon. antiq. p. 779 Stavern.: *ientaculum dicitur gustatio. Callimachus intesia: ientaculum proferre Jovi.* Viri eruditi emendant in Etiis sive *Αἰτίοις*. Bentl. Idem in epist. ad Mill. p. 72: „incredibile videatur Cyrenaeum illum latine loqui et quidem versu, nam sic lego: *ientaclum proferre Jovi.* sed minuit admirationem quod Fulgentius et Mnaseae *Εὐρωπικά* (Myth. II 19) et Demosthenis

Philosophica (? cf. Lersch. p. XV) viderit latino sermone conscripta." Ac ridet eos qui hoc fragmento Callimachum bearunt Jacob. Gronovius ad Stephan. frag. de Dodon. p. 33, quia latina verba non potuerint e libro graeco Callimachi ducta esse, quem probari non posse latinam linguam habuisse cognitam, ut refert Ernest. ad h. l. Sed hoc quidem imbecillum argumentum est, quum seriores grammatici graecos quos citant scriptores interdum faciant latine loquentes, quoniam tum non omnes graece sciebant. cf. Lersch. ad Fulgent. p. 26 seq. At multo gravius est quod omnis Callimachi haec memoria evanuit ea scriptura quam e codicibus edidit Lersch. p. XXI: Lisimachus in zesti. Atque verissime Lerschius p. 62 affirmat grammaticum ex more suo (cf. Lersch. p. 87) fragmentum illud suum, ientaclum proferre vovi (sic enim est in Bruxellensi altero) ex Plaut. Curcul. I 1, 72 procudisse: me inferre Veneri vovi iam ientaculum. Delendum igitur iam est fragmentum hoc Callimachi, cui, absque Bentleio esset, ne hunc quidem locum concessissem).

## *Τὸ πρῶτον τῶν Αἰτίων.*

11.

*Γηράσκει δὲ γέρων κεῖνος ἐλαφρότερον·*
*κοῦροι τὸν φιλέουσιν, ἐὸν δέ μιν οἷα γονῆα*
*χειρὸς ἐπ' οἰκείην ἄχρις ἄγουσι θύρην.*

„Stobae. Serm. CXV p. 11: *Καλλίμαχος ἐν πρώτῳ ἐπῶν· γηράσκει δ' ὁ γέρων κ. τ. λ.* Legendum *Αἰτίων. ε* pro *αι* passim occurrit in libris graecis, *π* autem pro *τι* mox iterum habebis, *αἰπῶν* pro *αἰτίων.*" Bentl. Primum versum et secundi dimidiam partem citat etiam Lucian. Amor. 48, II p. 451. sed cum Solonis frag. 23 Bergk. in hunc modum conflatum: *ᾧ παῖδές τε νέοι καὶ μώνυχες ἵπποι, γηράσκει δ' ὁ γέρων κεῖνος ἐλαφρότατα, κοῦροι τὸν φιλέουσι.* alteram eiusdem secundi versus partem affert Apollon. Dysc. de Pron. p. 143 Bekk.: *ἐὸν δέ μοι οἷα γονῆα.* De Bentlei emendationis veritate (*αἰτίων* pro *ἐπῶν*) vix quisquam dubitabit, etsi etiam a Meinekio IV p. 69 editum video *Καλλιμάχου ἐπῶν πρῶτον*, qui tamen in Praef. p. XIV conicit *Καλλιμάχου Αἰτίων πρῶτον* scribendum esse et ad Callim.

p. 297 Bentlei inventum unice probaverat et in Anal. Alex. p. 404 certe hoc fragmentum ad Aetia rettulerat, ut fecit etiam Bergk. Anthol. I p. 123 = II p. 143. Improbavit tamen Bentleianum *Αἰτίων* Valcken. Call. Eleg. fragm. p. 204 ad molles elegos verba referens, quia in cod. msc. Leidens. versibus praefigatur *ἐλεγεῖα*, quae equidem potius conicientis grammatici verba puto ex ipsa fragmenti forma de carminis genere conicientis non inepte. nam revera *Αἴτια* fuerunt elegiae, quod Valcken. quidem nesciebat, certe Aetiis et Elegiis suum utrisque librum fuisse putabat. Sed longissime a vero aberravit Rauch. l. l. p. 11 qui ex Epigrammatum libro petitum esse fragmentum sibi persuasit, sed cur ad *Αἴτια* minus recte a Bentleio retractum sit nec ipse docuit nec docuit Jacobs. Vermisch. Schriften VIII p. 138 not. Nos non inepte ad Aet. I 3 revocasse nobis videmur. Ceterum *ἐὸν δέ — οἷα γονῆα* scripsi ex Apollon. Dysc. l. l. pro eo quod etiamnum Stobaeum Meinekianum occupat *νέοι δέ — οἷα τοκῆα*. nam *κοῦροι* et *νέοι* quo modo aut quo iure discernantur nemo facile dicat. Praeterea v. 1 *γηράσκει δὲ γέρων κεῖνος* scribendum censui pro eo quod omnes tenent *γ. δ' ὁ γέρων κεῖνος*. nam quum ista omnia non de sene quicunque est dicantur, sed de homine aliquo qui dum vir erat puerorum curam habebat talem, ut eum etiam quum senex factus esset, *κοῦροι* officiis prosequerentur, apparet articulo ante *γέρων* locum non esse. nec v. 2 *τόν* relativum esse putavi, sed demonstrativum, unde post *ἐλαφρότερον* non commate, ut reliqui fecerunt, sed paulo fortiore interpunctione distinguendum censui.

## 12.

*Ἀπ' ὀστλίγγων αἰὲν ἄλειφα ῥέει.*

„Etym. Magn. p. 636, 13: *ὄστλιγγες σημαίνει καὶ τρίχας, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν τῷ πρώτῳ Αἰπῶν, ἀπ' ὀστλίγγων αἰὲν ἄλειφα ῥέει*. recte Sylburgius: *ἐν τῷ πρώτῳ Αἰτίων*. et ita plane editum in *Ἐκλογαῖς* Varini Camertis v. *ὄστλιγγες* [ap. Dind. p. 321]." Bentl. Sylburgii emendationem ante omnia veram praestat cod. Vossian. apud Gaisf. p. 1805, et Orion. Etym. p. 116, 29: *ὄστλιγγες, αἱ τρίχες. Καλλί-*

*μαχος ἐν α' Αἰτιῶν* (leg. *Αἰτίων*) „*αἰὲν ἄλειφα ῥέει*", quo plenius, sed sine teste fragmentum apponit schol. Apoll. Rhod. I 1297: *ὄστλιγγες αἱ λαμπηδόνες. ἐν ἄλλοις δὲ σημαίνει ἡ λέξις τοὺς βόστρυχας· „ἀπ' ὀστλίγγων δ' αἰὲν ἄλειφα ῥέει*". Quod Ernest. dicit Valckenarium correxisse *ἄλειφαρ ἔοι*, error esse videtur, certe in Callimach. Eleg. fragm. p. 205 seq. nihil eius modi invenio. nec profecto causa ulla fuit mutandi, quum *ἄλειφα* cum aliis (cf. quos nominant viri docti a Lobeck. Pathol. Elem. II. p. 164 indicati habeant etiam Aeschyl. Agam. 307, Hipponax fr. XVIII Mein., Nonn. Dionys. XIV 175, quorum ultima duo exempla etiam Ruhnkenium ad Hym. Hom. in Cererem 12 erroris convincunt dicentem a Callimacho *ἄλειφα* pro *ἀλείφατα* positum esse ut *δέπα, κρέα* et alia ponantur pro *δέπατα, κρέατα* etc. atque *ἄλειφα* pro *ἄλειφαρ* dictum agnoscit etiam Herodian. I p. 351 Lenz. (coll. II p. 220 et 631). De *ὄστλιγγες*, quod Epigramm. XLIV 4 quoque restitui, cf. Lobeck. Elem. Path. I p. 79. In initio Hemsterhusii supplementum *πῖον* commendat emendandi facilitas, quum post *αἰπῶν* excidere *πῖον* facile potuerit, Valckenarii autem *ὑγρόν* firmare videtur Nonn. Dionys. XIV 175: *ὑγρὸν ἄλειφα*. sed potuerunt etiam alia ibi legi velut *τῷ μὲν ἀπ' ὀστλίγγων κ. τ. λ.* i. e. Apollini. nam de hoc dictum fragmentum arbitror coll. Callim. hym. II 38, ut statuit etiam Herzberg. l. l. p. 133. sed Bacchum intelligit Rauch. p. 20 coll. Propert. IV 16, 3, Musas Hecker. Com. in Anth. (I) p. 179, qui ad Aetiorum prologum pertinere putat. mihi in Aet. I 2 locum habuisse videtur. Apud Bergk. legitur Anth. lyr. I p. 124 = II p. 143.

## 13.

*Οἴη τε Τρίτωνος ἐφ' ὕδασιν Ἀσβύσταο.*

„Steph. Byz. s. *Ἀσβύστα* (p. 130, 5 Mein.): *Ἀσβύστα πόλις Λιβύης, καὶ ὁ πολίτης Ἀσβύστης. „οἴη τε Τρίτωνος ἐφ' ὕδασιν Ἀσβύσταο. Καλλίμαχος Αἰτιῶν πρώτῃ*. Lege *Αἰτίων πρώτῳ*." Bentl. Correctionem *Αἰτίων* recepit Mein., qui praeterea *οἴη* ex Rhedigerano edidit. priores enim *οἴη* ediderant idque partim de urbe Oea intellexerant. Inutilis autem Mauricii Schmidt coniectura est in Verisim. (1861) p. 32

*οἴηται Τρίτωνος*, nec magis probo Herzbergii l. l. p. 133: *Τριτωνίς*, quamvis similis sit Quinti Smyrnaei locus I 179 *ἢ δ' οἵη Τριτωνίς, ὅτ' ἤλυθεν ἄντα Γιγάντων —, τοίη ἐνὶ Τρώεσσι θοὴ πέλε Πενθεσίλεια.* nam potuit Callimachi animo obversari Aeschyli locus Eumen. 289 seqq.: *ἀλλ' εἴτε* (Athene) *χώρας ἐν τόποις Λιβυστικοῖς, Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου, τίθησιν ὀρθὸν ἢ κατηρεφῆ πόδα, φίλοις ἀρήγουσα κ. τ. λ.*, quocum hic intellexit lacum vel amnem Tritonem, ubi Minervam natam et educatam putabant, et Aeschyli verba *ἐν τόποις Λιβυστικοῖς* suo modo exprimens appellavit *Ἀσβύστην*, non quo Tritonem in Asbystarum regione situm significaret, a quibus multum abest, sed ut *Ἀσβύστης* in universum notet *Λίβυν*. Sed Bachmanno ad Lycophr. p. 183 affirmanti Callimachum eo nomine significasse Nilum, nemo facile fidem habuerit, etsi Nilum etiam Tritonem nonnunquam vocatum esse constat. cf. Mueller. Orchomen. p. 350. Color autem orationis Callimacheae idem est qui Hom. Od. VI 103. Apollon. Rhod. I 307. III 876 et 1240. Quint. Smyrn. I 179 et aliorum. Ac suspicor Minervam hic poetam induxisse armis ornatam bellisque ac certaminibus gaudentem, qualem descripsit in Aet. I 4. cf. Rauch. p. 20. Bergk. Anth. I p. 124 = II p. 143.

## 13ª (olim fr. 154).

*Τετράενον Δαμάσου παῖδα Τελεστορίδην.*

„Etym. Magn. p. 177, 54: *ἔστιν ἕνος, ὁ ἐνιαυτός. Καλλίμαχος· τετράενον Δαμάσου παῖδα Νεστορίδη.* Fortasse legendum fuerit *παῖδα Ὀνητορίδην* vel *Λαΐδα Νεστορίδεω*, vel *Θαΐδα.* eligat lector vel excogitet meliora. Hesych. IV, p. 146: *τετραέτηρον, τετραετῆ καὶ τετραένον.* lege *τετράενον.*“ Bentl. Meliora nunc edocti sumus loco Laurent. Lyd. de Mens. IV 1 p. 144 Roeth.: *ἔνον τὸν ἐνιαυτὸν Ἕλληνες εἶπον, ὡς Καλλίμαχος ἐν πρώτῳ Αἰτίων· τετράενον Δαμάσου παῖδα Τελεστορίδην*, unde etiam Toupii (in schol. Theocrit. p. 507 Berol.) coniectura concidit *παῖδα Δαμαστορίδην* commendantis, etsi hoc firmari tunc potuit Etym. Magn. p. 247, 30: *ἐκ τοῦ δεδάμασται Δαμάστωρ, ὄνομα κύριον, ὡς τετέλεσται Τελέστωρ καὶ Δαμαστορίδης,*

ubi nunc tamen nemo dubitabit quin scribendum sit *Τελέστωρ καὶ Τελεστορίδης*, ut hic quoque locus Laurentii fidem firmet. Praeterea priorem fragmenti partem citat etiam Etym. Gud. p. 246, 8: *παρὰ τὸν ἔνον, τὸν ἐνιαυτόν, ἔνθεν τεταώνυμον δαμάσσουσι παῖδες*, ubi Callimachi verba latere primus perspexit A. Nauck. in Schneidew. Philol. vol. IV p. 361. Ceterum puerum illum quattuor annorum quem aliunde non novimus fuisse inter eos suspicati sumus, qui *παιδοφιλίᾳ* probi cuiusdam viri ad omnem humanitatem formati sint, et ad Aet. I 3 fragmentum revocavimus. nihil suspicari ausi sunt Rauch. l. l. p. 19 et Bergk. Anth. I p. 123 = II p. 143.

### 13[b] (i. e. fr. 452 Ern.)

*Ταῦρον ἐριμύκην εἷς ἑνὸς ἀντερέτου.*

Etym. Havn. 1971 apud Bloch. Adnot. ad Etym. Magn. p. 1007 sive apud Gaisf. ad Etym. Mag. p. 1893: — *Πηληιάδεω* — *οἱ ποιηταὶ οὐ προφέρονται εἰς ου, ἀλλ' ἢ διὰ τοῦ εω Ἰωνικῶς, ὡς Πηλείδεω, ἢ διὰ τοῦ αο Δωρικῶς, ὡς Ὀρέσταο. Καλλίμαχος δὲ ἐν πρώτῳ Αἰτίων ἐχρήσατο τῇ εἰς ου· ταῦρον ἐρυμικὴν εἰς ἑνὸς ἀστερέτου.* add. Etym. Angel. ap. Ritschl. opusc. I p. 690 —: *ταῦρον ἐρημικὴν εἰς ἕνος ἀπέρατου.* Primus e codicc. Paris. et Ultraiect. Bentleianis interposuerat Ruhnkenius n. 452, ego emendavi et explicui supra p. 47 atque ad Aetia rettuli (Aet. I 13) aliorum etiam afferens conamina, quibus nunc addo Eldikii in Susp. spec. c. IV: *ταῦρον ἐριμύκην εἷλκεν Ἀγηνορίδεω*, et Bergkii qui in Anth. I p. 123 = II p. 143 meas emendationes probans de alia tamen interpretatione cogitasse videtur, nam coniungit cum frag. 234. Rauchius p. 22 sibi non liquere dicit. Ceterum *ἀντερέτης*, quod olim etiam in Etym. Magn. p. 112, 40 legebatur, nunc ibi cessit vulgari *ἀντηρέτης*, quamquam illud per se ab omni dubitatione liberum est. vide Lobeck. Parerg. p. 704. ac confer etiam *ἐπακουός* (fr. 236), quod Hesiod. Op. 29 voci *ἐπήκοος* substituit, vulgari minus tritam, sed etymo magis se accommodantem. De genetivo in *ου* apud epicos cf. Lobeck. Elem. I p. 256 not.

13c (i. e. 439 Ern.).

*Φαλάκρη.*

Schol. ADL ad Il. VIII 48: *τρία δέ εἰσιν ἀκρωτήρια τῆς Ἴδης, Λεκτόν, Γάργαρον, Φαλάκρη. τούτου μνημονεύει Καλλίμαχος ἐν πρώτῳ Αἰτίων.* Locum suum fragmento assignavi Aet. I 13. Aliter Rauch. p. 16. De *Φαλάκρη* cf. Mein. ad Steph. Byz. p. 245.

13d (olim fr. 6).

*Αἴας ὁ Λοκρός.*

„Schol. AD ad Il. XIII 66: (*Αἴας*) *Λοκρὸς μὲν ἦν τὸ γένος, ἀπὸ πόλεως Ὀποῦντος, πατρὸς δὲ Ὀιλέως. οὗτος μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν αἴτιος τοῖς Ἕλλησιν ἀπωλείας ἐγένετο. Κασάνδραν γὰρ τὴν Πριάμου, ἱκέτιν οὖσαν Ἀθήνας, ἐν τῷ τῆς θεοῦ σηκῷ κατήσχυνεν, ὥστε τὴν θεὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ξοάνου εἰς τὴν ὀροφὴν τρέψαι, τοῖς δὲ Ἕλλησιν ὑποστρέφουσι καὶ κατὰ τὴν Εὔβοιαν γενομένοις χειμῶνας διεγεῖραι μεγάλους, ὥστε πολλοὺς αὐτῶν διαφθαρῆναι. διανηξάμενος δὲ Αἴας εἰς τὰς Γυράδας καλουμένας πέτρας ἔλεγε χωρὶς θεῶν γνώμης διασεσῶσθαι· Ποσειδῶν δὲ ἀγανακτήσας διέσχισε τὴν πέτραν καὶ τὸν Αἴαντα τῷ κλυδῶνι παρέδωκεν· ἐκριφέντα δὲ αὐτὸν κατὰ Δῆλον νεκρὸν Θέτις ἐλεήσασα θάπτει. Ἀθηνᾶ δὲ οὐδ' οὕτως τῆς ὀργῆς ἐπαύσατο, ἀλλὰ καὶ τοὺς Λοκροὺς ἠνάγκασεν ἐπὶ χίλια ἔτη εἰς Ἴλιον ἐκ κλήρου παρθένους πέμπειν. ἡ ἱστορία παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν α' Αἰτίων καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ ἐν τῇ Δ τῆς Ὀδυσσείας παχυμερῶς.*“ Bentl., qui his subiungere debebat quod ipsi est frag. 406, Tzetz ad Lycophr. 1141: *Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ περὶ τὰς Γυραίας ναυαγήσαντος καὶ ταφέντος ἐν Τρέμοντι, χωρίῳ τῆς Δήλου, οἱ Λοκροὶ μόλις σωθέντες ἦλθον εἰς τὰ οἰκεῖα. φθορὰ δὲ καὶ λιμὸς μετὰ τρίτον ἔτος ἔσχε τὴν Λοκρίδα διὰ τὴν εἰς Κασσάνδραν ἀθεμιτομιξίαν τοῦ Αἴαντος. ἔχρησε δὲ ὁ θεὸς ἱλάσκεσθαι Ἀθηνᾶν τὴν ἐν Ἰλίῳ ἐπ' ἔτη χίλια δύο παρθένους πέμποντας ἐπὶ κλήρῳ καὶ λαχήσει. πεμπομένας δὲ αὐτὰς προϋπαντῶντες οἱ Τρῶες εἰ* (*ἐπεὶ?*) *κατέσχον ἀνῄρουν καὶ καίοντες ἀκάρποις καὶ ἀγρίοις ξύλοις τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἀπὸ Τράρωνος ὄρους τῆς Τροίας τὴν σποδὸν εἰς θάλασσαν ἔρριπτον. καὶ πάλιν οἱ Λοκροὶ ἑτέρας ἀπέ-*

*στελλον. Εἰ δέ τινες ἐκφύγοιεν ἀνελθοῦσαι λάθρα εἰς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱέρειαι ἐγένοντο. ἔσαιρον γὰρ αὐτὸ καὶ ἔρραινον· τῇ δὲ θεῷ οὐ προσήρχοντο οὔτε* (leg. *οὐδὲ*) *τοῦ ἱεροῦ ἐξήρχοντο, εἰ μὴ νύκτωρ. ἦσαν δὲ κεκαρμέναι, μονοχίτωνες καὶ ἀνυπόδητοι. Πρῶται δὲ τῶν Λοκρίδων παρθένων Περίβοια καὶ Κλεοπάτρα ἀφίκοντο. Καὶ πρῶτον μὲν τὰς παρθένους, εἶτα τὰ βρέφη ἐνιαύσια μετὰ τῶν τροφῶν αὐτῶν ἔπεμπον οἱ Λοκροί. Χιλίων δ' ἐτῶν παρελθόντων μετὰ τὸν Φωκικὸν πόλεμον ἐπαύσαντο τῆς τοιαύτης θυσίας, ὥς φησι Τίμαιος ὁ Σικελός. Μέμνηται δὲ τῆς ἱστορίας καὶ ὁ Κυρηναῖος Καλλίμαχος.* — Rem etiam Euphorion narravit apud Mein. Anal. Alex. p. 165 qui veterum testimonia indicavit. adde Welckeri Tragodum. p. 164 not. A Callimacho in Aet. I 14 exposita res videtur. aliter Rauch. p. 17 seq. cf. etiam Herzberg. l. l. p. 133.

## * 13e.

## *Κόροιβος.*

Schol. ad Anthol. Pal. VII 154 ap. Jacobs. vol. III p. 249: *εἰς Κόρυβον* (leg. *Κόροιβον*), *οὗ μέμνηται Καλλίμαχος ἐν α' Αἰτίων.* cf. Aet. I 5.

## 14.

## *Ἀραχναῖον.*

„Steph. Byz. (p. 110, 4): *Ἀραχναῖον, ὄρος Ἄργους. Καλλίμαχος Αἰτίων πρώτῃ.* Lege *πρώτῳ.*“ Bentl. Locum fragmento cum aliis assignavi Aet. I 5. Aliter Rauch. p. 15 coll. Pausan. II 25 extr.: *ἔστι δὲ ὄρος ὑπὲρ τῆς Λήσσης τὸ Ἀραχναῖον —. βωμοὶ δέ εἰσιν ἐν αὐτῷ Διός τε καὶ Ἥρας· δεῆσαν ὄμβρου σφίσιν ἐνταῦθα θύουσι.*

## 15.

## *Μαλλός.*

„Stephan. Byz. (p. 430, 3): *Μαλλός, πόλις Κιλικίας. Καλλίμαχος Αἰτιῶν πρώτῳ.* Lege *Αἰτίων.*“ Bentl. De sede fragmenti ambigi potest. nos ad Aet. I 9 referendum esse coniecimus. Aliter Rauch. p. 18.

16.

*Μεσοπόντιος.*

„Stephan. Byz. (p. 447, 3): *Μεσοπόντιος Ποσειδῶν ὁ Ἐρέσιος. οὕτω γὰρ ἐν Ἐρέσῳ τιμᾶται, πόλει τῆς Λέσβου. Καλλίμαχος αἰτιῶν πρώτῳ.* Lege *Αἰτίων.*" Bentl. In Meinekiana legitur *Μεσοπόντιος, ὁ Ἐρέσιος Ποσειδῶν,* unde si quid colligi potest, Callimachus non dixit quod Bentleius eum dicentem fecit *Ποσειδῶν Μεσοπόντιος* (quod certe *Ποσειδάων Μεσοπόντιος* esse debebat), sed potius *Μεσοπόντιος* _ ᴗ *Ποσειδῶν,* si quidem hac nominis forma contra Homeri consuetudinem usus est cum Hesiod. Theog. 732, nec dixit potius *Μεσοπόντιος* [*ἦλθ'*] *Ἐνοσίχθων* aut plane omisit dei nomen, ut *Μεσοπόντιος* pro substantivo esset. Potuit autem Callimachus ita nominare Neptunum in Aet. I 14. aliam coniecturam protulit Rauch. p. 17.

17.

*Βουκεραΐς.*

„Etym. Magn. (p. 207, 42): *Βουκεραΐς, κρήνη ἐν Πλαταιαῖς, ἥτις ὠνόμασται ὅτι Πόλυβος ἐξ Ἄργους ἐπέκτισε Πλαταιὰς μετὰ τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸν βοὸς αὐτῷ ἡγουμένης κατὰ χρησμόν, ὡς ποτε Κάδμῳ· ἣν ἐκεῖσε κατακλιθεῖσαν τῷ κέρατι πατάξαι τὴν γῆν καὶ κρήνην ἀναφανῆναι, ἣν ἀπὸ τοῦ κέρατος τοῦ βοὸς Βουκεραΐδα καλεῖσθαι. Οὕτω Θέων ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ α' Αἰτίου Καλλιμάχου.*" Bentl., quem miror non iussisse scribi *τοῦ α' Αἰτίων.* nam sic legitur etiam *Ἐπαφρόδιτος ὑπομνηματίζων τὸ β' Αἰτίων* et *ἐν ὑπομνήματι Καλλιμάχου Αἰτίων β'* in frag. 24 a et b. nec quemquam puto crediturum grammaticum indicare voluisse illud *αἴτιον* quod in *Αἰτίων* opere omnium primum Callimachus enarraverit. Conieci autem supra eius fontis poetam mentionem fecisse in Aet. I 12. Aliter Rauch. p. 22, qui dum meae coniecturae deesse fundamentum queritur, ne ipse quidem suae invenire potuit coniciens illum fontem a Gargaphia non diversum esse.

18.

*Τρινάκριος πόντος.*

„Stephan. Byz. (p. 635, 11): *Τρινακρία, ἡ Σικελία, παρὰ τὸ τρεῖς ἔχειν ἄκρας. τὸ ἐθνικὸν Τρινακριεύς. Καλλίμαχος δ' Αἰτίων πρώτῃ Τρινάκριον πόντον φησίν.* Lege *Αἰτίων πρώτῳ.*" Bentl. Siculi maris quo modo in Aet. I 14 Callimachus mentionem facere potuerit supra conieci. nihil ausus est Rauch. p. 20 n. 24.

*Τὸ δεύτερον τῶν Αἰτίων.*

19.

*Ἡ μὲν ἀερτάζουσα μέγα τρύφος Ὑψιζώρου*
*ἄστυρον εἰσανέβαιν'* —.

„Etym. Magn. p. 160, 30: *ἄστυρον, τὸ ἄστυ. Καλλίμαχος· ἡ μὲν ἀερτάζουσα μέγα τρύφος ὑψιζώνου ἄστυρον εἰσανέβαινεν. Εἴρηται παρὰ τὸ ἄστυ ὑποκοριστικῶς ἄστυρον. Οὕτω Θέων ἐν ὑπομνήματι τῶν τοῦ β' Αἰτίου.* Pro *ὑψιζώνου* reposui *ὑψίζωνος* i. e. expedita, alte cincta. Phaedrus (II 5, 11): *ex alte cinctis unus atriensibus.* legere etiam poteris *ὕψι ἐπ' ὤμου*, sed melius illud." Bentl. Neutrum verum, nam retinenda erat principis editionis scriptura *ὑψιζώρου*, quod etiam cod. Dorvill. apud Gaisf. habet et ingeniose vindicavit Theodorus Bergk. in Mus. Rhenan. IX (1854) p. 140, *Ὑψίζωρον* montem (Plin. Nat. hist. IV 36) intelligens et primus fragmento exoptatissimam lucem afferens ex Amelesagora apud Antigon. Caryst. XII. cf. Aet. II 10. ei enim secundi libri elegiae fragmentum adscribendum duco. Sed Rauch. p. 28 propriam ei rei enarrandae elegiam destinatam putat, non obiter rem narratam esse. Idem Bergkius etiam *εἰσανέβαιν'*, cui Bentleius ad fr. 104 tacite substituit *εἰσανέβη*, firmavit et exemplis docuit elisionem in medio pentametro admissam a Callimachi elegantia non alienam esse, Epigr. XXXII 6 *τὸν καλόν, ὦ μοχθήρ', ἔβλεπες ἀμφοτέροις.* Epigr. XXXVII, 2 *ἀκρήτου προποθεῖσ' ᾤχετ' ἔλουσα κύλιξ.* Epigr. XLIII, 6 *τὴν φλιήν· εἰ τοῦτ' ἔστ' ἀδίκημ', ἀδικέω.* quibus adde frag. 147 *τῷ περιδινήεντ' Ἀκμονίδην ἔβαλεν.* et frag. 175 — *μήτηρ, οὐδ' ὠδῖν' ἐννέα μῆνας [ἑούς]*, ne quid de *δέ* et *τέ* eo loco elisis dicam, ut frag. 109, 2. fr. 127, 2.

fr. 167. — fr. 106, 4. fr. 263 etc. atque etiam *κατέπηξ'* et *κατέβαλλ'* eodem pentametri loco Callimachus dixit frag. 139 et 298. — Cf. Bergk. Anthol. I p. 125 n. 17 = II p. 144 n. 19. Ceterum in Etym. Magni verbis corrigendum esse *ἐν ὑπομνήματι τοῦ β' Αἰτίων* apparet monuitque iam Sylburgius.

20.

*Ὥς τε Ζεὺς ἐράτιζε τριηκοσίους ἐνιαυτούς.*

„Schol. AD ad Hom. Il. I 609: *Κρόνου καὶ Ῥέας ἐγένοντο υἱοὶ ἄρρενες τρεῖς, Ζεὺς Ποσειδῶν καὶ Ἅιδης, θυγατέρες δὲ τρεῖς, Ἑστία Δημήτηρ Ἥρα. τούτων, φασίν, ἐπὶ τῆς Κρόνου δυναστείας ἠράσθησαν. τὸν δὲ Δία καὶ Ἥραν ἐπὶ ἐνιαυτοὺς τριακοσίους, ὥς φησι* Καλλίμαχος *ἐν δευτέρῳ Αἰτίων, „ὥστε Ζεὺς ἐράτιζε τριηκοσίους ἐνιαυτούς“. λάθρᾳ δὲ τῶν γονέων ἀλλήλοις συνερχόμενοι ἔσχον υἱὸν Ἥφαιστον οὐχ ὁλόκληρον, ἑκατέρους δὲ τοὺς πόδας χωλόν, ὥς φησιν αὐτὸν ἀμφιγυήεντα ὁ ποιητής. ὅτι δὲ λάθρᾳ τῶν γονέων συνήρχοντο ἀλλήλοις, μαρτυρεῖ καὶ ὁ ποιητὴς λέγων, εἰς εὐνὴν φοιτῶντε φίλους λήθοντο τοκῆας* (Il. XIV 296). *μετὰ δὲ τὴν τῶν Τιτάνων ὑπὸ Διὸς καθαίρεσιν καταταρταρωθέντος Κρόνου Ζεὺς καὶ Ἥρα διαδεξάμενοι τὴν ἐν οὐρανῷ βασιλείαν μέχρι τοῦ νῦν θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων βασιλεύουσιν ἀλλήλοις ἡρμοσμένοι, τῆς Ἥρας τελείας καὶ συζυγίας προσαγορευομένης, παρ' ὅσον ἀδελφὴ μόνη ἀνδρὸς ἔτυχε τοιούτου. ἔσχε δὲ Ἥβην θυγατέρα, ἣν οἰνοχόον θεῶν παρίστησιν ὁ ποιητής.*“ Bentl. Adde Tzetz. schol. in Hom. I 609, p. 450 Matrang.: — *ὥς φησι Καλλίμαχος ἐν β' Αἰτίων· ὥς τό, — Ζεὺς ἐράτιζε τριηκοσίους ἐνιαυτούς.* Sed Bentleius vellem attigisset vitium quo scholiastae verba laborare manifestum est. neque enim ista: *τούτων, φασίν, — ἠράσθησαν. τὸν δὲ Δία καὶ Ἥραν ἐπὶ ἐνιαυτοὺς τριακοσίους, ὥς φησι Καλλ.* — quisquam sana esse affirmaverit, etsi eodem modo leguntur ap. Tzetzem l. l.. at non puto sufficere quod Rauchius p. 24 excogitavit scribendi genus: *τούτων φασὶν — ἐρασθῆναι τὸν Δία καὶ Ἥραν ἐπὶ ἐ. τριακοσίους ὥς φησι Κ.* nam sine dubio non solum post *ἠράσθησαν* plura olim alia legebantur, in quibus etiam Neptuni et Cereris

mentio facta erat, sed etiam in ultimis aliquid excidit, quod faciliore negotio restitui posse arbitror sic: *τὸν δὲ Δία καὶ Ἥραν* [*ἀλλήλων ἐρᾶν*] *ἐπὶ ἔ. τριακοσίους φησὶ Καλλίμαχος*, nisi forte grammatico simul suum illud *ὥς φησι Κ.* reliquendum est, ut a *φησί*, etsi hoc interpositum orationi fuit, tamen infinitivum pendere voluerit, quod alios quoque scriptores in utraque lingua nonnunquam fecisse constat. cf. Meinek. ad Theocrit. XII 14. Matthiae Gr. gr. § 539, 2. Bernhardy Synt. p. 464 coll. eiusdem Paralipom. gramm. (Hal. 1854) p. 16 not. — Sed in ipsius poetae verbis *ὥς τε* scribendum erat cum Bergk. Anth. lyr. I p. 125 n. 19 = II p. 145 n. 21 et cum Rauch. p. 24 n. 28. Ego supra in Aet. II 9 locum interpretatus sum. hic addo eosdem illos trecentos annos memorari in Nonn. Dionys. XLI 324.

21.

*Οὕνεκεν οἰκτείρειν οἶδε μόνη πολίων.*

„Schol. Sophocl. Oed. Col. 258: *τί δῆτα δόξης: ὡς μάτην τῆς περὶ τῶν Ἀθηνῶν κατεχούσης δόξης, ὅτι ἄρα φιλοικτίρμων τις εἴη καὶ ἱκεταδόχος. Καὶ ὁ Καλλίμαχος· οὕνεκεν κ. τ. λ., ἐν τῷ τέλει τοῦ β' τῶν Αἰτίων.*" Bentl. De recepto ab Atheniensibus Oreste vel Oidipode intellexit Herzberg. l. l. p. 135, de Heraclidibus Rauch. p. 31 seq., ego de Medea intelligendum et ad Aet. II 10 revocandum censui. Apud Bergk. fragmentum est in Anthol. I p. 125 n. 18 = II p. 145 n. 25.

* 21ᵃ.

*Τάμμεω θυγατέρος.*

Schol. AD ad Il. IX 193: *οἱ αὐτοὶ* (Iones) *καὶ τὸ Ἀθάμας κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ α καὶ τροπῇ τοῦ θ εἰς τὸ τ Τάμμας λέγουσι· Τάμμεω θυγατέρος· Καλλίμαχος ἐν δευτέρῳ Αἰτίων.* Praeter aphaeresin (de qua cf. Lobeck. Elem. I p. 25) et tropen memorandus etiam diplasiasmus fuit, quem si non addidisset Etym. Gudian. p. 522, 42 (ubi *Τάμμεω θυγατρός* legitur), quis non suspicetur potius *Τάμεω* legendum esse? ac certe *Θάμας* nomen enumeratur a Choerobosc. Dictat. p. 37, 20. De declinatione anomala (*Τάμμεω*

pro *Τάμαντος* vel *Ἀθάμαντος*), quae poetis propria est (cf. Choerob. l. l. p. 95, 11 coll. Bekk. Anecd. p. 1183), vide Lobeck. Elem. Path. I p. p. 391, cuius copiis plurima addit Unger. de Valg. Ruf. p. 421, ubi etiam genetivi Athamae et Athamantis e grammaticis latinis proferuntur. Solum *Θάμας Θάμαντος* novit Choerob. l. l. p. 37, 20, sed *Τάμου* vel *Τάμμου* restituendum videtur Etym. Mag. p. 331, 13. Etym. Gud. p. 182, 47. Epimerism. in Cram. Anecd. Ox. II p. 19, ubi nunc legitur *Ἑλλάς, ἀπὸ τῆς Ἕλλης τῆς Ζήθου* (vel *Ξάνθου* vel *Ξόθου*) *θυγατρός*, sed Callimachi locus respici videtur. Athamantis filia quum Helle sit, probabile est fragmentum pertinere ad carmen de Argonautis redeuntibus. cf. Aet. II 1 coll. Rauch. l. l. p. 36 n. 52. Ceterum fragmentum vel ex media parte pentametri (_ ⏑ ⏑ _ *Τάμμεω θυγατέρος* ⏑ ⏑ _) vel ex initio hexametri sumptum esse potest.

## 22.

### *Ζάγκλον.*

„Isaac. Tzetzes ad Lycophr. 869: *τὸ δρέπανον παρὰ Σικελοῖς ζάγκλον καλεῖται. μέμνηται δὲ καὶ Καλλίμαχος ἐν δευτέρῳ Αἰτιῶν*. Lege *Αἰτίων*.“ Bentl. Siculos *τὸ δρέπανον* appellare *ζάγκλον* etiam Stephan. Byz. p. 293, 11 affirmat, sed Callimacho non usus teste, apud quem etiam Tzetzem non puto nisi solum memoratum *ζάγκλον* invenisse addita fortasse observatione Siculorum eam vocem esse. At fortasse recte Ruhnkenius coniecit a Tzetze eundem Callimachi locum indicari atque quem pleniorem apponit Etym. Mag. p. 406, 32 i. e. frag. 172, quod ad Aet. II 4 rettulimus et de Drepane insula intelleximus. Sed de falce qua Cronus Urani testiculos absciderat intellexit Rauch. p. 25. Bergkius utrum statuat Anth. I p. 125 n. 22 = II p. 145 n. 23 non apparet.

## 23.

### *Κυνέτεια.*

„Stephan. Byz. (p. 393, 7): *Κυνέτεια, πόλις Ἄργους. Καλλίμαχος δευτέρῳ*. Intellige *Αἰτίων*.“ Bentl. Ad Aet. II 9 pertinere arbitror. Rauch l. l. p. 29 nihil definit.

## 24ᵃ.

### Δωδώνη.

„Stephan. Byz. frag. v. *Δωδώνη* (p. 247, 10): *ὠνόμασται κατὰ Θρασύβουλον, ὡς Ἐπαφρόδιτος ὑπομνηματίζων τὸ β' Αἰτίων, ἀπὸ Δωδώνης μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων νυμφῶν.* Pro *Θρασύβουλον* fortasse legendum *Θράσυλλον.* quum autem *Αἰτίων* dicit, intellige Callimachi *Αἴτια.*" Bentl. — Thrasybulum tueri schol. Hom. Il. XVI 230 et Etym. Mag. p. 293, 10 monet Hemsterh. add. Eudoc. Viol. p. 127 et 200 (coll. p. 108) et Arsen. Viol. p. 215. Callimachi autem non esse quae de Dodonae origine dicit Epaphroditus patet, qui, quum Callimachus ob aliam rem urbem nominasset, hac occasione oblata in urbis originem inquisivit. Itaque non perspicio cur Rauch. p. 26 ipsum Callimachum de origine oraculi Dodonaei in Aetiis egisse dicat. mihi obiter Dodonam memoravisse videtur in Aet. II 5.

## 24ᵇ.

### Δελφοί.

„Schol. Aeschyl. Eum. 2: *Ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνήματι Καλλιμάχου Αἰτίων β' φησί· Μελανθοῦς τῆς Δευκαλίωνος καὶ Κηφισοῦ τοῦ ποταμοῦ γίνεται Μέλαινα τοὔνομα, Μελαίνης δὲ καὶ Ποσειδῶνος Δελφός, ἀφ' οὗ οἱ Δελφοί.*" Bentl. De re cf. Pausan. X 6, Callimachum autem in Aet. II 2 *Δελφούς* nominasse supra suspicatus sum.

## 25.

### Phalaris et Perillus.

„Plutarch. *Συναγωγὴ ἱστοριῶν παραλλ.* XXXIX, p. 315: *Φάλαρις, Ἀκραγαντίνων τύραννος, ἀποτόμως τοὺς παριόντας ξένους ἐστρέβλου καὶ ἐκόλαζε. Πέριλλος* (*Τέρυξος* edit. Didot.) *δέ, τῇ τέχνῃ χαλκουργός, δάμαλιν κατασκευάσας χαλκῆν ἔδωκε τῷ βασιλεῖ, ὡς ἂν τοὺς ξένους κατακαίῃ ζῶντας ἐν αὐτῇ· ὁ δὲ μόνον τότε γενόμενος δίκαιος αὐτὸν ἐνέβαλεν. ἐδόκει δὲ μυκηθμὸν ἀναδιδόναι ἡ δάμαλις. ὡς ἐν δευτέρῳ Αἰτιῶν.* Lege *Αἰτίων* et de Callimacho accipe." Bentl. Admodum incerta egregii viri coniectura est non

solum quod istum scriptorem (cui et ipsi fortasse Plutarcho nomen fuit. cf. Hercher. ad Plutarch. de Fluv. p. 32) rerum a se narratarum testes ementitum esse constat, sed quod eandem de Phalaride historiam (de qua testes vide quos afferunt Schneidew. ad Diogenian. p. 318 et Unger. de Sinid. p. 18) iisdem fere enarratam verbis Stobaeus in Floril. XLIX 49 ex Dorothei libro primo *Σικελικῶν* produxit. cf. Hercher. l. l. p. 19. Ipse igitur Pseudoplutarchus quem *Αἰτίων* auctorem nominaverit (nam plures fuerunt. cf. supra p. 54) non minus incertum est quam quem intellexerit scriptorem cap. VIII: — *ὡς ἐν τρίτῳ περὶ ποταμῶν.* Interim aliunde saltem hoc certum est, Callimachum Phalarim et Perillum alicubi memorasse, e frag. 119 et 194, quae ubi dixerit poeta si quis iussus erit conicere, vix aptiorem inveniet locum quam Aet. II 4. Cum fabula de canibus Delum non adeuntibus componit Rauch. l. l. p. 30.

## *Τὸ τρίτον τῶν Αἰτίων.*

26.

*Ἄγραδε τῷ πάσῃσιν ἐπὶ προχάνῃσιν ἐφοίτα.*

„Schol. Sophocl. Antig. 80: *τὰς προφάσεις προχάνας ἐκάλουν, ὡς καὶ Καλλίμαχος· ἀγροδέτω πάσῃσιν ἐπὶ προχάναισιν ἐφοίτα. ἐν τῷ γ' Αἰτίων.* Pro *ἀγροδέτω*, quod depravatum est, quid si legamus: *ἀγρόθι ποι*, *in agris aliquo —?* ita quidem latine verti potius quam ut lacunam relinquerem.“ Bentl. At haec emendatio etsi probata est Ruhnkenio in Ep. crit. II p. 222 Lips. concidit tamen, postquam e Laurentiano codice pro *ἀγροδέτω* Elmsl. edidit *ἀγραδετω*, in quo primus vidit Buttmannus Gr. gr. II p. 351 latere adverbium *ἄγραδε* agnitum a doctissimis grammaticis, Apollonio Dysc. de Adverb. p. 594, 25. 616, 20. 617, 21 et Herodian. I p. 498, 7 et 18. II p. 103, 29 et 31 (coll. Lehrs. quaest. epic. p. 40 seq.) ed. Lentz., et Hesych. IV 2 p. 322: *Ὠλένάδε ὡς ἄγραδε*, quem primus citavit Dindorf. ad schol. Sophocl. II p. 62 et in Thes. Paris. VIII p. 2019, quamquam Lobeck. ad Buttm. l. l. nescire se dicit, num potius proprium nomen *Ἄραδε* grammatici indicare voluerint. quod ut de Hesychio fortasse concedi potest, ita de Apollonio et Herodiano

non verisimile est qui fere cum *οἴκαδε* adverbium *ἄγραδε* componere videntur ac potuerunt componere etiam cum *πρύμναδε* quod ab uno memoratur Hesychio III p. 400 (*πρύμναδε, πρυμνόθεν. πᾶν γὰρ τὸ πρόσγειον κάτωθεν πρύμνον λέγεται*, qui aperte a *πρυμνός* vel *πρυμνόν* ducit, etsi *πρύμνον* ibi scribitur, non a *πρύμνα*). Cum Bentleiano autem *ἀγρόθι* simul corruit etiam Toupianum *ἀγρόνδε* (Ep. crit. p. 481) et Valckenarianum (Call. Eleg. frag. p. 222) et Ernestianum *ἀγρόσε*. Sed in altera scripturae *ἀγραδετω* parte quid lateat magis etiam ambigitur. nam *ποί* cum Bentleio probant Pierson. Verisim. p. 99, Ernest., Buttmann. l. l., Bergk. II p. 145 n. 29, sed *τοί* praeferunt Valcken., Dindorf. l. l., Bergk. Anth. I p. 125 n. 26, Rauch. p. 41 n. 72, quod reicit Mein. ad Callim. p. 143, ea particula usum non esse Callimachum putans, in quo vereor ne paulo calidius iudicaverit vir egregius. mihi unice verum videtur *τῷ* (i. e. quam ob rem), quod Dilth. quoque probasse video, nec intelligo, cur Bergk. Anth. II p. XIII nullo modo probari posse dicat. *Προχάνῃσιν* cum ed. Rom. scripsi, aliunde quoque firmatum, etsi in Hym. in Cer. 74 *προχανά* scribitur. vid. Lobeck. Rhem. p. 265. Ceterum primus Ruhnkenius l. l. allato Aristaeneti loco I 10: *εἰς ἀγρὸν ἐπὶ πάσῃ προφάσει τὸν πατέρα φεύγων ἐφοίτα* Cydippae elegiae (nobis Aet. III 1) fragmentum vindicavit, quod omnes deinceps assensu suo comprobarunt. Quod autem Pierson l. l. dicit scholiastam Sophoclis memoriam fefellisse, ut qui ex *Αἰτίων* libro tertio petiisse se fragmentum memoraret, Piersonem quoque cum aliis fugit Cydippen non singulare carmen fuisse, sed Aetiorum partem.

## 27.

*Τὼς μὲν ὁ Μνησάρχειος ἔφη ξένος, ὧδε συναινῶ.*

„Priscian. Inst. gramm. II (p. 52 Hertz.): Praeterea m ante n posita (num posito? Bentleius haec non addidit) fecerunt quidam communes ut *Callimachus* in tertio *Αἰτίων· τὼς μὲν ὁ Μνησάρχειος ἔφη ξένος, ὧδε συναινῶ.* Hephaest. (p. 14 Gaisf. II): *ἡ διὰ μν σύνταξις ἐποίησέ που καὶ βραχεῖαν, ὡς παρὰ — Καλλιμάχῳ τὼς μὲν ὁ Μνησάρχειος ἔφη ξένος.* Parecbolae ex Herodiano

p. 194 (p. 12 seq. ed. La Roch., Vindob. 1863, et Cram. Aned. Ox. IV p. 414, 19) *πολλάκις γὰρ ἐν τῷ μέτρῳ εὑρίσκομεν τὸ μν ἀποτελοῦν κοινὴν συλλαβήν, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· πῶς μὲν ὁ Μνησάρχειος σφάξῃ.* emenda ut ex Prisciano edidimus." Bentl., qui nescio quo modo factum sit ut omiserit duos eiusdem Prisciani locos, I 11 p. 10 Hertz.: invenitur tamen m ante n positum nec producens ante se vocalem more mutarum. *Καλλίμαχος· τὼς μὲν ὁ Μνησάρχειος ἔφη ξένος, ὧδε συναινῶ*, et I 30 p. 23: m ante n posita (positum?) communem facit syllabam — quod Callimachi quoque auctoritate confirmatur in *Αἰτίοις*, sicut iam supra dictum est hoc versu: *τὼς μὲν ὁ Μνησάρχειος ἔφη ξένος, ὧδε σναινῶ.* At nosse Bentleius tum nondum poterat Theodos. p. 42, 3 Goettl.: *πῶς οὖν τὸ μ καὶ τὸ ν κοινὴν ἐποίησαν συλλαβήν, ὡς ἐν τῷ· πῶς μὲν ὁ Μνησάρχειος ἔφυ ξένος* —; et Choerobosc. Dictat. p. 552 (= Bekker. Anecd. p. 1176 bis, et Lascar. apud Lentz. Herodian. II p. 790): *καὶ πολλάκις εὑρίσκεται καὶ ἐν μέτρῳ τὸ μν ἀποτελοῦν κοινὴν συλλαβήν, οἷον ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ, τὼς μὲν ὁ Μνησάρχειος ἔφη ξένος*, ubi codex Marcianus apud Gaisf. ad Etym. Magn. p. 8 habet *τὸ μενομνήσαρχος ἐφύλαξεν.* ac simili modo corruptum fragmentum est etiam in Cram. Anecd. Paris. IV p. 226: *τὼς μὲν ὁ Μηνάρχιος σφάξεν*, et in cod. quodam Leidensi ap. Gaisf. ad Hephaest. p. 10: *τὼς μὲν ὁ Μνησάρχιος σφάξεν.* Magis autem corrupit Blomf., qui *ὥγε συναινῶ* scribi iussit, sed non videtur perspexisse *τώς* non demonstrativum esse, sed relativum. At nihil mutandum, nisi forte pro *συναινῶ* scribendum *συναινέω.* Ceterum correptae ante *μν* vocalis alia partim exempla addunt qui illo Callimacheo utuntur grammatici, quod nisi esset, quis non existimaret in fragmento Callimachi corrigendum esse *τὼς μὲν Μνησάρχειος ἔφη κ. τ. λ.* —? atque etiam plura eiusdem correptionis exempla recentiores critici afferunt quos nominat Matthiae Gr. gr. § 24 (add. Hecker. comm. de Anthol. I p. 268.) quamquam hos interdum nimis inclinasse ad istud incongruentiae genus iudico librariorum erroribus se passos decipi, atque concedo fere Engero de Aeschyl. Antistroph. rat. (Vratisl. 1836) p. 93, praeterquam in *ὕμνος* (cf. Buttm. Gr.

gr. I p. 38 not.) syllabam ante μν corripi posse neganti nisi diversis in vocabulis. Quem autem locum in Aetiis fragmentum habuerit coniecimus ad Aet. III 1. at Rauch. l. l. p. 47 intelligit de Apollinis Genetoris ara quae Deli fuit et cui soli incruenta sacra Pythagoras obtulit (cf. Mueller. Dor. I p. 327 ed. II), sed incertus haeret, num cum frag. 70 coniunctum fragmentum ad Cydippae elegiam pertinuisse, an in peculiari de sacris Deliis elegia locum habuisse dicat. Cum frag. 293, 128 (236) componunt etiam Hecker. Comm. de Anthol. I p. 268 et Bergk. Anth. I p. 126 = II p. 146, de sede fragmenti nihil definientes. Herzbergius autem l. l. p. 136 ad secundum Aetiorum librum rettulit parum veritus Prisciani auctoritatem.

## 28.

### *Βρέφος.*

„Etym. Magn. p. 212, 36: *βρέφος, τὸ νεογνὸν παιδίον.. κυρίως ἐπὶ ἀνθρώπου· Καλλίμαχος ἐν τρίτῳ τῶν Αἰτίων καὶ ἐπὶ σκύμνου τίθησι.*“ Bentl. Non credo grammaticum notare voluisse poetam, quod nomine *βρέφος* de leonis catulo usus sit, quae Meinekii sententia fuit ad Callim. p. 138. nam quum non solum de hominibus, sed de animalibus in universum alii quoque nomen usurpaverint (ut de mulo dicit Hom. Il. XXIII 266, de capellis ipse Callim. hym. II 51 et Herodot. III 153, de delphino Oppian. Hal. V 464, de equo Aelian. de Nat. Anim. III 8, de cervo idem XI 25), non erat profecto cur grammaticus Callimachum notaret. ac si quid notandum erat, ipse fortasse Etymologus notari debebat qui Callimachum *βρέφος* narraverit pro *σκύμνος* dixisse, quae vox non solum leonis catulum significat (quem ipse grammaticus intellexisse videtur), sed aliarum quoque ferarum pullos ipsorumque adeo hominum. cf. Nauck. de Aristoph. Byz. fragm. p. 113. Sed si leonem modo genitum Callimachus intellexit, non impedio quo minus de leone Nemeaeo fragmentum explicetur, ut plerique faciunt (quem ad modum Rauch. p. 44), modone ex hoc et sequenti fragmento quicquam certi colligatur de fragmenti in Nemeorum origine ponenda sede, quae nobis potius in Aet. III 1 fuisse videtur.

29.

*Ἀπέσας.*

„Stephan. Byz. (p. 104, 13): *Ἀπέσας, ὄρος τῆς Νεμέας, ὡς Πίνδαρος* (fr. 280[b] Bergk.) *καὶ Καλλίμαχος ἐν τρίτῃ.* Lege *ἐν τρίτῳ* i. e. *γ' τῶν Αἰτίων.*" Bentl. Emendatio sine dubio verissima est. sed qui inde colligunt Callimachum de ludis Nemeis eorumque origine fuse egisse in Aetiorum libro tertio, O. Jahn. in Mus. Rhenan. III (1845) p. 620, Herzberg. ad Propert. p. 232 et in Bergk. Diar. l. l. p. 137, Schneidew. in Goetting. gelehr. Anz. 1846 p. 979, Rauch l. l. p. 44, ii nimium tribuere Stephani loco videntur parum diserto, qui etsi montem nominatum dicit *διὰ τὴν ἄφεσιν — τοῦ λέοντος· ἐκεῖ γὰρ ἐκ τῆς σελήνης ἀφείθη* (de quo huius leonis ortu qui similia tradiderint testes plures attulit Mein. Anal. Alex. p. 85), tamen etiam aliam nominis *Ἀπέσας* originationem affert, *ἀπὸ Ἀφέσαντος ἥρωος βασιλεύσαντος τῆς χώρας* (paulo aliter Pseudoplut. de Flumin. XVIII 4 coll. XVIII 9). atque ubi adderis quod Pausan. II 15, 3 tradit, in Apesante monte primum Perseum Iovi Apesantio sacra fecisse, satis videtur causarum fuisse cur Apesantem memorare poeta posset, neque iam eo cogi nos putabimus, ut in Aetiorum libro tertio Nemeorum origines celebratas esse censeamus, quibus in Aetiorum primo potius libro sedem fuisse ob alias rationes statuimus. Sed si concedamus adeo de Nemeaeo leone in hoc fragmento narrasse Callimachum, quod etiam fr. 28 firmare videtur, tamen inde non consequitur, Nemeorum originem a poeta ibi expositam esse ubi Nemeaei leonis mentionem fecit i. e. in libro tertio. nam illam potuit in primo libro exponere, hunc memorare in tertio, ut Iovis Apesantii meminit etiam in Iambis (fr. 82) et Iovis *Ἀλείου* item in Iambis (fr. 99), quod nisi certis testimoniis constaret, quis non persuaderet sibi duo haec fragmenta olim locum habuisse in descriptione agonum, Nemeorum et Olympiorum? Itaque tutissimum videtur sic statuere, memorata in primo Aetiorum libro Nemeorum origine Callimachum in tertio libro obiter montem Apesantem memorasse, et quum *Ἀπέσας* dicatur ab *ἀφέσει* nomen habuisse, quam originationem pluribus exornat Savelsberg. in Symbol. philologor.

Bonnens. II p. 508, *'Απέσας* statuens participium esse ab *ἀφῆκε* ductum, et firmatam video eo, quod in eadem regione colebatur *'Αφέσιος Ζεύς* (cf. Etym. Magn. p. 176, 32 coll. Curt. Pelopon. II p. 587), ab Apesantio vix diversus, haud scio an montem cum leone suo (fr. 28) Callimachus memoraverit ut montem Iovis Apesantii vel Aphesii, quem Acontius precatus sit ut malum Cydonium a se coniectum feliciter demittat, Apesantius aliquis vel Aphesius deus, ut illud ad Cydippen veniat. cf. Aet. III 1.

30.

*Δηλίτης χορός.*

„Steph. Byz. verbo *Δῆλος* (p. 227, 4) *Δηλίτης ὁ εἰς Δῆλον ἐρχόμενος χορός, Καλλίμαχος τρίτῳ.*" Bentl. Cum Dilthey p. 52 de choro intelligo Athenis in Delum misso, cui intererat Cydippe. cf. Aet. III 1.

31.

*Λυκώρεια.*

„Steph. Byz. (p. 422, 15): *Λυκώρεια, κώμη ἐν Δελφοῖς. Καλλίμαχος τρίτῳ.*" Bentl. Non puto ad Callimachum et ipsa quae sequuntur Stephani verba pertinere: *ἀπὸ Λυκωρέως* (cf. Pausan. X 6, 3) *τοῦ βασιλέως — ἔστι καὶ Λυκώρειος Ζεύς.* Nec aliquam earum fabularum respexisse putem poetam quas habet Pausan. X 6, sed obiter memorasse [*τὸν εἰνὶ*] *Λυκωρείῃ* [*θεόν* ⏑–) i. e. Apollinem sagittarium (cf. Hym. II 19 *τόξα, Λυκωρέος ἔντεα Φοίβου.* cf. Vol. I p. 169 seq.), ab eoque petivisse Acontium ut velit se malum Cydonium mittentem in Cydippam feliciter iaculari. cf. Aet. III 1. Nihil definit Rauch. l. l. p. 47.

*Τὸ τέταρτον τῶν Αἰτίων.*

32.

*Δειπνιὰς ἔνθεν μιν δειδέχαται.*

„Steph. Byz. (p. 223, 12): *Δειπνιάς, κώμη Θεσσαλίας περὶ Λάρισσαν, ὅπου φασὶ τὸν 'Απόλλωνα δειπνῆσαι πρῶτον, ὅτε ἐκ τῶν Τέμπεων καθαρθεὶς ὑπέστρεψεν· καὶ τῷ παιδὶ τῷ διακομιστῇ τῆς δάφνης ἔθος εἰς τήνδε παραγενο-*

μένῳ δειπνεῖν. Καλλίμαχος τετάρτῃ, Δειπνιὰς ἔνθεν μιν δεδείχαται. Scribe τετάρτῳ, nempe τῶν Αἰτίων. Codd. mss. Holstenii habent δειδείχαται, ipse sic legit: Δειπνιάς, ἔνθεν μιν δὲ δεδείχαται. sed sine dubio legendum δειδέχαται, et versus est elegiacus. Hesychius (I p. 466): δειδέχαται, ἤσπασται, διαδέχεται." Bentl., cuius emendationem Meinekii codices ΠRV firmant. Callimachi locum etiam Hesychius l. l. respicit, sed Homer. Od. VII 72 (οἵ μίν ῥα θεὸν ὣς εἰσορόωντες δειδέχαται μύθοισιν) respiciunt Etym. Magn. p. 252, 49 et gram. in Cram. Anecd. Oxon. I p. 108, 5. hic autem δειδέχαται non pro plurali, sed pro singulari est, nam aperte cohaerent ἔνθεν Δειπνιάς μιν δειδέχαται et Δειπνιάς ut tanquam collectivum cum plurali constructum putemus causa est nulla, quum formae in -αται et -ατο etiam alibi singularem numerum denotent. cf. ad frag. 521. Ceterum lucem fragmento supra petivi ex historia de theoria Pythica nono quoque anno a Delphis in Tempe missa, et ad Aet. IV I rettuli. Apud Bergk. fragmentum est Anth. lyr. I p. 126 n. 32 = Anth. lyr. II. p. 146 n. 34, apud Rauch. p. 50.

33.

Μυτωνίς.

„Steph. Byz. (p. 465, 9): Μυτιλήνη, πόλις ἐν Λέσβῳ μεγίστη — ἀπὸ Μύτωνος τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Μυτιλήνης. ὅθεν Μυτωνίδα καλεῖ τὴν Λέσβον Καλλίμαχος ἐν τῷ τετάρτῳ." Bentl. Ad Aet. IV 2 revocavi et cum frag. 543 coniunxi, ut fecit etiam Rauch. p. 53.

* 33ᵇ.

Ἀνδρόγεως.

Schol. ad Clem. Alex. Protrep. p. 35 Pott. verba haec: τιμᾶται δέ τις καὶ Φαληροῖ κατὰ πρύμναν ἥρως — ita interpretatur p. 109 seq. Klotz.: Φαληρεὺς λιμὴν τῆς Ἀττικῆς· ὁ δὲ κατὰ πρύμνας ἥρως Ἀνδρόγεώς ἐστιν, υἱὸς Μίνωος οὕτως ὀνομασθείς, ὅτι κατὰ πρύμνας τῶν νεῶν ἵδρυτο, ὡς Καλλίμαχος ἐν δ' τῶν Αἰτίων (hic quoque edebatur αἰτιῶν) μέμνηται. Ex Minois historia petitum fragmentum cum aliis Callimachi frustulis revocavi ad Aet. IV 3. cf. Rauch. p. 56.

## III. *Ἄργους οἰκισμοί*

qualis non videatur liber fuisse supra exposuimus in Aetiorum libro secundo p. 79 et omnino ad Aetia pertinuisse negavimus. nam si pertinuisset, non in eo quo nunc est tabulae Suidianae loco appareret nec post *Σεμέλη* conspiceretur, quoniam, si quid e titulo libri colligi licet, *Ἄργους οἰκισμοί* celebrabant urbes conditas, quod argumentum secundi Aetiorum libri erat, *Σεμέλη* autem nequit nisi quarto eorum libro adscribi. Ac per se propter literam initialem multo est verisimilius *Ἄργους οἰκισμοί* istum in tabula locum primo Suidae excerpentis impetu nactum esse ut peculiarem librum. Sed ut facile est ad dicendum qualis non fuerit liber, ita dictu difficillimum est qualis fuerit. Quid quod ne hoc quidem certo sciri potest, num poema fuerit an pedestri oratione scriptus liber. Prius tamen statuit Bergk. Anth. lyr. II p. 146, cuius vel clamat silentium, et ego quoque malim statuere, quoniam, quantum quidem constat, quos pedestri oratione libros Callimachus scripsit fere latioris omnes argumenti erant latioremque titulum inscriptum habebant, non artiorem aliquem ut *Ἄργους οἰκισμοί*, qui si scripti prosa oratione fuissent, in *Κτίσεσι νήσων καὶ πόλεων* suum invenire locum debebant, non proprio in tabula loco conspicerentur. Sic igitur nobis persuasimus, ut urbes ab Argonautis conditas Callimachus libro *περὶ Κτίσεων* denegavit et ad carmen maluit conferre, ita factum esse etiam in *Ἄργους οἰκισμοῖς*. Ex ipsius autem tituli verbis nihil colligi potest. nam etsi pedestris orationis scriptores fere *περὶ κτίσεων* scripserunt (qui multi fuerunt. cf. Hecker. Comm. Callim. p. 6), *οἰκισμός* autem in ea re magis poeticum videatur (cf. fragm. Solon. 19, 4 Bergk.), tamen Antiochum certe Syracusanum *Ἰταλίας οἰκισμόν* edidisse constat, cuius operis soluta oratione scripti initium habemus apud Dionys. Hal. I 12. contra Apollonii Rhodii *Κτίσεις Ναυκράτεως* et *Ῥόδου* et sine dubio aliarum quoque urbium (cf. Müller. frag. historic. graec. IV p. 313) poemata erant. Teneri autem volumus in isto Callimachei libri titulo legi *οἰκισμοί* (quod sine causa reicit Hecker. Com. Call. p. 5), non singularem numerum *οἰκισμός*. ex quo conicimus, non de uno aliquo conditu poetam ibi egisse, sed omnem

Argivae urbis historiam mythicam eo carmine comprehendisse, quam iure dicere licet quodam modo quater conditam esse. Itaque Callimachus a Phoroneo inceperit qui dicebatur (Pausan. II 15, 5) primus in ea regione homo fuisse ceterosque homines olim dispersim ibi viventes εἰς κοινόν coegisse et ἄστυ Φορωνικόν condidisse, praeterea inter Neptunum et Heram de terra certantes iudex sedisse et Herae regionem omnem adiudicasse, hominibus autem etiam ignem invenisse (Pausan. II 19, 5). Denuo autem imperium Argivum conditum est quum Danaus ex Aegypto profugus cum Gelanore, qui ex posteris Phoronei erat, de regno certavit et ostento aliquo (cf. Pausan. II 19, 4) adiutus rex factus est, Phoronei posteros removit, Argivos a se nominavit Danaos, arcem Argivorum condidit (cf. Strab. Geogr. VIII p. 371). Sed mox ingens rerum commutatio facta est. nam Argos urbs principatum in ea regione habere desiit aliaeque ibi urbes sui iuris factae et ipsae reges suos quaeque habebant, praesertim quum Achaicae stirpis gens in terram invasisset, ex qua stirpe oriundi Atridae summam gloriam adepti sunt. His tandem Heraclidae cum Temeno eiusque filio Argos eripientes successerunt novumque regnum condiderunt. — Paucis omnem hanc rem adumbravi, quo pateret quam uberrima fuisset Callimacho materia canendi, quam omnibus poesis floribus poeta exornasse censendus est. nunc autem ne unum quidem levissimum frustulum superest, quod inde petitum esse certo testimonio constet. Sed quaeri tamen potest, in hocine carmine Callimachus dixerit quae tradidit fr. 404, ἀπὸ Μελίας τῆς Ὠκεανοῦ nominari Νύμφας Μελίας. nam illa Melia Phoronei mater erat (cf. Heyn. ad Apollod. II 1, 1). Praeterea Callimachus Phoronei populum χθονίους Ἰναχίδας appellare potuit, quod est fragm. anon. 249, ut alibi quoque Argivi Ἰναχίδαι audiunt, ut in Anthol. Pal. VII 431, 2 et VII 526, 4. postremo Temeni memoria in frag. anon. 283, ἐτὰ Τημενίδεω χρύσεον γένος, ultro nos ad hoc Callimachi carmen rapit. atque de Heraclidis diu per Graeciam errantibus nec tamen desperantibus intelligi posse videtur etiam frag. 134: οὐχ ὧδ' ἐμόγησαν ἐλπίδες. ὥστ' ἐχθρῶν συμμαχίας καλέσαι. — Quae autem de hoc libro exoriebantur dubitationes, eaedem de eo redeunt libro, cui

IV. Ἀρκαδία

inscribebatur. nam ne vel de ipso titulo dubitatio deesset, Hecker. Com. Callim. p. 5 effecit, qui Ἀρκαδικά scribendum esse censebat nullam aliam ob causam nisi quod Ἀρκαδικά multos olim scripsisse noverat, quorum partem ipse memorat, alios addit Müller. Frag. histor. graec. vol. IV p. 679 seq. Sed manus doctissimi viri cohibere debebat quod simili ratione Nicandreo cuidam carmini inscriptum erat Σικελία, quo ille libro satis amplo Siciliae veterem historiam illustravit. Ad cuius libri similitudinem si de Callimacheo libro iudicium direxerimus, carmen fuisse putabimus nihil offensi eo, quod et huius Ἀρκαδία et illius Σικελία tituli fuisse dicuntur, quos quis non expectarit in epico vel elegiaco poemate potius Ἀρκαδίη et Σικελίη fuisse? nam vix dubitari posse videtur quin epicis carminibus praescripti tituli et ipsi a poetis ad epici sermonis normam facti fuerint et per grammaticorum demum incuriam hanc vulgarem formam induerint. Ut igitur Θεογονία Hesiodi, Μοψοπία Euphorionis (Suid. I 2 p. 664) aliique tituli grammaticis debentur, ita etiam Nicandrum ipsum Σικελίην, Callimachum Ἀρκαδίην dixisse crediderim. Puris autem hexametris scriptum Callimachi carmen fuisse unde sciverit Lincke de Callim. vit. et script. p. 37 nescio. quamquam ne ex Nicandrei quidem carminis similitudine quicquam de metro colligi potest, quum ex illo quae citantur fragmenta pentametrum habeant nullum, quod utrum casu an necessario factum sit non liquet. manifesta autem res esset, si recte coniecisset Bergk. Anthol. lyr. (II) praef. XIII, non solum ex Arcadia petitum esse frag. anon. 312: δέξονται Φολόης οὔρεα Παρρασίδος, sed totum carmen Aetiorum libris insertum fuisse, unde equidem non alia causa expellendum arbitror atque qua Ἄργους οἰκισμούς. Hoc unum Ernestio libenter concedimus, locum olim in hoc carmine habuisse historiam de Callistone (fr. 385), neque improbabile est Arcadum fabulas alias quoque eo libro expositas fuisse, ut potuerit etiam de antiquissima Arcadum origine ibi agi, ubi fortasse frag. anon. 228 (προσεληνίδες) locum habebat.

Post hunc librum quem cum frag. 34 et 35 Bentleius sequi iussit περὶ ἀνέμων librum ex hoc loco deturbandum

censuimus, quum *ἐθνικῶν ὀνομασιῶν* libri pars fuerit paulo post disputandi. contra cui hunc locum ordo literarum vindicabat carmini quod

## V. *Ἀρσινόης γάμος*

inscriptum erat, de eo cf. frag. 196. — item quod

## VI. *Βερενίκης πλόκαμος*

inscriptum dicitur, ei Bentleius peculiarem post fragmenta omnia assignavit p. 581 seqq. hac fortasse causa permotus, quoniam de eius carminis titulo minus constat quam quis optandum dixerit, id quod de aliis quoque nonnullis valet quae ad hunc librum pertinent. Neque enim certis scriptorum testimoniis nituntur nisi haec pauca. nam Catullus quum in carmine LXV 15 seq. Ortalo dixisset: mitto haec expressa tibi carmina Battiadae, mox sequitur carmen LXVI quo poeta Romanus comam illam inducit de semet narrantem, Cononem mathematicum vidisse se inter caeli sidera. nam quum domina sua Berenice, quae Ptolemaei Evergetae uxor eadem et soror erat, crinem suum diis vovisset si recens maritus ex bello Asiatico feliciter rediisset, atque hoc facto votum exsolvisset diis crinem ponens in litore Canopaeo, subito crinis inde abreptus et inter coeli sidera collocatus est, ubi etiamnum fulgere se dicit moestum quod a dominae capite diremptus sit, quacum multa saepe se bibisse ait unguenta, ob quam rem petere se, ut unguentum sibi libent novae nuptae quae quidem castae sint (nam indignarum se spernere munera) et ut ipsa Berenice, si quando Venerem placaverit, coelum intuens se ne sinat unguenti expertem. — Atque hoc carmen illud esse, quod a se ex Callimacho expressum Catullus dicit, post Angelum Politianum Miscellan. cap. LXVIII et Muret. Comment. in Catull. l. l. omnes agnoverunt ex Callimachi quibusdam fragmentis (fr. 34, 35 b et c), quae accurate verbis Catullianis respondent, etsi qui citant testes non addunt ex quo Callimachi carmine petita sint. sed tantum certe haud infirmis constat testimoniis Callimachum historiam illam enarrasse, Hygini in Poet. Astron. II 24: sunt aliae septem stellae ad caudam

Leonis in triangulo collocatae, quas crines Berenices esse Conon Samius mathematicus et *Callimachus* dicit: cum Ptolemaeus Berenicem, Ptolemaei et Arsinoes filiam, sororem suam, duxisset uxorem et paucis post diebus Asiam oppugnatum profectus esset, vovisse Berenicem, si victor Ptolemaeus rediisset, se detonsuram crinem. quo voto damnatum crinem in Veneris Arsinoes Zephyritidis posuisse templo eumque postero die non comparuisse. quod factum quum rex aegre ferret, Conon mathematicus (ut ante diximus) cupiens inire gratiam regis dixit crinem inter sidera videri conlocatum et quasdam vacuas a figura septem stellas ostendit quas esse fingeret crinem, et scholiastae Arati 146: *Κόνων ὁ μαθηματικὸς Πτολεμαίῳ χαριζόμενος Βερενίκης πλόκαμον ἐξ αὐτοῦ* (*Λέοντος*) *κατηστέρισε. τοῦτο καὶ Καλλίμαχός πού φησιν, ἠδὲ Κόνων κ. τ. λ.* (fr. 34), quod Conone non nominato sic dicunt Proclus de Sphaer. ult. et Geminus Elem. astron. II p. 12 E Petav.: — *ὁ ὕστερον κατηστερισμένος ὑπὸ Καλλιμάχου Βερενίκης πλόκαμος*, quos ne quis vituperet et iniuria insimulet erroris, moneo eos non sine aliorum exemplo (cff. Jacobs. Animad. in Anthol. III 2 p. 27. Bernhardy ad Dionys. Perieg. p. 843 seq., Boissonad. ad Philostrat. Epist. p. 156, alii) dixisse Callimachum comam sideribus inseruisse pro eo quod debebant, cecinisse ab aliis insertam. nam Cononem primum inseruisse praeter Hygin. et scholiastam Arati etiam Hesych. I p. 372 et Eudoc. Violar. p. 90 affirmant. Et graeci quidem scriptores hoc sidus *Βερενίκης πλόκαμον* summo consensu vocant, Strab. Geogr. I p. 3 Casaub., schol. Arati, Proclus, Geminus, Hesychius, Eudocia ll. ll., Eratosthenes Catas. XII p. 51 Matth. (*ἀστέρες ἑπτά, οἳ καλοῦνται Πλόκαμοι* (sic) *Βερενίκης Εὐεργέτιδος*), Gregor. Nazianz. adv. Iulian. invect. II (*λέγε μοι καὶ σὺ τοὺς σοὺς ἀστέρας, τὸν Ἀριάδνης στέφανον καὶ τὸν Βερενίκης πλόκαμον*), Tatianus orat. ad Graec. XVI p. 40 Worth., ut Callimachus quoque carminis titulum (nam ne de hoc quidem ullum extat testimonium) fecisse videatur *Βερενίκης πλόκαμος*. quamquam si quis ex Callim. fr. 34 affirmare voluerit *Βερενίκης βόστρυχος* inscriptum

carmini fuisse, contradici nihil poterit. Sed hoc levius est prae illo, qua ratione Catullus exemplar suum expresserit. de qua re qui ita statuunt (cf. Naek. de Hecal. p. 162 et Hecker. Comm. Callim. p. 80), satis fidum Catullum Callimachi interpretem fuisse eorumque improbant opinionem, qui poetam Romanum censeant plerumque quidem fere verbum verbo reddidisse (Boissonad. ad Callim. p. 202), sed interdum eius verba tam longe distare ab archetypo, magis ut imitatio videatur esse quam conversio (Brüggemann. de Catulli eleg. Callim. p. 10), ii igitur in summa re verissime iudicare videntur, sed suae ipsi rei nocuerunt, quum leviter tantum et in transcursu rem attingerent neque omnibus dubitationibus obviam irent quibus facile sibi quis patiatur persuaderi, Catullum graecis addidisse alia, alia omisisse a Callimacho dicta. Itaque ut denuo rem pertractemus, quis primo parum fidum interpretem Catullum fuisse affirmaverit quod v. 40 dedit *adiuro* teque tuumque caput, quae ita scripta a Callimacho (fr. 35[b]) inveniebat: *σήν τε καρὴν ὤμοσα σόν τε βίον*, quo ipsa quidem res non mutatur. nam sive coma a Catullo dicitur adiurare nunc quum iam aliquando de vertice cessit, sive a Callimacho adiuravisse eo ipso tempore quo olim cessit, in utraque lectione manebit unum idemque quod summum est, dico ius iurandum quo invitam se de vertice Berenicae cessisse coma probat. Et hic quidem metrum Catullo in causa fuisse videtur, ut a Callimachi verbis paululum quidem recederet (quod fecit etiam *σόν τε βίον* vertens teque), sed ipsam sententiam vix mutaret, eandemque mutandi causam fuisse puto, quod, quum in Callimachi carmine legisset (fr. 35[d]) *πρὶν ἀστέρι τῷ Βερενίκης*, hoc vertit quin iucunda *mihi* munera libet onyx. nam ipse quoque Callimachus *πρὶν ἐμοί* intellexit, sed pronomini emphasis causa nomen substituit suo more (cf. Callim. vol. I p. 159). nec alia res est in Catull. v. 48, ubi suum illud Juppiter, ut Chalybum omne genus pereat tantum quantum licuit ad Callimachi verba expressit (fr. 35[c]) *Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος*, qui ut insolentiori in loco particulam *ὡς* poneret et ipse fortasse metro coactus est, si quidem versus initium recte e Catullo ita restituunt: *ὦ Ζεῦ* (vel *Ζεῦ φίλε*?). nam *ὦ Ζεῦ* vel *Ζεῦ φίλε*, *ὡς Χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος*

propter hiatum reiectaneum fuit. Sed plus difficultatis habent quae in eadem hac sententia statim sequuntur. Catulliana enim verba (v. 49): et qui principio sub terra quaerere venas instituit ac ferri frangere duritiem Callimachi respondent his: γειόθεν ἀντέλλοντα κακὸν φυτόν οἵ μιν ἔφηναν, sed profecto ad amussim non respondent. nam quem Catullus dixit principio sub terra quaerere instituisse venas (ferri scilicet, quae vox e v. 47 assumenda est), eum Callimachus dixerat demonstrasse e terra cum hominum calamitate enatum ferrum (nam ultimam vocem ne ipse quidem Callimachus addiderat, ut quam et ipse sine dubio in antecedentis distichi parte ultima posuerit, hic autem satis indicasse se censuerit genere masculino ἀντέλλοντα). itaque Catullus Callimacheae sententiae partem omnino non expressit, ferrum in hominum perniciem natum esse, partem autem paulo liberius expressit terrae venas substituens e terra nascenti ferro. Unde patet suam in vertendo Callimacho accurationem Catullum paulo minus artioribus finibus circumscriptam putasse quam alii loci docent et vulgo creditur. Praeterea quum Catullianum carmen ab his incipiat verbis: omnia qui magni dispexit lumina mundi — idem me ille Conon caelesti in lumine vidit e Bereniceo vertice caesariem fulgentem clare, quam cunctis illa deorum levia protendens bracchia pollicitast, qua rex tempestate etc eorumque ultima sine dubio ex Callimachi verbis (fr. 34) conversa sint his: ἠδὲ Κόνων μ' ἔβλεψεν ἐν ἠέρι τὸν Βερενίκης βόστρυχον, ὃν κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς (sic enim vulgo legitur), hinc quoque aliquis colligat Catullum aliquanto liberius ab exemplari suo recessisse. Primum enim quod olim edebatur ἠδέ si verum habemus, nequaquam sententiae conformatio ea, quae apud Catullum apparet, Callimacho restitui potest. quo incommodo etiam Politiani l. l. laborat scriptura: ἦ με Κόνων ἔβλεψεν κ. τ. λ., quod vertit *vel* me Conon vidit etc. sin autem unice probamus Valckenarii coniecturam ἦ με Κόνων ἔβλ., restitui quidem in universum Catullianae sententiae forma potest, sed Catullus censendus erit affirmativa particula omissa minus accurate Callimachum expressisse. Tantum autem abest, ut in carminis initio, ubi qui convertunt accuratissimi esse

solent, Catullum censeam quidpiam dixisse a Callimacheis vel plane diversum vel certe minus accurate eis respondens, ut totum hic se ad Callimachum accommodasse eum existimem. atque id hoc quoque loco factum esse concedet, qui vere nos illud *ἠδέ* in *εἶδε* correxisse putaverit mutatione lenissima (nam *η* et *ει* quoties in libris manu scriptis permutentur dici vix potest). Ita enim iam plane cum Catullo Callimachus dicet: qui coeli sidera stellarumque ortus et occasus atque solis lunaeque defectus *εἶδε, Κόνων μ' ἔβλεψεν ἐν ἠέρι κ. τ. λ.*, in quo quod *εἶδε* statuo esse cognovit neminem offendet qui Lobeckium ad Sophocl. Aiac. 1027 extr. contulerit. At enim alia in hoc Callimachi loco consideranda sunt. Achilles enim Statius Lusitanus in Observat. difficilium aliquot locor. graec. et latin. cap. VII, quem Valcken. l. l. p. 80 attulit, Catullum putavit illos duos Callimachi versus quattuor versibus vertisse. quod si fecisset, profecto apertissime Catullus addendo docuisset minime se Callimachi verbis se accommodasse. atque ipsi Valckenario p. 86 Catulli versus tam parum videbantur Callimacheis respondere, ut Catulli vers. 9 et 10 neque Callimachi esse neque Catulli putaret, sed loco versuum hic olim scriptorum, qui in membrana veterrima vix legi potuerint, ab alio longe recentiore homine positos esse. Sed Valckenarii dubitationes, quae ad istam eum sententiam sane quam immanem perpulerunt, unam, quae est de fulgentem clare Hauptius quaest. Cat. p. 80 seq. apta interpretatione, alteram quae est de multis illa deorum probabili coniectura (cunctis illa deorum) removit, qua coniectura etsi Catullum plane respondentem Callimacho fecit (*πᾶσι θεοῖς*), restat tamen Catullianum pollicitast, quod Callimacheo *θῆκε* parum est simile. Verum enim vero hinc priusquam quispiam aliquid de mala Catulli in convertendo Callimachi loco fide colligat, videat num graecus poeta statim post *ἔθηκε θεοῖς* posuerit vocem, qua *ἔθηκε* ita definiverit, ut iure hoc Catullus potuerit vertere pollicitast. certe si scripsit *θῆκε θ.* | *εὐχομένη*, dubitari non potest quin satis hoc accurate Catullus verterit pollicitast. Sed eodem modo etiam illa Catulliana fulgentem clare et levia protendens bracchia Callimacho restitui et posse et deberi existimo. Quod ut via et ratione probem, ante omnia monen-

dum est, ad quod critici ad hoc usque tempus paene non attendebant, Callimachi versum alterum et olim (cf. Valcken. p. 79) et nuper a Bekkero ita scriptum esse e codicibus: *βόστρυχον, ὅντ' ἄρα κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖσιν*, quod versus monstrum hexametro similius est quam pentametro quem primus Politianus l. l. dedit talem: *Βόστρυχον ἣ κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς*, postea omnes scripserunt sic *β., ὃν κείνη κ. τ. λ.*, quae coniectura potius quam librorum manu scriptorum lectio videtur esse. Quod autem Hecker. Com. crit. de Anthol. (I) p. 75 dicit illum obscurae originis pentametrum facile potuisse inserto *ἄρα* et scripto *θεοῖσιν* quandam versus hexametri speciem assumere, mihi certe multo facilius videtur ex elumbi sane illo versu, quem solum testatum habemus, facere probum hexametrum quam pentametrum. quis enim iure improbaverit hexametrum una demta littera, una addita effictum hunc: *βόστρυχον, ὅν τ' ἄρα κείνη ἅπασιν θῆκε θεοῖσιν* —? nam spondeus in ista sede a Callimachi elegantia non alienus est (cf. vol. I p. 199), aliena autem ab omnium Alexandrinorum arte foret quae existeret in quarto pede trochaica caesura, si retineremus *ἅπασιν ἔθηκε.* praeterea eadem caesurarum ratio fortasse etiam flagitabat, ut *ἄρ' ἐκείνη* emendaretur. restituto autem hexametro statuo grammaticum brevitatis causa duos hexametros citasse ita coniunctos, ut intermedium pentametrum omitteret, quod et sententia et verborum constructione salva fieri potuisse quis obloquatur mihi Callimachum conicienti ita fere scripsisse:

* * * * *

*εἶδε, Κόνων μ' ἔβλεψεν ἐν ἠέρι τὸν Βερενίκης*
*φαινόμενον λαμπρῶς δὴ μάλ' ἀπ' οὐρανόθεν*
*βόστρυχον, ὅν τ' ἄρ' ἐκείνη ἅπασιν θῆκε θεοῖσιν*
*εὐχομένη ἁπαλὴν χεῖρ' ἀνατεινομένη*
*τῆμος ὅτ'* —

quod si recte conieci, vix quicquam hic loci Callimachus scripsit, quin Catullus expresserit. Sed tandem expendenda sunt etiam Hygini verba in Astronom. poet. II 24, quibus quale hucusque de Catullo Callimachi interprete iudicium informavimus videri possit totum immutari. Is enim verbis quae supra excerpsimus addit haec: hanc Berenicen nonnulli cum *Callimacho* dixerunt equos alere et ad

Olympia mittere consuetam fuisse. Alii dicunt hoc amplius, Ptolemaeum Berenices patrem multitudine hostium perterritum fuga salutem petisse, filiam autem saepe consuetam insiliisse in equum et reliquam exercitus copiam constituisse et complures hostium interfecisse, reliquos in fugam coniecisse, pro quo etiam *Callimachus* eam magnanimam dixit. Unde hoc certum esse arbitror, Callimachum non solum narrasse quae de equis ali a Berenice et ad Olympia mitti solitis Hyginus narrat, sed ea quoque quae de auxilio patri infeliciter proelianti a Berenice lato eundem memoriae prodidisse. nam tametsi scribens Hyginus alii hoc dicunt amplius indicat hanc quidem historiam aliis se debere, non Callimacho, ipse tamen sibi contradicit in fine addens: *pro quo* etiam Callimachus eam magnanimam dicit, nam quo modo Callimachus pro hoc facto virginem eo nomine ornare potuit, nisi simul istud facinus narrasset? an praestiterit ita putare, Hyginum ea ratione nihil voluisse nisi de illius epitheti a Callimacho Berenicae dati causa proponere coniecturam aliquam suam? Imo Callimachus censendus est et ipse facinus illud Berenicae memorasse, Hyginum autem puto corruptum esse a librariis, qui dicentem eum fecerint alii dicunt hoc amplius, quum deberent *aliud* dicunt hoc amplius, i. e. nonnulli dicunt cum Callimacho, ut paulo ante Hyginus loquutus erat. Quo autem alio in loco narrasse hoc Callimachum putabimus nisi in eo, in quo magnanimam Berenicem appellaverit, i. e. in *Πλοκάμῳ Βερενίκης*, ut patet ex Catulli v. 26: cognoram a parva virgine *magnanimam*. nam ne quis propter latinam vocem dubitet atque Hyginum de Catullo potius cogitasse censeat qui istius cognominis a se nominati illam causam fuisse tacite coniecerit, non apertis verbis dixerit, hoc monendum, Hyginum etsi de Callimacho cogitantem tamen latina voce uti potuisse, ea si cum graeca ita congruebat, ut paene ultro et sponte se offerret. sumamus fuisse *μεγαλόψυχος*, quo concesso nemo mirabitur quod praeter Catullum etiam Hyginum in eandem versionem incidisse statuo. Non dubitamus igitur in his fidem habere Hygino eique credimus Callimachum narrasse Berenicem equos alere et ad Olympia

certamina mittere solitam fuisse, praeterea in proelio aliquo auxilium illud patri tulisse atque ob eam causam magnanimae nomine a poeta hic ornatam esse. Quamquam fidem Hygino non ubique habere Valcken. l. l. p. 37 seq. malebat. nam facinus quidem illud quo patrem filia insigniter adiuverit, quamvis ab aliis qui supersint non tradatur, nihil tamen esse dicit cur ut parum verisimile reiciatur (quod fecit postea Haupt. l. l. p. 84). quod vero Hyginus de equis alitis et ad Olympia certamina missis tradat, vereri se ait ne Hyginus erraverit et turpiter fuerit *ὁμωνυμίᾳ* quadam deceptus. nempe vel Aegypti regis filiam equos trans mare mittere consuetam fuisse ad Olympia certamina, quibus non licuerit mulieribus interesse, hoc vero falsissimum esse. nam eius rei aliud non afferri exemplum praeter Cyniscae, sororis Agesilai regis nobilissimi, quae de se dicat (Anthol. Pal. Jacobs. II p. 537 n. 16): *Σπάρτας μὲν βασιλῆες ἐμοὶ πατέρες καὶ ἀδελφοί, ἅρμασι δ' ὠκυπόδων ἵππων νικῶσα Κυνίσκα εἰκόνα τάνδ' ἔστησα* (*ἔστασα*?). *μόναν δ' ἐμὲ φαμὶ γυναικῶν Ἑλλάδος ἐκ πάσας τόνδε λαβεῖν στέφανον*. itaque videri hanc Berenicem confusam esse cum Diagorae Rhodii filia, cui et ipsi Pherenicae nomen fuerit et Olympium certamen certe spectare licuerit. Verum nemini hanc opinionem vir egregius probasse videtur, quam improbavit etiam Haupt. l. l. p. 84 ipsam tamen Hygini historiam malo aliquo procreatam censens grammatici somnio, qui Catulli verba v. 53 a l i s e q u o s (id enim in Laurentiano certe codice legi) in hanc sententiam scilicet detorserit, ut Berenicem e q u o s a l u i s s e putaverit. Quod mihi quidem parum videtur credibile, praesertim quum eandem historiam Hyginus praeter Callimachum etiam alios nonnullos testari dicat. Et cur tandem fidem narratio non habeat, modo statueris Berenicem quos alebat equos ad Olympia misisse ut sub alieno ibi nomine, non Berenicae, certarent ac victorias reportarent —? Sed si vere Callimachus in *Βερενίκης πλοκάμῳ* narravit *μεγαλόψυχον* eam fuisse dum virgo esset, ut quae equis in Olympiis certasset et in patris aliquo bello egregiae fortitudinis specimina dedisset, quid tandem de Catulli in convertendo Callimacheo carmine fide iudicabimus? nam neutrius rei apud hunc ullum vel levissimum vestigium superest, ut statuendum esse videatur hunc

in exprimendo Callimacho quaedam omisisse, quae non levis essent momenti, eaque re docuisse non admodum fidum se esse interpretem. Verum enim vero aliter rem habere ita mihi persuasi, vix ut videar a mea opinione depelli posse. neque enim ullo modo adduci possum ut credam Catullum v. 27 voluisse in his paucis acquiescere verbis: *anne bonum oblita es facinus, quo regium adepta 's coniugium, quo non fortius ausit alis?* — nec ipsum illud facinus certe nominasse, quo nullum ad demonstrandam egregiam virtutem mulieris, cuius laudes studiose poeta investigat, conferre plus potuit. Sic igitur statuo, in Catulli exemplaribus post v. 28 duo ad minimum excidisse disticha quibus illa narrantem Callimachum accurate expresserit. Ita autem ne hoc quidem Catulli loco doceri poterit non satis accuratum Callimachi interpretem Romanum poetam egisse, cuius nunc iam concedetur nobis ut totum carmen hic apponamus tamquam egregium fragmentorum Callimacheorum auctarium. nam etsi non singula verba poetae nostri nobis dat ubique accuratissime expressa et nonnunquam etiam omisisse videtur quod ad ipsam sententiam parum necessarium erat, tamen non omisit historias a Callimacho memoratas, ut sententiarum certe eximiam copiam inde lucremur, quas Callimachi esse nemo negabit. Apponimus autem carmen ex recognitione Hauptii, cui quas Bentleius adnotationes adspersit nefas duximus detrahere ut quas et ipsas Callimachi causa vir magnus scripserit.

Omnia qui magni dispexit lumina mundi,
  qui stellarum ortus comperit atque obitus,
flammeus ut rapidi solis nitor obscuretur,
  ut cedant certis sidera temporibus,
ut Triviam furtim sub Latmia saxa relegans
  dulcis amor gyro devocet aerio,
idem me ille Conon caelesti in lumine vidit
  e Bereniceo vertice caesariem
fulgentem clare, quam cunctis illa deorum
  levia protendens bracchia pollicitast,
qua rex tempestate novo auctus hymenaeo
  vastatum finis iverat Assyrios,
dulcia nocturnae portans vestigia rixae

quam de virgineis gesserat exuviis.
estne novis nuptis odio Venus? anne parentum
frustrantur falsis gaudia lacrimulis,
ubertim thalami quos intra limina fundunt?
non, ita me divi, vera gemunt, iuerint.
id mea me multis docuit regina querellis
invisente novo proelia torva viro.
at tu non orbum luxti deserta cubile,
sed fratris cari flebile discidium?
quam penitus maestas exedit cura medullas!
ut tibi tum toto pectore sollicitae
sensibus ereptis mens excidit! at te ego certe
cognoram a parva virgine magnanimam.
anne bonum oblita es facinus, quo regium adepta's
coniugium, quo non fortius ausit alis?
sed tum maesta virum mittens quae verba locuta's!
Iuppiter, ut tristi lumina saepe manu!
quis te mutavit tantus deus? an quod amantes
non longe a caro corpore abesse volunt?
atque ibi me cunctis pro dulci coniuge divis
non sine taurino sanguine pollicita 's,
si reditum tetulisset. is haut in tempore longo
captam Asiam Aegypti finibus addiderat.
quis ego pro factis caelesti reddita coetu
pristina vota novo munere dissoluo.
invita, o regina, tuo de vertice cessi,
invita: adiuro teque tuumque caput,
digna ferat quod siquis inaniter adiurarit:
sed qui se ferro postulet esse parem?
ille quoque eversus mons est quem maxumum in orbe
progenies Thiae clara supervehitur,
cum Medi peperere novum mare cumque iuventus
per medium classi barbara navit Athon.
quid facient crines, cum ferro talia cedant?
Iuppiter, ut Chalybon omne genus pereat,
et qui principio sub terra quaerere venas
institit ac ferri frangere duritiem!
abiunctae paullo ante comae mea fata sorores
lugebant, cum se Memnonis Aethiopis

unigena inpellens nictantibus aera pennis
obtulit Arsinoes Locridos ales equus,
isque per aetherias me tollens avolat umbras
et Veneris casto collocat in gremio.
ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat
Graia Canopiis incola litoribus.
ardui ibi vario ne solum in lumine caeli
ex Ariadneis aurea temporibus
fixa corona foret, sed nos quoque fulgeremus
devotae flavi verticis exuviae,
uvidulum a fletu cedentem ad templa deum me
sidus in antiquis diva novum posuit:
virginis et saevi contingens namque leonis
lumina, Callisto iuncta Lycaoniae,
vertor in occasum, tardum dux ante Booten,
qui vix sero alto mergitur Oceano.
sed quamquam me nocte premunt vestigia divum,
lux autem canae Tethyi restituit,
pace tua fari hic liceat, Rhamnusia virgo,
(namque ego non ullo vera timore tegam,
nec si me infestis discerpent sidera dictis,
condita quin veri pectoris evoluam),
non his tam laetor rebus, quam me afore semper,
afore me a dominae vertice discrucior,
quicum ego, dum virgo quondam fuit † omnibus expers,
ungenti Syrii milia multa bibi.
nunc, vos optato quom iunxit lumine taeda,
non prius unanimis corpora coniugibus
tradite nudantes reiecta veste papillas,
quam iucunda mihi munera libet onyx,
vester onyx, casto petitis quae iura cubili.
sed quae se inpuro dedit adulterio,
illius ah mala dona levis bibat inrita pulvis:
namque ego ab indignis praemia nulla peto.
sed magis, o nuptae, semper concordia vostras,
semper amor sedes incolat adsiduus.
tu vero, regina, tuens cum sidera divam
placabis festis luminibus Venerem,
unguinis expertem non siris esse tuam me,

sed potius largis adfice muneribus.
sidera corruerint utinam! coma regia fiam:
proximus hydrochoi fulgeret Oarion.

Quibus Bentleius adscripsit haec: „v. 1 Isaacus Vossius lumina illa obelo confodit et ex codicibus suis manu scriptis, qui habent munera restituit moenia: omnia qui magni dispexit *moenia* mundi. Sane quidem ita veteres locutos esse constat, Lucretium saepe: maxima dissiluisse capacis moenia mundi (VI 122), et Ovidium ingentia moenia mundi.[1]) Sed amabo an apud quenquam poetarum reperias omnia mundi moenia? Quot enim sunt? moenia hic sunt extremum, finis, terminus. plura itaque mundi moenia esse non possunt, sed duntaxat una. Bene ergo se habet τὸ lumina. Fortasse autem pro dispexit, quod cuiusvis est qui oculos sanos habet, legendum descripsit, quod est astrologorum. Virgilius (Eclog. III 41) descripsit radio totum qui gentibus orbem, et alibi: (Aen. VI 851) caelique meatus describent radio et surgentia sidera dicent. Lucretius (V 686): ut ratio declarat eorum, qui loca caeli omnia dispositis signis ornata notarunt. — V. 23 lego: — medullas! ut tibi nunc toto pectore sollicitae. — V. 33 legendum: atque ibi *me* cunctis (fuit: pro cunctis). me comam pollicita es — sic v. 7: idem *me* Conon — *pollicita* est. Hyginus (Poet. astron. II 24): vovisse Berenicen, si victor Ptolemaeus redisset, se detonsuram crinem. Certissima haec est emendatio. Vossius tamen pro cunctis interpretatur: pro toto exercitu, sed melius, ni fallor, *τὸ πρέπον* servaret Catullus, quam ut Berenicen prius pro exercitu quam pro rege et marito vota facientem induceret. deinde si ea esset sententia, dixisset, si reditum tetulissent, numero plurali. postremo cunctis construendum esse cum divis ex ipso Callimacho constat —, *ὅν κείνῃ πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς.* — V. 44: quem maximum in oris progenies

[1]) Hoc ita apud Ovidium non invenio, sed Bentleius in animo habuisse videtur Ovid. Met. II 401 ingentia moenia coeli, paululum corrumpens hunc versum ex Lucret. I 73 flammantia moenia mundi.

Phthiae clara supervehitur. miris modis se torquent interpretes, ut Medos per longas ambages ex stirpe Phytiae vel Clytiae vel Thiae oriundos esse probent. pudet me hercle inepti laboris, cum in promptu sit vera lectio et expedita sententia: progenies Thiae clara supervehitur. clara progenies Thiae est Sol, Thiae et Hyperionis filius. Pindar. Isth. V 1 *μᾶτερ Ἀελίου πολυώνυμε Θεία.* Hesiodus (Theogon. 371) *Θεία δ' Ἠέλιόν τε μέγαν λαμπράν τε Σελήνην — γείνατο.* vide etiam Etym. Magn. (p. 779, 1) et Apollodor. (I 2, 2) et Apollonii schol. IV (54). Sensus est: quid crines adversus ferrum facient, cum ferro eversus sit Athos, omnium montium, supra quos Sol vehitur, maximus? proverbiale dictum: maximus, optimus, pulcherrimus etc. omnium quos Sol videt. Plautus (Stich. I 2, 53) meliorem neque tu reperies neque vidit Sol. sic alii, et Latini et Graeci. — V. 53. nutantibus. omnino nutans et languidum est illud epitheton nutantibus, sed a librariis profectum est, non a Catullo, qui sine dubio scripsit nictantibus. quid sit nictari vide apud Festum. Lucret. VI (835): cuius ubi e regione loci venere volantes, claudicat extemplo pennarum *nisus* inanis, et conamen utrinque alarum proditur omne. hic ubi *nictari* nequeunt insistereque alis. Virgil. IV (252): hic primum paribus nitens Cyllenius alis. — V. 54 obtulit Arsinoes Chloridos ales equus. Zephyri quidem uxor erat nomine Chloris, sed Arsinoen sive Venerem cognomento Chlorida dictam nemo veterum memoriae prodidit. Achilles Statius Lusitanus vir doctissimus, qui tres MSS. Catulli codices versaverat, duos ex his Locridicos pro Chloridos, tertium Locritos habere testatur. quare ut opinor haud incerta est haec emendatio: obtulit Arsinoes Locridos ales equus. Et Locris quidem Venus sive Arsinoe dicetur, eadem plane de causa ac Zephyritis in versu sequenti, et in Epigram. Callim. (VI 1). nam ut Zephyritis a Zephyrio Africae promontorio, ita et Locris dicetur a gente Locrorum, qui regionem eam tenebant. Ptolemaeus p. 101 in Pentapoli Africae ponit *Βερενίκην, Ἀρσινόην* et *Ζεφύριον ἄκρον*, ut vel dubitare nequeas, quin ab isto Zephyrio dicta sit Venus Arsinoe Zephyritis. Quod si itaque et Locri fuerint in Pentapoli Africae,

iam certa reddetur ratio, cur et Arsinoe Locris appellata sit. sed ecce tibi testes luculentos Virgilium et Servium, Aeneid. XI (265) Libycone habitantes litore Locros? ad quem locum haec Servius: Locri socii Aeacis Oelei fuerunt Epizephyrii et Ozoli. sed hi tempestate divisi sunt — Ozoli vero delati Pentapolim de quibus nunc quaeritur. — V. 73. discerpent sidera dictis. ferri fortasse poterit haec lectio, nequeo tamen a me impetrare, ut a Catullo sic scriptum esse credam, sed aliud quid melius et elegantius: discerpant sidera *dextris*. Livius de Romulo (I 16): fuisse tum quoque aliquos, qui discerptum regem patrum *manibus* taciti arguerent. quid quod discerpere proprie dicatur de cirro, nodo, corolla? sed illud manibus fit, non dictis. dextris autem vel de sideribus recte dictum, quum in iis plura sint ἀνθρωπόμορφα. reliqua vero quae dextra carent, ea neque dicta proferre possint — V. 91. sanguinis expertem. iure ut opinor culpandus est Callimachus qui comam inducit rogantem ut sanguine sibi litetur, qui crinibus abominandus magis quam expetendus: squalentem barbam et concretos sanguine crines (Virgil. Aen. II 277). sed omnino legendum unguinis expertem. quid enim coma sibi exoptet praeter unguenta? hinc est quod paulo ante a novis nuptis onychem petat, onychem scilicet plenum unguento. Horatius (Carm. IV 12, 17) Nardi parvus onyx eliciet cadum. nota autem τὸ muneribus in versu proximo. inde enim firmatur haec emendatio, quia eadem usurpat noster ubi paulo ante de unguentis loquitur v. 82: quam iucunda mihi munera libet onyx."

Ipsa autem Callimachi verba quae habent fragmenta Bentleius dedit quattuor, n. 34, n. 35[c], n. 35[b], n. 35, quibus cummaxime Naek. de Hecal. p. 126 et Hecker. Com. de Anthol. (I) p. 65 seqq. alia addiderunt coniectura ducti partim certissima, partim admodum probabili, et adiei possunt praetera etiam alia. Sunt autem haec:

34.

*Εἶδε, Κόνων μ' ἔβλεψεν ἐν ἠέρι, τὸν Βερενίκης*

* * * * * * * * *

*βόστρυχον, ὅν τ' ἄρ' ἐκείνη ἄπασιν θῆκε θεοῖσιν.*

„Schol. Arat. 146: *Κόνων ὁ μαθηματικὸς Πτολεμαίῳ χαριζόμενος Βερενίκης πλόκαμον ἐξ αὐτοῦ (λέοντος) κατ-*

ηστήρισε. τοῦτο καὶ Καλλίμαχός πού φησιν· ἠδὲ Κόνων ἔβλεψεν ἐν ἠέρι τὸν Βερενίκης βόστρυχον, ὅντ' ἄρα κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖσιν, quae Catullus παραφράζει v. 7—10." Bentl. qui tacite scripsit quod a Mureto Com. in Catull. p. 101 B inventum in scholiorum Arateorum editionem Fellus recepit (Oxon. 1672) p. 21: ἠδὲ Κόνων μ' ἔβλεψεν ἐν ἠέρι, τὸν Βερενίκης βόστρυχον, ὃν κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς, a Valckenario ita immutatum, ut in principio scriberet ἦ με Κόνων ἔβλεψεν ἐν ἠέρι, quod Bergkius in Anthol. lyr. I p. VII commendavit et in Anthol. II p. 154 n. 106 edidit, ἦ με firmari dicens cod. Matrit. 122 ap. Iriart. p. 501 ἦ με — βόστρυχον ἦ κε νη πᾶσιν, et simul ἐν αἰθέρι coniciens scribendum esse, sine gravi causa utrumque. Et de ἠέρι cf. vol. I p. 293 seq. Equidem e Mureti coniecturis nihil assumendum putavi nisi ut μ' ἔβλεψεν scriberem, nam μέ Catulliana versio flagitare videbatur, in reliquis autem meum iudicium sequutus sum (cf. supra p. 149) spreto etiam Valckenariano ὃν κείνη πᾶσ' ἀνέθηκε θεοῖς.

## 35.

## Magnanima (μεγαλόψυχος).

„Hygin. Poet. Astron. II 24: Berenicen nonnulli cum *Callimacho* dixerunt equos alere et ad Olympia mittere consuetam fuisse. alii (aliud? cf. supra p. 150) dicunt hoc amplius, Ptolemaeum Berenices patrem multitudine hostium perterritum fuga salutem petisse, filiam autem saepe consuetam insiliisse in equum et reliquam exercitus copiam constituisse et complures hostium interfecisse, reliquos in fugam coniecisse, pro quo etiam *Callimachus* eam magnanimam dixit." Bentl. Tria hinc Callimacho fragmenta vindicanda esse supra probasse nobis videmur p. 150 coll. Catull. v. 26.

## 35[b].

*Σήν τε καρὴν ὤμοσα σόν τε βίον.*

„Etym. Magn. p. 450, 32: Εἴρηται καὶ θηλυκῶς κάρη, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· ἥν τε κάρην ὤμοσα σόν τε βίον. Lege σήν τε κάρην, quae sic latine vertit Catullus 40 adiuro teque tuumque caput." Bentl. Emendationem praecepisse

Sylburgium fugit Bentleium. nihil autem auxiliatur ad summam inopiam redactum Etymologicum Gudian. 261, 31: *Εἴρηται καὶ κάρη, φησὶν ὁ Καλλίμαχος*, quem locum huc pertinere certissimum videtur. De feminino *καρή* vid. fragm. 125 et Spitzner. ad Hom. Il. XVI 392 atque Naek. de Hecal. p. 113, a quibus qui citantur scriptorum locis accedat Quint. Smyr. XIII 241 coll. v. 244, ubi ut in reliquis locis omnibus scribitur *κάρη* contra Herodiani praeceptum (cf. Herod. Lentz. I p. 341, 7. p. 353, 36. vol. II p. 102, 30. Choerobosc. Dictat. p. 515, 17), cui merito fidem adiunxit Bergkius Anth. II praef. XV quem sequutus sum. cf. p. 146.

35ᶜ.

*Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος,*
*γειόθεν ἀντέλλοντα κακὸν φυτὸν οἵ μιν ἔφηναν.*

„Schol. Apollon. Rhod. I 1323. *Χάλυβες ἔθνος Σκυθίας, ὅπου ὁ σίδηρος γίνεται. Καλλίμαχος· Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος.* Et ad II 373: *ἐκλήθησαν Χάλυβες ἀπὸ Χάλυβος τοῦ Ἄρεως υἱοῦ. μέμνηται αὐτῶν καὶ Καλλίμαχος. Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος, γειόθεν ἀντέλλοντα κακὸν φυτὸν οἵ μιν ἔφηναν.* quae Catullus expressit v. 48 seq." Bentl. Nihil hic mutandum; neque *γειόθεν*, quod fecit memoriter citando Heindorf. ad Horat. Sat. II 1, 42 distichum ita explens: *Ζεῦ πάτερ, ὡς Χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος τηλόθεν ἀντέλλοντα κ. τ. λ.*, neque *ἀντέλλοντα*, quod *ἀντέλλον τι* Casaub. ad Theocrit. p. 69 Reisk. scribi malebat. Et *γειόθεν* firmat etiam Apollon. Dysc. de Adverb. p. 601, 28, si quidem e Callimacho habet, ut quod statim addit *Δεκελειόθεν* (frag. 234). Fragmentum supra explicavimus p. 146, Bergk. apposuit in Anth. I p. 133 n. 102 = II p. 154 n. 109.

* 35ᵈ.

*Πρὶν ἀστέρι τῷ Βερενίκης.*

Achill. Stat. Isagog. in Arat. Phaenom. p. 134 Petav: *τὸν κύνα μέντοι ἀστέρα ὄντα ἐν τῷ βίῳ ἄστρον λέγομεν. ἀλλ' ὁ μὲν ἀστὴρ καὶ ἄστρον, οὐκέτι δὲ τὸ ἀνάπαλιν. ὅταν* (nonne *ὅτε*? Valcken. voluit *ὁ μέντοι Καλλίμαχος*) *μέντοι ὁ Καλλίμαχος „πρὶν ἀστέρι τῷ Βερενίκης" ἐπὶ τοῦ πλοκάμου φησίν, ὅς ἐξ ἑπτὰ καταφανῶν* (*οὐ καταφανῶν* Valcken. malebat

propter Eratosth. Catast. XII p. 51, 17 Matth.) *σύγκειται, ἡμάρτηται* (hanc vocem de meo addidi, utpote quae ad absolvendam sententiam necessaria sit. aliter certe illud *ὅταν* vel *ὅτε* locum non habet, quod aliquanto fervidius Valcken. expunxit). *τοῦτον δὲ τὸν πλόκαμον οὐκ οἶδεν Ἄρατος, παρετήρησε δὲ Κόνων ὁ μαθηματικός*. Hoc fragmentum a Bentleio praetermissum e fuga retraxit Valcken. p. 42 negans tamen locum ei fuisse in hac Callimachi elegia a Catullo reddita, in quo egregium virum opinio fefellit. cf. supra p. 146 et Naek. de Hecal. p. 162, Hecker. Com. crit. de Anthol. (I) p. 77.

Praeter haec autem fragmenta certissima coniectura post Annam Fabri ad Callimachi hoc carmen Blomf. p. 248 revocavit frag. 152 sic scilicet scribendum: *ἤτ' ἐπ' Ἀσσυρίων ἡμεδαπὴ στρατίη*, cui coniecturae Naek. de Hecal. p. 163 merito diffisus est, sed quam ne tum quidem, sat scio, probasset, si Heckerum non cum Blomfieldo ad Catull. 12, sed ad vers. 36 referre vidisset. cf. quae ad fr. 152 disputabimus. Sed certum puto huic carmini adscribendum esse fr. anon. 88: *ἐσχατίην ὑπὸ πέζαν ἐλειήταο λέοντος*, ut primus vidit Hecker. l. l. p. 78 coll. Catull. 65: saevi contingens namque leonis signa, probavitque Bergkio in Anth. lyr. I p. 133 = II p. 154. Sed quod apud eundem Catullum est v. 66 Callisto iuncta Lycaoniae, nolim quisquam putet etiam fr. 385 ex hoc carmine petitum esse. Contra non improbaverim si quis ad carminis Callimachei initium revocaverit frag. anon. 107 *πόλῳ ἀστροχίτωνι* coll. Catull. 1 omnia qui magni dispexit lumina mundi. certe non multum a Catulli verbis recederet eius modi aliquid: [*πάνθ' ὃς ἐφράσσατο τείρε' ὅσ' ἐν*] *πόλῳ ἀστροχίτωνι*, nam *πόλος* saepe coelum significat, cf. Schoemann. ad Aeschyl. Prom. p. 305. nec deerit in hoc carmine locus idoneus fragmento anon. 221 *πλοκαμώδεα βόστρυχον*, modo statueris Catullum hoc expressisse simplici me, ut fecit in frag. 35[d]. quod si fecit, non unus locus erit qui illud *πλοκαμώδεα βόστρυχον* sibi vindicare velit, v. 33. 63. 69. 74. 91. Minus autem aliae placent virorum doctorum de hac re coniecturae, velut quod Naek. l. l. in v. 26 cognoram a parva virgine Catullo ante oculos fuisse Callimachi fr. 297 *ἤδεα μᾶλλον ἐγώ ποτε* proposuit dubitanter, persuasitque tamen Heckero p. 77, aut quod fr. 255 *λύχνα φανείη* revocavit ad Catull. 79:

optato quom iunxit lumine taeda, aut quod Hecker. l. l. fr. 225 ἔσκεν ὅτ' ἄζωστος χἀτερόπορπος ἔτι eo loco a Callimacho positum sibi persuasit, ubi Catullus v. 77 habet: dum virgo quondam fuit omnibus expers, cui loco Toupius potius frag. anon. 56 ἔτι πλοκάμοιο (πλοκάμοισι?) περίθριξ subesse putavit, aut quod idem Heckerus fragmento 493 ὃ δ' ἐκ Λοκρῶν τείχεος Ἰταλικοῦ παρῇν ἀμύντωρ censuit Catullum debere v. 56 se — obtulit Arsinoes Locridos ales equos, ad quam rem posset aliquis referre velle Stephan. Byz. p. 296, 1: Ζεφύριόν ἐστι καὶ ἄκρα τῆς Αἰγύπτου, ἀφ' ἧς ἡ Ἀφροδίτη καὶ Ἀρσινόη Ζεφυρῖτις ὡς Καλλίμαχος — conferens Catull. 57 ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat, coll. v. 54, nisi veri similius videretur a Stephano respici Callim. Epigr. VI 1 et 8. Omnium autem minimum probabilitatis Heckeri habet opinio l. l. quam Bergkio Anthol. lyr. I p. 133 n. 103 = II p. 154 n. 110 probatam miror, ad Callimachi comam Berenicae pertinere frag. 305 δέδαεν δὲ λαχαινέμεν ἔργα σιδήρου putantis et frustra conferentis Catull. 49 seq., nam in Catulli verbis nihil legitur eius modi, et si vel maxime statui posset Catullum hoc in vertendo omittere maluisse, refragaretur tamen is cui hoc fragmentum debemus, Stephan. Byz. p. 45, 16, qui de Euboea ista dixisse Callimachum tradit, non de Chalybibus, quos ille nominat fr. 35[c]. — Jam unum restat quod moneam. quum enim Catullus ad Ortalum scribat haec ei se expressa *carmina* Battiadae mittere, mirum plerisque accidit quod praeter unicum illud de coma Berenicae carmen alia non addiderit, praesertim quum plura Callimachi carmina expressisse Catullum appareat etiam e carm. 116 ad Gellium scripto: tibi — carmina uti possem mittere Battiadae, quae verba recte intelligunt de carminum Callimacheorum aliqua sylloge a Catullo versorum, quam Gellio dedicare in animo habuerit, sed ob implacabilem viri animum noluerit mittere. Atque facillimum sibi quicquid hic est difficultatis dimovere videbatur Brueggemann. de Catull. eleg. Callim. p. 29, qui carmina apud Catullum significare versus pronuntiabat, ii ut de uno carmine intelligerentur. aliquanto melius alii, qui inter Catulli ad Ortalum carmen 64 et carm. 65 (Com. Berenic.) versus quos legimus quorumque cum antecedentibus parum est nexus: ut missum sponsi furtivo

munere malum procurrit casto virginis e gremio etc., novi carminis initium putant esse, quod item sit a Catullo ex Callimacho expressum. id post Rossbachium plures probarunt (ut etiam Carol. Dilthey de Cydipp. p. 65, novissime Westphal. Catulls Gedicht. p. 255), nec sane improbabilis suspicio est. sed omnes in hoc genere probabilitatis numeros excedit Alexandri Riese opinio, qui in Mus. Rhenan. XXI (1866) p. 498 Catulli etiam carm. 64 ex Callimacho expressum esse hariolatus est. Verum enim vero cur tandem opus sit ut statuamus plus uno istius generis carmine Catullum edidisse? Scripserat sine dubio huius generis plura, sed quum carminum suorum delectum haberet eumque ad Cornelium Nepotem mitteret, cur putandus sit carmina a se ex aliis conversa plura vel omnia recepisse, quem vel ex iis carminibus, quae tota erant sua, uni atque alteri aditum in syllogen illam denegasse constet (cf. Westphal. p. 1)? Satius ei, opinor, erat illius generis unum dare specimen, carm. 65, cuius generis plura in Catullianis quaerere velle temerarium est.

---

## VII. *Βράγχος.*

De Brancho carmine nihil habemus quod addamus iis quae ex Hephaestionis et Terentiani Mauri locis cognoscuntur a Bentleio appositis, totum carmen eodem choriambici metri genere decurrisse eoque Callimachum quum Phoebo et Jovi cantaret, Branchum formosissimum pastorem celebrasse, cui Apollo vaticinandi artem dedisset. De fabula, quam pluribus poetam exposuisse probabile est, cf. Conon. Narrat. XXXIII et XLIV et Müller. Dor. I p. 225 seq. coll. p. 353, 2.

### 36.

*Δαίμονες εὐυμνότατοι, Φοῖβέ τε καὶ Ζεῦ, Διδύμων γενάρχαι.*

„Hephaest. p. 30 de choriambico metro (p. 57 Gaisf. II) *καὶ τῷ πενταμέτρῳ δὲ Καλλίμαχος ὅλον ποίημα τὸν Βράγχον συνέθηκε· δαίμονες εὐ. Φ. τε καὶ Ζεῦ, διδύμων γενάρχαι.* Vulgatae quidem editiones *Βάκχον* habent, sed tres quibus olim usus sum codd. mss. clare exhibent *Βράγχον*. quae lectio verissima est, ut constabit ex Terentiani Mauri capite de Choriambo (v. 1885 seqq.):

nec non et memini pedibus quater his repetitis
hymnum Battiadem Phoebo cantasse Jovique
pastorem Branchum, quem captus amore pudico
fatidicas sortes docuit depromere Paean.

ubi reposuimus quem captus, nam libri editi praeferunt quom. Pastorem Branchum, delicias Apollinis, nemo nescit. Porro in Hephaestione pro *διδύμων* scribendum *Διδύμων*. Didymis Mileti erat Branchidarum oraculum. Etymol. Magn. (p. 272, 44): *Διδυμαῖος Ἀπόλλων καὶ Διδυμεύς, ἀπὸ τῶν ἐν Μιλήτῳ Διδύμων. Καλλίμαχος· Φοῖβέ τε καὶ Ζεῦ Διδύμων γενάρχα*. notandum *γενάρχα* numero singulari, ut ad solum Jovem referatur, sed melior est Hephaestionis lectio *γενάρχαι*. Didyma enim et Jovi et Apollini sacra erant. vid. Stephan. Byz. (p. 229, 21 Mein.)" Bentl., cuius levis error est *γενάρχα* singularem numerum esse dicentis, nam dualis quoque esse potest. Sed *γενάρχα* etsi etiam codex Florentinus habere videtur (nimis enim brevitati studens Millerus p. 88 inde enotavit *καὶ διδύμων γεν.*), cum Bentleio tamen Hephaestionem sequi malui. atque etiam Bergkius, qui in Anthol. I p. 139 n. 162 *γενάρχα* ediderat, in altera editione p. 162 n. 189 ad Bentleianam scripturam rediit. nihil autem subsidii alterutri scripturae est in schol. S. Hephaestionis p. 199 b ubi de Callimachi isto pentametro disputatur, ipse autem pentameter non additur. Ceterum hinc suum metrum Callimachium habent metrici Latini. cf. Gaisf. Adnotat. ad Hephaest. X p. 117 ed. II. add. ad fragm. 569.

---

## VIII. *Γαλατεία*

quale argumentum tractaverit ex uno illo fragmento quod inde servatum est cognosci nequit, nisi quod intelligitur carmen fuisse et ex hexametris constitisse. satis certa tamen coniectura videtur esse, eandem illam Galateam intelligendam esse, cuius Alexandrini poetae post Philoxeni *δρᾶμα Κύκλωψ ἢ Γαλατεία* (cf. Bergk. poet. lyr. Tom. III p. 1260), saepe meminerunt, Theocritus, Bion, Moschus, Hermesianax (add. Nonn. Dionys. VI 302. XL 555), ex quibus totam fabulam narrans hausit Ovid. Met. XIII 750 seqq., Nereidem illam dico cuius amore flagrans

Polyphemus cantando solatium quaesivit (cf. Callim. Epigr. v. 47 et Bergk. l. l. p. 1261 seq.) et obtrectatione atque invidia ductus Acin, Galateae amatorem, interfecit, sed quae aliis pastoribus minus difficilis erat (cf. Voss. ad Vergil. Eclog. VII 37), ipsique adeo Polyphemo morem gessit, si quidem ex Polyphemo et Galatea natus *Γάλατος* secundum Timae. ap. Etym. Mag. p. 220, 4, quibus alios duos filios, *Κελτόν* et *Ἰλλυριόν*, addit Appian. Illyr. 1. Ex his fabellis quantum in usum suum Callimachus converterit plane incertum est. sed Nereidem Galateam obtineo — etsi etiam de alia Galatea fabula fuit quam Anton. Liberal. XVII Nicandro teste usus enarrat —, nam ab Athenaeo servati versus in quamnam Galateam magis conveniant quam in Nereidem? Suspicor autem poetam in eo loco dixisse, Galateam Polyphemi cantum sprevisse et potius pisces maris congregasse quibuscum ut dea marina luderet.

## 37.

*Ἠ μᾶλλον χρύσειον ἐπ' ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθύν,*
*ἢ πέρκας ὅσα τ' ἄλλα φέρει βυθὸς ἄσπετος ἅλμης.*

„Athenaeus VIII p. 284 C: *Καλλίμαχος ἐν Γαλατείᾳ τὸν χρύσοφρυν (λέγει ἱερὸν ἰχθύν)· „ἢ μᾶλλον χρύσειον ἐν ὀφρύσιν* κ. τ. λ. et ex eo Eustathius ad Il. *Π* p. 1088 Bas. = p. 1067, 44 Rom: *ἕτεροι δὲ χρύσοφρυν ἱερόν φασιν ἰχθύν, ὡς καὶ Καλλίμαχος ἐν Γαλατείᾳ εἰπών· χρύσειον ἐν ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθύν.*" Bentl. In priore versu Meinek. Anal. crit. ad Athen. p. 126 pro Bentleiano *ἐν* dedit *ἐπ'*, quod in consimili versu Eratosthenis Plutarch. de Sollert. animal. XXXII, p. 981 D habet: *ἢ δρομίην ἐπ' ὀφρύσιν, ἱερὸν ἰχθύν*, quem plenius ibidem Athenaeus apposuit l. l. *ἐν ὀφρύσιν* scribens. Propter ipsam autem hanc inter Callimachum et Eratosthenem similitudinem Bernhardy Eratosth. p. 139, quum Callimachea illa Eratosthenem in suos usus convertisse minime sit probabile, in Athenaeo putavit genuinam Callimachi sententiam periisse a librario forsan ad sequentia aberrante obscuratam. At saepius ita poetas Alexandrinos priorum poetarum versus vel versuum frustula in sua recepisse carmina erudite demonstravit Carolus Dilthey de Callim. Cydipp. p. 109 no. 2. ac quaeri potest, num potius uterque poeta ex vetustiore poeta sumpserit verba illa quae nihil fere nisi solum piscis nomen

continent. Praeterea *μᾶλλον*, cui *καλόν* ut substitueretur Mein. l. l. suasit, et ipsum doctissimo Bernhardy suspicionem iniecit. sed nihil vox dubitationis habebit, si statueris praecessisse nomen alius piscis minus pulchri, unde poetae in hunc sensum licuerit pergere: vel potius pulcherrimum piscem, *χρύσοφρυν*. nam *χρύσοφρυς — κάλλιστος ἐν ἄλλοις ἵσταται ἰχθύς*, ut dicit Matron ap. Athenae. p. 135 D v. 65.

## IX. *Γλαῦκος*

Callimachi opus fuisse ex unius Suidae obscuro in tabula testimonio cognoscitur, ut neque qui Glaucus intelligendus sit (nam plures inter heroes fuerunt admodum nobiles) sciri certo possit, neque quale argumentum operis fuerit. Sed vix tamen erraverit, qui de Glauco Pontio cogitet, quoniam is et nobilissimus inter eius nominis heroes fuit, et ab Aeschylo quoque, ad cuius poesin libenter se applicuisse Callimachum constat, celebratus est dramate cui *Γλαῦκος Πόντιος* inscripsit. atque in eundem Glaucum extabat Pindari carmen (cf. Pausan. IX 22, 7 coll. fragm. Pind. 247 Bergk.), item Euanthis epici hymnus (cf. Athen. VII p. 296 C), item Ciceronis adolescentuli *ποιημάτιον ἐν τετραμέτρῳ πεποιημένον* (cf. Plut. Vit. Cicer. 2). De hoc Glauco veterum testimonia larga manu congessit Hermann. in dissert. de Aeschyli Glaucis (1812) p. 8 (quae dissertatio recepta est in eius Opuscul. II p. 59 seqq.), ex quibus testibus brevissime historiam enarrat schol. Apollon. Rhod. I 1310: *Γλαῦκος Πολύβου παῖς, Ἀνθηδόνιος τὸ γένος, ἁλιεὺς τὴν τέχνην, ὃς πολλῶν ποτε ἰχθύων εὐτυχήσας ἄγραν μεταξὺ τῆς ὁδοῦ ἀποκαμὼν ἀπέθετο τὸ φορτίον τῶν ἰχθύων. ὁ δὲ εἷς τούτων ἀθάνατον φαγὼν βοτάνην ἀνέζησε. λαβὼν δὲ καί ὁ Γλαῦκος, φαγὼν καὶ αὐτὸς ἀπεθεώθη. εἶτα ὡς εἰς ἄκρον γήρως ἤρχετο, μηκέτι φέρων ἐδίσκευσεν ἑαυτὸν εἰς θάλασσαν καὶ ἐτιμήθη ὡς θαλάσσιος δαίμων*. sed exquisitarum de hoc Glauco fabularum delectum ex auctoribus profert Athenae. VII p. 296 A — p. 297 C, unde patet quam copiosa Callimacho Glaucum celebraturo ad manus materia fuerit. Inter eas autem fabulas etiam haec fuit quam Euanthe et Theolyto testibus usus Athenaeus refert, Glaucum adamavisse et amplexatum esse Ariadnem a Theseo derelictam *ἐν*

*Δίᾳ τῇ νήσῳ*, ut fortasse ad Glaucum referendum sit Callimachi fragmentum 163: *ἐν Δίῃ· τὸ γὰρ ἔσκε παλαίτερον οὔνομα Νάξῳ.* praeterea de Glauco, qui maris Boeotici nautas saepe allocutus sit vaticinans, intelligi potest frag. 436 *ἀρότας κύματος Ἀονίου*. postremo quum Aeschylus *ἐν Γλαύκῳ* (fr. 33) Satyros dixisset inamando effusae libidinis fuisse, fortasse etiam Callimachus *ἐν Γλαύκῳ* dixit (fr. 366): *ἔτι φὴ συνάμωρος ἐρήμῳ θὴρ δύνατ' ἐν πείρῃ*, a quo versu fortasse non abfuit longe fr. 412: *Πᾶν ὁ Μαλειήτης, τρύπανον αἰπολικόν.* Quae si recte conieci, Glaucum Callimachus elegiaco metro scripsit. atque elegiam Glaucum fuisse etiam Bergk. Anth. lyr. II p. XIII statuere video, qui tamen quo iure etiam fr. 484 huic elegiae vindicare voluerit non satis assequor. quod autem idem ad Aetia Glaucum referre videtur, equidem propter pinacographicas Suidae rationes improbandum censeo.

---

## X. *Γραφεῖον*

operis Callimachei titulus nuper demum innotuit e grammaticis mox indicandis, qui quamvis obscure loquantur, non videtur tamen de fide eorum addubitandum esse. nam Callimachum *ἐν τῷ Γραφείῳ* (sic enim duo grammatici habent, tertius tantum *ἐν τῷ Γραφίῳ*) dicunt Archilochi virulentiam iamborum disticho aliquo quod apponunt notasse. sed tamen de tituli integritate haesitabant et Bergkius, qui in Comment. crit. I (Marburg. 1844) *ἐν τῷ Γρίφῳ* commendavit, postea in Anthol. lyr. II p. XV *ἐν τῷ Γναφείῳ* scribendum putavit, et Schneidewinus, qui in Philol. Tom. III p. 536 (coll. eiusdem libro de Hypoth. tragg. Graec. p. 34) *ἐν τῷ γ' Αἰτίων* coniecit legendum esse. Mauricius autem Schmidt in Philol. Tom. X p. 611 titulum operis Callimachei a grammaticis afferri negavit quos ita potius scripsisse putabat: *καὶ γὰρ περὶ τοῦ Ἀρχιλόχου λέγων, „ἐν τῷ γράφειν," φησίν, οὗτος „εἵλκυσε κ. τ. λ."*, qua in re prosae orationis cum disticho coniunctionem quis tandem probaverit? an quis verba *ἐν τῷ γράφειν οὗτος* et ipsa in pentametri formam redigere maluerit aut non suum, sed alius distichum Callimachum apposuisse putaverit cum prosa oratione versus miscentem? Paulo autem cautior Caesar

fuit qui in Grundzügen der griech. Rhythmik p. 193 not. *ἐν τῷ γραφείῳ* potius significationem poesis Archilocheae quam titulum operis Callimachei latere sibi persuasit. Postremo Aulin. de Elocut. Callim. (Upsal. 1856) p. 17 not. *ἐν τῷ Μουσείῳ* coniecturam periclitatus est. Equidem autem quod olim in Prolegom. in Aet. fragm. p. III (cf. supra p. 43) conieci etiam nunc verum arbitror, hoc libro Callimachum poetarum censuram egisse ad eumque plura esse et epigrammata et fragmenta referenda, quibus de poetis eorumque operibus loquitur. at iis quae ibi dixi *Γραφείῳ* ascribenda fragmenta esse, addenda fortasse etiam fr. 279 *νόθοι δ' ἤνθησαν ἀοιδαί* et fragment. anon. 33: *κατὰ ῥάβδον | ἔφρασε*. sed quod ibidem conieci, pro *ἐν Γραφείῳ* esse *ἐν τῷ Ἐπιγραφείῳ* scribendum, dudum est ex quo reieci. nam quum Callimachi institutum, quo poetarum indolem versibus adumbravit, etiam *γραφή* dici potuerit, nihil impedit quominus eius modi epigrammatum delectum *γραφεῖον* a Callimacho appellatum fuisse credamus. atque *Γραφεῖον* tenere etiam Carolum Dilthey de Cydipp. p. 17 n. 1 video, qui in summa re mihi assentitur atque commode Varronis imaginum meminit. eidem p. 21 etiam hoc probavi, Hedylum poetam in illud Callimachi carmen epigramma scripsisse (cf. supra p. 43). Ceterum Duebner., qui primus Callimachi hunc locum protulit, *τὸ γραφεῖον* cum Antimachei libri titulo *δέλτοι* (cf. Stoll. frag. Antim. p. 13) contulit, quo res non fit apertior.

### 37ᵃ.

*Εἵλκυσε δὲ δριμύν τε χόλον κυνὸς ὀξύ τε κέντρον*
*σφηκός· ἀπ' ἀμφοτέρων ἰὸν ἔχει στόματος.*

Grammaticus codicis Ambrosiani 222 in Keilii Anal. Gramm. (Hal. 1848) p. 5 seq.: (*ἴαμβος*) — *παρὰ τὸ ἰὸν βάζειν, ὅπερ ἐστὶν ἰοῦ καὶ πικρίας ἀνάμεστα ῥήματα λέγειν. μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ ὁ ποιητὴς Καλλίμαχος· καὶ γὰρ περὶ τοῦ Ἀρχιλόχου λέγων ἐν τῷ Γραφείῳ φησὶν οὕτως· εἴλκυσέ τε δριμύν τε λόχον κυνὸς ὀξύ τε κέντρον σφηκός, ἀπ' ἀμφοτέρων δ' ἰὸν ἔχει στομάτων.* Haec partim integriora, partim deteriora habent gram. codicis regii Paris. 1773 apud Duebn. in Append. Hesiodi Didotiani p. 44 (qui primus locum protulit) vel in Bergk. com. crit. l. l.: *καὶ*

*γὰρ Καλλίμαχος περὶ Ἀρχελάου λέγων ἐν τῷ Γραφίῳ φησίν· εἵλκυσε δριμύν τε χόλον κυνός, ὃς ἐπ' ἀμφοτέρων ἰὸν ἐκχεῖ στομάτων, ὀξύντερον κέντρον σφηκός*, et gramm. in schol. Saibant. ad Hephaest. p. 169 Gaisf.: *καὶ γὰρ Καλλίμαχος περὶ Ἀρχιλόχου λέγων ἐν τῷ Γραφείῳ φησίν· εἵλκυσε δὲ ἀρίμεντε χίλον κυνὸς ὀξύ τε κένταυρον σφηκὸς ἐπ' ἀμφοτέρων ἰὸν ἔχει στομάτων.* Hinc *εἵλκυσε δέ* scripsimus cum Bergk. Anal. lyr. II p. 154 n. 113, *χόλον* cum Schneidew. l. l. et Gaisford. (qui quum reliquos duos testes non nosset, grammatici Saibant. errorem ita correxit: *εἵλκυσε δ' εὔρινόν τε χόλον*), tum post *ἀμφοτέρων* omisimus cum Saibant. *δέ* mutata simul antea interpunctione. postremo in ultima voce distichi a Schneidewino et Bergkio discedendum mihi video. nam qui *ἀμφοτέρων στομάτων* coniungunt, ii virus suum Archilochum habuisse necesse est statuant a vespae ore, quae virus suum non habet nisi in aculeo. recte igitur Caesar l. l. statuit, vertendum esse: ab utroque animali habet oris sui virus. Verum hoc si voluit Callimachus ut voluit sine dubio, quo modo de uno Archilochi ore dicere pluraliter *στομάτων* potuit? quod etsi in universum contra normam non est (cf. ad hym. IV p. 310), hic tamen accedente voce *ἀμφοτέρων*, quae alio referenda, fieri non potuit. itaque *στόματος* edidi alterum ratus propter *ἀμφοτέρων* male illatum esse.

## XI. [*Διθύραμβοι*] *Ἐλπίδες*.

Dithyrambos in Suidae tabula non lectos nec ab aliis Callimacho adscriptos coniectura tantum tabulae intulimus, ut vaganti ibi titulo *Ἐλπίδες* locum suum vindicaremus. cf. supra p. 18. quamquam ne de *Ἐλπίσιν* quidem quicquam constat. nam quod a nonnemine coniectum memini, ad *Ἐλπίδας* pertinere frag. 134 *οὐχ ὧδ' ἐμόγησαν ἐλπίδες, ὥστ' ἐχθρῶν συμμαχίας καλέσαι*, ea coniectura parum certa est. Contra

## XII. *Δράματα σατυρικά, τραγῳδίαι, κωμῳδίαι*

a Suida suo loco memorantur nec causa est ulla, cur haec a Callimacho aliena putemus. cf. supra p. 23. At iterum Suidae testimonio caremus, ubi

XIII. [*Ἐρωτικὰ* vel *Ἐπικήδεια καὶ ἄλλα*] *μέλη* Callimachum scripsisse supra p. 18 coniecimus. Et *μέλη* certe Callimachi Suidas agnoscit et amatoria carmina hunc poetam condidisse e fragmentis constat. sed cum *Μέλη* alieno loco in Suidae tabula compareat, eius modi qualem fecimus coniectura opus erat.

XIV. *Ἐθνικαὶ ὀνομασίαι*

Callimachi opus fuisse, quo de piscibus, ventibus, fortasse aliis quoque rebus ab aliis gentibus aliter nominatis ordine alphabetico usus egerit, supra pag. 15 abunde disputavimus, ut nihil iam restet nisi ut fragmenta apponamus.

38.

*Ἐγκρασίχολος, ἐρίτιμος Καλχηδόνιοι· τριχίδια, χαλκίς, ἴκταρ, ἀθερίνη* [*Ἀθηναῖοι*]:

*Ὄξαινα, ὀσμύλιον Θούριοι· ἴωπες, ἐρίτιμοι Ἀθηναῖοι.*

„Athenae. p. VII p. 329 A: *Καλλίμαχος δ' ἐν ἐθνικαῖς ὀνομασίαις γράφει οὕτως· ἐγκρασίχολος κ. τ. λ. καὶ ἐν ἄλλῳ δὲ μέρει καταλέγων ἰχθύων ὀνομασίας φησίν, ὄξαινα κ. τ. λ.* Inde Eustath. ad Odyss. Ψ p. 799 Bas. (= p. 1936, 13 Rom.): *τὸ δὲ παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν ἐθνικαῖς ὀνομασίαις, ὥς φησιν Ἀθήναιος, οἷα ἐγκρασίχολοι, τριχίδια, χαλκίς, ἴκταρ, ἀθερίνη, ὄνομα μὲν ἰχθύος ἐξ ὀρθοῦ δηλοῖ* (*τὸ ἴκταρ*)*· ζητητέον δέ τὸ γένος αὐτοῦ εἴτε ἄρρεν ἐστὶ κατὰ τὸ μάκαρ, εἴτε θῆλυ κατὰ τὸ δάμαρ, εἴτε οὐδέτερον κατὰ τὸ νέκταρ, ἔτι δὲ καὶ εἰ δασύνεται, ὃ καὶ εἰκός ἐστιν κ. τ. λ.* nota apud Athenaeum *ἴωπες*. huc igitur referendus Hesychii (II p. 381) *ἴωψ ἰχθύς ποιὸς παρὰ Καλλιμάχῳ*. quin illa etiam notanda: *ἐν ἄλλῳ μέρει καταλέγων ἰχθύων ὀνομασίας*. hinc enim colligere licet librum illum quem Suidas memorat, *περὶ μετονομασίας ἰχθύων*, partem fuisse huius operis, quod *ἐθνικαὶ ὀνομασίαι* inscribitur". Bentl., a quo in Callimachi et Athenaei verbis afferendis paululum nobis discedendum censuimus. nam *Ἀθηναῖοι* cum Meinekio et *καὶ* ante *ἐν ἄλλῳ δὲ μέρει* e nostra coniectura addidimus. cf. supra p. 16 quod autem in fine huius adnotationis Bentleius adicit: dubito an huc pertineant loci sequen-

tes ex Strabone (qui ipsi sunt frag. 39), iure puto virum egregium dubitasse. Strabonis loci sunt I p. 44 Casaub: *Ἀπολλόδωρος ἐπιτιμᾷ Καλλιμάχῳ συνηγορῶν τοῖς περὶ τὸν Ἐρατοσθένη, διότι, καίπερ γραμματικὸς ὤν, παρὰ τὴν Ὁμηρικὴν ὑπόθεσιν καὶ τὸν ἐξωκεανισμὸν τῶν τόπων, περὶ οὓς τὴν πλάνην φράζει, Γαῦδον καὶ Κόρκυραν ὀνομάζει. ἀλλ' εἰ μὲν μηδαμοῦ γέγονεν ἡ πλάνη, ἀλλ' ὅλον πλάσμα ἐστὶν Ὁμήρου τοῦτο, ὀρθὴ ἡ ἐπιτίμησις· ἢ εἰ γέγονε μέν, περὶ ἄλλους δὲ τόπους, δεῖ λέγειν εὐθὺς καὶ περὶ τίνας ἐπανορθούμενον ἅμα τὴν ἄγνοιαν. μήτε δὲ ὅλου πλάσματος εἶναι πιθανῶς λεγομένου, καθάπερ ἐπεδείκνυμεν, μήτ' ἄλλων τόπων κατὰ πίστιν μείζω δεικνυμένων, ἀπολύοιτ' ἂν τῆς αἰτίας ὁ Καλλίμαχος*, et VII p. 299 Casaub.: *Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ νεῶν προοιμιαζόμενος* (cf. Heyne frag. Apollod. p. 421) *εἴρηκεν — τοὺς ἔτι νεωτέρους ἐκείνου* (i. e. *τοῦ Ὁμήρου*) *πολλὰ ἀγνοεῖν καὶ τερατολογεῖν· Ἡσίοδον μὲν Ἡμίκυνας λέγοντα κ. τ. λ. καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις συγγνώμην εἶναι, Καλλιμάχῳ δὲ μὴ πάνυ, μεταποιουμένῳ γε γραμματικῆς· ὃς τὴν μὲν Γαῦδον Καλυψοῦς νῆσόν φησι, τὴν δὲ Κόρκυραν Σχερίαν*, ubi vix dubito quin ultima duo verba transponenda sint: *τὴν δὲ Σχερίαν Κόρκυραν*. Sed de Gaudo, quam Calypsonis insulam Callimachus vocaverit, et de Scheria, quam a Corcyra non diversam habuerit, Callimachum in *ἐθνικαῖς ὀνομασίαις* egisse eo minus credibile est, quoniam de *νήσων καὶ πόλεων μετονομασίαις* peculiari libro eum egisse constat. quis igitur hanc Callimachi memoriam non maluerit ad Aetiorum librum secundum revocare, ubi locum facile invenire potuit in Eleg. 3 et 4? Naekius tamen de Hecal. p. 198 cum Bernhardy Eratosth. p. 3 ex Callimachi *ὑπομνήμασι* locum ductum putabat. Contra huc retrahendum fuit, utpote ex alia *ἐθνικῶν ὀνομασιῶν* parte, i. e. ex libro *περὶ μετονομασίας ἀνέμων* (cf. supra p. 16) sumptum, quod fr. 35 fuit Bentleio:

39.

„Achill. Tat. Isagog. in Arat. (p. 158 Petav. ed. Paris. 1630): *καὶ τοὺς μὲν ἐκ νεφῶν λέγουσιν εἶναι ἀνέμους καὶ καλεῖσθαι Ἐκνεφίας· τοὺς δὲ ἀπὸ τῆς γῆς φερομένους Ἀπογείους· τοὺς δὲ ἀπὸ ποταμῶν Ἐνυδρίας· τοὺς δὲ ἀπὸ κόλπων Κολπίας·*

*ἀπὸ δὲ ὀρῶν Ὀρίας ἢ Ὀρεστίας. καὶ γὰρ παρ' Ἀριστοτέλει ἐν τῷ περὶ Ἀνέμων καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ οὕτω ὀνομάζονται.* Ubi nullus dubito, quin et Callimachi *περὶ ἀνέμων* indicetur." Bentl. Sed parum probabiliter ad hunc librum revocant fr. 100 f. n. 2. — Sequatur

## XV. *'Εκάλη*,

quo carmine praeter Aetia nullum Callimachi poema a veteribus magis celebratum atque aestimatum fuit. Eius fragmentis a se collectis Bentleius haec praescripsit: „in Hecalen Callimachi epigramma fecit Crinagoras, quod extat Anthol. lib. I. cap. de poetis (Anthol. Palat. IX n. 545)

*Καλλιμάχου τὸ τορευτὸν ἔπος τόδε· δὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ*
*ὠνὴρ τοὺς Μουσέων πάντας ἔσεισε κάλως.*
*ἀείδει δ' Ἑκάλης τε φιλοξείνοιο καλιήν*
*καὶ Θησεῖ Μαραθὼν οὓς ἐπέθηκε πόνους.*
*τοῦ σοὶ καὶ* (*καὶ σοὶ*? o. s.) *νεαρὸν χειρῶν σθένος εἴη ἀρέσθαι,*
*Μάρκελλε, κλεινοῦ τ' αἶνον ἴσον βιότου.*

Nota Hecalen dici *τορευτὸν ἔπος*, tornatum carmen. ita Aristophanes alicubi (Thesmoph. 986) *τόρευε πᾶσαν ᾠδήν* (ubi tamen postea Bentl. ad Horat. Ar. poet. 441 *τόρνευε* reponendum arbitratus est). Propertius (II 34, 43): incipe iam angusto versus includere torno (incudere torno scribi malebat Dilthey de Cydipp. p. 19 not. 1, quod nescio an praestet). Horatii locus in Arte poet. (v. 441) cuivis est in promptu: et male tornatos incudi reddere versus. Iam diu est quum elegantioris ingenii homines Horatium culpant, quod res plane diversas, tornum et incudem, una coniunxerit. recte quidem illi et vere. ego vero Horatium subtili si quis alius et castigato iudicio poetam extra culpam esse dico, codices autem esse depravatos. videamus totum locum:

Quinctilio si quid recitares, corrige sodes
hoc, aiebat, et hoc. melius te posse negares,
bis terque expertum frustra. delere iubebat
et male tornatos incudi reddere versus.

Lego: et male ter natos incudi reddere versus. Sententia clara et perspicua: quereris te bis, ter frustra conatum

esse versus istos lambendo et fingendo meliores reddere. ergo, ait Quinctilius, versus qui ter male exierunt prorsus abice neque iam limam amplius adhibe ad eos poliendos, sed incudem ad novos formandos. versus ter male natos. sic ipse Horatius Epistol. II 1, 233:

> gratus Alexandro regi magno fuit ille
> Choerilus, incultis qui versibus et male natis
> retulit acceptos regale numisma Philippos.

(Coniecturam hanc postea plurimis firmare Bentleius studuit ad Horat. l.l.). Etymol. Magn. [p. 319,43 add. Favorin. s. v.]: *Ἑκάλη· ἡ ἡρωίς, εἰς ἣν καὶ ποίημα ἔγραψε Καλλίμαχος· ἡ πρὸς ἑαυτὴν πάντα καλοῦσα. ταύτην Ἑκαλίνην* (sic Naek. p. 18 correxit pro *Ἑκάλην* non adversante codice V. apud Gaisf., qui *Ἑκαλήνην* habet) *ἔλεγον οἱ παλαιοὶ ὑποκοριζόμενοι. ἔθυον δὲ αὐτῇ, διὰ τὸ ξενίσαι Θησέα.* [Ead emex eodem fonte hausta partim uberiora partim breviora apposuerunt Suid. I 2 p. 119: *Ἑκάλη· ὄνομα κύριον. ἡ ἡρωὶς ἡ παρὰ Καλλιμάχῳ, ἡ πρὸς ἑαυτὴν καλοῦσα. ἔχε γὰρ τεῖχος ἀκλήιστον.* Etym. Gudian. p. 174, 55 et gram. in Cram. Anecd. Oxon. II p. 436, 10, item Etym. Sorbon. ap. Gaisf. ad Etym. Magn l.l. *Ἑκάλη, ἡ πρὸς ἑαυτὴν καλοῦσα· ἔχει γὰρ στέγος ἀκλήιστον*]. Petron. cap. 135:

> Qualis in Actaea quondam fuit hospita terra
> digna sacris Hecale, quam Musa loquentibus annis
> Battiadae veteris mirando tradidit aevo."

Tantum quidem Bentleius, qui tribus his testibus, quorum verba Frag. 40 esse voluit, postea fr. 65 addidit, schol. Callim. ad Hym. Apoll. 106: *ἐγκαλεῖ διὰ τούτων τοὺς σκώπτοντας αὐτὸν μὴ δύνασθαι ποιῆσαι μέγα ποίημα, ὅθεν ἠναγκάσθη ποιῆσαι τὴν Ἑκάλην*, unde carminis originem et causam discimus. quum enim Aetia edens Callimachus dixisset nolle se scribere carmen, quod unum argumentum per plurimos deduceret versus, i. e. epicum, poetae obtrectatores dicebant non posse eum scribere tale *ποίημα μέγα* i. e. perpetuum multorum versuum carmen, vel ut ipse Callimachus fr. 287 loquitur, *ἓν ἄεισμα διηνεκές*, — hoc vituperium poeta redarguit scripta Hecale, carmine epico, quo reiectis poetarum cyclicorum

argumentis, a quibus animus abhorrebat (cf. Epigr. 30) Hecalen anum celebravit Theseo quum ad domandum taurum Marathonium proficisceretur hospitium praebentem, sed mox mortuam priusquam Theseum victorem alloqui potuit. mortuae tamen mulieri postea sacra facta sunt eique Ἑκαλίνη nomen inditum. — Praeterea autem non videtur dubitandum esse, quin alii quoque scriptores qui Hecalen memorant Callimachi non facta mentione eandem tamen intellexerint quam ab hoc poeta noverant descriptam, grandaevam anum (Priapei. carm. 12: quaedam iunior Hectoris parente, Cumaeae soror, ut puto, Sibyllae, aequalis tibi, quam domum revertens Theseus repperit in rogo iacentem, infirmo solet huc gradu venire), pauperem et innuptam (cf. Ovid. Remed. am. 747: cur nemo est, Hecalen, nulla est quae ceperit Iron? nempe quod alter egens, altera pauper erat), sed in paupertate tamen hospitalissimam (c. Stat. Theb. XII, 581: si patrium Marathona metu, si tecta levasti Cressia, nec fudit vanos anus hospita fletus), cuius hospitium vel Theseus non aspernatus est (cf. Stat. l. l. Julian. Epist. 41 p. 77. Heyl.: *οὐδὲ τῆς Ἑκάλης ὁ Θησεὺς τοῦ δείπνου τὸ λιτὸν ἀπηξίωσεν, ἀλλ' ᾔδει καὶ μικροῖς ἐς τὸ ἀναγκαῖον ἀρκεῖσθαι.* Apulei Metam. I 17: Thesei illius — virtutes aemulaveris, qui non est aspernatus Hecales anus hospitium tenue), sed victor revertens in rogo positam invenit (Priap. l. l.) et fletu prosequutus est (Stat. l. l.). postremo etiam Plutarchi narrationem in vit. Thesei 14: *Θησεὺς — ἐξῆλθεν ἐπὶ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον οὐκ ὀλίγα πράγματα τοῖς οἰκοῦσι τὴν Τετράπολιν παρέχοντα· καὶ χειρωσάμενος ἐπεδείξατο ζῶντα διὰ τοῦ ἄστεος ἐλάσας, εἶτα τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δελφινίῳ κατέθυσεν. Ἡ δὲ Ἑκάλη καὶ τὸ περὶ αὐτὴν μυθολόγημα τοῦ ξενισμοῦ καὶ τῆς ὑποδοχῆς ἔοικε μὴ πάσης ἀμοιρεῖν ἀληθείας. Ἔθυον γὰρ Ἑκαλήσιον οἱ πέριξ δῆμοι συνιόντες Ἑκάλῳ Διὶ καὶ τὴν Ἑκάλην ἐτίμων Ἑκαλίνην ὑποκοριζόμενοι διὰ τὸ κἀκείνην νέον ὄντα κομιδῇ τὸν Θησέα ξενίζουσαν ἀσπάσασθαι πρεσβυτικῶς καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοιούτοις ὑποκορισμοῖς. Ἐπεὶ δὲ ηὔξατο μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ τῷ Διὶ βαδίζοντος ἐπὶ τὴν μάχην, εἰ σῶς παραγένοιτο θύσειν, ἀπέθανε δὲ πρὶν ἐκεῖνον ἐπανελθεῖν, ἔσχε τὰς εἰρημένας ἀμοιβὰς τῆς φιλοξενίας τοῦ Θησέως κελεύσαντος, ὡς*

*Φιλόχορος ἱστόρηκεν*, hanc igitur narrationem vix negaverit quisquam ex Callimachi carmine originem duxisse. nam hunc scriptorem in illius poetae carminibus legendis multum operae posuisse etiam nunc videmus et tametsi Philochorum testem memorat, huius testimonium nihil vetat ne ad ultima tantum verba Plutarchus referri voluerit. His autem adhibitis testimoniis omnibus iisque quae vel veteres ad hoc carmen referunt vel quae eo revocanda videntur fragmentis Aug. Ferdinandus Naeke programmatis compluribus, primum maximam partem editis in Mus. Rhenan. II seqq., deinde a Welckero in Naekii Opuscul. Tom. II repetitis, tanta arte huius carminis imaginem adumbravit, ut in summa certe re nemo facile ab eius descriptione discedere velit. Quem virum doctissimum et ingeniosum nos quoque quantum licebit hic fere sequimur, nisi quod simul alia quaedam Callimachi fragmenta incerta vel adeo anonyma nonnulla huc revocanda censemus. Atque anonyma aliquot fragmenta ut Callimachi Hecalae vindicaret post Hemsterhusium, Ruhnkenium, Toupium etiam Naekius fecit, recentissimo autem tempore imprimis Heckerus in Comm. Callimach. p. 83 seqq., quem eo tamen errasse puto, quod Suidam reliqua quidem Callimachi carmina non magis quam reliquorum huius generis poetarum vidisse indeque petita fragmenta veteribus grammaticis debere, sed Hecalen Callimachi ipsum legisse integram indeque ab eo ipso hausta frustula saepe auctoris nomine non addito apposuisse sibi persuasit. imo haec quoque fragmenta ex lexicographis Suidas petiit, quos Callimacho prae ceteris studuisse videmus, maxime Hecalae et Aetiis, ut non sit mirandum, eos tam saepe locos Callimacheos apposuisse etiam auctore non nominato. tantum autem abest ut ea ex Hecale sumpta omnia cum Heckero statuendum sit, ut iure inter Hecalen et Aetia iudicium saepe haereat incertum, nec ad Hecalen referenda sint nisi quibus argumentum sedem certam ibi vindicet. — Postremo, ut hoc quoque de Hecale Callimachi addam, etiam Hecalae iambicam metaphrasin Marianum fecisse iam supra monitum p. 7, unde quis sumptum putare possit ignotum ceteroquin versum *μέλπω δὲ γραὸς τῆς φιλοξένου τρόπους*, quem ex notissimo epigrammate petitum dicit Politianus Miscell. XXIV, sed ipse non magis aliunde novi quam Naekius varias de eo coniec-

turas proferens p. 19 et p. 25. atque possit aliquis de initio carminis cogitare quod tale Callimachus dederit: γραΐδος [ἀρχαίης] δὲ φιλοξένου ἤθε' ἀείδω, quod certe Mariani metaphrasi satis respondet, nec multum obstaret particula δέ, aut quod Callimachus potius a fragm. 348: Ἀκταίην τις ἔναιεν carmen orsus esse videri possit. huic enim fragmento alius facile locus in Hecale dari potest. Vix autem dignus est qui nominetur Ptolemaeus Hephaestionis, quem Phot. Bibl. 190 p. 148, 20 narrat in libro tertio τῆς καινῆς ἱστορίας quaesivisse περὶ ʻΕκάλης, καὶ πόσαις γέγονεν ἐπώνυμον τοὔνομα, ubi etiam de nostra hac Hecale eum narrasse credibile est. sed quicquid Ptolemaeus narravit (nam Photius noluit adicere), non multum si haberemus tribuere iis aliquis vellet, quum nugas et figmenta illas esse historias hodie nemo facile non concedat Herchero in Iahnii Annal. 1856 p. 269 seqq.

Iam enarrabimus carminis argumentum Naekii vestigia quantum fieri poterit legentes, quem in eo quoque imitamur, quod decem fuisse partes carminis putamus. Harum prima (1) fuit Prologus, quo cur Hecalen scripserit poetam ita, ut est in schol. ad Hymn. in Apoll. 106, narrasse credibile est. videtur autem ut ipsa Hecale prologus hexametris scriptus fuisse (cf. fr. 48 et 52), quem ad modum Aetiorum prologus convenienter carmini cui praepositus erat distichis decurrebat. Tacite hoc sumpsit etiam Naekius, qui huc pertinere censebat hoc ordine olim posita Callimachi fragmenta: 165, 42, 287, 52, 48. Sed de fragm. 165 (μηδ' ἀπ' ἐμοῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδήν) non concesserim, quod ad Aetiorum prologum referre malo. nec de frag. 253 κηκάδι σὺν γλώσσῃ et fr. 442 ἀμάρτυρον οὐδὲν ἀείδω cuiquam credam aliunde atque ex Aetiis petita esse. Contra etiam fragmento 292 (ἔλλετε, βασκανίης ὀλοὸν γένος) locum in Hecalae prologo assignaverim, quod etiam Naek. p. 48 seq. fecit, etsi dubitanter, item frag. 472 δημεχθέα Χέλλωνα κακοκνημόν τε Κόμητα. Itaque paululum a Naekii ratione discedens (p. 29 seq.) hoc fere modo Callimachum prologum hunc suum instituisse arbitror. Libenter, inquit, canunt omnes, sed suo quisque modo: ἀείδει καί πού τις ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον (fr. 42), canunt alii opifices (cf. Ritschl. Opusc. I p 250 sq.), canunt etiam veri poetae, sed non aliter nisi ut cuique Musae

facultatem dederunt. atque ego quoque quo eram ingenio canere more meo malebam. iniuria igitur invidiosi homines me vituperabant, *εἵνεκεν οὐχ ἓν ἄεισμα διηνεκὲς ἤνυσα* (fr. 287) i. e. quod unum carmen et perpetuum non scripserim. quorum non magni aestimo iudicium ut imperitorum hominum qui non parent iis *οἵ νυ καὶ Ἀπόλλωνα παναρκέος Ἠελίοιο | χῶρι διατμήγουσι καὶ εὔποδα Δηωίνην | Ἀρτέμιδος* (fr. 48 quocum aliquo modo coniunctum fuit fragm. 417), patrum more, sed utrosque confundum, et ut parum constantium sibi virorum, qui mea mox probant, mox improbant, et similes sunt illis de plebe hominibus, qui Veneris sidus, quod idem semper fulget, mox amant, mox oderunt: *ἡνίκα μὲν γὰρ ταὐτὰ φαείνεται ἀνθρώποισιν, αὐτοὶ μὲν φιλέουσ', αὐτοὶ δέ τε πεφρίκασιν· ἑσπέριον φιλέουσιν, ἀτὰρ στυγέουσιν ἑῷον*, vos dico, *δημεχθέα Χέλλωνα κακόκνημόν τε Κόμητα* (fr. 472) aliosque eius generis homines[1]). nunc autem *ἔλλετε, βασκανίης ὀλοὸν γένος* (frag. 292), ego vero iam exemplo aliquo comprobaturus sum magnum certe me carmen quod unum et perpetuum sit scribere posse, *γραυίδος ἀρχαίης δὲ φιλοξένου ἦθε' ἀείδω*, si quidem recte ex iambico illo versu supra conieci eius modi aliquid Callimachum scripsisse, quo ad ipsum carmen transire potuit. neque enim Naekii probo sententiam, qui statim a tauri Marathonii descriptione ipsum carmen incepisse statuit (p. 53). at quum primarium carminis argumentum Hecale esset, huius decebat statim in initio mentionem fieri, non in parte demum quarta. Itaque ipsum carminis de Hecale initium tale fuisse putaverim (II):

---

[1]) Inter hos autem nego fuisse Apollonium Rhodium, quicquid postea cum Callimacho inimicitiarum ei intercessit. illud tamen plerosque omnes statuere video, Weichertum ueb. d. Leben u. Gedicht des Apollon. p. 81, Merkel. prolus. in Ibin. p. 339 et Prolog. in Apoll. Rh. p. XVII sq., alios, iniuria. nam si contra Apollonium quoque scriptus Hecalae prologus fuisset, vix illum puto tam saepe Hecalem imitaturum fuisse, ut fecit. cf. frag. 44, 46, alia coll. Hecker. p. 107. Praeterea vix operae pretium est monere, nomina illa *Χέλλωνα* et *Κόμητα* ficticia esse et ab hominum vitiis tracta inque vera nomina pro tempore substituta esse.

II. *[γραυίδος ἀρχαίης δὲ φιλοξένου ἤθε' ἀείδω
ἤπια τῆς Ἑκάλης, πολυτερπέα]· τοῦτο γὰρ αὐτὴν
κωμῆται κάλεον περιηγέες, [οὕνεκα πρόφρων
πτωχοὺς εἰς ἓ κάλει], τῖον δέ ἑ πάντες ὁδῖται
ἦρα φιλοξενίης, ἔχε γὰρ τέγος ἀκλήιστον,*

quae composui ex fragm. 27, $66^{b}$ et fr. 41, inter utrumque qui est hiatum explens aliqua Hecalae nominis originatione, quam non omisisse poetam ex Etym. Magn. p. 319, 42 supra apposito apparere videtur. duci autem in ea exprimenda originatione me passus sum verbis Homeri, Il. XXIII 203 *κάλεον δέ μιν εἰς ἓ ἕκαστος*, et Odyss. X 231 *θύρας ὤιξε φαεινὰς καὶ κάλει*. atque ultimus locus, ubi praecedit *τοὶ δὲ φθέγγοντο καλεῦντες*, reprimet etiam, si quis nostrum supplendi conamen propterea aspernabitur, quod proxime procedat etsi alia significatione positum *κάλεον*. nam idem etiam in Homerico illo loco factum est. praeterea certe *γραυίς*, *γραυίδος* ut Callimacheum citatur frag. 326. — Mox postquam poeta breviter monuit etiam Theseum ab Hecale hospitaliter esse exceptum, quum ad debellandum taurum Marathonium proficisceretur, in tauri illius historia qualis usque ad hoc tempus erat exponenda exspatiatus est. Narraverit igitur, Neptunum olim Minoi iratum in Cretam immisisse taurum (cf. Pausan. I 27 sq. Apollod. II 5,7). eum taurum a Callimacho appellatum fuisse *γῆς παῖδα* (fr. 376) Naekio p. 59 concedi posset, sed hoc non putamus verum esse quod vir egregius sibi persuasit, eadem occasione poetam de Minoe atque adeo de Scylla uberius egisse, ut huc pertineant fr. 467 et fr. 184 cum frag. anon. 39 coniuncta, quae potius olim locum in Aet. IV 3 habuisse videntur. eundem autem taurum Neptuni pastum, ut credi par est, manu *βουσόον ὄντε μύωπα βοῶν καλέουσιν ἀμορβοί* (frag. 46) quum Hercules perdomuisset et in Peloponnesum duxisset ibique liberum emisisset (cf. Pausan. et Apollod. ll. ll.), is Corinthium isthmum transgressus per *Ἰαπίδα χαράδραν* inter Atticam et Megara sitam (frag. 54), quae fortasse etiam *λακὶς χθονός* (fr. anon. 189) a poeta vocabatur, in Atticam invasit, ubi et alii demi *πολυπτῶκές τε Μελαιναί* (fr. 56 et 528) ab eo infestati sunt, donec pervenit in *ἐννότιον Μαραθῶνα, ἵν' ἔλλερα πολλὰ τέλεσκεν*. duo enim hic quoque fragmenta (fr. 350 et 434) in unum versum coniungenda putavi (in qua re hiatus

satis est et caesura et nomine proprio excusatus), quae cur Naekius una cum frag. 54 et frag. 56 ab hac parte narrationis arcere voluerit non exputo. contra fortasse etiam *Τρινέμεια* pagus (frag. 57) hic memoratus fuit, qui proxime Marathoni situs erat. et potuit cum hoc fragmento cohaerere frag. 185 *Τρινέμεια | Βριλησσοῦ λαγόνεσσιν ὁμούριον ἐκτίσσαντο*, quorum illi Naek. aliam sedem dedit et de Theseo proficiscenti intellexit p. 99, alteri autem idoneum in Hecale locum excogitare non potuit p. 225. Et de tauro Marathonio intelligi cum Heckero p. 107 potest etiam frag. an. 65 *ὥστε φόβησι | ξανθοτάτοις ἐκόμα.* Ab hac autem tauri descriptione facilis poetae fuit ad partem tertiam transitus talis: sed non diu taurus agrum Marathonium devastaturus erat. iam enim vindex appropinquabat Theseus: hoc enim modo ad Theseum transiisse Callimachum multo mihi videtur veri similius, quam quod ad id consilium poetam usum esse fragmento 212 Naekius statuit, quod et ipse alibi coniecit alio in Hecalae loco sedem habuisse et ego ad Aet. I 9 revocari melius posse crediderim.

III. Iam igitur adventabat Theseus, qui tametsi Atheniensis erat et nobilissimae prosapiae, quippe a fabuloso illo (fr. 61) Erichthonio descendens, nondum tamen diu Athenis fuerat. Troezene enim apud Pittheum (frag. 567) puer educabatur, apud quem quum olim Aegeus Atheniensium rex versaretur, Aethram Pitthei filiam ipso perducente patre vitiavit. cui filio nondum edito Athenas reversurus imperaverat, ut si filium peperisset eum Troezene educaret, quem se agniturum esse filium, si sibi gladium suum ostendisset, *ἐν γάρ μιν Τροιζῆνι κολουραίῃ ὑπὸ πέτρῃ | θῆκε σὺν ἀρπίδεσσι* (frag. 66), et Aethrae edixerat Theseum ad se mitteret Athenas, *εὖτ' ἂν ὁ παῖς ἀπὸ μὲν γυαλὸν λίθον ἀγκάσσασθαι | ἄρκιος ᾖ χείρεσσιν, ἑλὼν δ' Αἰδήψιον ἄορ.* sic enim cum Hecker. in Philol. IV p. 479 coniunxi frag. anon. 331 et frag. 51[a], leviter cum illo corrigens *ᾖ* pro *ἦ* et de meo addens *δέ* post *ἑλών*. nam participium aoristi *ἑλών* quum ad praecedens verbum referri nequeat — ita enim *αἱρῶν* dicendum fuit —, putandum est novam ordiri sententiam et participium ad sequens aliquod verbum pertinuisse, quod potuit esse *σπάσσῃ*, qua in re *δέ* omitti non potuit. Atque tertium quoque fragmentum (311) facile in illo-

rum societatem trahi potest, si ita expleri posse hiatum concesseris: — ἑλὼν δ' Αἰδήψιον ἄορ [σπάσσῃ, καὶ τὰ] πέδιλα, τὰ μὴ πύσε νήχυτος, εὐρώς, [ἐκκομίσῃ]. certe ita cur μὴ πύσε dictum sit, non οὐ non videtur reprehendi posse. Atque fecit Theseus matris monitu quod pater olim iusserat et gladium atque calceamentum protulit, quae Aethra cognovit Aegei esse (ἡ δ' ἐκόησε | τοὔνεκεν Αἰγέος ἔσκεν, frag. 53) et ille Athenas ad patrem detulit, qui inde filium agnovit. Ita in debitum sibi locum restitutus Theseus non diu otiose Athenis commoratus est, sed ad taurum Marathonium domandum exiit indutus ἄλλικα χρυσείῃσιν ἐεργομένην ἐνέτῃσιν (fr. 149) et capitis tegumentum Thracium (frag. 124), ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν μεμβλωκὸς πίλημα περίτροχον ἄλκαρ ἔκειτο ἴδεος ἐνδίοιο (ut correxit Naeke p. 110, qui tamen minus bene ad Hecalae personam et ad cap. IV rettulit. cf. Hecker. p. 87 sq.), adolescens summae formositatis, ex cuius descriptione superesse videtur fr. 44 ἀρμοῖ που κἀκείνῳ ἐπέτρεχεν ἁβρὸς ἴουλος [ὡς θεῷ Ἀπόλλωνι]. coll. Naek. p. 88 sq., cui recte subiungere Heckerus l. l. p. 108 videtur frag. anon. 23: ἄνθει ἑλιχρύσου ἐναλίγκιος. Praeterea Naek. p. 85 etiam frag. 59 στάδιον δ' ὑφέεστο χιτῶνα ad Thesei vestitus descriptionem revocavit, quod mihi minus credibile, quoniam στάδιος χιτών a proficiscente Theseo alienus videtur esse magisque convenit sacrificanti, unde ad partem decimam revocavi, quo etiam frag. 66ᵃ Λιμναίῳ δὲ χοροστάδας ἦγον ἑορτάς pertinere puto item a Naekio huc relatum.

IV. In hoc igitur itinere Theseus ad Hecalen pervenit, cuius cur casam intraverit poetam necesse est aliquam causam attulisse. eam fuisse puto quod imbre repente exorto Theseus madefactus erat et quamquam iam ad noctem dies vergebat, aliud tamen in propinquo hospitium non fuit. Atque tempestatis descriptionem habemus in frag. anon. 24 et 36, quae primus coniuncta ad Hecalen acute Heckerus l. l. p. 105 revocavit:

> ὄφρα μὲν οὖν ἔνδιον ἔην ἔτι, θέρμετο δὲ χθών,
> τόφρα δ' ἔην ὑάλοιο φαάντερος οὐρανὸς ἤνοψ,
> οὐδέ ποθι κνηκὶς ὑπεφαίνετο, πέπτατο δ' αἰθήρ.

mox autem iam μεγάλης δείλης (nam fr. an. 201 ego certe

huc retraxerim.) tempestas coorta est, ἐπιπρὸ δὲ μᾶσσον ἐπ' ἄκρον Αἰγιάλεω θυμόεντος, ἄγον μέγαν ὑετὸν ἔστη (scilicet νέφος), frag. anon. 46, quod recte duobus illis fragmentis addidisse Heckerum credo, quamquam paulo ille liberalior fuit, quod etiam frag. anon. 10 et frag. anon. 32 ad hanc procellam pertinere voluit, quae mihi Aetior. II 8 et II 7 potius frustula videntur esse. contra fragm. anon. 181 καταῖθυξ | ὄμβρος hic olim locum habuerit. Ex hac igitur tempestate, quae iam coepit residere, Theseus ad Hecalae casam venit, ἔλαχον δόμον (fr. 449), quam obsedit ἠριγέρων, [ὃν] ἀκανθίδα [φημίζουσι] (fr. 400), et in ipsam incidit mulierem quae tum forte ierat aquatum. eius habitum qualis in conspectum Theseo venit describens poeta his versibus usus videtur esse:

ἔπρεπέ τοι προέχουσα καρῆς εὐρεῖα καλύπτρη,
ποιμενικὸν πίλημα, καὶ ἐν χερὶ χαῖον ἔχουσα
[βαῖνεν ἐπὶ προθύρου βραδέως μάλα·] γέντο δ' ἐρείκης
σκηπάνιον [γυίοισιν], ὃ δὴ πέλε γήραος ὀχχή,
ἀδρανίη πόδε πολλὸν [ἐπὴν χεῖράς τε βαρύνῃ],
καί ῥα κατὰ σκαιοῖο βραχίονος ἔμπλεον ὄλπιν
[ὕδατος ἠώρει] * * * *

coniunxi enim cum Naek. p. 110 seq. frag. 125, frag. anon. 48, frag. 181, quibus etiam fragmentum 520 de meo interposui et mea addidi supplementa, quae nolim quis pluris aestimet quam incerta interpretandi conamina. Et aquam ubi Theseus vidit longo itinere defessus et sitiens magnopere, statim aquam (quae fortasse ὄμπνιον vel ὀμπνηρὸν ὕδωρ — frag. anon. 49 — hic audiebat) hausturus erat, sed obstitit Hecale adolescentis valetudini verita dixitque ἴσχε, τέκος, μὴ πῖθι, fr. 510, quod recte huc rettulisse puto Naek. p. 124, etsi de loco paulo minus apto cogitabat. Ceterum Hecale quamquam ἑσπέριον ξένον (frag. anon. 166) tamen non exclusit, sed intrare iussit: ἔμπα γε μὴν ἴθι δεῦρο (frag. anon. 267). quod ille fecit, διερὴν δ' ἀπεσείσατο λαίφην, ut est in Callimachi fragm. 245. Ceterum in hoc capite aliquoties mihi a Naekii (p. 97—117) descriptione recedendum putavi, qui interdum minus aptum ordinem instituit et alia fragmenta minus recte huc revocavit (velut frag. 511 coll. Naek. p. 116), alia omisit quae commodissimum hic locum inventura esse quivis concesserit.

V. Iam hospitium Hecale Theseo praebet. Et primum quidem *τὸν μὲν ἐπ' ἀσκάντα κάθισεν* (fr. 237), ipsa autem ignem in foco excitatura *παλαίθετα κᾶλα καθῄρει* (fr. 66[c]) et festinat *δανὰ ξύλα* [*τυτθὰ*] *κεάσσαι* (fr. 289), et mox *γρυνοὶ μὲν δαίοντο, μέγας δ' Ἥφαιστος ἀνέστη* (frag. anon. 84). ad hunc ignem Hecale Theseum transfert *ἐπασσοτέρω καθίσασα* | *πὰρ πυρί* (fr. 494), quod, ut dicit, celeriter *ῥάκε' ἄξει* (frag. anon. 229). At his aliisque postea negotiis dum mulier operatur, non censenda est taciturnior fuisse, sed assidue cum Theseo confabulata est, nam *ἀείπλανα χείλεα γρηός*, ut est in fragm. anon. 2. velut quum Theseus miratus esset, quod Hecale casam non praeclusisset, *ἐπήλυσιν ὄφρ' ἀλέοιτο φώριον* (frag. anon. 26), semper enim vagari *φιλητῶν γένος* (frag. anon. 244), illa respondit: nec habeo quae quis furari velit, et quae habeo libenter me sciunt cum egenis partiri, ut semper ianuam meam debeant apertam invenire *γηφάγοι* [*ἀνέρες*], *οἵ τε βιοπλανὲς ἀγρὸν ἀπ' ἄγρου* | *φοιτῶσιν*. coniungenda enim putavi frag. 58 et 497, quod suo more praemonstravit Hecker. l. l. p. 115. Deinde quum Theseus quoque Hecalae talis viri adventum miranti breviter narrasset quis esset et unde cur iret, rursus ex Hecale quaesivit quo casu factum esset, ut in hac solitudine habitaret. Tum illa contristata est, *ἀλυκὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ* (frag. anon. 5 coll. Hecker. p. 123) dixitque: *τί δάκρυον εὔδον ἐγείρεις* (frag. 273); sed tamen casus meos tibi exponam, nam, ut est in frag. 294, *γρῆές ἐμεν*, quae quicquid animum pungit communicare cum aliis amant. Profecto (*ναὶ μὰ τὸ ῥικνὸν* | *σῦφαρ ἐμόν, ναὶ τοῦτο τὸ δένδρεον αὖον ἐόν περ* (frag. 49. nam ius iurandum aptissimum hic esse nemo negabit qui reputaverit quam non veri similis res Theseo videri potuerit praesertim mulieris habitum intuenti. ac conf. Naek. p. 152. extr. itaque ad eundem hunc locum refero etiam fragm. 66[d]: *ναὶ μὰ τόν*), profecto non fui olim talis, qualis nunc sum. ex nobili enim genere orta fui, nam saepe in sacris ataviae meae epulabantur *ἀμφ' ὁμέων κοκύησι καθήμεναι ἀρχαίῃσι* (frag. anon. 37), nec divitiis carebant maiores mei, *οὐ γάρ μοι πενίη πατρώιος οὐδ' ἀπὸ πάππων εἰμὶ λιπερνῆτις· βάλε μοι, βάλε τὸ τρίτον εἴη*, [*εὐτεκνίη παίδων*], quod est

frag. 66ᶜ, ubi ad explicanda ultima verba graecum supplementum quale esse potuit adieci. Sed liberis carens, qui mortuo patre ab aliorum iniuriis me defenderent, procul abhinc prope Athenas vivebam in demo Colono, non intacta quidem inviolataque, quamquam nullius commodis officiens *δινομένην πέρι βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσον ἅλωα* (frag. 51, in cuius interpretatione — non reliqui agrum meum, coll. Hom. Od. V 208 — a Naekio p. 129 discedo); nam apud illos *εὐσεβίη τέθνηκεν* (frag. 519) et erant *ἀμίσαλλοί τε γέροντες* [*ὑβρισταί τε νέοι, οἵ*] *ἐποιήσαντό με φόρτον* (si quidem hic quoque frag. an. 71 et frag. 529 facili supplemento in unum contraxi.). haec autem incommoda tandem statui effugere et mihi persuasi securam me habituram vitam, in solitudine *οἰκίον εὖτε δέμοιμι* (frag. anon. 15). at in hanc quidem regionem, ubi nunc sum, *ἔκ με Κολωνάων τις ὁμέστιος ἤγαγε δαίμων | τῶν ἑτέρων*, frag. 428 (cui aptam huic loco interpretationem postea vindicabo). nam mox *πένης* hic facta sum (incendio puto vel calamitate). sed nihilo tamen minus est mihi satis ut mendicos, qui identidem ad me redeunt (*πτωχῶν* [*γὰρ*] *πήρη οὐ πίμπλαται*, ut est in fragm. 360) et viatores adiuvem et in posterum quoque contenta vivam sorte mea, dummodo *εἴη μοι βίοτος πανεπάρκιος*, [*οὐλομένῃ δὲ*] *γαστέρι μοῦνον ἔχοιμι κακῆς ἀλκτήρια λιμοῦ* (nam fr. anon. 51 et fr. an. 43 facillimo negotio in unum coire versum videbantur), et dummodo senectus ne esset (ut est in frag. 323: *ἆ πάντων ἆ γῆρας*) hanc enim libentissime rursus exuerim (*αὖθι τόδ' ἐκδύοιμι*, fr. 286). — Interea aquam ad ignem anus apposuerat, *γέντο δ' ἀλυκρὰ* [*ὕδατα*], quod frag. anon. 6 legimus, ut iam posset Hecale de lavandis Thesei pedibus cogitare. non solebant enim hospites ad coenam accedere, [*πρὶν πόδε*] *τινθαλέοισι κατικμήναιντο λοετροῖς* (frag. anon. 60). Sed quum Hecale in apparandis cibis occupata esset, solus negotium illud administrasse Theseus videtur, quem petentem ex Hecale, ut digito tantum quibus opus sibi esset rebus demonstraret, exaudire mihi videor ex fragm. anon. 66: — *φράσον δέ μοι, εἰς ὅτι τεῦχος χεύωμαι ποσὶ χύτλα καὶ ὁππόθε* [*μάκτρον ἕλωμαι*]. quae quum ille monstrante muliere attulisset, etiam aquam

apposuit, ἐκ δ' ἔχεεν κελέβῃ, μετὰ δ' αὖ κερὰς ἠφύσατ' ἄλλο (frag. anon. 34). Quae dum ille facit, Hecale coquendi negotio intenta est. Primum enim pultem paravit, ex cuius rei descriptione eum locum superstitem habemus, ubi ahenum iam redundans raptim de igne tollit, ut iterum desiderans truam suam (qua iam antea usa erat) et pulte iam frustula super vasculi oram in terram stillante:

*αἶψα δὲ κυμαίνουσαν ἀπαίνυτο χυτρίδα κοίλην*
*αὖτις ἀπαιτίζουσαν ἑὴν εὐεργέα λάκτιν*
*καὶ κρῖμνον κυκεῶνος ἀποστάζοντος ἔραζε,*

quae sunt fragmenta anon. 41, fr. 178, fr. 205 et sine ulla mutatione in hunc nexum ligari poterant, quod fugit Naekium, ultimum tamen fragmentum verissime explicantem p. 143 sq. Deinde coctum pernae suillae frustrum appositura hospiti anus erat, qua in re Callimachum sequutus est Ovidius in loco iam a Ruhnkenio laudato, Metam. VIII 647, ubi de Baucide et Philemone loquens furca, inquit, levat ille bicorni sordida terga suis nigro pendentia tigno. Ovidiana enim haec quis neget elucere ex frag. 246 *δίκροον ἤρυγε φίτρον ἀειραμένη * * **, ac de eadem sue Theseo ipsa dixit Hecale frag. an. 31: *τὴν μὲν ἐγὼ θαλέεσσιν ἐνέτριφον* (olim nimirum in demo Colono, unde mactatam et fumo duratam secum huc attulerat et denuo hic in *μελάθρῳ* suspenderat). Interim sedula anus mensam apposuerat iisque instruxerat epulis, quas diu paratas habebat nec nunc demum coqui necesse erat, panem dico atque placentam et lactucam maceratam. et de illo quidem poeta loquitur frag. 454, 157, 190: *ἐκ δ' ἄρτους σιπύηθεν ἅλις παρέθηκεν ἑλοῦσα, | οἵους βωνίτῃσιν ἐνικρύπτουσι γυναῖκες* et quales cum meridie sibi expetunt, tum quando *δείελον αἰτίζουσιν, ἄγουσι δὲ χεῖρας ἀπ' ἔργου*, quae rectissime iam a Naekio p. 145 sunt consociata, nisi quod inter primum et secundum versum minus recte statuit hiatum esse, qui mihi potius inter secundum et tertium fuisse videtur, ubi quae excidisse putem modo addidi meis verbis. Praeterea apposuit placentas, quarum quaeque, ut ait, *στρογγύλος ἐστὶ λίθος* (frag. 516), et quas olim coxit, ut potuit pauper mulier [*Δημητέρος ἀκτὴν*] *εἰκαίην, τῆς οὐδὲν ἀπέβρασε φαῦλον ἀλετρίς* (fr. 232), tum addit

σόγχον τε κρῆθμόν τε [καὶ * * * * * *]
[βούτομον], ὅττι μάλιστα βοῶν ποθέουσιν ἐχῖνοι,
γεργέριμον πίτυρίν τε καὶ ἣν ἀπεθήκατο λευκὴν
εἰν ἁλὶ νήχεσθαι φθινοπωρίδα,

sive qua alia ratione poeta composuit quae sunt in fragm. 63, 64, 60, 250, 50. certe displicet Naekii ratio p. 138, qui male admiscet ἠριγέροντα (cf. cap. IV p. 180) et fr. 60, et omittit fr. 250 (ὅτι μάλιστα κ. τ. λ.) et frag. 282, ἣν ἐτρίψαντο μυσωτόν.

VI. Ad hanc igitur coenam Hecale Theseum adduxit qui diu fuerat ἄκμηνος δόρποιο (frag. anon. 4), blandeque ad edendum invitat. velut carnem ei commendat dicens δέχνυσο μηρῶν (frag. anon. 85) —, ὁ δ' αὖθι παρὰ φθόϊας [χέρ' ἴαλλεν] ut est in fragm. 337. Sed inter epulandum etiam sermonibus eos oblectatos fuisse et tempus fefellisse consentaneum est. Et Hecale, qua erat non solum garrulitate, sed etiam curiositate, ut anus, quum Theseum videret plane singulari capillorum habitu instructum nec tali, ὡς κτενὶ κορσωτῆρος ὕπο τρίχα καλλύνονται (frag. anon. 128), quae huius rei causa esset quaesivit, ubi usa est frag. anon. 259 et frag. 311 sic ut puto coniungendis et explendis:

τοῦτό γέ μοι χάρισαι, [μάλα δ' ἀτρακέως κατάλεξον]·
[ἄλλοι· μέν ῥα νέοι τί νυ κουροτρόφοισι θεοῖσι
πᾶν κείρουσι τρίχωμα], σὺ δ' ἐγκυτί, τέκνον, ἐκέρσω
[πρόσθε μόνον κεφαλῆς];

ad quae Theseus respondit narrans quae traduntur a Plutarcho vit. Thes. V: ἔθους ὄντος ἔτι τότε τοὺς μεταβαίνοντας ἐκ παίδων ἐλθόντας εἰς Δελφοὺς ἀπάρχασθαι τῷ θεῷ τῆς κόμης, ἦλθε μὲν εἰς Δελφοὺς ὁ Θησεὺς καὶ τόπον ἀπ' αὐτοῦ τὴν Θησείαν ἔτι νῦν ὀνομάζεσθαι λέγουσιν, ἐκείρατο δὲ τῆς κεφαλῆς τὰ πρόσθεν μόνον, ὥσπερ Ὅμηρος ἔφη τοὺς Ἄβαντας· καὶ τοῦτο τῆς κουρᾶς τὸ γένος Θησηῒς ὠνομάσθη δι' ἐκεῖνον. — ὅπως μὴ παρέχοιεν ἐκ τῶν τριχῶν ἀντίληψιν τοῖς πολεμίοις ἀπεκείραντο. Imprimis autem Hecale ex Theseo quaesivisse videtur qui factum esset ut solus nunc ad pugnam tam difficilem proficisceretur. incepit autem, ni fallor, a frag. anon. 62, a quo non multum abfuisse puto frag. 299 ita fortasse illi adiunctum:

Αἴθρην τὴν εὔτεκνον ἐπ' ἀγρομένης ὑδέοιμοι,
[ἥ τέ σε τοῖον ἔτικτε, καλὸν καὶ σώφρονα παῖδα]

[ἔξοχα τῶν ἄλλων], τὸ δ' ἔχω σέβας, [ὅττι σε μοῦνον]
[εἰσορόω στείχοντα μάχην ἔπι τοῖο πελώρου],

cui agricolae multi resistere frustra conabantur. De qua re ut constaret mulieri, Theseus narrat se et educatione sua et rebus mox gestis ad singularis pugnae genus, quale nunc intenderet, satis praeparatum esse. Primum enim, inquit, paenepuer ἔτι πλοκάμοισι περίθριξ (frag. anon. 56) venationi deditus eram et saepe cum bestiis feris solus pugnabam in adiacentes etiam Troezeni regiones exspatiatus. neque enim credibile est poetam omisisse venationem, quae et viros pugnaces creat et qua eruditus a Chirone Theseus omnes Graeciae hostes solus delevisse dicitur (cf. Xenophon. de Venat. 1.) atque ita commodissimus locus duobus inventus est fragmentis quibus Naek. p. 207 sedem in Hecale assignavit, quamquam quonam referret non habebat. sunt autem frag. 186 et 110, quae acutissime ille vidit aliquot versuum excidio interrupta esse, eorumque versuum speciem affabre tornatam proposuit p. 214, quo nunc licet nobis paulo esse liberalioribus. nam unum praeterea versum qui huc pertineat ipse Callimachus suppeditare videtur, frag. 478, post Naekii demum tempora evulgatum. Hoc igitur modo existimo Callimachum agros vicinos in quos Theseus abiit venaturus enumerantem et partim eorum memorabilia memorantem in hac re versatum esse:

εἰς Ἀσίην Ἅλυκόν τε καὶ ἀμπόλιν Ἑρμιονήων,
Δηὼ ὅπου Κλυμένου τε πολυξείνοιο δάμαρτα
[μέλπουσ', ἠδὲ βραχεῖα καταίβασίς ἐστ' Ἀίδαο],
[καί ῥ' ἐλθοῦσ' ἔμαθεν Δημήτηρ ἧς περὶ κούρης]·
τοὔνεκα καὶ νέκυες πορθμήιον οὔτι φέρονται
μούνῃ ἐνὶ πτολίων, ὅ τε τέθμιον οἰσέμεν ἄλλους
ἐν στομάτεσσι, νεὼς Ἀχεροντείης ἐπίβαθρον
ἀνθρώπους, δανάκην,

ubi in ultimo fragmento edendo fere Naekium sequutus sum, quos autem ipse finxi versus, eorum argumentum sumpsi partim ex Strab. VIII p. 373 Cas. (coll. Eustath. ad Il. p. 286, 45): παρὰ Ἑρμιονεῦσι τεθρύληται τὴν εἰς Ἅιδου κατάβασιν σύντομον εἶναι. διόπερ οὐκ ἐντιθέασιν ἐνταῦθα τοῖς νεκροῖς ναῦλον —, partim ex Suid. II 2 p. 367, qui postquam primum Callimachi versum τοὔνεκα—φέρονται apposuit, in hunc modum pergit: ἐν Αἰγιαλῷ γὰρ (num ἐν αἰγιαλῷ παρ' Ἑρμιονεῦσι?

aliter Naek. p. 211) καταβάσιόν ἐστιν εἰς Ἅιδου, εἰς ὃ ἀπελθοῦσα ἡ Δημήτηρ ἔμαθε παρὰ τῶν περιοίκων περὶ τῆς Κόρης καὶ ἐδωρήσατο αὐτοῖς, ὡς λέγει, ἄφεσιν τοῦ πορθμηίου, ubi aliam rei causam traditam vides (ac tertiam praeter primam indicat Orph. Argon. 1144 Herm.), sed quod addit Suidas καὶ ἐδωρήσατο αὐτοῖς ἄφεσιν τοῦ π., patet non esse nisi vocis Callimacheae τοὔνεκα interpretationem paulo pinguiorem. — Deinde Theseus saepe iam, dum ex Troezene Athenas iter faceret, solum se dicit nec ullo adiuvante pugnasse contra eius modi πέλωρα quae agros devastarent et itinera proficiscentium infestarent eaque omnia debellavisse. Narravit igitur de Peripheta, Sinide, sue Cromyonia, Scirone, Cercyone, Polypemone sive Procrusta quos interfecerit. nam omnes hos Callimachum memorasse probabile est, etsi e fragmentis non constat de omnibus, ut de Peripheta nullum invenio fragmentum quod intellegi possit. sed de reliquo post Epidaurum et Peripheten itinere Thesei recte fortasse Naek. p. 173 seq. interpretatur frag. 166: καὶ δόνακι πλήθοντα λιπὼν ῥόον Ἀστερίωνος, et frag. 56 Λύρκειον (i. e. ὄρος Ἄργους). Nec de Sinide quicquam indicatum in fragmentis se repperisse Naek. p. 175 affirmat, nisi quis forte de Perigune, Sinidis filia, in frag. 521 cogitandum censeat. at hoc nimis incertum est, sed paulo probabilior Heckeri coniectura p. 122, de Perigune Theseum fugiente agi frag. anon. 7.: πᾶσα δ' ἀπορρὼξ | πέτρη ἔην ὑπένερθε καὶ ἄμβασις οὔ νύ τις ἦεν, et frag. anon. 1: ποσσὶ δ' ἀνελθεῖν | ἄγκος ἐς ὑψικάρηνον ἐδίζετο coll. Plutarch. Thes. VIII. Nec de sue Cromyonia ullum est in Callimachi fragmentis vestigium vel levissimum. Sed de Scirone certa res propter frag. 378, atque etiam certior de Cercyone, non tam ob fragm. 348, ab aliis huc relato, quam ob frag. 143: — ὅς ῥ' ἔφυγεν μὲν | Ἀρκαδίην, ἡμῖν δὲ κακὸς παρενάσσατο γείτων, frag. anon. 20: ἧχι κονίστραι | ἄξεινοι λύθρῳ τε καὶ εἴαρι πεπλήθασιν, ubi pronomen ἡμῖν (i. e. Atticis, ita ut de Hercule quoque cogitandum sit, nisi ὑμῖν legendum) et πεπλήθασιν docent haec ipsum suis verbis Theseum narravisse in extremo certe fragmento praesenti historico usum. Postremo quod de Polypemone quoque Theseum narrasse Naek. p. 191 conicit, quoniam fr. 434 (ἵν' ἔλλερα πολλὰ τέλεσκεν) aliquam eius nominis originationem continere videatur, ego talem

originationem poetam hac potius ratione daturum fuisse crediderim: ὃ πήματα πολλὰ τέλεσκεν. Sed perpetratis his facinoribus Theseus putandus est dixisse recta via Athenas se contendisse, quo in itinere (stantem, opinor, in Aegialeo vel Poecilo monte) a sinistra parte procul se vidisse *Κούλουριν* (frag. 66[h]) sive Salaminem insulam, a dextra parte urbem Minervae, *ἧτ' ἐπ' ἄκρης πόλιος θιναῖς Γλαυκώπιον ἵξει* (frag. 66[f]), intermedium autem promontorium quod *Κωλιάς* dicebatur (frag. 66[g], si quidem de eius promontorii situ recte statuit Leake, Dem. Ath. p. 45 Westerm.). Addit Theseus, tandem Athenas se venisse et ab Aegeo agnitum esse, sed non diu ibi otiose mansisse. Quum enim, inquit, Attici interim Marathonii tauri feritate premerentur, unum de suis elegerunt,

> *[δείματος] ὅστ' ὤκιστος ἐς ἄστυρον ἀγγελιώτης*
> *[ἔλθοι, ἄγοι δὲ βοηθόν]· ἐγὼ δ' ἤντησα Λυκείου*
> *καλὸν ἀεὶ λιπόωντα κατὰ δρόμον Ἀπόλλωνος*
> *[εὐθὺ δ'] ἀπὸ τριόδοιο Λυκηίδος [ἤνυσα δεῦρο].*

hanc enim vicinitatem olim fuisse arbitror fragmentis 288, fr. 141, frag. anon. 318, quod quo modo fieri potuerit supplementis certe meis indicare volui, quum ipsa Callimachi verba frustra quaeramus. — His atque talibus sermonibus tempus fallunt, donec cubitum ire placet. Sed Theseus oblatum sibi ab anu unicum quem habebat lectulum accipere noluit addens: *λέξομαι ἐν μυχάτῳ· κλισίη δέ μοί ἐστιν ἑτοίμη*, frag. anon. 35, quod rectissime quidem huc revocare Hecker. p. 94 et 117 videtur, sed minus apte Hecalen haec dicentem facit, quae Theseo suum ipsius lectulum concesserit, cui nec alterum quod huc pertinere Heckerus statuit, frag. anon. 64 (*θῆκε δὲ λᾶαν | σκληρὸν ὑπόκρηνον*) satis convenit, ut hoc quidem malim ad incerti poetae *Μυθικά* referre. — Et ita quidem pernoctant,

> *τόφρα δ' ἀνίσχουσα βλοσυρὸν λόφον ἔγρετο Τιτώ,*
> *αὐτόθεν ἐξ εὐνῆς ὀλίγον ῥάκος αἰθύξασα*
> *[ἀνθόρε γραῦς, ξεῖνον δὲ φίλον πρὸς μῦθον ἔειπεν],*
> *ὡς ἔμαθεν καὶ κεῖνον ἀνιστάμενον [παρὰ κλίνης]·*
> *ἔγρεο καί τιν' ἔχοντα περίπλοον [ἴσθ' ἀλάλησθαι]*
> *[ταῦρον] * * **

ut non iam liceat tibi otiari taurum investigaturo et debellaturo. iterum enim quattuor fragmenta, 206, anon.

19, anon. 44, frag. 278 sub idem iugum misi, quae quo modo inter se coniuncta fuisse videantur, meis verbis indicavi graece. Et assurrexit Theseus, *εἶλε δὲ πασσαγίην, τόδε δ' ἔννεπε* (frag. anon. 55): vale, mulier hospitalissima, neque tibi puta hospitio magnopere obstrictum esse. neve mihi timeas, qui mox salvum et integrum ad te reversurum me esse spero. Tandem Hecale eum dimittit et faustis ominibus votisque prosequitur, ex quo loco superesse videtur frag. 302: [*θεὸς δὲ*] *δύην ἀπόθεστον ἀλάλκοι, | ἣν οὐδεὶς ποθέει.* promittit insuper Jovi se sacrificaturum, si ille incolumis revertisset (cf. Plut. Thes. XIV extr.).

VII. Sed effluit tempus nec Theseus redit aut quicquam aliunde Hecale de pugnae eventu audit. itaque sollicitatur mulier et de Thesei vita timet ac tauro, qui anxietatis suae auctor sit, graviter succenset, cui imprecans dicit (frag. 219): *τεθναίην, ὅτ' ἐκεῖνον ἀποπνεύσαντα πυθοίμην*, quibus recte puto Heckerum p. 120 adiecisse frag. anon. 58: *τοῦ μὲν ἐγὼ ζώοντος ἀναίδεσιν ἐμπήξαιμι | σκώλους ὀφθαλμοῖσι καί, εἰ θέμις, ὠμὰ πασαίμην*, ac ne tum quidem diutius se vivere velle dicit, si Theseum interfectum audiverit: [*εἰ δ' ἐπ' ἐμὴν καλιὴν ὅδ'*] *ἀπ' οὔατος ἄγγελος ἔλθοι* —, quod est frag. 301. Atque augetur superstitiosae mulieris aegritudo, quod noctis initio ululam clamantem audit, cuius clamorem et ipsum de Thesei casu interpretatur. ibi olim videntur locum habuisse tum frag. anon. 11: *βέβυστο δὲ πᾶσα χόλοιο*, tum coniuncta frag. anon. 63 et fr. 43:

*ἡ δὲ πελιδνωθεῖσα καὶ ὄμμασι λοξὸν ὑποδρὰξ*
*ὀσσομένη [τόδε πῆμα κακῷ ἠρήσατο μάντει]·*
*εἴθ' ὄφελες θανέειν ἢ πάννυχον ὀρχήσασθαι.*

Hinc exhorrescit etiam, *ὁππότε λύχνου δαιομένου πυρόεντες ἄδην ἐγένοντο μύκητες* (frag. 47), ac mox etiam nocturna somnia Hecalen terrent quae ei mortuum Theseum ostendunt.

*Ἦμος δ' ἠπεροπῆας ἀπεπτοίησεν ὀνείρους*
*ἀνσχὼν ἠέλιος [φαέθων], ἀχρὴς δ' ἀνέπαλτο,*

(sic enim coniungo frag. anon. 93 et frag. anon. 80), — tum vero non iam dubitat, quin Theseus in expeditione illa mortuus sit, et in fletus et querelas effunditur. Ubi inter alia haec quoque dixit, frag. 144:

*ἠρνεόμην θανάτοιο πάλαι καλέοντος ἀκοῦσαι,*
*μὴ μετὰ δὴν ἵνα καὶ ἐπὶ σοὶ [λιγέ'] ἀποθανόντι θρηνήσω,*

et frag. anon. 122:

*βαιῷ δ' εἰν αἰῶνι βροτῶν [πλεῖστ' ἄλγεα θυμῷ],*

cui proxime iunctum fuisse videtur fragm. 418: amant dii videre lacrimantes homines,

*ἐπεὶ θεὸς οὐδὲ γελάσσαι*
*ἀκλαυτὶ μερόπεσσιν οἰζυροῖσιν ἔδωκε.*

quae tamen non eloquitur pia mulier, quin a Nemesi verbis impiis veniam petat dicens:

*[μὴ χαλεπὸς σύ μοι ἔσσο]*
*δαίμων, τῇ κόλποισιν ἐνιπτύουσι γυναῖκες,*
*['Ραμνοῦντ' εἴτ'] Αἴσηπον ἔχεις, ἑλικώτατον ὕδωρ,*
*Νηπείης ἢ τ' ἄργος, ἀοίδιμος 'Αδρήστεια,*
*κείμενον ἐν Ψαμάθοις [καλλιρρόου] Αἰσήποιο,*

quae sunt fragm. 235, 290, 45, frag. anon. 327, quorum secundum et tertium iam a Naekio p. 265, tria priora ab Hecker. com. Callim. p. 121 et in Philol. IV p. 479 in unum coniuncta sunt, quamquam dissentiunt de ordine et sede quam in carmine habuerint. ego ad meam defendendam sententiam non video quid afferam praeter hoc, *'Ραμνοῦντ' εἴτ' Αἴσηπον ἔχεις* esse pro *εἴτε 'Ραμνοῦντ' εἴτε Αἰ. ἔχεις* (cf. vol. I p. 429) cui confero Hipponactis fragm. 77 Mein.: *Ἄπολλον, ὅς που Δῆλον ἢ πύθων ἔχεις ἢ Νάξον ἢ Μίλητον ἢ θείην Κλάρον, ἵκου.* Postremo assiduis his curis vexata anus, quae dudum aetate confecta erat, diem supremum obiit.

VIII. Interim Theseus taurum Marathonium investigavit et perdomuit, ubi ipsum taurum alloquutus poeta sic dixit: non iam vita fruebaris diutius *καὶ ἄγλαα πίσεα γαίης | βόσκεο* (ut est in fragm. anon. 5, quod etiam Heckerum p. 108 rettulisse video). Quem *νωσάμενος* (frag. 344) Theseus *αἶπος ὀλέθριον* (frag. 405) habentem et *πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμήναντα* (frag. anon. 390), non oblitus est

*[εὔχεσθαι μάλα πολλά] θεῷ τ' ἀλάλαγμα νόμαιον δοῦναι*

(frag. 310) ubi ipsa iam precationis verba sequuta esse existimo.

Vix autem precatus erat (Apollinem maxime, cui postea taurum sacrificaturus erat), *νόμον δ' ἤεισεν Ἄρηος* (frag. 526), quum taurus irruit cornibus adversarium confixurus. At Theseus, *οἷος ἐκεῖνος ἀεὶ περιδέξιος ἥρως* (frag. 303), ictum non exspectavit, sed *φῇ νέος οὐκ ἀπάλαμνος* (frag. 518) ex obliquo tauri cornua corripuit et *θηρὸς ἐρωήσας ὀλοὸν κέρας* (frag. 249) adversarium prostravit et *εἱμένος αἴθοπι χαλκῷ* (frag. anon. 353) astabat et feram depressam tenebat, dum ab aliquibus ex spectatorum numero vinciretur, quos multos iam propius accurrisse ad spectandum probabile est. Tum taurum

[*δοιὼ*]

*[πρὸς πόλιν] ἄνδρε νέοι Δεκελειόθεν ἀμπρεύοντες*
*[ἤγαγον, ὧν] ὁ μὲν εἷλκεν (ὁ δ' εἵπετο νωθρὸς ὁδίτης),*
*[ἄλλος δ' αὖ κοτόπισθε τίνασσ' ἣν εἶχεν] ἄκαιναν,*
*ἀμφότερον, κέντρον τε βοῶν καὶ μέτρον ἀρούρης*

(nam tali vinculo constricta olim hic fuisse puto fragmenta 234, 275, 214). illi enim viri iuvenes taurum iussi erant Athenas ducere, ubi eum Theseus populo commonstraturus et per urbem actum in acropoli Apollini sacrificaturus erat (vid. Plutarch. Thes. XIV coll. Pausan. I 27 et Diodor. IV 59).

IX. Verum dum ab his iuvenibus *νωθὴς* vel *νωθρὸς ὁδός* (frag. anon. 208) Athenas conficitur, interea Theseus, qui *Μαραθώνιον ἔργον* (frag. anon. 45ᵃ) perfecerat, denuo ut promiserat Hecalen visurus ad eius casam contendit. quo quum pervenit et aliquot homines vidit tumulum fodientes, ex his quaerit: *παραὶ τίνος ἠρίον ἕστατε τοῦτο* (frag. 241). respondent illi, Hecalen esse quam sepeliant. tum Theseus dolore perfusus Hecalae sortem queritur et cum colonis illis eam sepelit atque post legitimam sepulturam [*ἀλλ' ὅτε δὴ κτερέιξε*], *θοὴ δ' ὑπεδέξατο γαῖα*, frag. anon. 94 —, ita alloquitur: iam in orcum propera, *ἄνωγε δὲ πορθμέα νεκρῶν* (frag. 440), ut cito in Hadem te transferat. neque enim iure excluderis, quum rite iam sepulta sis (cf. Hom. Il. XIII 71 coll. Od. XI 52 seqq.), — et paulo post (frag. 131):

*ἴθι, πρηεῖα γυναικῶν,*
*τὴν ὁδόν, ἣν ἀνίαι θυμαλγέες οὐ περόωσιν.*
*πολλάκι σεῦ καί, μαῖα, φιλοξείνοιο καλιῆς*
*μνησόμεθα· ξυνὸν γὰρ ἐπαύλιον ἔσκεν ἅπασιν,*

quorum ultima promittere videntur *Ἑκαλήσια* quae mox The-

seus instituturus erat. Ubi quum poetae denuo Hecalae memorandae occasio erat, cuius sane memoria finitum carmen fuisse probabile est, non patet necessariam Naekii coniecturam esse, frag. 131 in fine totius carminis positum fuisse. quod nisi vir egregius putasset, non dubito quin quae ipsi sunt capita nonum et decimum, eorum ordinem inversurus fuerit.

X. Hoc confecto negotio Theseus Athenas redire properat et tauri, quem per urbem ducturus erat populo spectandum, cornua coronis redimit (*ἀμπισχὼν κεφαλήν*, frag. anon. 361) seque ipsum exornat, *στάδιον δ' ὑφέεστο χιτῶνα, τῶν κανόνων ὤησι περὶξ λεγνωτὸν* [*ὕφασμα*], si quidem recte ut puto coniunxi frag. 59 et frag. 499. atque etiam mulieres eum ad festum diem exornare student: *αἱ δὲ γυναῖκες | στόρνῃσιν* [*λευκῇσιν*] *ἀνέστεφον* frag. anon. 59). nam de Theseo haec dicta esse testatur qui affert Suidas, ut non iam de tauro a mulieribus ornato cogitari liceat. Multi autem tum Athenas ad spectandum taurum homines ex agris convenerant, ut solebant quando Athenienses *Ληναῖα* celebrabant *Λιμναίῳ δὲ χοροστάδας ἦγον ἑορτάς* (frag. 66[a]). qua stipatus hominum corona Theseus taurum per urbem duxit et in arce Apollini Delphinio immolavit. Postremo *Ἑκαλήσια* Jovi *ἑκάλῳ* instituit et Hecalae primus sacrificavit (cf. Naek. p. 275 seq.), de quibus sacris in Callimachi quidem reliquiis nihil relatum invenimus, sed apertum habemus Plutarch. Thes. XIV testimonium. *ἔθυον Ἑκαλήσιον οἱ πέριξ δῆμοι συνιόντες Ἑκάλῳ Διὶ καὶ τὴν Ἑκάλην ἐτίμων* (*ἔθυον αὐτῇ* dicit Etym. Mag. p. 319, 46) *Ἑκαλίνην ὑποκοριζόμενοι διὰ τὸ κἀκείνην νέον ὄντα κομιδῇ τὸν Θήσεα ξενίζουσαν ἀσπάσασθαι πρεσβυτικῶς καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοιούτοις ὑποκορισμοῖς*. nisi forte in hac carminis parte nomine *ἀσπαστύς* (frag. 427) usum esse poetam putas. Sed his expositis Callimachum iterata Hecalae brevi laudatione finem carmini imposuisse existimo.

Atque haec quidem fragmenta partim post alios, partim nunc primum nobis licebat Hecalae carmini includere. alia autem multa praeter haec eodem Heckerus revocavit, quae quo iure de Hecale narrationi interponat vel nullam vel parum verisimilem causam invenio. nam quo uno plerumque argumento, pravo illo de Hecale ab ipso Suida lecta commento, id plane incredibile esse supra significavi. Argumento igitur

plane imbecillo Heckerum obtrudere Hecalae voluisse puto frag. 183 ἢ ἄφαρον φαρόωσι, μέλει δέ φιν ὄμπνιον ἔργον (cf. Hecker. p. 90), et frag. 475 ἔστιν ὕδος καὶ γαῖα καὶ ὀπτήτειρα κάμινος, quod ille p. 105 cum frag. anon. 38 (Κωλιάδος κεραμῆες) et frag. anon. 42 (λάτριν ἄγειν παλίνορσον ἀεικέα τῷ κεραμῆι) coniungendum statuit, et frag. 308: οὐδ' οἶσιν ἐπὶ κτενὸς ἤλθον ἔθειραι (p. 115 seq.), et quae fere omnia unius Suidae parum loquaci testimonio debentur: frag. anon. 22 πότμον ἐλινύσειεν (p. 108), frag. anon. 30 ἕρπετα ἰλυοῖσιν ἐνέκρυφεν (p. 109), frag. anon. 8 ἀσταγὲς ὕδωρ (p. 109), frag. anon. 13 γέγειαι βόες (p. 109), frag. anon. 40 κύματος ἄκρον ἄωτον (p. 111), frag. anon. 33 κατὰ ῥάβδον ἔφρασε (p. 111), frag. anon. 12 γαμβρὸς Ἐρεχθῆος (p. 111), frag. anon. 16 Αἰγεία θάλασσα (p. 114), frag. anon. 3 ἀήσυρον ὃν γόνυ κάμψει (p. 111), frag. anon. 21 νυκτὶ δ' ὅλῃ βασιλῆας ἐλέγχομεν (p. 112), frag. anon. 64 θῆκε δὲ λᾶαν σκληρὸν ὑπόκρηνον (p. 118), frag. anon. 54 εἰ δὲ Δίκη σε | παρπόδα μὴ τιμωρὸς ἐτίσατο, δὶς τόσον αὖθις | ἔσσεται ἐν πλεόνεσσι παλίντροπος (p. 122), frag. anon. 45 τόδε μοι μαλκίστατον ἦμαρ (p. 123). qua in re eo usque Heckerus sive audaciae sive inconsiderantiae progressus est, ut vel fragm. anon. apud Suid. I 1 p. 884 αὐχμηρὰ τράπεζα immittere in Hecalen voluerit, etsi ionismus αὐχμηρή efflagitat et metrum clare obloquitur. Quae autem non coniectura aliqua, sed indubitabili veterum scriptorum testimonio ad Hecalen referenda fragmenta sunt, haec habemus non sane multa:

41.

*Τῖον δέ ἑ πάντες ὁδῖται*
*ἦρα φιλοξενίης· ἔχε γὰρ τέγος ἀκλήιστον.*

„Schol. Aristoph. Acharn. (127): οὐδέποτέ γ' ἴσχει θύρα παροιμία ἐπὶ τῶν πολλοὺς ξένους ἀποδεχομένων (leg. ὑποδεχομένων)· μέμνηται καὶ — Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ· τῖον δέ ἑ πάντες ὁδῖται ἦ ῥα φιλοξενίης ἔσχε στέγος ἀκλήιστον. sic quidem edit Froben., Aldina vero ἔσχε ἐς γῆν τέγος ἀκλήιστον. legendum ἔχε γὰρ τέγος ἀκ. Suid. I 2 p. 119: Ἑκάλη, ὄνομα κύριον, ἡ ἡρωῒς ἡ παρὰ Καλλιμάχῳ, ἢ πρὸς ἑαυτὴν καλοῦσα. ἔσχε γὰρ τεῖχος ἀκλήϊστον. Lege τέγος. φιλοξενίης autem casu genitivo post τῖον i. e. ἕνεκα φιλ., ut ἐπαινῶ σε τῆς ἀρετῆς.“ Bentl. Ex eodem atque Suidas

fonte hauserunt etiam Etym. Sorbon. apud Gaisford. ad Etym. Magn. p. 319, 44 et Etym. Gud. p. 174, 55 (qui habent ἔχει γὰρ τέγος ἀκλήϊστον), item Cram. Anecd. Oxon. II p. 436, 10 (ubi ἔσχε γὰρ τέγος ἀκ.), sed in Etym. Magn. et Florent. l. l. versus frustulum excidit. Praeterea Gregor. Nazianz. III p. 302 hinc suum illud habet τέγος ἀκλήϊστον, Nonnus autem Dion. XX 282 et Marian. in Anthol. Pal. IX 668, 13 δόμον ἀκλήϊστον, sed τέγος etiam alii, cf. Naek. Opusc. I p. 248, de Hecal. p. 101 seq. Bentlei emendationem in schol. Aristoph. et Suida probant editores, praeterea ἦρα dant, quod egregie Valcken. epist. ad Ernest. p. 49 Tittm. restituit coll. Dosiad. in Anthol. Pal. XV 26 extr. et anonym. in Anthol. IV 209, 5 ap. Jacobs. Anth. Pal. Tom. II p. 717). nam nauci non est Blomfieldi hariolatio, ἦ ῥα divisim legendum et subaudiendum esse χάριν punctulo post ὁδῖται posito. — De loco quem in Hecale fragmentum obtinuerit cf. Hecal. cap. II coll. Naek. p. 101, Hecker. p. 96 et 114 seq.

42.

*Ἀείδει καί πού τις ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον.*

„Schol. Aristoph. Ran. (1297): καλεῖται — τὸ ᾆσμα, ὃ ἄδουσιν οἱ ἀντληταί, ἱμαῖον· Καλλίμαχος· ἀείδει καί πού τις ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον. Suid. (I 2 p. 990): Ἱμαῖον, ᾆσμα, τὸ ἐπὶ ἀντλήσει λεγόμενον, παρὰ τὸ ἱμᾶν· οἱ δὲ μυλωθρικόν· καί πού τις ἀνὴρ ὑδατηγὸν ἱμαῖον ἀείδει. Καλλίμαχος Ἑκάλῃ· lege ὑδατηγός. idem alibi (II 2 p. 1295): ὑδατηγὸς ἀνήρ, ὁ ἀντλῶν.“ Bentl. Quod Ruhnkenius addit, legendum potius esse ex Moschopul. περὶ σχεδῶν p. 16 καί πού τις ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον | ἀείδει, non probo. De ἱμαῖον cf. Nauck. de Arist. Byz. fragm. p. 184, de sede fragmenti cf. Proleg. Hecal. coll. Naek. p. 30 seq.

43.

*Αἴθ' ὄφελες θανέειν ἢ πάννυχον ὀρχήσασθαι.*

„Suid. I 2 p. 26: αἴθ' ὄφελες θανεῖν ἢ πανύστατον ὀρχήσασθαι· ἐπειδὴ τὴν γλαῦκα, ὅταν λάβωσι, τὰ παιδία περιάγουσιν, ἡ δὲ μὴ βλέπουσα δι' ἡμέρας ὥσπερ ὀρχεῖται· ἢ ὅταν πληγῇ, τελευτῶσα στρέφεται ὥσπερ ὀρχουμένη. Καλλί-

μαχος ἐν Ἑκάλῃ λέγει περὶ αὐτῆς. versum ita restituendum puto: αἰθ' ὄφελες θανέειν ἢ ὕστατον ὀρχήσασθαι." Bentl. Testibus addendi Zonar. p. 97 et gramm. in Cramer. Anecd. Paris. IV p. 103, ubi eadem sunt vitia quae Bentl. correxit, θανεῖν ἢ πανύστατον. Sed ultimum non recte curavit vir eximius, nam θανέειν et ὕστατον ὀρχεῖσθαι quum idem plane significent, magis placet quod e Suidae codice C (πάννυχον) restituit Naek. p. 243, etsi de mensura vocis ἤ, qualis est in Bentleiana lectione, nulla potest esse dubitatio. cf. Naek. p. 240 seq. Sedem fragmento supra cum Naekio assignavi Hecalae capiti VII.

## 44.

Ἀρμοῖ που κἀκείνῳ ἐπέτρεχεν ἁβρὸς ἴουλος.

„Etym. Magn. (p. 144, 49 coll. Herodian. I p. 502 Lentz. et Eustath. ad Il. p. 140, 13): ἀρμῶ σημαίνει τὸ ἀρτίως. ὁ δὲ τεχνικὸς λέγει, ὅτι παρὰ τοῖς Συρακοσίοις διὰ τοῦ ι γράφεται. ἐκεῖνοι γὰρ ἀρμοῖ λέγουσι κατὰ συστολὴν τοῦ ω εἰς ο· οἷον παρὰ Καλλιμάχῳ (frag. 230)· ἀρμοῖ γὰρ Δαναῶν γῆ ὡς ἀπὸ βουγενέως. σημαίνει τὸ ἀρτίως ἢ ἁρμοδίως· ἀρμοῖ που κακείνῳ ἐπέτρεχε λεπτὸς ἴουλος· οὕτως Θέων ὁ τοῦ Ἀρτεμιδώρου. Apud Suid. (I 1 p. 748) est ἁβρὸς ἴουλος, mollis lanugo: ἀρμοῖ που· ἀρτίως, νεωστί. οὕτω που Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ· ἀρμοῖ που κακείνῳ ἐπέτρεχεν ἁβρὸς ἴουλος." Bentl. Cum Etym. Magn. de λεπτός conspirat Etym. Florent. p. 44, item Favorinus p. 123 Dind., at Zonaras p. 310 et Lex. Paris. 2667 apud Bast. ad Gregor. Corinth. p. 368 nihil habent praeter ἀρμοῖ που (ἄῤμοι cod. Dresdens. apud Tittmann p. XVII, ἀρμοί lex. Parisin., Bast. l. l., sed ἀρμοῖ et δασύνεσθαι et περισπᾶσθαι grammatici affirmant. cf. Herodian. vol. I p. 538, 13. II p. 28, 14. — I p. 502, 9. II p. 370, 30. p. 478, 25. et sic scribitur etiam in Cram. Anecd. Oxon. I p. 163, 16. Hesych. I p. 284 et Aeschyl. Prom. 616, a quo ut alia multa ἀρμοῖ sumpsisse Callimachus videtur. contra Callimachi hunc versum in rem suam convertit Apollon. Rhod. I 972: ἀρμοῖ που κακείνῳ ὑποσταχύεσκον ἴουλος, quem posten ipse ita immutavit: ἰσόν που κ. τ. λ. cf. Gerhard. lection. Apollon. p. 7 seq. Λεπτόν (recte Bentleium et Naekium p. 91 alteri praetulisse non dixerim. nam etiam Nonn. Dion. X 179 habet

*ἀβρὸς ἴουλος.* et Herodianus, cui sua debet Etym. Magn. cum asseclis suis, hic quoque memoriter citando Callimachi versum paululum corrupisse putari potest. istud enim laboriosissimo viro saepius accidisse constat. De *κἀκείνῳ* cf. Naek. p. 89 et 92, de sede fragmenti cf. Hecalae cap. III coll. Naek. p. 88 seq. et Hecker. p. 108.

45.

*Νηπείης ἥ τ' ἄργος, ἀοίδιμος Ἀδρήστεια.*

„Apollon. Rhod. I 1116: *ἄστυ δὲ καὶ πεδίον Νηπήιον Ἀδρηστείης*, ubi scholiastes: *πεδίον Νηπείας ἐστὶ περὶ Κύζικον· μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ· Νηπείης, ἥ τ' ἄργος ἀοίδιμος Ἀδρήστεια.* scribo: *ἥ τ' ἀγρός, Νηπείης ἀγρός* i. e. *πεδίον.*“ Bentl. Praeter hanc Bentlei coniecturam recipiendum erat nobis egregium Godofredi Bernhardy inventum ad Dionys. Perieg. p. 905 *ἄργος* scribendum censentis coll. Eustath. ad Dionys. 419 p. 175: *ὁ γεωγράφος* (Strab. VIII p. 372 Cas.) *φησίν, ὅτι οἱ νεώτεροι καὶ μάλιστα Μακεδόνες καὶ Θετταλοὶ ἄργος τὸ πεδίον φασί.* Ipsi regioni nomen fuit *Ἀδράστεια* vel *Ἀδραστείας πεδίον*, ut testantur Strabon. XIII p. 588 C et ex eo Stephan. Byz. p. 28, 6. Fragmentum ubi quave ratione et quibus coniunctum fragmentis Hecalae insertum fuerit suspicatus sum in Hecalae cap. VII extr. coll. Naek. p. 264 seqq. atque Hecker. com. Call. p. 121 et in Schneidew. Philol. IV p. 479.

46.

*Βουσόον, ὅν τε μύωπα βοῶν καλέουσιν ἀμορβοί.*

„Suid. (II 1 p. 913): *μύωψ, μυῖά τις ἐρεθίζουσα τὰς βοῦς. λέγεται παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν Ἑκάλῃ· βοῦς σῶος μύωψ, ὁ τὰς βοῦς σοβῶν καὶ διώκων.* lege *βουσσόος, μύωψ.* scholiastes vetus ad Odyss. (XXII 299): *οἶστρος ὁ λεγόμενος μύωψ. ἔστι δὲ ζῷον ὑπόχαλκον τὴν μορφήν, ὅπερ, ἂν εἰσέλθῃ εἰς τὰ ὦτα τῶν βοῶν, ἐξοιστρεῖν ἀναγκάζει τοὺς βόας. καὶ Καλλίμαχος· βοὺς σοὸν οὔτε μύωπα βοῶν καλέουσιν ἀμορβοί.* lege *βουσσόον, ὅν τε.* idem ibid.: *ὁ δὲ μύωψ ἐκ τῶν ξύλων ἀπογεννᾶται· καὶ Καλλίμαχος περὶ τοῦ μύωπος βουσόον. οὔτε μύωπα βοῶν καλέουσιν ἀμορβοί.* lege: *Καλλί-*

*μαχος περὶ τοῦ μύωπος· βουσσόον ὅν τε.*" Bentl. Testibus adde Etym. Gud. p. 423, 38: *καὶ Καλλίμαχος· βοῦς σόον ὅν τε μύωπα βοῶν καλέουσιν ἀμορβή*, Etym. Angel. in Ritsch. Opuscul. I p. 689 (*βοῦς σόον ὅν τε μύωπα βοῶν καλέουσιν ἀμορβοί*), Lexic. cod. Parisin. 2630 in Adnot. ad Etym. Magn. pone Etym. Gud. p. 985: *καὶ Καλλίμαχος· βουσσόον ὅν τε μύωπα βοῶν καλέουσιν ἀμορβοί*, qui Bentlei *ὅν τε* firmant. praeterea *βουσόον* uno sigma scribendum fuit, ut fecerunt etiam Dindorf. in schol. Odyss. l. l. Bergk. Anthol. lyr. (II) p. XIII. nam quod recentiores poetae ut similia multa (cf. Lobeck. Elem. Path. II p. 63), ita praeferunt *βοοσσόος*, Quint. Smyrn. V 64, Non. Dionys. IV 31. XI 149 et 191 etc., in ea forma, in qua metri necessitas sola duplex sigma expressit, nihil alteri praesidii esse patet. Idem autem Bergkius cur l. l. spreta Suidae auctoritate fragmentum ad *Ἰοῦς ἄφιξιν* aliquando voluerit, non perspicio. nam aptissimus in Hecale locus fuit cap. II. cf. Naek. p. 60, qui etiam post alios monuit Callimachi locum expressisse Apollonium Rhodium III 277: *οἶστρος τέλλεται, ὅντε μύωπα βοῶν κλείουσι νομῆες.*

## 47.

*Ὁππότε λύχνου*
*δαιομένου πυρόεντες ἄδην ἐγένοντο μύκητες.*

„Scholiastes Arati (976): *τὸ πῦρ μὴ φέρον τὸ ὑγρὸν τοῦ ἀέρος τοῦ ἐμπεσόντος ἀφίησί τινας σπινθῆρας. ὅπερ καὶ ὁ Καλλίμαχος νοήσας εἶπεν· εὖτ' ἂν λύχνου δαιομένου ἄδδην ἐγένοντο μύκητες. προσέχειν οὖν δεῖ, ὁπόταν καὶ περὶ τὰς μύξας τῶν λύχνων μύκητες ἀθροίζωνται.* Scholiastes Aristoph. ad Vesp. (262): *φασὶν ὅτι ὑετοῦ μέλλοντος γενέσθαι οἱ περὶ τὴν θρυαλλίδα σπινθῆρες ἀποπηδῶσιν —, ὅθεν τεκμαίρονται τὸν ὑετόν· καὶ Καλλίμαχος· ἄδδην ἐγένοντο μύκητες.* grammaticus ineditus in bibliotheca publica Oxonii (editus nunc in Museo philol. Cantabr. V 1833 p. 423 et in Cramer. Anecd. Oxon. III p. 230 coll. Cram. Praef. vol. III p. III.): *πῶς κλίνεται τὸ μύκης; μύκου καὶ μύκητος. καὶ πόσα σημαίνει; τέσσαρα· τὰ κάρβουνα τὰ ἐπικείμενα τοῖς λύχνοις, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ Ἑκάβῃ· ὡς πότε λύχνος δαιόμενος πυρόεντες ἄδην ἐγένοντο μύκητες*, legendum: *ὡς*

*παρὰ Καλλιμάχῳ Ἑκάλῃ*, et reliqua sic ut edidimus." Bentl. Accedunt grammaticus in codice Baroccian. 159 apud Gaisf. ad Archiloch. fr. 92 (in Poet. Minor. I p. 319) et Choerobosc. in Theodos. p. 139, 25 (= Bekk. Anecd. p. 1399 coll. Herodian. I p. 60, 30. II p. 678, 36 Lentz.): *μύκης μύκου καὶ μύκητος· τοῦτο διάφορα σημαίνει· σημαίνει γὰρ καὶ τὰ κάρβονα τὰ ἐπικείμενα τοῖς λύχνοις ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν τῇ Ἑκάλῃ· ὁππότε λύχνου δαιομένου πυρέεντος ἄρδην ἐγένοντο μύκητες. σημαίνει δὲ καὶ τοὺς ἀμανίτας τοὺς περὶ τὰ δένδρα γενομένους κ. τ. λ.* Unde iure Naek. p. 245 sumpsit *ὁππότε*. nam quod Valcken. epist. ad Ernest. p. 49 Tittm. Arati scholiastae verbis innixus coniecit *εὖθ' ἅμα*, parum placet. — Fragmento in Hecal. cap. VII quo modo olim locus fuerit supra conieci p. 188. adde Naek. p. 245 seq.

48.

*Οἵ νυ καὶ Ἀπόλλωνα πανάρκεος Ἠελίοιο*
*χῶρι διατμήγουσι καὶ εὔποδα Δηωίνην*
*Ἀρτέμιδος.*

„Scholiastes Pindari Nem. I 3: *ἔχοι δ' ἂν οὐ φαύλως δέμνιον Ἀρτέμιδος λέγεσθαι τὴν Ὀρτυγίαν, οἷον ἐνδιαίτημα καὶ διατριβήν. ἱερὰν γὰρ πᾶσαν νῆσον τῆς Φερσεφόνης φασίν. ὅτι δ' ἐν αὐτῇ ἐστι τῇ Ἀρτέμιδι, Καλλίμαχος ἐν Αἰκάλῃ* (lege *Ἑκάλῃ*)· *οἵ νυ καὶ Ἀπόλλωνα πανάρκεος Ἠελίοιο χωρίον διατμήγουσι καὶ εὔποδα Δηϊώνην Ἀρτέμιδος.* Pro *ἐν αὐτῇ* lege *ὅτι δ' ἡ αὐτή ἐστι τῇ Ἀρτέμιδι*: eadem est ac Diana. Rationem reddit scholiastes, cur Ortygia sive Sicilia Pindaro dicatur *δέμνιον Ἀρτέμιδος*, cubile Dianae scilicet eam insulam sacram esse Proserpinae, quam eandem esse Dianam. id vero probat auctoritate Callimachi reprehendentis eos qui Apollinem a Sole et Proserpinam a Diana alios esse voluerunt. Pro *χωρίον* reposuimus *χῶρι* i. e. *χῶρις*, de quo vide Etym. Magn. (p. 607, 23) et Eustath. (p. 122, 10. p. 630, 25. p. 1879, 55). *Δηϊώνη* est Proserpina, utpote *Δηοῦς* i. e. Cereris filia. Denique huc pertinent illa Suidae (II 2 p. 43): *πανάρκεος, τοῦ μεγάλου, τοῦ δυνατοῦ. ἡλίου δὲ πανάρκεος, τοῦ πανταχοῦ λάμποντος.* respexit ad hunc ipsum versum: *πανάρκεος Ἠελίοιο.*" Bentl., cuius admirare insigne acumen verissime mendosum illud *χωρίον* emendantis, antequam in lucem editi

erant Apollon. Dyscol. de Adverb. p. 549 (cf. Bast. ad Gregor. Cor. p. 332) atque p. 573, et Joannes Alex. p. 37, 7, ubi nomine quidem auctoris non addito citatur χῶρι διατμήγουσι, sed Bentleio nihil erat nisi adverbium χῶρι ex Etym. Magn. et Eustathii locis cognitum, quibus adde Etym. Gud. p. 416, 20, Theognost. in Cram. Anecd. Oxon. II p. 159, 26, Choerobosc. Dictat. p. 853, 10, Grammat. in Cram. Anecd. Oxon. I p. 443, 27 seq. (cf. Herodian. I p. 506, 19 Lentz. et Lobeck. Elem. Path. II p. 283 —), prae qua emendatione sordet Valckenaeriana in epist. ad Ernest. p. 50: Ὦρον ἀποτμήγουσι. rursus idem Valckenaer. pro Δηιώνην, quod metrum non capit, egregie correxit Δηωίνην firmatum tum ab ipso, tum a Naek. p. 43 seq. et Lobeck. Prol. Path. p. 216, quorum exemplis equidem ex schol. Oppian. Hal. I 386 addo Πριαμίνη, etiam in Thesaur. Parisin. omissum. tertiam vocis scripturam, Δηιωίνην, invenio in Boeckhii scholiis Pindar. p. 428, quae qua codicum auctoritate nitatur (si quidem nititur) nescio, sed videtur haec inde explicari posse, quod pro Δηώ scribebatur saepe ΔΗΙΩ (cf. ad hym. Apoll. 110). Quod autem ad ipsam fragmenti interpretationem attinet, parum clarescit, utrum Callimachus adversarios propterea vituperaverit quod Apollinem a Sole, Dianam a Persephone segregaverit, an ob contrariam potius causam fecerit, quod deos illos deasque fuisse eosdem affirmaverit. Prius illud praeter Bentleium et Mueller. Dor. I p. 291 (II) Naek. p. 46 statuit, qui diserte, inquit, sive in poemate aliquo sive alio modo illi negaverant unquam quicquam Apollini cum Sole, Dianae cum Proserpina commune fuisse. ubi diserte consilio Naekius addidit. nam secum ipsos adversarios fovere illam sententiam potuisse concedit, Apollinem a Sole, Dianam a Persephone non esse segregandos. eandem autem ipsius etiam Callimachi fuisse sententiam, qui certe in hymnis in Apollinem et in Dianam nihil his diis attribuisset quae Soli et Persephonae propria essent, at tacite tamen illos deos deasque eosdem habuisset, sed illos reprehendisset qui diserte affirmassent a Sole Apollinem, a Persephone Dianam esse segregandos. At hoc si verum est et si Callimachus ab adversariis re vera non dissentiebat, sed eo tantum differebat, quod quae illi diserte affirmabant, ipse tacite probabat, nescio profecto

quo modo Callimachus in animum inducere potuerit, ut in adversariis reprehenderit quae ipse quoque sentiebat. Itaque sic potius censeo, Callimachum vituperasse adversarios, quod in carminibus [*οὐ πείθονται ἀοιδοῖς*], *οἵ νυ καὶ Ἀπόλλωνα παναρκέος Ἠελίοιο χῶρι διατμήγουσι, καὶ εὔποδα Δηωίνην Ἀρτέμιδος* (add. frag. 417), sed illos deos deasque eosdem esse dixissent. Atque fuisse qui hos deos accurate distinctos ab Homero (quicquid dicit Heraclides in Allegor. VI p. 416 Gal., Homerum eosdem habuisse Apollinem et Solem probaturus) ceterisque omnibus quantum scimus poetis epicis, etiam a Callimacho et Apollonio Rhodio, ultro confunderent, satis constat. quod prioribus certe temporibus non aliter factum videtur nisi ut singuli tantum homines hanc sententiam prae se ferrent, vulgus autem veteris opinionis tenax eam sperneret. quamquam iam Aeschylum Artemin fecisse Cereris filiam Herodot. II 156 narrat (cf. Serv. ad Vergil. Bucol. III 26: novimus eandem esse Proserpinam et Dianam), et Euripides in Phaeth. fr. 781 v. 11 Nauck. Apollinem et Solem eosdem facit (cf. Lobeck. Aglaoph. p. 79), quorum hoc, Apollinem a Sole non diversum esse, magis quam illud postea increbruit. cf. Plutarch. de Pyth. orac. XII p. 400 et de Defect. orac. XLII p. 433, Lobeck. Aglaoph. p. 111 et p. 614, Voss. Mytholog. Briefe II 41 p. 334 coll. Welcker Goetterl. I p. 457 seqq. Quinam autem illi fuerint quos ob hanc causam Callimachus vellicaverit supra suspicati sumus Hecal. cap. I p. 176.

## 49.

*Ναὶ μὰ τὸ ῥικνὸν*
*σῦφαρ ἐμόν, ναὶ τοῦτο τὸ δένδρεον αὖον ἐόν περ.*

„Suid. (II 1 p. 943): *ναὶ μὰ τὸ ῥικνὸν σύφαρ ἐμόν* (*ὅ ἐστι δέρμα. Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ*), *ναὶ τοῦτο δένδρον αὖόν περ ἐόν.* Idem alibi (II 2 p. 992): *σύφαρ, τὸ δέρμα, ἡ ἀνθρωπῆ· ναὶ μὰ τὸ ῥικνὸν σύφαρ ἐμόν, ναὶ τοῦτο τὸ δένδρον αὖον ἐόν περ. Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ.* Scholiastes Apollon. Rhod. I 669 *ῥικνοῖσι· ῥυσοῖς. ἡ δὲ λέξις παρὰ Καλλιμάχῳ· ναὶ μὰ τὸ ῥικνὸν σῦφαρ ἐμόν.* Pro *δένδρον* lege *δένδρεον* et versum restitue ut supra edidimus.“ Bentl.

*Δένδρεον*, quod recte de baculo interpretatur Ruhnk. Epist. crit. p. 222 Lips., e codd. Bernhardy restituit, item pro Bentleiano *σύφαρ* dedit *σῦφαρ*, etsi grammatici fere *σύφαρ* scribunt. cf. Bachmann. ad Lycophr. 793 et Nauck. de Aristoph. Byz. fragm. p. 98 not. 22. cf. de hoc nomine Lobeck. Paralip. I p. 207 coll. Ahrens. de dial. Dor. p. 389. de *ῥικνός*, quod hinc aliquoties sumpsit Gregor. Nazianz. vide Naek. Opuscul. I p. 244. Sedem fragmento assignavimus in Hecalae cap. IV coll. Naek. p. 151 seq.

50.

*Γεργέριμον πίτυρίν τε καὶ ἣν ἀπεθήκατο λευκὴν*
*εἰν ἁλὶ νήχεσθαι φθινοπωρίδα.*

„Athenae. II p. 56 C: *Καλλίμαχος ἐν τῇ Ἑκάλῃ γένη ἐλαῶν καταλέγει· γεργέριμον πίτυρίν τε.* Huc itaque Suidas (I 1 p. 1092) respexit: *γεργέριμον* (*τὴν ἐν τῷ δένδρῳ πεπανθεῖσαν ἐλαίαν*) *πίτυρίν τε καὶ ἣν ἀπεθήκατο λευκήν* (*τοῦτέστι τὴν συνθλασθεῖσαν καὶ οὕτως ἀποτεθεῖσαν ἐλαίαν*)· *εἰν ἁλὶ δὲ νήχεσθαι φθινοπωρίδα, τὴν κολυμβάδα λέγει.* Idem (II 2 p. 1507): *φθινόπωρον — καὶ φθινοπωρίδα εἰν ἁλὶ νήχεσθαι. φθινοπωρίδα τὴν κολυμβάδα λέγει.* Illud non praetermittendum, *εἰν ἁλὶ νήχεσθαι* hic notare olivam in muria innatantem. *ἅλς* itaque pro *ἅλμη*, unde eaedem olivae etiam *ἁλμάδες* dictae. notandum quoque *τὸ νήχεσθαι*, nam ea ratione *νηκτρίδες* quoque et *κολυμβάδες* vocatae sunt.“ Bentl. Alterum Suidae testimonium cum codicibus omisit Bernhardy ut e priore Suidae loco interpolatum. Nonni imitationem XVII 55, *χύδην δ' ἐπέβαλλε τραπέζῃ εἰν ἁλὶ νηχομένης φθινοπωρίδος ἄνθος ἐλαίης*, indicavit Ruhnk. Ep. crit. II p. 223 Lips. cf. etiam Nicandr. Alex. 426 *ὅτ' ἐμπλώῃσιν ἐλαίῳ.* Ceterum cf. Hecalae cap. V et Naek. p. 134.

51.

*Δινομένην πέρι βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσον ἅλωα.*

„Etym. Magn. (p. 74, 15): *ἅλως — ἐξ οὗ ἡ αἰτιατικὴ τὴν ἅλωα, ὥσπερ Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ. δινομένη περὶ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσεν ἅλωα.*“ Bentl. In Etym. Magn. codice Leidensi Valcken. epist. ad Ernest. p. 50 extr. Tittm. scribi

refert *δινομένην περὶ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσεν ἄλωα.* Sed gravius est quod Bentl. omisit Suid. I 1 p. 1230: *δεινομένην· πατουμένην· δεινομένην ὑπὸ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσον ἄλωα.* adde Zonar. p. 489, ubi *δεινουμένη* et *φύλασσε* editur, Choerobosc. Dictat. p. 360, 26 (= Bekk. Anecd. p. 1440 extr.): *ἄλως — σημαίνει τὸ ἀλώνιον* (? cf. p. 256, 20), *δεινομένην περὶ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλαττον ἄλωα, παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν τῇ Ἑκάλῃ.* idem ibid. p. 256, 21: *ἄλως — ἐξ οὗ καὶ ἡ αἰτιατικὴ ἄλωα, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν τῇ Ἑκάλῃ· δεινομένης περὶ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσον ἄλωα,* ex quo grammatico etiam Etymol. Magn. l. l. sua petiisse nunc apparet ex Etym. Florent. p. 25, ubi additum: *οὕτως ὁ Χοιροβοσκός* et praeterea *ἐφύλαττον* scribitur, quod praeter Choerobosci locos habet etiam grammatic. in Cram. Anecd. Oxon. II p. 376: *ἄλωα, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν τῇ Ἑκάλῃ· δεινομένην περὶ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσον ἄλωα.* paulo aliter grammat. in Cram. Anecd. Paris. IV p. 7: *ἄλωα, ὥσπερ Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ· δινωμένην περὶ βουσὶν ἐμὴν ἐφυλάσσατ' ἄλωα.* Ex his primum *ἐφύλασσον* scribendum erat, quod suasit etiam Hecker. l. l. p. 89, sed alteri posthabuit Naeke p. 127, deinde praepositioni non ausus sum ex Suida restituere cum Bentleio et Naek. *ὑπό,* sed *περί* retracto accentu loco aptissimum reddidi. et tmesin etsi paulo aliter in eodem verbo habet etiam Apollon. Rhod. I 1059: *τρὶς περὶ χαλκείοις σὺν τεύχεσι δινηθέντας.* De interpretatione fragmenti cf. Hecalae cap. V.

51ᵃ

*Ἄρκιος ᾗ χείρεσσιν, ἑλὼν δ' Αἰδήψιον ἄορ.*

„Stephan. Byz. (p. 45, 21): *Αἴδηψος — ὁ πολίτης Αἰδήψιος. Καλλίμαχος Ἑκάλῃ ἄρκιος ᾗ χείρεσσιν ἑλὼν Αἰδήψιον ἄορ.* Sententia mutila est. *Αἰδήψιον ἄορ* est quivis ferreus vel aeneus ensis, nam epitheton est commune ut *Ἀχελώιον ὕδωρ,* quia prope Aedepsum erant aeris et ferri metalla.“ Bentl. *Ἀκρίσιος χείρεσσιν* cur Berkel. ad Steph. l. l. maluerit, equidem non perspicio, etsi commendare hoc video etiam Welcker. die Aeschyl. Trilog. p. 210. at quae Hecker. l. l. p. 130 et in Philol. IV p. 479 coniecit, *ἄρκιος ᾗ ετ ἑλεῖν,* eorum prius certissimum videtur praesertim hoc versu subiuncto fragmento

anon. 331, alterum autem ne ipse quidem Heckerus opus esse putabat. etsi hoc quoque simul cum altero olim conicere litteris ad me datis Bergkium memini, cui *ἑλών* corruptum esse facile concedo, sed *ἑλὼν δ'* faciliorem coniecturam esse crediderim. Ceterum cf. Hecalae cap. III coll. Naek. p. 253.

52.

*Ἠνίκα μὲν γὰρ ταὐτὰ φαείνεται ἀνθρώποισιν,*
*αὐτοὶ μὲν φιλέουσ', αὐτοὶ δέ τε πεφρίκασιν·*
*ἑσπέριον φιλέουσιν, ἀτὰρ στυγέουσιν ἑῷον.*

„Olympiodorus in Meteora Aristotelis p. 12: *ὅθεν φησὶν ὁ ἐξηγητὴς καὶ μόνον κατ' ἐξαίρετον ἑῷον καὶ ἑσπέριον λέγεσθαι τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἀστέρα διὰ τὸ δύνασθαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καὶ ἑῷον καὶ ἑσπέριον φαίνεσθαι. ὅτι γὰρ ὁ αὐτός ἐστι καὶ ἑῷος καὶ ἑσπέριος, δηλοῖ καὶ Καλλίμαχος λέγων ἐν Αἰκάλῃ* (lege *Ἑκάλῃ*). *ἡνίκα μὲν γὰρ φαίνεται τοῖς ἀνθρώποις ταὐτά, αὐτοὶ μὲν φιλέουσ', αὐτοὶ δέ τε πεφρίκασιν, ἑσπέριον φιλέουσιν, ἀποστυγέουσιν ἑῷον. ὁ οὖν Ἀφροδίτης ἀστὴρ καὶ ἑσπέριός ἐστι καὶ ἑῷος, ἑῷος μέν, ἐπειδὴ προανατέλλει τοῦ ἡλίου, ἑσπέριος δὲ καὶ μετὰ δύσιν αὐτοῦ φαίνεται.* Eustath. ad Il. 1271, 35 (*ἀστὴρ Ἀφροδίτης*) *καὶ στίλβων καλεῖται καὶ ἑωσφόρος δὲ κατὰ καιροῦ μεταβολήν, ὡς καὶ Καλλιμάχῳ δοκεῖ, ἔνθα φησὶν ὡς ἑσπέριον φιλέουσιν, ἀτὰρ στυγέουσιν ἑῷον.* Ioannes Tzetzes in Epistol. (XLIII p. 38 Pressel. coll. Cram. Anecd. Oxon. III p. 362) *οὐδὲ γὰρ κατὰ τὸν Κυρηναῖον Καλλίμαχον ἑσπέριον φιλέουσιν, ἀτὰρ στυγέουσιν ἑῷον* (codd. *φιλέῃσιν* et *στυγέῃσιν*), et in Chiliadibus (VIII 837 p. 315 Kiesl.):

*ὁ ποιητὴς Καλλίμαχος οὗτος ὁ Κυρηναῖος*
*περί τινος οὐ σώζοντος τάξιν ἐν τῇ φιλίᾳ,*
*ἀλλὰ μετολισθαίνοντος καὶ μετατρεπομένου*
*ταῦτά φησι κατὰ ῥητόν, ἅπερ ἀκούων μάθε·*
*ἑσπέριον φιλέουσιν, ἀτὰρ στυγέουσιν ἑῷον.*

Sed errat bonus vir Tzetzes et cum illo Hadrianus Iunius, qui proverbialem versiculum esse putant de iis, qui in amicitiis infideles sunt et inconstantes. Loquitur enim Callimachus de novis maritis, qui Hesperum festinare cupiunt, Auroram

autem tarde venire. contra novae nuptae si castae sunt Hesperium metuunt, matutinum amant. Virgilius in Ciri (349 seqq.):

postera lux ubi laeta diem mortalibus almum,
et gelido veniens mane quatiebat ab Oeta,
quum pavidae alternis fugitant optantque puellae,
Hesperium vitant, optant ardescere Solem,

ubi vix dubito quin corrigendum sit: optant ardescere Eoum.“ Bentl., qui num iure Tzetzen vituperaverit et rectius de novis maritis, qui Hesperum ament, Auroram oderint, Callimachi verba explicanda censuerit, non tam certum puto esse quam ille statuit, quum nequeam perspicere quo pacto eius modi sententia inseri Hecalae, carmini nequaquam amatorio, potuerit. apta autem erit sententia, si illis verbis virorum doctorum de aequalium operibus indicium fluctuans et semper mutabile significari putaveris. ea autem mutabilis ingenii imagine non mirum erit si quem forte poetam in eam sententiam, quam unice Bentleius probat, usum esse invenimus, nec Tzetzen dixerim prorsus aberrasse a Callimachi sententia, quamquam is ipso Callimachi carmine non iam usus est, sed ex unico illo loco, qui aliunde ei innotuit, istam sententiam confecit (cf. Dilthey de Cydipp. p. 100 not.). Convenire autem illa Callimachi de inconstantia hominum Alexandrinorum iudicio poetico verba satis in Hecalae cap. I indicatum est. Ubi tertium quoque apposuimus versum ex Olympiodori paraphrasi feliciter erutum ab Heckero l. l. p. 130: *ἡνίκα μὲν γὰρ ταὐτὰ φαείνεται ἀνθρώποισιν.* nam Naekio p. 140 minus prospere res cessit (*ἡνίκα μὲν γὰρ ταὐτὰ μετ' ἀνθρώποισι* * * * | *φαίνεται* * * *) nec felicior Valcken. fuit in epist. ad Ernest. p. 51 Tittm.: *ἡνίκ' ἂν ἀνθρώποισι κατ' ἠέρα ταὐτὰ φανείη*, cui soloecismum Blomfieldus iniuria obiurgat, quoniam Valckenaerio *φανείη* sine dubio pro coniunctivo fuit, ut Hom. Od. V 394 et saepius, ubi nunc quidem scribunt *φανήῃ*. In Heckeri autem coniectura subiectum apparet esse *ἀστὴρ Ἀφροδίτης*, vocem *ταὐτά* autem accusativum i. e. *τὰ αὐτὰ φάσματα φαίνεται*, eandem semper speciem habens apparet. In sequentibus autem aperte falsa est Annae Fabri p. 347 ed. Ernest. et Vossii ad Catull. p. 153 coniectura *αὐτὸν μὲν φιλέουσ'*,

*αὐτὸν δέ κ. τ. λ.*, frustra commendata a Ruhnkenio ap. Ernest. Ceterum de hoc fragmento vide Naekii disputationem p. 38 seqq., qui notavit etiam Gregorii Naz. imitationem versus ultimi Opuscul. I p. 247 seq. et Apollinaris in dissertatione de Hecal. p. 59.

53.

*Ἡ δ' ἐκόησεν,*
*τοὔνεκεν Αἰγέος ἔσκεν.*

„Ammonius de similibus et differentibus vocabulis (p. 136 Valcken. = p. 130 Lips.): *τοὔνεκα καὶ οὕνεκα διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ τοὔνεκά ἐστι τούτου ἕνεκα, τὸ δὲ οὕνεκα ἀντὶ τοῦ ὅτι. ἁμαρτάνει οὖν ὁ Καλλίμαχος ἐν Αἰκάλῃ* (leg. *Ἑκάλῃ*) *κατὰ δύο τρόπους λέγων τοὔνεκεν Αἰγαῖος ἔσχεν, ὅτι τε δέον εἰπεῖν οὕνεκα τοὔνεκεν εἶπε, καὶ ὅτι ἀντὶ τοῦ οὕνεκα τοὔνεκεν εἶπε.* Sed in Etymol. Magn. (p. 524, 23) scriptum est non *τοὔνεκεν*, sed *οὕνεκα*, voce *Κοάλεμον*: *κοῶ τὸ νοῶ ὡς τό· ἡ δ' ἐκόησεν οὕνεκα γένος ἔσκε. Καλλίμαχος.* Sine dubio idem locus est qui ab Ammonio laudatur. Helladius in Chrestomathia (Phot. Biblioth. p. 531, 13 et Bekk.): *μακκοᾶν ἀρχαϊκῶς ἐστὶ τὸ μὴ ἀκούειν ἢ τὸ μὴ κοεῖν, ὅπερ τὸ νοεῖν ἐδήλου. Καλλίμαχος δὲ ἐν Ἑκάλῃ ἐκόησέ φησιν ἀντὶ τοῦ ἐνόησεν.* Suidas (I 2 p. 144): *ἐκόησεν· ἐνόησεν, ἰακῶς παρὰ Καλλιμάχῳ.* Legere etiam poteris (nihil enim explorati in tam curta sententia) *ἡ δ' ἐνόησε τοὔνεκεν Αἰγεὸς ἔσχε.* sensit quod Aegeus haberet. Aegeus pater Theseos. Thesea vero hospitio accepit Hecale.“ Bentl. Quod Bentleius edidit — *τοὔνεκεν οἱ γένος ἔσκε*, eorum alterum (*οἱ*) nulla nititur auctoritate, tertium (*γένος*) admodum infirma. nam *τοὔνεκεν Αἴγεος* (sic) *ἔσκεν* etiam ex Ammonii codice Regio enotavit Ruhnk. in epist. ad Ernest. p. 115 Tittm. et vitiatum esse *γένος* in Etym. Magn. l. l. demonstrat ex eodem fonte ducta scriptura haec in Etymol. Florent. p. 161: *ἡ δ' ἐκβόησεν οὕνεκα αἰγεος* (supra: *ως*) *ἔσκεν.* praeterea *τοὔνεκέν οἱ*, quod Bentleius dedit, plane vitiosum est. cf. ad hym. IV 150. Contra eidem atque Ammoniana deberi fonti ipsa docent verba Etym. Gudian. p. 533, 24 quantumvis corrupta: *τοὔνεκά καὶ οὕνεκα διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ τοὔνεκα ἐπὶ* (leg. *ἐστι*) *τούτου ἕνεκα,*

τὸ δὲ οὕνεκα· ὅτι ἁμαρτάνει (leg. οὕνεκα ἀντὶ τοῦ ὅτι. ἁμαρτάνει) οὖν Καλλίμαχος εἰπών· τοὕνεκεν αἴγεος ἔκεν (sic), ὅτι τε δέον εἰπεῖν οὕνεκα εἶπε τοὕνεκεν, καὶ ἀντὶ τοῦ κἂν κεν (leg. τοῦ κα κεν) εἶπε, unde etiam Ammonii τοὕνεκεν firmatur, quod adeo solitarium est, ut nisi Ammonius tanta fiducia proponeret ut a Callimacho, posthabendum alteri (οὕνεκα) esse diceremus. defendit illud quantum potuit Naek. l. l. p. 83 seq. Sed reliquos quoque testes ut breviter attingam, ex Suida locupletatus est Zonar. p. 670: ἐκόησεν ἰακῶς παρὰ Καλλιμάχῳ, et in Helladii verbis aperte trimetri iambici vestigia ubique prodeunt, quo metro in isto libro usum esse grammaticum constat ex Phot. Bibl. p. 535 Bekk. et ex frequenti virorum doctorum admonitione velut Naberi ad Phot. Lex. I p. 186 seqq., Mauricii Haupt in Herm. I p. 400 et Meinekii ibid. Illic autem Photium putaverim ita fere dicentem Helladium legisse:

τὸ μακκοᾶν ἀρχαΐκῶς
τὸ μὴ 'ξ ἀκούειν ἐστὶν ἢ τὸ μὴ κοεῖν,
ὅπερ τὸ νοεῖν [Ἴωσιν] ἐδήλου [πολλάκι]·
[καὶ] Καλλίμαχος [δ'] ἐν Θηκάλῃ φησίν [ποτε]
ἐκόησεν ἀντὶ τοὐνόησεν.

postremo ἐκόησε sine Callimachi nomine habet etiam Hesych. II p. 48. Ceterum de fragmenti interpretatione et sede cf. Hecalae cap. III coll. Naek. p. 77 seq.

54.

Ἰαπίς.

„Stephan. Byz. (p. 322, 7): Ἰαπίς, χαράδρα Ἀττικὴ εἰς Μέγαρα ἀπάγουσα, ὡς Καλλίμαχος Ἑκάλῃ." Bentl. Refero ad Hecalae cap. II. paulo aliter Naek. p. 182.

55.

Λύρκειον.

„Stephan. Byz. (p. 423, 1): Λύρκειον, ὄρος Ἄργους. Καλλίμαχος Ἑκάλῃ. καὶ τοπικὸν Λυρκήιον ὕδωρ καὶ Λυρκήιος τὸ ἀρσενικόν, καὶ Λύρκειος ὡς Ῥοίτειος." Bentl. Etiam Λυρκήιον ὕδωρ Callimachi suspicatur Meinek. (cf. ad frag. anon.

297) et fuit fortasse etiam *Λυρκήιος* Illam autem de monte memoriam rettuli ad Hecalae cap. VI coll. Naek. p. 174.

56.

*Μελαιναί.*

„Stephan. Byz. (p. 441, 12): *Μελαινεῖς, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. Καλλίμαχος δέ Μελαινάς φησι τὸν δῆμον ἐν Ἑκάλῃ.* Editiones vulgatae *τὸν δῆμον κεκλῆσθαι.* Sed codd. mss. pro *κεκλῆσθαι* legunt *ἐν Ἑκάλῃ* teste Luca Holstenio.“ Bentl. Vix dubium quin eundem hunc locum Stephanus innuat qui est fragm. 528 *πτολυπτῶκές τε Μελαιναί* Revocavi ad Hecalae cap. II. aliter Naek. p. 187 seq.

57.

*Τρινέμεια.*

„Stephan. Byz. (p. 635, 21): *Τρινεμεῖς, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. Διόδωρος καὶ Δίδυμος Τρινεμεῖς ἀναγράφουσι τὸν δῆμον, Καλλίμαχος Ἑκάλῃ Τρινέμειαν.*“ Bentl. Hoc quoque fragmentum ad Hecalae cap. II refero. cf. Naek. p. 99 seq., qui de Thesei itinere Marathonem versus suscepto interpretatur.

58.

*Γηφάγοι.*

„Hesych. (I p. 429): *γηφάγοι· πένητες, ἄποροι, ὡς τὰς ἐκ γῆς βοτάνας σιτιζόμενοι τροφῆς ἀμοιροῦντες. Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ.*“ Bentl. Idem iisdem verbis habent, Callimachi quidem memoriam omittentes auctor Lexic. rhetor. in Bekkeri Anecd. I p. 232, 17 et Etym. Magn. p. 221, 25. Fragmentum ad Hecalae cap. V reieci. adde Naek. p. 107, Hecker. p. 115.

59.

*Στάδιον δ' ὑφέεστο χιτῶνα.*

„Suid. (II 2 p. 880): *στάδιος χιτών, ὁ ποδήρης, ὁ τέλειος, παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν Ἑκάλῃ.*“ Bentl. Fugit Bentleium scholiasta Apollon. Rhod. III 1226 ed. Keil p. 479 ab Ernest. demum additus: *θώρηκα στάδιον· ὅτι οὐκ ἦν ἁλισυδωτός, ἀλλὰ*

*στάδιος· ἀπὸ τῆς στάσεως ἐσχημάτισται. τινὲς δὲ στάδιον ὡς εὐπαγῆ, ὃν καὶ Καλλίμαχος λέγει· στάδιον δ' ὑφέεστο χιτῶνα,* — qui praebet quod coniectura assequutus erat Naek. p. 85. Scholia enim Parisin. (coll. Favorin. s. *στάδιον*) habent *ὑφίεστο* vel *ἐμφίησται* (*ἠμφίεστο* Ruhnk. in Epist. ad Ernest. p. 116 Tittm.), quod Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 50 et Rutgers. Var. lect. II 20 p. 192 in *ἐπίεστο*, Hecker. l. l. p. 96 in *ἐφέεστο* mutarunt. sed quidni isto chitoni Theseum loricam induisse putemus? ac conferatur *ὑποέστης· χιτών* ap. Hesych. IV p. 213. Ceterum vide Hecalae cap. X et cap. III extr. coll. Naek. p. 85, qui etiam de *σταδίῳ χιτῶνι* docte egit coll. interp. ad Phrynich. p. 238 seq.

[60]

[„Schol. Nicandr. Ther. (909): *τοῦ ἑρπύλλου μέμνηται καὶ Καλλίμαχος ἐν τῇ Ἑκάβῃ ἢ Ἑκάλῃ.*" Bentl. cf. potius frag. 64].

61.

*Ἐριχθόνιος.*

„Scholiast. Homer. Il. II 547 *Ἐρεχθῆος· τοῦ βασιλέως τῶν Ἀθηναίων, τοῦ καὶ Ἐριχθονίου καλουμένου, γεννηθέντος ἐκ τοῦ Ἡφαίστου· οὗτος γὰρ ἐδίωκε τὴν Ἀθηνᾶν ἐρῶν αὐτῆς, ἡ δὲ ἔφευγεν. ὡς δὲ ἐγγὺς αὐτῆς ἐγένετο πολλῇ ἀνάγκῃ (ἦν γὰρ χωλός), ἐπειρᾶτο συνελθεῖν. ἡ δὲ ὡς σώφρων καὶ παρθένος ὡς οὐκ ἠνείχετο, ἀπεσπέρμηνεν εἰς τὸ σκέλος τῆς θεοῦ. ἡ δὲ μυσαχθεῖσα ἐρίῳ ἀπομάξασα τὸν γόνον ἔρριψεν εἰς γῆν. ὅθεν Ἐριχθόνιος, ὁ ἐκ τῆς γῆς ἀναδοθεὶς παῖς κατά τινα ἐτυμολογίαν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἐρίου καὶ τῆς χθονός. ἱστορεῖ Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ.*" Bentl., qui sic edidit e scholiis Didymi quae postea innotuerunt etiam ex schol. Venet. A., nisi quod haec Hecalae memoriam omittunt. Narrasse haec poetam in Hecalae cap. III puto coll. Naek. p. 68.

[62]

[*χαῖρ' Εὐκολίνη*]

[„Etym. Magn. (p. 392, 27): *Εὐκολίνη ἡ Ἑκάλη λέγεται παρὰ Καλλιμάχῳ κατ' ἀντίφρασιν, ἡ μὴ οὖσα εὔκολος.*" Bentl. Sic ille, nihil monito lectore tacite corrigens *Ἑκάλη*

pro eo quod in libris omnibus est *Ἑκάτη*, et ita Hecalen Callimachi hoc fragmento ditans. At praeter libros obstat quod Hecale *κατ' ἀντίφρασιν* quidem *Εὐκολίνη* appellari non potuit. Itaque alius locus huic Callimachi fragmento quaerendus erat. cf. *Ὑπομνήματ.* fr. 100[b] n. 4.].

63.

*Σόγχος.*

„Plin. Nat. histor. XXII 88: est uret sonchos, — ut quem Theseo apud *Callimachum* adponat Hecale, — uterque, albus et niger." Bentl. cf. Hecalae cap. V extr.

64.

*Κρῆθμον.*

„Plin. Nat. hist. XXVI 82: eadem vis crethmo ab Hippocrate admodum laudato. est autem inter eas quae eduntur silvestrium herbarum. hanc certe apud *Callimachum* adponit rustica illa Hecale." Bentl. Novum huic fragmento testimonium accedit ex schol. Nicandr. Ther. 909: *πολλάκι κρῆθμον· ἤτοι λάχανόν ἐστι· καὶ γὰρ μέμνηται αὐτοῦ καὶ Καλλίμαχος ἐν τῇ Ἑκάλῃ· κεροειδέα δὲ ἐπεὶ κερατοειδές ἐστι τὸ φυτόν, ὁ ἕρπυλλος, τοῖς φύλλοις.* Sic nunc Henricus Keil edidit ad Nicandri verba haec: *ἠὲ σύ γ' ἕρπυλλον κεροειδέα, πολλάκι κρῆθμον*, ad quae verba olim hoc scholium edebatur: *καὶ ὁ ἕρπυλλος εἶδος λαχάνου, ὃ κεροειδέα φησίν, ἐπειδὴ κερατοειδής ἐστι κατὰ τὰ φύλλα. κρῆθμον δὲ λάχανον λέγει. τοῦ δὲ ἑρπύλλου μέμνηται καὶ Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ*, unde Bentleius sumpsit frag. 60, nunc iam ex ordine removendum. nam potiorem esse scholiorum Florentinorum auctoritatem constat et erratum in Parisiensibus esse inde patet, quod *ἕρπυλλος* non est quod dicitur *λαχάνου εἶδος*. imo *λαχάνοις* opponitur a Theophrast. de Caus. plant. VI 14, 7 et 12, item VI 20, 1, et *στεφανωτικός* potius est (cf. Theophrast. Hist. plant. VI 1, 1. Eubul. ap. Athen. XV p. 679 E = Mein. Com. graec. Tom. III p. 252. Nicand. ap. Athen. XV p. 683 F = fr. 74 n. 40 etc.) nec videtur esculentus fuisse, nisi fortasse inter

esculenta numeratur ab Anaxandride in Protesilao ap. Athen. IV p. 131 E (= Mein. Com. graec. III p. 184 vers. 54), ubi proxime nominantur *ῥόαι, μήκων, ἀχράδες* et similia. Ceterum cf. Hecalae cap. V extr.

65.

„Schol. Callimach. ad Hym. in Apoll. 106: *ἐγκαλεῖ διὰ τούτων (Καλλίμαχος) τοὺς σκώπτοντας αὐτὸν μὴ δύνασθαι ποιῆσαι μέγα ποίημα, ὅθεν ἠναγκάσθη ποιῆσαι τὴν Ἑκάλην.*" Bentl. cf. in Hecal. prolegomen.

66.

*Ἐν μὲν γὰρ Τροιζῆνι κολουραίῃ ὑπὸ πέτρῃ*
*θῆκε σὺν ἀρπίδεσσι.*

„Isaacus Tzetzes ad Lycophr. (494): *ἐγκύου τῆς Αἴθρας γενομένης ὁ Αἰγεὺς ὑπὸ κοίλην πέτραν ἔθετο ξίφος καὶ ὑποδήματα ὥς φησι Πλούταρχος* (vit. Thes. III), *καὶ Καλλίμαχος δὲ λέγει οὕτως· ἔργα δέ μιν Τροιζῆνι κ. τ. λ.* Idem ad v. 1322 (hoc in Bentleianis excidit): *τὴν περὶ Θησέως καὶ τοῦ ξίφους καὶ τῶν ὑποδημάτων τοῦ Αἰγέως τῶν ὑπὸ τὴν κολουραίαν πέτραν ἱστορίαν εἶπον πρότερον. κολουραίαν γὰρ αὐτὴν ὁ Καλλίμαχος καλῶν λέγει· ἔργα δέ μιν Τροιζῆνι κ. τ. λ.* Pro *ἔργα δέ μιν* videtur legendum esse *ἐν γάρ μιν*. Etym. Magn. (p. 148, 39)· *ἀρπῖδες τὰ ὑποδήματα, ἃ δὴ καὶ κρηπῖδας καλοῦσι. παρὰ τὸ ῥάπτω ῥαπίς καὶ ῥαπίδες· πολυρραφῆ γὰρ τὰ ὑποδήματα· καὶ κατὰ μετάθεσιν ἀρπῖδες. οὕτω Σαλούστιος. Καλλίμαχος· ἐν γάρ μιν Τροιζῆνι θῆκε σὺν ἀρπίδεσσιν*, ubi peccant et qui hexametrum, et qui pentametrum ex illis formant, nam ex Isaaco supplenda sunt. Suidas (II 1 p. 318): *κολουραία πέτρα· κοίλη, κεκαμμένη, ἢ στρογγύλη, παρὰ Καλλιμάχῳ.* Sine dubio hoc fragmentum ad Hecalen pertinet, cuius argumentum erat Theseus ab Hecale hospitio exceptus." Bentl. Adde glossam cod. Parisin. *B* ad Lycophr. 494, p. 122 Bachm.: *κοιλὴν πέτραν τὴν ἐν Τροιζῆνι λέγει, ἣν Καλλίμαχος καὶ Πλούταρχος* (?). *Κολουραίη* (*κολουρέη*. et sic Favorin. s. v.) habet etiam Hesych. II p. 508 Callimachi nec nomine nec versu addito. Locum interpretatus sum in Hecalae cap. III. cf. Naek. p. 70 seqq.

66ᵃ.

*Λιμναίῳ δὲ χοροστάδας ἦγον ἑορτάς.*

„Scholiast. Aristoph. Ran. (216): *Λίμναι χωρίον τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ Διονύσου ἱερόν. Καλλίμαχος· Λιμναίῳ δὲ χοροστάδας ἦγον ἑορτάς.*" Bentl, qui sic edidit fragm. 280. Sed ex codd. Ravennat. et Venet. accesserunt *Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ* (nisi quod *Ἑκάβῃ* Venet.). Sed fugit Bentleium ab Hemsterhusio primo adiectus locus Stephan. Byz. p. 417, 13: *Λίμναι, ἔνθα ὁ Διόνυσος ἐτιμᾶτο. Καλλίμαχος· Λιμναίῳ δὲ χοροστάδας ἦγον ἑορτάς.* sic enim verissime Meinekius edidit quae codices ita habent: *ἐτιμᾶτο· καὶ οἱ λιμναῖοι,* quorum illud (*Καλλίμαχος*) iam Hemsterhusio placuit, alterum (*Λιμναίῳ*) praeter schol. Aristoph. ipse firmat Stephanus, qui fragmentum eo consilio attulit, ut Dionysum demonstraret *τιμᾶσθαι ἐν Λίμναις.* nescio igitur cur *Λιμναῖοι* Naek. p. 97 praetulerit. De sede fragmenti coniecturam protulimus in Hecal. cap. X coll. Naek. p. 97. *Χοροστάδας* hinc sine dubio noverat Nonnus Evang. Ioann. η' 140: *ἀλλ' ὅτε λοίσθιον ἦλθε χοροστάδος ἦμαρ ἑορτῆς.* de vocis formatione cf. Lobeck. Parerg. p. 610.

66ᵇ.

*Τοῦτο γὰρ αὐτὴν*
*κωμῆται κάλεον περιηγέες.*

Suid. II 1 p. 379: *κωμῆται· καὶ οἱ γείτονες· κώμη γὰρ ἡ γειτονία. Καλλίμαχος Ἑκάλῃ· τοῦτο γὰρ αὐτῇ κωμῆται κάλεον περιαγέες.* Fragmentum a Bentleio neglectum adiecit Ernest. n. 429 et *αὐτήν* edidit, post quem etiam *περιηγέες* emendavit Toupius. cf. Naek. p. 105 seq. Sedes fuisse fragmento in Hecalae cap. II videtur coll. Naek. p. 103 seqq.

66ᶜ.

*Παλαίθετα κᾶλα καθήρει.*

Etymol. mss. bibl. Leidensis (i. e. cod. Vossian. cf. Ruhnk. Ep. ad Ernest. p. 103 seq. Tittm. et Gaisford. ad Etym. Magn. p. 486, 36): *καλοστρόφοι* , *κᾶλον δὲ τὸ*

*ξύλον εἴρηται, ἀφ' οὗ καὶ καλόπους τὸ λεγόμενον καλοπόδιον. Καλλίμαχος Ἑκάλῃ· παλαίθετα κᾶλα καθήρει.* Editioni Ernest. addidit Ruhnkenius posuitque n. 459. atque etiam Suidam II 1 p. 39 memoravit: *κᾶλα παλαίθετα· ξηρὰ ξύλα, ἐκ πολλοῦ ἀποτεθέντα χρόνου. κᾶλον γὰρ τὸ ξύλον, ἐξ οὗ καὶ καλόπους, ὁ ξύλινος πούς.* Nuper etiam ex Etym. cod. Paris. 2720 in Cramer. Anecd. Paris. IV p. 53 de voce *καλοστρόφοι* eadem glossa iisdem verbis edita est additis etiam illis *Καλλίμαχος Ἑκάλῃ· παλαίθετα καλὰ* (sic) *καθήρει.* cf. Hecalae cap. V coll. Naek. p. 132.

66d.

*Να ἰμὰ τόν.*

Suid. II 1 p. 944: *ναὶ μὰ τὸ ῥικνὸν. σῦφαρ ἐμόν, ὅ ἐστι δέρμα. Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ* (fr. 49) — *καὶ Ἑκάλη εἶπε· ναὶ μὰ τόν, καὶ οὐκέτι ἐπάγει τὸν θεόν. ῥυθμίζει δὲ λόγος πρὸς εὐσέβειαν.* Fragmentum, quod Bentleius fr. 49 afferens elabi sibi passus est, de fuga Ruhnkenius retraxit n. 430. Vide Hecalae cap. V.

66e.

*Οὐ γάρ μοι πενίη πατρώιος, οὐδ' ἀπὸ πάππων*
*εἰμὶ λιπερνῆτις· βάλε μοι, βάλε τὸ τρίτον εἴη.*

Etymol. Magn. p. 566, 50: *λιπερνῆτις, θηλυκόν· τὸ ἀρσενικὸν λιπερνήτης. σημαίνει τὸν ἐνδεῆ καὶ πτωχόν.* His codex Voss. Gaisfordii addidit quae iam ex vetere suo lexico (quod a codice Vossiano Etymologici Magni non diversum fuit secundum Gronovium ap. Gaisf. Praef. Etym. Magn. p. 4) ediderat Stephanus in Thesaur. V p. 321 D.: *οἷον, οὐ γάρ μοί πενίη πατρώιος, οὐδ' ἀπὸ πάππων εἰμὶ λιπερνίτης.* Haec rectissime Schneidew. in Philol. III p. 535 seq. ad Callimachi Hecalen rettulisse aperte docent quae in eodem Etymol. Magni loco nunc demum addita legimus in Etymol. Florentino p. 207 Müller: *οὐ δέ μοι πενίη πατρώιος, οὐδ' ἀπὸ πάππων εἰμὶ λιπερνήτης, βάλε μοι, βάλε τὸ τρίτον εἴη.* nam ultima verba, *βάλε μοι, βάλε τὸ τρίτον εἴη,* Callimachi esse constat ex schol. Dionys. Thrac. p. 946, 15: *τὸ βάλε ὁμοίως κατ' ἰδίαν ἐπίρρημα εὐκτικόν· βάλε μοι, βάλε τὸ τρίτον εἴη.*

*Καλλίμαχος*, quam versus partem habet etiam Suidas I 1 p. 941, sed sine Callimachi nomine. Ex utroque loco sumpsit Naek. p. 156 et ad Hecalen coniectura relatum parum feliciter intellexit de Hecale lucernam observante, quae iam bis sternutamentum edidisset, et tertium expectante tamquam fausti ominis complementum, sed felicius certe quam Meineke, qui ad Callimach. p. 104 cupidi potatoris verba esse putabat. Nunc enim ex huius versus cum altero coniunctione apparet pertinere eum ad Hecalae cap. V et cogitandum esse de aliqua re quae cum paternis divitiis, quarum etiamnum sibi esse reliquias mulier indicat, coniungi possit. ac fortasse dixit desiderare se liberos ex se genitos et hoc optat tertium, quum duo sint sibi, parvae facultates a patribus acceptae et, nisi fallor, generis splendor. nam de hoc vide Naek. p. 130. *Λιπερνῆτις* a Schneidewino l. l. restitutum firmat Etym. Magni locus, item Suidas II 1 p. 588: *λιπερνῆτις· ἡ πτωχή*. Verba *οὐ γάρ μοι* usque ad *λιπερνῆτις* olim putabat Archilochi esse Bergk. Poet. lyr. p. 683.

## 66f.

## *Γλαυκώπιον.*

Schol. Eurip. Hippol. 32: *πέτραν δὲ παλλάδος φησὶ τὸ ἐν τῇ Ἀττικῇ Γλαυκώπιον, οὗ Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ* (cod. *Ἑκάβῃ*) *μέμνηται*. Vix dubium quin hoc testimonio Callimachi Hecalae iure a Naek. p. 201 vindicatum sit frag. anon. 332, quod ita corrigendum censemus: *ἤ τ' ἐπ' ἄκρης πόλιος θιναῖς Γλαυκώπιον ἵξει.* Et de Glaucopio in arce Athenarum testimonia veterum attulit Naek. p. 196 seq. et acute suspicatur fragmentum in Hecale ibi locum habuisse, ubi Theseus in itinere Athenas procul conspexit. cf. Hecalae cap. VI.

## 66g.

## *Κωλιάς.*

Suid. II 1 p. 375: *Κωλιὰς ναός ἐστι τῆς Ἀφροδίτης — ὅθεν ὁ τόπος Κωλιὰς ἐκλήθη. μέμνηται καὶ Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ.* Primus hoc fragmentum attulit Blomfieldus p. 400 extr. cf. Hecalae cap. VI coll. Naek. p. 190 seq.

66[b].

*Κούλουρις.*

Schol. ms. ad Euseb. Praep. evang. IV 16: *οὐ τὴν πρὸς ταῖς Ἀθήναις Σαλαμῖνα λέγει. αὕτη γὰρ Κούλουρις πάλαι ἐλέγετο, ὡς καὶ Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ φησίν, ἀλλὰ τὴν κατὰ Κύπρον Σαλαμῖνα λέγει.* A se inventum primus protulit Osann. de Sophocl. Aiac. p. 95, tum e cod. Paris. 451 fol. 275[a] Miller ad Dicaearch. p. 282. Kulúri hodiernum insulae nomen esse adnotavit Osann. l. l. et scriba quoque codicis A in Ptolem. Geograph. III, 14 extr. (p. 244 Wilberg) indicare velle videtur, ubi ad *Σαλαμίς* addit *Κολοῦρι*, et adnotavit etiam Leake die Demen von Attic. Wester. p. 164, qui vici cuiusdam nomen in hunc significationis ambitum succrevisse et ex Attico *κόλλυρα* corruptum esse dicit. sed de originatione dubitari potest, quoniam etiam *Κόλουρα* urbs fuit, cf. Herodian. de monad. p. 39, 19 Lehrs. et Stephan. Byz. p. 37, 18. praeterea videndum num *Κουλουρίς* scribi praestet. De sede fragmenti cf. Hecalae cap. VI et Naek. p. 190.

His paene pudet addere

Natal. Comit. Mythol. IX 5 p. 972 ed. 1619: fuit autem Titias heros indigena Cretensium, ut sensit Callistratus libro secundo Heracleae, quem fabulati sunt Iovis fuisse filium, cum tamen *Callimachus in Hecale* illum maiorem natu Cimmerii Mariandyni filiorum tradiderit. Haec expressa esse ex schol. Apollon. Rhod. I 1126: *Καλλίστρατος ἐν τῷ δευτέρῳ τοῦ καθ' Ἡράκλειαν περὶ Τιτίου φησί· Τιτίας ἥρως ἐγχώριος, ὃν οἱ μὲν μυθεύονται παῖδα Διός, οἱ δὲ πρεσβύτερον τῶν Μαριανδυνοῦ τοῦ Κιμμερίου παίδων* —, Naek. p. 224 monet, nisi quod Callimacheae memoriae nec in his scholiis, nec in schol. ad II 780 ullum sit vestigium. Illud quidem non dixerim fraudem esse consulto factam, quod Natalis novam Heracleam procuderit ex verbis scholiastae *τοῦ καθ' Ἡράκλειαν* (nam hoc quoque Naekius castigat). ita enim etiam veteres grammatici, ubi aliorum libros citant, saepe solent librorum titulos decurtare, ut Stephan. Byz. p. 672, 17 recte quidem ad testimonium vocat Nymphin *ἐν α' περὶ Ἡρακλείας*, sed paulo ante

p. 651, 4 minus accurate dixit *Νύμφις ἐν πρώτῳ Ἡρακλείας*, ubi Meinekius non debebat *ἐν πρώτῳ περὶ Ἡρακλείας* corrigere ut multis appositis exemplis docui in Zeitschrift für die Alterthumswiss. 1849 p. 545. add. Lehrs de Aristarch. p. 2. Sed Callimachi memoriam non veremur ne quis putet ex obscuris quibusdam monumentis, quae illi patuerint, nobis iam praeclusa sint, hominem vanissimum petiisse. satis enim hodie novimus Natalis Comitis negligentiam et levitatem eiusque fraudulentam ingentis copiae simulationem (cf. Dorschel. Dissert. de Nat. Com. fide in usurpandis veterum scriptorum testimoniis, Gryphiswaldiae 1862 editam p. 38 seq.). Et si quis tamen hic concesserit Natali aliquem scholiastam ad manus fuisse qui ista de Callimachi Hecale narraverit, tamen admodum incredibilis res propterea est, quoniam nulla quisquam ratione perspiciat, quo modo illam rem in Hecale maxime Callimachus narrare potuerit. contra intelligi facile potest, cur in hac re ad fraudem se abripi passus sit. dolebat enim in scholiis Apollon. Rhod. nec ad I 1126 nec ad II 780 nominatos esse qui Mariandyni filium fuisse Titiam dixerint (nam Iovi eius patri testem addituros omnes putabat Callistratum), eamque ob causam Callimachum cum Hecale sua ementitus est.

---

Proximum Callimachi opus

## XVI. *Ἐλεγεῖα*

inscriptum fuisse Bentleius statuit, sed in re difficillima tam exili usus est argumentatione, ut istum operis Callimachei titulum fuisse non persuadeat. Satis enim habuit haec pauca adnotare. „De Callimachi elegis Quint. X 1,58: tunc et elegiam vacabit in manus sumere, cuius princeps habetur *Callimachus*, secundas confessione plurimorum Philetas occupavit. Proclus ap. Phot. in Chrest. (p. 319 11 Bekk.): *λέγει (ὁ Πρόκλος) ἀριστεῦσαι τῷ μέτρῳ (ἐλεγείῳ) Καλλῖνον τὸν Ἐφέσιον καὶ Μίμνερμον τὸν Κολοφώνιον, ἀλλὰ καὶ τὸν τοῦ Τηλέφου Φιλητᾶν τὸν Κῷον καὶ Καλλίμαχον τὸν Βάττου· Κυρηναῖος δὲ οὗτος ἦν.* Scriptor incertus qui Censorino adiunctus est (cap. IX): antiquissimi poetarum Homerus, Hesiodus, Pisander, et hos secuti elegiarii Callimachus, Mimnermus, Euhemerus, in codice

ms. Carionis: Gallinus, Mimnerme Eurectus. lego itaque: Callinus, Mimnermus, Evenus. Horat. Epist. II 2, 91 seqq.

carmina compono, hic Elegos. mirabile visu
caelatumque novem Musis opus, aspice primum,
quanto cum fastu, quanto molimine circum
spectemus, vacuam Romanis vatibus aedem.
mox etiam, si forte vacas, sequere et procul audi,
quid ferat aut quare sibi nectat uterque coronam.
caedimur et totidem plagis consumimus hostem,
lento Samnites ad lumina prima duello.
discedo Alcaeus puncto illius: ille meo quis?
quis nisi Callimachus? si plus adposcere visus,
fit Mimnermus, et optivo cognomine crescit.

Carmina, non Heroica, ut male interpretes, sed lyrica. punctum autem posui post verbum elegos. non enim vult elegos, ut inepte exponunt omnes quos vidi commentatores, sed bibliothecam in templo Apollinis Palatini opus esse mirabile novemque Musis caelatum. Haec de Callimachi inter poetas elegiacos praestantia testimonia augeri possunt non solum iis, quorum supra in Prolegom. Aet. p. 41 mentionem fecimus, sed etiam poetarum latinorum locis, ubi Callimachus vel cum Phileta compositus laudatur vel aperte praedicatur propter artem elegiacam, Ovid. Art. am. III 329, Propert. III 33, 31. IV 1, 1. V 6, 3. Stat. Silv. I 2, 253. Ovid. Am. I 15, 13. Propert. IV 9, 43. V 1, 63, haec igitur testimonia tantummodo docent egregias elegias Callimachum scripsisse, non item autem docent composuisse eum opus, cui *'Ελεγεῖα* inscriptum fuerit. At illis testimoniis Bentleius subiecit frag. 67, cuius secundum versum ubi Etymol. Magn. p. 290, 50 produxit, de fragmenti sede hoc praefatur: *Καλλίμαχος ἐν τοῖς 'Ελεγείοις.* quibus verbis ille non dubitavit ita fidem adiungere, ut inter Callimachi operum titulos immitteret etiam *'Ελεγεῖα.* At vellem accuratius vir eximius in rem inquisivisset. etsi enim etiam fragmento 11 in Stobaei qui servavit codice Leidensi teste Valcken. de Callim. eleg. frag. p. 204 ascriptum est non *ἐν πρώτῳ ἐπῶν*, a Bentleio suo loco rectissime emendatum *ἐν πρώτῳ Αἰτίων*, sed *ἐλεγεῖα*

unde alterum de isto titulo testimonium emergere videatur, tamen vel sic habeo cur magnopere dubitem. quo enim magis Callimachus propter elegos celebrabatur, eo saepius eius elegos in testimonium vocari consentaneum erat addito Ἐλεγείων titulo. nunc autem eius modi locus non extat praeter eos quos modo memoravimus eosque tales, unde certi quicquam colligi nequeat. nam in Etymol. Magni quidem loco quis tandem negare velit, editoribus non tam ἐν Ἐλεγείοις scribendum fuisse, sed ἐν ἐλεγείοις, i. e. grammaticum non de titulo alicuius libri unde fragmentum petitum sit cogitasse, sed in universum tantum indicare voluisse quo metro scriptum sit quod fragmentum attulit? et quod in Etymologici loco Gaisfordo teste codex Vossianus articulum τοῖς omittit, defectus articuli potius alteram hanc interpretationem quam priorem firmare nonnullis videatur. atque eodem modo etiam in Stobaei loco codicis Leidensis scribam non tam titulum quam metrum indicare voluisse crediderim. quod autem adeo tertium de Ἐλεγείων Callimachi opere testimonium profert Spanhem. p. 390 Ernest., Athenae. XIV p. 669 E: λέξω τι καὶ αὐτὸς ἐξ Ἐλεγείων, hoc manifesto errore procreatum est. nam quod ad Ἐλεγείων Spanhem. apposuit „nempe Callimachi" aperte is poeta cedere debet Dionysio Atheniensi. Quodsi liquido demonstrari nequit peculiarem Callimachi librum fuisse cui Ἐλεγεῖα inscriptum fuerit, aliud quaerendum eius opus erit, unde elegiaca fragmenta quae citantur manaverint. atque iam olim significavi (cf. supra p. 39) id poetae opus, quo ars eius elegiaca imprimis apparuit Aetiorum fuisse libros quattuor ex eoque opere quae nunc habemus elegiaca Callimachi fragmenta petita videri, sive qui citaverunt nullo utebantur fontis indicio, sive communi Aetiorum nomine utebantur sive aliquo peculiari singularum in Aetiis elegiarum nomine, quale certe Σεμέλη fuisse credibile est. nihil igitur obstat quin frag. 67 non ex peculiari Ἐλεγείων quod inscribebatur libro, sed ex Aetiis et quidem ex Cydippe, quae elegia in illo opere fuit, petitum existimemus, ut fragm. 11 ex alia Aetiorum elegia manavit. Et hanc meam de Aetiis ut praecipuo elegiacorum Callimachi fragmentorum fonte sententiam probavi etiam Carolo Dilthey de Cydipp. p. 75 eoque confidentius nunc contendo Callimachi opus Ἐλεγεῖα inscriptum nullum fuisse. Nec ab ea me sententia detrudit quod praeterquam

in Aetiis etiam alibi elegiaco metro Callimachus usus est, velut in *Βερενίκης πλοκάμῳ*, in *ἐπινικίῳ ἐλεγειακῷ εἰς Σωσίβιον* (fr. 69), fortasse etiam in *'Ιοῦς ἀφίξει* et in *Ἄργους οἰκισμοῖς* et in *Γλαύκῳ*. nam neque ex his credibile est aliquod varii argumenti opus elegiacum a Callimacho compositum fuisse, quoniam ista carmina vel suum quodque peculiarem in tabula locum habent vel solemni aliqua oblata occasione certis quibusdam hominibus scripta erant, quae res de aliqua complurium carminum elegiacorum sylloge cogitari vetat. quod igitur in tabula Suidas *'Ελεγεῖα* opus non notavit, non incuria et negligentia viri factum est, sed quod nullum erat. — Iam sequatur quod ex *'Ελεγείοις* scilicet petitum Bentleius hic posuit fragmentum

## 67.

*Κουφοτέρως τότε φῶτα διαθλίβουσιν ἀνῖαι,*
*ἐκ δὲ τριηκόντων μοῖραν ἀφεῖλε μίαν,*
*ἢ φίλον ἢ ὅτ' ἐς ἄνδρα συνέμπορον ἢ ὅτε κωφαῖς*
*ἄλγεα μαψαύραις ἔσχατον ἐξερέῃ.*

„Extat apud Stobae. Tit. CXIII 6 et Callimacho adscribitur. priores editiones perperam exhibent inter Epigrammata, cum fragmentum sit ex Elegiaco. Etymol. Magn. (p. 290, 50) in v. *Λύσιν*. *Καλλίμαχος ἐν 'Ελεγείοις· ἐν δὲ τριηκόντων μοῖραν ἀφεῖλε μίαν, ἀντὶ τοῦ ἐκ τῶν τριάκοντα*. Versiculus tertius mutilus est. quidam ita supplent: *ἢ ὅτ' ἐς ἄνδρα συνέμπορον ἔρχητ', ἢ ὅτε κωραῖς*, Grotius in hunc modum: *ἐκ δὲ τριηκόντων μοῖραν ἀφεῖλε μίαν κήδεος, ἢ ὅτ' ἐς ἄνδρα συν. κ. τ. λ.* legere etiam poteris *ἢ ὅτ' ἀνὴρ εἰς ἄνδρα συνέμπορον κ. τ. λ.* Porro pro *μὰψ αὔραις* edidimus *μαψαύραις*. Hesiod. (Theogon. 872): *αἱ δ' ἄλλαι μαψαῦραι ἐπιπνείουσι θάλασσαν.* Hesych. (III p. 78): *μαψαῦραι αἱ μάταιαι αἶμμαι ἢ κοῦραι πνοαί*. lege *οἱ μάταιοι ἄνεμοι ἢ κωφαὶ πνοαί* vel *αἱ μάταιαι ἄελλαι·* certe non *μάψ* (frustra) narrat qui ex parte dolorem levat. denique pro *ἐξερύῃ*, quod apud Stobaeum est et ferri quidem potest, nempe promat, exhauriat edidimus *ἐξερέῃ* Grotium secuti." Bentl. Versus tertii hiatum ex duobus codicibus ita ut edidimus explent Gaisford. et Meinek., ut iam concidant Bentlei (qui *ἢ ὅτ' ἐς ἄνδρα συνέμπορον ἔρχητ'*

ἢ ὅτε κουφαῖς dederat) et aliorum coniecturae, Toupii Emend. in Suid. II p. 458, Valcken. l. l. p. 206, Jacobsii in Animadv. ad Stobae. Sermon. p. 282, Huschkii et Santenii in Huschkii Epist. crit. in Propert. p. 32. aptissimum autem istud duorum codicum supplementum est. nam quod Dilthey de Cydippe p. 76 ἢ φίλον οἷ ὅτ' ἐς ἀ. commendaturus oppositionem illam inter φίλον et συνέμπορον prorsus absurdam dicat, vereor ut aliorum assensum ferat. quî enim poeta amicum, quocum in patria, non in itinere demum, versatur homo aerumnosus, omittere potuit? praeterea φίλον οἷ ita ut pro anapaesto sit equidem certe Callimacho inferre ultro non ausim. nec probem quod Dilthey cum Heckero l. l. p. 144 in ultima versus parte ἢ ὅγε κωφαῖς scribi iussit, quae elegantia invitis melioribus codicibus illata erat etiam Hymn. III 150. at illa elegantia, qua φίλον ἢ εἰς ἄνδρα συν. dicitur pro ἐς φίλον ἢ εἰς σ., minime inusitata cum aliis (cf. ad Nicandr. p. 83) est Callimacho, velut Hym. II 8 et alibi. ipsa autem praepositio εἰς post verbum dicendi (cf. Blomf. ad Aeschyl. Pers. 166) etsi ibi potissimum dicitur, ubi sequitur pluralis vel collectivum nomen (ut λέγειν εἰς ἅπαντας, λέγω εἰς ὑμᾶς, λέγω εἰς πόλιν etc.) tamen dicitur etiam ubi additus est singularis ut Herodot. VI 69 εἰς σὲ κατειρήσεται et Sophocl. Trachin. 487 λόγους οὓς εἶπας ἐς τήνδ' ἐμπέδως εἰρηκέναι. ab hac autem praepositione quod ad dativum poeta transit, et ipsa non ingrata variatio est. De reliquis versibus hoc monendum habeo: V. 2 ἀφεῖλε non praetuli cum Meinek. ad Stob. l. l. (nam quod Tom. III p. 65 in Meinekiana legitur ἀφεῖκε typothetae error est cf. Praef. Tom. III p. XIII) et cum Dilth. l. l. ἀφῆκε, quod unius codicis Vossiani in Etym. Magni auctoritate nititur. nec probatur Bergkio Anthol. lyr. I p. 134 n. 115 = II p. 156 n. 126 (cf. Praef. p. XVI). V. 4 ἔσχατον sanissimum est nec a Dilth. debebat in ἄσχετ' ἂν mutari. nam illud est adverbium, sed non tam significat tempus (ut in Sophocl. Oed. Col. 1550) quam gradum. namque homini potius quam surdis ventis dolores suos queri solet aliquis. quamquam fateor aliud eius modi exemplum mihi ad manus non esse. contra habeo, quo singularem adiacentis vocis ἐξερέῃ usum stabiliam et defendam. ἐρέω enim constat apud Homerum aliosque duplex esse, alterum praesens tempus, q u a e r o significans, alterum futurum quod

significat dicam, quarum significationum quum sola hic apta sit secunda, iure notabimus Callimachi inconstantiam, ut qui ὅτ' ἐξερέῃ voluerit esse si quando narret, quum in Hym. IV 94. V 117, Epigr. I 8 ἐρέω sit narrabo, non narro. at aperte praesens est ἐρέω narro significans etiam in Nicandr. Ther. 484: ἀσκαλάβου, τὸν μέν τ' ἐρέει φάτις, οὕνεκ' Ἀχαίη Δημήτηρ ἔβλαψεν. atque sine dubio etiam in fragm. Callim. 101 τόσσα φέροιτε γράμματα Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι καλήν illud ἐρέουσι non futurum est, sed praesens, certe Aristaenet. I 10 ita intellexit, cuius accuratissima eius loci paraphrasis: τοσαῦτα — φέροιτε γράμματα, ὅσα τὴν Κυδίππην ἐπονομάζει καλήν. ac non est contra dicendum Aristaeneti locum corruptum esse, in quo scribendum scilicet sit ἐπονομάσει, quum vel prosariis auctoribus ἐρέω nonnunquam sit dico, non dicam. vide Dindorf. in Thes. Paris. III p. 283 D coll. Lobeck. ad Buttmann. II p. 166. Postremo etiam τριηκόντων Callimachus non sine aliorum exemplo declinavit. nam cf. Hesiod. Erg. 694: μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πόλλ' ἀπολείπων. ac vide Bergk. Comm. de reliqq. comoed. Attic. antiq. p. 194 et Meinek. Delect. poet. Anthol. p. 109. — Ad Act. III 1 (Cydipp.) fragmentum pertinere supra cum Dilth. diximus.

Sequuntur apud Bentleium Ἐλπίδες

68.

ex una Suidae tabula notae, de quibus coniecturam protulimus p. 18. Contra aliunde certum est, de quo Suidae tabula tacet opere quod inscribebatur

## XVII. Ἐπινίκιον ἐλεγειακὸν εἰς Σωσίβιον

69.

„Athenae. IV p. 144 E: Θεόφραστος ἐν τῷ πρὸς Κάσανδρον περὶ βασιλείας (εἰ γνήσιον τὸ σύγγραμμα. πολλοὶ γὰρ αὐτό φασιν εἶναι Σωσιβίου, εἰς ὃν Καλλίμαχος ὁ ποιητὴς ἐπινίκιον ἐλεγειακὸν ἐποίησε), τοὺς Περσῶν φησι βασιλεῖς ὑπὸ τρυφῆς προσκηρύττειν τοῖς ἐφευρίσκουσί τινα καινὴν ἡδονὴν ἀργυρίου πλῆθος." Bentl. Eum Sosibium plerosque video non diversum putare a nobilissimo grammatico Lacone, qui λυτικός vel ἐπιλυτικός appellabatur (Suid. II, 2 p. 851) et περὶ τῶν θυσιῶν τῶν ἐν τῇ Λακεδαίμονι, περὶ

*χρόνων*, *περὶ Ἀλκμᾶνος*, fortasse etiam *ὁμοιότητας* scripsit. cf. Hecker. l. l. p. 66). potest sane vera esse haec coniectura, nam certe temporum rationes non impediunt, quum Sosibius ille Ptolemaei Philadelphi tempore Alexandriae vixerit Museo ascriptus (cf. Athen. XI p. 493 F.). sed est tamen quod dubitem. primum enim parum credibile est, hominem non admodum divitem, ut qui mercede a rege Musei sociis numerari solita carere non potuerit (cf. Athen. l. l.), victoriam in certaminibus publicis consectari voluisse. quod autem maius est, Athenaeus qui p. 144 E verba *εἰς ὃν Καλλίμαχος ἐπινίκιον ἐλεγειακὸν ἐποίησεν* non aliam ob causam addidit nisi ut hunc Sosibium ab aliis eius nominis hominibus distingueret, non videtur hac distinctione usurus, sed pro illa dicturus fuisse aut *ὁ λυτικός*, ut facit XI p. 493 E, aut *ὁ Λάκων*, quod addit III p. 78 C cum Diogen. Laert. I 10 extr., Clem. Alex. Strom. I p. 389 Pott. aliis. itaque satius duco de alio quopiam Sosibio Alexandrino homine divite et nobili, quam de Lacone grammatico cogitare. atque Alexandriae iam inde a Ptolemaei Lagidae temporibus (cf. Plutarch. de Isid. et Osir. XXVIII p. 361) plures vivebant Sosibii, inter quos imprimis celeber fuit Sosibius ille Philopatoris *ψευδοεπίτροπος* (cf. Polyb. XV 25), qui istis temporibus *μάλιστα προεστάτει τῶν πραγμάτων* (Polyb. V 35 et 63. Plutarch. Cleomen. XXXIII seqq., Zenob. III 94), cuius si quis avum propter illam victoriam celebratum fuisse a Callimacho coniecerit, certe nimiae in coniectando audaciae accusari nequit. Ceterum quem de Sosibio Lacone cogitasse dixi Hecker. l. l. ad hoc carmen etiam fr. 193 retulit, quod mihi ad Aetia I 9 pertinere videtur.

---

## XVIII. *Ἐπιγράμματα*

titulus etsi in Suidae tabula non extat, tamen propter Diogenis Laertii, Athenaei, Steph. Byz. testimonia mox apponenda dubitari non potest. Certum igitur est Callimachum epigrammata sua diversis temporibus scripta noluisse disparsim et effuse vagari, sed in corpus quoddam coniunxisse. Illud tamen denuo factum est quum Meleager Gadarenus selecta Callimachi epigrammata (quod opus laudabat in Anthol. Pal. IV 1 v. 21 ut *ἡδὺ μύρτον, στυφελοῦ μεστὸν ἀεὶ μέλιτος*) in *στέφανον*

suum reciperet, unde tamquam disiecta corporis membra in Constantini Cephalae Anthologiam transierunt. Nihilo tamen minus integra ipsius Callimachi sylloge ea re non interiit. nam primo certe post Christum natum saeculo etiam extitisse apparere videtur ex Plinii Epistul. IV 3: ita sum adfectus ipse, quum Graeca epigrammata tua, cum iambos proxime legerem. quantum ibi humanitatis, venustatis, quam dulcia illa, quam amantia, quam arguta, quam recta! *Callimachum* me vel Heroden vel si quid melius tenere credebam. deinde eodem fere tempore Archibium in Callimachi Epigrammata commentarium scripsisse narrat Suidas I 1 p. 774: *Ἀρχίβιος Ἀπολλωνίου, γραμματικός, τῶν Καλλιμάχου Ἐπιγραμμάτων ἐξήγησιν ἔγραψεν*, qui videtur non solum Apollonii cuiusdam filius, sed etiam pater eius Apollonii fuisse, cuius meminit Suidas I 1 p. 628 (coll. Eudoc. Violar. p. 64): *Ἀπολλώνιος Ἀρχεβούλου ἢ Ἀρχεβίου, ἔγραψε περὶ λέξεων Ὁμηρικῶν κατὰ στοιχεῖον* et quem omnes norunt ex superstite lexico, utcunque est integrum. Sed secundo quoque et tertio saeculo totum Callimachi Epigrammatum opus suis ipsos manibus tractasse Herodianum (ex quo hausit Stephan. Byz. p. 241, 1. cf. frag. 73) et Athenaeum VII p. 327 A eo magis credibile est, quoniam etiam sexto saeculo ineunte Marianus Epigrammatum Callimachi metaphrasin iambico metro fecit. cf. Suid. II 1 p. 697. Ceterum ab hoc Epigrammatum opere diversum fuisse puto alium librum, in quo et ipso epigrammata poeta dedit, sed non alia nisi quibus de poetarum virtutibus iudicium ferebat. hoc enim *Γραφείου* argumentum fuisse supra coniecimus. ad hunc solum librum, ex quo item nonnulla per Meleagrum in Anthologiam transiisse statuo, Hedyli commentarium pertinuisse puto (cf. supra p. 167), non ad illud *Ἐπιγραμμάτων* opus, quae Meinekii sententia est in Anal. crit. in Athenae. p. 226. Ad *Γραφεῖον* autem referimus etiam frag. 74 et 74[a] et 74[b] mox apponenda, quae tametsi ex *Ἐπιγράμμασιν* citantur, nihil vetat quominus *ἐν ἐπιγράμμασιν* scribentes, non *ἐν Ἐπιγράμμασιν*, de alio libro cogitemus atque cui *Ἐπιγράμματα* etiam nomen inscriptum erat. Praeter ea autem epigrammata quae ex Anthologia petita in Volum. 1 p. 68 edidimus alia quaedam aliunde indagavit Bentleius, quorum numerus hodie et certis testimoniis augeri potest et fortasse etiam coniectura

suppleri debet, quae non nominata carminis sede oberrant, velut frag. 109, 111, 114, 115, 117, 118, 180, 191, 196, 217, 297, 363, 366, 399, 412, 419, 426, 501, 515, 538. Et a Bentleio quidem suppleta epigrammata haec sunt:

70.

*Αὐτὸς ὁ Μῶμος*
*ἔγραφεν ἐν τοίχοις „ὁ Κρόνος ἐστὶ σοφός.“*
*ἠνίδε καὶ κόρακες τεγέων ἔπι κοῖα συνῆπται*
*κρώζουσι καὶ κῶς αὖθι γενησόμεθα.*

„Diogen. Laert. vita Diodori (? potius Euclidis, II 10, 7. adde Hesych. Miles. ap. Müller Historiogr. IV p. 161, qui ex eodem quo Diogenes fonte hausit, et schol. ad Dionys. Thrac. p. 791, 5, ubi in fine fragmenti scriptum *ἐστὶ καλός*): *Διόδωρος Ἀμεινίου Ἰασεύς, καὶ αὐτὸς Κρόνος ἐπίκλην, περὶ οὗ φησι Καλλίμαχος ἐν Ἐπιγράμμασιν· αὐτὸς — σοφός.* Sextus Empir. (adv. Mathem. I 309 p. 672 Bekk.): *ὅτε καὶ τὸ τυχὸν ἐπιγραμμάτιον οὐχ οἷοί τέ εἰσι νοῆσαι (οἱ γραμματικοί), καθάπερ καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Καλλιμάχου εἰς Διόδωρον τὸν Κρόνον συγγραφέν, ἠνίδε κου κόρακες τεγέων ἔπι κοῖα συνῆπται κρώζουσιν καὶ κῶς αὖθι γενησόμεθα. ὅτι γὰρ διαλεκτικώτατος ἦν ὁ Κρόνος καὶ ἐδίδασκε πῶς κριτέον ἐστὶ τὸ ὑγιὲς συνημμένον, ὥστε διὰ τὸ ἐπικρατεῖν ἤδη τὴν διδασκαλίαν καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν δωμάτων κόρακας ἐκ πολλῆς τῆς κατηχήσεως κράζειν τὴν κατ᾽ αὐτὸν τὴν τοῦ συνημμένου κρίσιν, εἴποι ἂν ὁ γραμματικός, καὶ μέχρι τούτου συνήσει τὸ καὶ παιδίοις γνώριμον· ἐλθὼν δὲ καὶ ἐπὶ τὸ „καὶ πῶς αὖθι γενησόμεθα“ ἡσυχάσει μὴ εὑρίσκων τὸ δηλούμενον πρᾶγμα. φιλοσόφου γὰρ ἦν εἰπεῖν, ὅτι ἀρέσκει τῷ Διοδώρῳ μηδὲν κινεῖσθαι. τὸ γὰρ κινούμενον ἤτοι ἐν ᾧ ἔστι τόπῳ κινεῖται ἢ ἐν ᾧ μή ἐστιν· οὔτε δὲ τὸ πρῶτον οὔτε τὸ δεύτερον· οὐκ ἄρα κινεῖταί τι. τῷ δὲ μηδὲν κινεῖσθαι τὸ μηδὲν φθείρεσθαι ἀκολουθεῖ. ὡς γὰρ διὰ τὸ μήτε ἐν ᾧ ἔστι τόπῳ κινεῖσθαί τι μήτε ἐν ᾧ μὴ ἔστιν οὐδὲν κινεῖται, οὕτως ἐπεὶ τὸ ζῶον οὔτε ἐν ᾧ ζῇ χρόνῳ ἀποθνήσκει οὔτε ἐν ᾧ μὴ ζῇ, οὐδέποτε ἄρα ἀποθνήσκει. εἰ δὲ τοῦτο, ἀεὶ ζῶντες κατ᾽ αὐτὸν καὶ αὖθις γενησόμεθα.*“ Bentl. Utrumque fragmentum ad unum idemque epigramma iure revocasse Bentleium et Meinek. ad Callim. p. 112 nemo facile negaverit. quibus equidem etiam

ulterius progressus hiatum quem illi inter v. 2 et 3 statuunt nullum esse iudico, sed integrum epigramma esse, nisi quod initium interiit, cuius si non ipsa verba, certe sententia facile restitui posse videtur hoc modo:

[*Ἦ σοφὸς ἦσθα, Κρόνος, λίην σοφός*]· *αὐτὸς ὁ Μῶμος.*

Probrosum autem sine dubio epigramma fuit in Diodorum philosophum, cui primus (cf. Diogen. Laert. l. l.) Ptolemaeus Soter cognomen Crono dedit stultitiam, ut puto, hominis notaturus, ut saepe *Κρόνον* s t u l t u m h o m i n e m significasse constat vel ex Aristoph. Nub. 929 (cf. schol.). qui quum *διαλεκτικώτατος* esset et saepe discipulis ex rerum cohaerentia demonstraret aliquid vel esse vel non esse, ut vel corvi in tegulis sedentes ex hac disciplina profecisse viderentur et didicisse, qualia cohaererent (*κοῖα συνῆπται*) et cur animalia non moverentur (*κῶς αὖθι γενησόμεθα*) — mori enim ea dici non posse, quoniam neque quo tempore viverent, neque quo non viverent, morerentur —, Callimachus quoque ad carpendum virum, quem in ista re quidni probabile sit saepe risum movisse prudentioribus, excitatus est, praesertim quum in laudem philosophi in parietibus scriptum *ὁ Κρόνος ἐστὶ σοφός* a discipulo aliquo eius vidisset imitante amatores, quos saepe ita parietibus intulisse suum illud *ὁ δεῖνα καλός* novimus (cf. O. Jahn Beschreib. der Vasensamml. Koenig Ludwigs p. CXXII). Obiter moneo, non sine causa poetam ionicis formis *κοῖα* et *κῶς* in hoc epigrammate hic usum esse videri, quo corvorum clamorem depingeret. Sed quod etiam *ἠνίδε κ ο υ* editur, vereor ut hic quoque ionismus locum habeat, quoniam hoc quidem corvi non clamant. praeterea *κού* parum aptum sententiae est, cuius vis non extenuari, sed potius corroborari debebat. atque hoc fit voce *καί* (v e l), quam restituendam putavimus.

71.

*Οὐδὲ τὸ γράμμα*
*ἠδέσθη τὸ λέγον μ' υἷα Λεωπρέπεος*
*κεῖσθαι, Κήιον ἄνδρα* * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * *
*οὐδ' ὑμέας, Πολύδευκες, ὑπέτρεσεν, οἵ με μελάθρου*

*μέλλοντος πίπτειν ἐκτὸς ἔθεσθέ ποτε*
*δαιτυμόνων ἄπο μοῦνον, ὅτε Κραννώνιος αἰαῖ*
*ὤλισθεν μεγάλους οἶκος ἐπὶ Σκοπάδας.*

„Scriptor incertus (? Aelianus) apud Suid. (II 2 p. 758): *Σιμωνίδης· Ἀκραγαντῖνος στρατηγὸς ἦν, ὄνομα Φοῖνιξ. Συρακοσίοις δὲ ἐπολέμουν οὗτοι· οὐκοῦν ὅδε ὁ Φοῖνιξ διαλύει τὸν τάφον τοῦ Σιμωνίδου μάλα ἀκηδῶς τε καὶ ἀνοίκτως καὶ ἐκ τῶν λίθων τῶνδε ἀνίστησε πύργον, καὶ κατὰ τοῦτον ἑάλω ἡ πόλις. Ἔοικε δὲ καὶ Καλλίμαχος τούτοις ὁμολογεῖν· οἰκτίζεταί οὖν τὸ ἄθεσμον ἔργον καὶ λέγοντά γε αὐτὸν ὁ Κυρηναῖος πεποίηκε τὸν γλυκὺν ποιητήν „οὐδὲ τὸ γράμμ' ἠδέσθη τὸ λεγόμενον υἱὸν Θεοπρεποῦς κεῖσθαι Κήιον ἄνδρα·" κἆτ' εἰπὼν ἄττα ἐπιλέγει· „οὐδ' ἡμέας, Πολυδευκές, ὑπέτρεσεν, οἵ με μελάθρου μέλλοντος πίπτειν ἐκτὸς ἔσεσθαί ποτε δαιτυμόνων ἄπο μοῦνον, ὅτε Κρανωνίων αἶας ὦλισθε μέγας οἶκος ἐπὶ σκοπάσας."* quae omnia corruptissima feliciter nunc restituimus. Recte emendatum *μεγάλους Σκοπάδας*, ubi prius erat *μέγας οἶκος*. amat hoc epitheton Callimachus, ut Hym. in Pall. Lav. (34) *μεγάλων παῖδες Ἀκεστοριδᾶν*, et (v. 126) *μεγάλοις ὕστερα Λαβδακίδαις*. In nobilissimo hoc epigrammate poeta loquentem inducit ipsum Simonidem. huc refer illa Quintiliani XI, 2, 11: est autem magna inter auctores dissensio Glaucone Carystio, an Leocrati, an Agatharcho, an Scopae scriptum sit id carmen [intelligit Simonidis epinicium in Creontis filium Scopam, fr. 5 ap. Bergk. Poet. lyr. p. 1115 seqq., ap. Schneidewin. Simonid. Reliq. p. 17 seqq.], et Pharsali fuerit haec domus, ut ipse quodam loco significare Simonides videtur atque Apollodorus et Eratosthenes et Euphorion et Larissaeus Eurypylus tradiderunt, an Cranone ut Apollas Callimachus quem secutus Cicero hanc famam latius fudit. Scopam nobilem Thessalum periisse in eo convivio constat, adicitur sororis filius. putant et ortos plerosque ab illo Scopo, qui maior aetate fuerit. quis vero iste Apollas Callimachus? Cyrenensem enim nostrum Battiadem a Quintiliano hic nominari vel ex ipso hoc epigrammate plane constat. forte legendum Apollas et Callimachus, vel ulcus aliquod latet non sine meliorum codicum ope sanabile. Locus vero Ciceronis quem

laudat Quintilianus extat in libro II (86, 352) de Oratore. vide et Valerium Max. I 8." Bentl. Verissimae sunt Bentlei emendationes, quibus non praeferimus nec Stanlei ad Aeschyl. Sept. 836, ubi in initio *ἠδέσθη δ' οὐδὲ τὸ γράμμα λέγον, υἱὸν Λεωπρεποῦς κεῖσθαι τὸν Κήιον ἄνδρα * * * * οὐδ' ὑμέας κ. τ. λ.*, et in ultimo carmine *Κράννωνος ἀίσσας* et *μεγάλας — σκοπάδας* correxit, neque Buttmanni Mythol. II p. 271 *τότε* v. 5 voci *ποτέ* substituentis, neque Bernhard. ad Suid. l. l. *Κραννωνίδος αἴας* commendantis. sed *Κραννώνιος* cum Meinekio scripsi pro Bentleiano *Κρανώνιος* (cf. ad vol. I p. 63), et in Quintil. loco Bentl. emendationi a Meinek. Anal. Alex. p. 66 probatae praestare videtur Schneidewini ad Simonid. Rel. p. XII Apollas Callimachusque, cui etiam a se factam (Apollas Callimacheus) cedere Preller. de Polemon. Addend. p. XV iussit et Heckerus quoque Comm. Call. p. 26 assensus est. Praeterea in Callimachi epigrammatis v. 2 accentum quem Bentleius posuerat *Λεωπρεπέος*, Goettlingius in Programm. Jenens. 1857 p. 9 ad codices Herodot. VII 229 mutavit *Λεωπρέπεος* scribens ut fecit etiam Meinekius, qui epigramma edidit in edit. Callim. p. 111. Idem Goettlingius in Suidae vel potius Aeliani reliqua narratione quaedam latere Callimachi verba suspicatus est, quibus interruptus ab eo epigrammatis tenor restitui possit. sic enim totum Callimachi carmen reparandum putabat:

*[Νηλής, ὅς με θανόντ' αὖτις κτάνεν] οὐδὲ τὸ γράμμα*
*ἠδέσθη τὸ λέγον μ' υἷα Λεωπρέπεος*
*κεῖσθαι, Κήιον ἄνδρα, [τάφον δ' ἀνέδην διαλύσας*
*πύργον ἔδειμ', ἀνδρῶν πῆμα Συρακοσίων,]*
*οὐδ' ὑμέας, Πολύδευκες, κ. τ. λ.*,

qua in redintegratione et primae partis (*νηλής, ὅς — κτάνεν*) sententia parum placet et in altera parte propius ad Suidae verba accedi posse videtur. adde quod vox *κεῖσθαι* indigere aliquo additamento videtur quo intelligatur. quod si mihi quoque aliquid augurari concessum erit, in priore lacuna potius tale quid poetam scripsisse crediderim: *ἄγριος, ὅς διέλυσε τόδ' ἠρίον*, in altera autem Goettlingii conamen ad Suidae verba paululum accommodatius ita mutaverim: *κεῖσθαι, Κήιον ἄνδρα [τάφῳ ἔνι· τοῦ δ' ἀπὸ λάων ἄνστησεν πύργον, πῆμα Συρηκοσίων·]*. Sed hoc utut est, tantum constat, infelicissimam

fuisse Tittmanni ad Zonar. Lex. p. 1275 coniecturam, ad hoc epigramma pertinere frag. 254 *τῷ ἴκελον τὸ γράμμα τὸ Κώιον*, qui *Κώιος* et *Κήιος* male confudit, etsi utrumque accurate distingui iubet Stephan. Byz. p. 403, 3. atque *Κήιος ἀοιδὸς* Simonides audit in Theocrit. XVI 44. nihilo minus tamen Blomf. ad fr. 254 omnino assentiendum Tittmanno dicit et quum male fr. 71 nominasset pro fr. 70, Meinekium quoque in errorem induxit ad Callim. p. 112. Postremo si quis etiam nunc in verborum *ὑμέας*, *Πολύδευκες* insolentia offenderit, is admonendus erit notae Lobeckii ad Sophocl. Aiac. 191. et fortasse hoc quoque monendum, *Σκοπάδας* esse Scopam cum suis, quorum unum certe, Scopae sororis filium, Quintilianus nominat. sed iste Scopas, quem solum appellat Cicero, et ipse ut sororis filius *Σκοπάδης* erat ut antiquioris Scopae nepos ille, pronepos huius ex sorore filius.

72.

*Θεῖος δέ οἱ ἱερὸς ὕκης.*

„Athen. VII p. 327 A: *τὸν ὕκκην* (cod. ms. in Biblioth. Reg. *ὕκην*) *Καλλίμαχος ἐν Ἐπιγράμμασιν ἱερὸν ἰχθὺν καλεῖ διὰ τούτων· θεὸς δέ οἱ ἱερὸς ὕκης*. idem eodem libro p. 284 C: *ἐν δὲ τοῖς Ἐπιγράμμασιν ὁ αὐτὸς ποιητής* (*ὁ Καλλίμαχος*] *φησιν· ἱερὸς δέ τοι, ἱερὸς ὕκης*. Codex ms. *ἱερὸς δέ τις ἱεροσύκης*. est idem locus cum superiore." Bentl. Secundo loco fragmentum traditum ex fide Dionysii Jambi (cf. Athen. p. 284 B), priore ex ipso Callimachi libro haustum credi par est, unde patet cur Bentleius et Mein. ad Callim. p. 113 priorem fragmenti habitum praeferre voluerint. nisi forte quis minorem fidem habendam censeat ei qui ipse visum lectumque a se locum scriptoris citat, quam qui ab alio inde sumptum mutuatur. quamquam autem alterum prae priore hac duplici ratione commendari videatur, quod in illo variata vocis *ἱερός* mensura aliquid Callimacheum habeat (cf. Vol. I p. 153), in priore autem vocem *θεός* vix apte quisquam explicet, tamen ab hoc standum arbitror, non quo prius ab omni parte verum esse obtineam, sed quod inde facillime videtur ad verum perveniri posse. ita enim iudico, Callimachum *θεῖος* scripsisse, quod Athenaei librarii in *θεός* corruperint, Dionysius autem in *ἱερός* mutaverit, pro vera lectione inconsulte substituens interpretamentum, ut qui

memoriter locum citaverit atque *θεός* etiam Meinekius l. l. corruptum putabat, quamquam quod substituere ei *ἰχθύς* voluit parum placet. sed mihi Callimachus dixisse videtur: sacer ei est *vagus* hyces, sive *ἱερόν* ut statui interpretatus est *ἄνετον*, sive *μέγαν* sive *τὸν ἱέμενον πρὸς τὸν ῥοῦν* sive *διερόν* sive *διωκτικόν*, sive *ἐν τῷ ὑγρῷ θυόμενον* sive Neptuno sacrum i. e. marinum, tot enim modis Homericum *ἱερὸν ἰχθύν* (Il. XVI 407) interpretantur grammatici, ubi commune piscium nomen putant, schol. Hom. l. l., Etym. Magn. p. 468, 20 et 45 (Herodian. II p. 188 Lentz.) coll. gramm. in Notic. et Extraits Tom. XIII p. 161, Etym. Flor. p. 165, Gudian. p. 272, 52, p. 286, 29, p. 288, 38, Hesych. II p. 347 et imprimis Athenaeus l. l. p. 282 C seqq. (exscriptus fere totus ab Eustath. ad Hom. p. 1067, 38 seqq ), qui etiam proprium certos quosdam pisces hoc cognomen gessisse narrat, anthiam, delphinum, pompilum, ob certas rationes his inditum. Sed Callimachus si in frag. 37 ita nominavit *χρύσοφρυν*, hic autem *ὕκην*, sine dubio utroque loco communem quae in omnibus piscibus obtinet nominis rationem secutus est. Atque illa nostra fragmenti Callimachei interpretatio magis etiam se commendabit, si, quod iam Mein. l. l. suspicatus est, fragm. 156 huc pertinebat et, quae mea sententia est, cum nostro ita coniunctum erat

*ἐξ ἁλὸς οὐδ' ὕκην ἀνέρα Βουχέτιον*
*ἕλκειν* [*ἐστὶν ἔθος*]· *θεῖος δέ οἱ ἱερὸς ὕκης.*

Dixerat igitur poeta in aliquo epigrammate, Buchetium hominem ne hycam quidem retibus in terram trahere, nedum comedere solere, nam sacrum eius sententia hycam esse, in quem fortasse mutatum quendam hominem esse Buchetii fabulabantur.

## 73.

*Ἐς Δύμην απιόντα τὴν Ἀχαι*[*ῶν*]
[*ἐσχάτην*].

„Stephan. Byz. frag. (p. 240 seq. Mein.): *Δύμη, πόλις Ἀχαΐας. ἐσχάτη πρὸς δύσιν, ὅθεν καὶ Καλλίμαχος ἐν Ἐπιγράμμασιν· ἐς Δύμην ἀπιόντα τὴν Ἀχαι* * * *. Lege *τὴν Ἀχαίας*. est versus hendecasyllabus, ut alibi, Epigr. XXXIX: *Σειλήνης περίφοιτος εἰκόν' αὐτῆς*. vel erit heroicus, si legeris *εἰς Δύμην ἀπιόντας Ἀχαιίδα.*" Bentl. Recepi Meinekii emendationem et supplementum necessarium ex Anal. Alex. p. 107 not.

74.

*Μένανδρος.*

„Scholiast. Ibid. Ovid. (590 p. 474 Merkel.): Menander comicus Atheniensis, dum in Piraeo portu nataret, submersus est. de quo nobilissimae a Graecis editae traduntur Elegiae et a *Callimacho* epigramma.“ Bentl. Epigramma fortasse in *Γραφείῳ* locum habuit. His epigrammatis a Bentleio collectis adde:

74[a].

*Μαργίτης.*

Eustratius in Aristotel. Nicomach. p. 65 B: *ἀλλὰ καὶ Ἀρχίλοχος καὶ Κρατῖνος καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασιν μαρτυροῦσι* (*Μαργίτην*) *εἶναι Ὁμήρου τὸ ποίημα.* Qui primus protulit Ruhnkenius ad Velleium Patercul. p. 20 B. pro *Ἀρχίλοχος* reponi iussit *Ἀριστοφάνης*, quod probavit ad Cratini fragm. incert. 34 Meinekius Com. graec. II 1 p. 188. Ad Callimachi autem fragmentum sine dubio referendus est etiam Harpocrationis locus p. 123, 23 Bekk.: *Μαργίτης —. ἐκάλουν δὲ τοὺς ἀνοήτους οὕτω διὰ τὸν εἰς Ὅμηρον ἀναφερόμενον Μαργίτην, ὅπερ ποίημα Καλλίμαχος θαυμάζειν ἔοικεν,* quod Bentleio est fr. 389. ubi quod Dilthey de Cydipp. p. 10 dicit Harpocrationem non sine cautionis et dissentiae nota de Callimachi admiratione Margitae referre, ille ad verbi *ἐοικέναι* vim parum attendit, de qua cf. Hermann. ad Lucian. de conscrib. histor. p. 16. Ceterum nescio an hoc quoque in *Γραφείῳ* Callimachus dixerit.

74[b].

*Λύδη καὶ παχὺ γράμμα καὶ οὐ τορόν.*

Schol. Dionys. Perieg. in *Βίῳ Διονυσίου* p. 317 ed. Bernhard.: *ὅτι δὲ διαβέβληται τὸ παχύ, σαφῶς ὁ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασι δηλοῖ. διασύρων γὰρ Ἀντιμάχου τὸ ποίημα τὴν Λύδην ἔφη· Λύδη καὶ παχὺ κ. τ. λ.* Idem Schol. ad v. 3 (p. 977 Bernh.): *τὴν δὲ παχύτητα τῶν ποιημάτων ἱκανῶς μὲν διασύρει Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Βατράχοις, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Καλλίμαχος· αὐδῆσαι παχὺ γράμμα καὶ*

ΛΥΔΗΚΑΙ

*οὐ τορόν*. Primus ex scholiasta Dionysii tum nondum edito protulit Ruhnkenius posuitque n. 441 Ernest. atque intellexit de Lyde Antimachi, de qua Callimachi iudicium ut alii probarunt (cf. Stoll. de Antimach. p. 19), ita non probavisse videntur nec Asclepiades in Anthol. Pal. IX 63, nec Proclus ad Plat. Tim. I p. 28 med.: *Ἡρακλείδης γοῦν ὁ Ποντικός φησιν, ὅτι τῶν Χοιρίλου τότε εὐδοκιμούντων Πλάτων τὰ Ἀντιμάχου προὐτίμησε καὶ αὐτὸν ἔπεισε τὸν Ἡρακλείδην εἰς Κολοφῶνα ἐλθόντα τὰ ποιήματα συλλέξαι τοῦ ἀνδρός. Μάτην οὖν φληναφοῦσι Καλλίμαχος καὶ Δοῦρις* (p. 176 Hulleman.) *ὡς Πλάτωνος οὐκ ὄντος ἱκάνου κρίνειν ποιητάς*, qui et ipse hoc Callimachi epigramma respicere videtur. Lydae nomen, cuius accentus variat (cf. Dindorf. in Thesaur. Paris. V p. 416), *Λύδη* scripsi secundum Herodiani praeceptum I p. 311, ubi cum *Ἴδη* et *Μήδη* comparat. *Λυδήν* tamen edidit Mein. Callim. p. 113, etsi idem *Λύδη* dedit in Mosch. VI 2 et 4. De *παχύ* cf. Bernhardy ad Dionys. p. 977 et Stoll. l. l. Ceterum hoc quoque epigramma quin in *Γραφείῳ* locum habuerit non erit qui dubitet.

Quae apud Bentleium sequuntur *Θαυμάσια* propter Suidae tabulam paulo depressimus. Tum

## XIX. *Ἴαμβοι*

in Suidae quidem tabula non comparent, sed tamen propter sat multa scriptorum testimonia dubitari non potest quin Callimachus librum ediderit *Ἴαμβοι* inscriptum. Inter eos autem scriptores imprimis nominandi ii sunt, qui *Καλλίμαχον ἐν Ἰάμβοις* citantes non tamen puros iambos, sed choliambos apponunt, Plutarch. in fr. 86, Diogenes Laert. in fr. 94 et fr. 95, Julian. in fr. 90, Achilles Tat. in fr. 94 ac similiter alios loquutos esse ex Etym. Magn. p. 270, 46 demonstravit Gaisf. ad Hephaest. I p. 399 not.: *Σιμωνίδης ἐν τοῖς Ἰάμβοις· καὶ σαῦλα βαίνων ἵππος ὡς κορωνίτης*. add. Tzetz. ad Lycophr. 219: *Ἱππῶναξ ἐν τῷ κατὰ βουπάλου πρώτῳ ἰάμβῳ. ἔβωσε Μαίας παῖδα, Κυλλήνης πάλμυν*, et quos de Hipponactis fragmentis 2, 3, 4, 22[a], 26, 37 Bergkius in Poet. lyricis p. 751 seqq. testes attulit. Hinc primum efficitur, ut si quando corruptis Callimachi fragmentis adiciatur *ἐν Ἰάμβοις*, inde non sit continuo colligendum, illa fragmenta ita corrigi debere, ut puri ambiie vadant, quum possint fuisse choliambi, id quod propter

fr. 83[a] et fr. 98[c] moneo. atque nihil impedit quin fr. 79, 80 et 81 ad choliambos referantur etsi e Iambis citantur a scriptoribus. Praeterea inde necessario consequitur, ut, quum in Callimachi *Ἰάμβων* opere etiam choliambi fuerint, eos errare putemus qui in tabula a Suida excerpta olim etiam singularem *Χωλιάμβων* titulum fuisse existiment, ut Bentleius statuit. neque huic sententiae multum est praesidii ex veterum scriptorum citandi ratione. nam quem primum nunc sui generis locum habemus, Etym. Magn. p. 59, 49: *παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν Χωλιάμβοις*, parum probat, quum quod ille dedit fragmentum (86), Plutarch. de Placit. phil. I 7 doceat *ἐν τοῖς Ἰάμβοις* locum habuisse, et quum Etymol. Magni auctor non tam titulum nominare, quam metri genus indicare voluisse videatur quo fragmentum scriptum sit, ut fecit etiam fr. 442, 10 (fr. 96), ubi allato Callimachi versu addit: *ἔστι δὲ χωλίαμβος, τροχαϊκὸν γὰρ ἔχει ἐν τῷ ἕκτῳ ποδί*, unde iure colligere nobis videmur in priore quoque Etymologici loco non tam in *Χωλιάμβοις* quam *ἐν χωλιάμβοις* scribendum esse. atque eodem modo iudicandum de Schol. Aristoph. Pac. 835 (frag. 83[b]), Suid. I 1 p. 1350 (fr. 83[b]), schol. Clem. Alex. p. 102 Klotz. (frag. 86), ubi item *Καλλίμαχος ἐν Χωλιάμβοις* in auxilium vocatur. Summum autem est, quod suos ipse Callimachus choliambos vocat *ἰάμβους* in frag. 90: *φέρων ἴαμβον οὐ μάχην ἀείδοντα*. Hoc igitur iam constabit unum tantum opus Callimachum edidisse *Ἴαμβοι* inscriptum, quo communi titulo puros iambos et choliambos comprehenderit. ac ne hoc quidem concesserim, in eo opere iambos puros et choliambos sive scazontes seorsim positos fuisse, sed inter se mixta fuisse carmina pure iambica et choliambica. nam non unum et continuum operis argumentum fuisse vel ex fragmentorum collectione patet, qua docemur de variis rebus poetam egisse in unum nisi fallor corpus colligentem quos diversis temporibus scripserat utriusque generis iambum (i. e. carmina iambica. nam unum quoque eius modi carmen *ἴαμβον* vocabant. cf. fr. 75[a]). nec dici potest singulos operis libros hoc aut illud metrum habuisse, quum plus uno *Ἰάμβων* libro poetam scripsisse sine teste aliquo affirmare non audeam, etsi fecit Hipponax, cuius liber secundus ex puris iambis constitisse videtur (cf. Hippon. fr. 17 Mein.). Ac primum operis carmen choliambicum fuit, si quidem recte

statuo Callimachum tamquam prologum aliquem toti operi praemisisse fragmenta 92, 85, 90, quae post alios Bergkius in Lyr. poet. graec. p. 755 ed. III in unum iungenda esse:

> ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος· οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω
> ἐκ τῶν, ὅκου βοῦν κολλύβου πιπρήσκουσιν,
> φέρων ἴαμβον οὐ μάχην ἀείδοντα
> τὴν Βουπάλειον.

quod si verum est, aptissime Callimachus in carminis primi initio dixit, tamquam Hipponactem ex inferis redivivum venire se cum iambis suis, qui tamen non plane spirent illud virus quod olim Hipponax contra Bupalum (cf. Brink. in Schneidew. Philol. VI p. 41 seq.) effuderit, sed illis sint mitiores, ut sit cur habiturum se speret auditores. Praeterea in hoc quasi prologo poeta dixisse videtur, rerum novarum cognoscendarum se esse cupidissimum, et propterea per totam vitam se studuisse hominibus eius modi res enarrare (fr. 98[d]), et postremo deos invocans carmen hoc iis commendasse (fr. 83[c]). Sed illis verbis quin recte Callimachus suorum iamborum naturam ab Hipponacteis diversam adumbravit dubitari nequit, quum certe in fragmentis nihil reperiatur quod virus nimiamque violentiam redoleat. quamquam non putandum est in hoc Callimachi opere iambos naturam suam adeo exuisse, ut iam nihil iis acerbitatis inesset. nam satis acerbum se praestare poeta potuit in deridendis hominum pravis moribus, qualis imprimis apparuit in deorum cultu (fr. 75, 76, 82[b]), in philosophorum praeposteris placitis (fr. 86), prae quibus Thaletis celebravit praestantiam (cf. ad fr. 83[a]), in poetarum tumiditate (fr. 82, fr. 98[a], 98[b], 98[c]) et avaritia (fr. 77). et quod fr. 85 orcum appellat eum locum, *ὅκου βοῦν κολλύβου πιπρήσκουσιν*, aut fr. 87 homines *τὸν πηλὸν τὸν Προμήθειον*, id non videtur sine acerba irrisione facere. Ceterum si vel ita Callimachus saepius tecte notavit vel res vel homines, difficillimum ad legendum eius opus fuisse credibile est, ut non mirandum sit extitisse olim nescio cuius in *Ἰάμβους* scriptum commentarium, quem novimus ex Etym. Gudian. p. 95, 42 (fr. 82[c]). Iam sequantur Iamborum fragmenta:

## 75. ✕

„Clemens Alexandr. Strom. V p. 570 (= 674 Pott.): *Ἀπολλόδωρος ὁ Κερκυραῖος τοὺς στίχους τούτους ὑπὸ βράγχου ἀναφωνηθῆναι τοῦ μάντεως λέγει, Μιλησίους καθαίροντος ἀπὸ λοιμοῦ. Ὁ μὲν γὰρ ἐπιρραίνων τὸ πλῆθος δάφνης κλάδοις προκατήρχετο τοῦ ὕμνου ὧδέ πως· μέλπετε, ὦ παῖδες, Ἑκάεργον καὶ Ἑκαέργαν, ἐπέψαλλεν δ', ὡς εἰπεῖν, ὁ λαός: Βέδυ, ζάμψ, χθώ, πλῆκτρον, σφίγξ,* | *κναξβί, χθύπτης, φλεγμώ, δρόψ. Μέμνηται τῆς ἱστορίας καὶ Καλλίμαχος ἐν Ἰάμβοις.* De hoc loco Clementis vide, si operae pretium est, dissertationem nostram ad Iohannem Malalam Antiochensem (p. 47 Oxon. 1691)." Bentl. In Clementis verbis ista me offendunt: *τοὺς στίχους τούσδε ὑπὸ Βράγχου ἀναφωνηθῆναι.* nam quum *τοὺς στίχους* aperte non referat ad aliquot antea expromptos versus, sed ad aenigmatica illa vel si diis placet symbolica quae postea apponit verba *βέδυ, ζάμψ* (sequor enim ita emendantem Bentleium l. l.), ea autem non a Brancho *ἀναφωνηθῆναι* dicantur, sed a populo qui hymnum cantanti Brancho illis verbis quasi *ἐπέψαλλεν*, apparet *ὑπὸ Βράγχου ἀναφωνηθῆναι* non posse verum esse . etsi autem illa verba in isto sacro Branchus non *ἀνεφώνησε*, tamen sine dubio invenerat populumque docuerat hymno suo accinenda. itaque aut deleta *ὑπό* praepositione *βράγχου* cum *στίχους* iungendum, aut, quod magis credo, propter *τὸ ὁμοιόαρκτον* aliquid excidisse putandum est ex hac Clementis oratione: *τοὺς στίχους τούςδε ὑπὸ Βράγχου ἀνευρεθέντας ἀναφωνηθῆναι κ. τ. λ.* . Ceterum Callimachum in iambis (vel in choliambis, nam de his quoque cogitari posse ex superioribus liquet) praeter historiam populi a Brancho purgati etiam symbolica illa verba attulisse vix credibile est. satius erat monere Branchi hymno populum aenigmatica vel potius puerilia et ridicula sine sensu verba accinisse. nam quin irriserit populi epiphonema propter iambos non videtur dubitari posse.

## 75ª. ✕

„Strabo VIII p. 354 init. *μέγιστον δὲ τούτων* (i. e. anathematum in Olympia positorum) *τὸ τοῦ Διὸς ξόανον, ὃ ἐποίει Φειδίας Χαρμίδου Ἀθηναῖος ἐλεφάντινον —— ἀνέγραψαν*

*δέ τινες τὰ μέτρα τοῦ ξοάνου, καὶ Καλλίμαχος ἐν ἰάμβῳ τινὶ ἐξεῖπε.*" Bentl. Callimachus in iambico vel choliambico aliquo carmine istius statuae splendorem et magnitudinem videtur celebrasse prae aliorum hominum in simili re sordida illiberalitate. cf. fr. 76.

76.

*Τὴν ὡγαμέμνων, ὡς ὁ μῦθος, εἵσατο,*
*τῇ καὶ λίπουρα καὶ μονωπὰ θύεται.*

„Schol. Aristoph. Av. (873): *Εὐφρόνιος δέ φησιν, ὅτι ἐν Ἀμαρύνθῳ ἡ Κολαινὶς (Ἄρτεμις) διὰ τὸ τὸν Ἀγαμέμνονα θῦσαι αὐτῇ ἐκ τοῦ κηροῦ κόλον* (*κριὸν κόλον* recte Duebner. ex emendatione Dobraei)· *ἐπὶ ταύτης δὲ Καλλίμαχος λέγει· τήνῳ Ἀγαμέμνων — καὶ λείπουρα καὶ μόνωπα θ.* Corrige ut hic editum vides. Agamemnon Dianae Colaenidi statuam consecravit, cui in more erat animalia mutila sacrificare, quae aliis diis offerre nefas. Theognis prope ab initio *Ἄρτεμι θηροφόνη, θύγατερ Διός, ἣν Ἀγαμέμνων | εἵσαθ', ὅτ' ἐς Τροίην ἔπλεε νηυσὶ θοαῖς.*" Bentl. Fragmentum hoc Naekius de Choeril. p. 183 (coll. de Hecal. p. 48 et 273) insigniter auxisse sibi visus est eo versu qui sine auctoris nomine totus oberrat in Etymol. Paris. ap. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 241, Etym. Gudian. p. 539, 59, Etym. Vossian. ap. Gaisford. ad Etym. Magn. p. 776, 12: *ὑδεῖν ἔοικε τὴν φερέζοον* (vel *φυσίζοον*) *κόρην,* sed cuius duo tantum prima verba apud Suid. II 2 p. 1296 sine auctoris nomine leguntur, quem versum nostro fragmento praefigendum ille censebat. sed egregie falsus est vir eximius, nam illum Ioannis Damasceni versum esse praeter Gaisfordum monuerunt Bernhardy ad Suid. l. l. et Nauck in Zeitschrift für d. Alterthumswissenschaft 1855 p. 20 et 22, quod fugit Carolum Dilthey Anal. Callim. p. 7 etiam tunc censentem certo indicio assignatum Callimacho versum esse, sed non fugit Bergkium, qui pristinum suum errorem in Anthol. lyr. I p. 138 n. 159 commissum correxit in eius libri editione altera p. 162 n. 185 coll. praef. XVII. In ipsius autem Callimachi verbis restabat corrigendus accentus vocis *μόνωπα* (sic enim scribebatur ab omnibus). cf. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. 955 extr. De Dianae illo templo Bentleianis adde Dionys.

Descript. Graec. 89 p. 142 Mein., de Diana Amarysia vel Colaenide cf. Welcker. Goetterlehre 1 p. 581.

77.

*Οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω*
*τὴν Μοῦσαν, ὡς ὁ Κεῖος Ὑλλίχου νέπους.*

„Pindari scholiast. ad II Isth. (9 *ἁ Μοῦσα γὰρ οὐ φιλοκερδής πω. τότ' ἦν οὐδ' ἐργάτις*)· *ἐργάτις — ἐστὶν αἰτοῦσα μισθὸν ἐφ' οἷς ἔπραττεν. ἔνθεν καὶ Καλλίμαχος· Οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω τὴν Μοῦσαν ὡς ὁ Χῖος ὑλλιχοῦν ἔπους. λέγει δὲ ταῦτα πρὸς Σιμωνίδην ὡς φιλάργυρον διασύρων τὸν ἄνδρα.* Locus hic iam dudum a viris doctis emendatus est. Huc referendus Ioann. Tzetzes Chil. VIII 228 (p. 315 Kiessl.) de Simonide loquens:

*οὕτω λέγων· ὑπάργυρα πᾶσαν γραφὴν ἐποίει*
*ὡς Ἀνακρέων τε αὐτὸς Καλλίμαχός τε γράφει.*"

Bentl., qui quod viros doctos dicit dudum locum Callimachi emendasse, Josephum Scaligerum in Coniectur. in Varron. p. 40 (p. 64 Bipont.) et fortasse etiam Stanleium ad Aeschyl. Prom. 460 intelligit. atque ille quidem Callimachi locum putabat etiam Festum s. nepotes (p. 165 Müll.) respexisse et Theocritum XVII 25 quoque atque Apollonium Rhodium IV 1745 *νέποδες* dixisse *ἀπογόνους* vel nepotes monet. Adde Cleonem *ἐλεγοποιόν* ap. Etym. Magn. p. 389, 4 (coll. Mein. Anal. Alex. p. 124 sq.) et Eustath. ad Odyss. IV 404 p. 1502, 35: *νέπους κατά τινα γλῶσσαν ὁ ἀπόγονος.* Atque *Ὑλλίχου νέποδα* Schneidew. Simonid. Reliq. p. IV seq. olim intellexerat ex avo materno nepotem Simonidem, postea autem cognito Rossii opera Dionysii medici Iulietae titulo hoc: *Διονύσιος Διονυσίου Ὑλιχίδης* idem in Coniect. crit. p. 170 statuit *Ὑλιχίδας* phylam demumve Iulietarum fuisse, Callimachum autem, ut qui deperiret insolentiora, Simonidem nepotem Hylichi h. e. *δημότην Ὑλιχίδην* vocasse. Hoc non dubito quin verius sit, sed duplex in illo nomine *λλ* eripere Callimacho propter scholiastam Pindari non ausus sum. Bergkio fragmentum est n. 158 p. 138 (I) = n. 184 p. 162 (II).

78.

*Καὶ τῶν νεήκων εὐθὺς οἱ τορώτατοι.*

„Etymol. Magn. (p. 534, 32): ὡς παρὰ τὸ ἱερός γίνεται ἱέραξ καὶ νέος νέαξ (ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· Καὶ τῶν νεήκων εὐθὺς οἱ τομώτατοι) καὶ μύρμος μύρμαξ, οὕτω καὶ κόχλος κόχλαξ. Nisi grammatici huius auctoritas me moveret, potius verterim: et nuper acutorum gladiorum statim acutissimi, ut νεήκων sit a recto νεήκης. Hesych. νεήκης· νεωστὶ ἠκονημένος. sic εὐήκης, τανυήκης." Bentl. In Etym. Mag. loco Gaisford. edidit αἱ τομώτατοι nescio qua auctoritate (nisi typothetae error est), certe in Gudiano quoque p. 342, 30 legitur καὶ τῶν νεήκων εὐθὺς οἱ τομώτατοι, in Etym. Angel. p. 688 Ritschl. (καὶ τῶν νεήλων εὐθὺς οἱ τομώτατοι), in Havniensi ap. Bloch. in Adnot. ad Etym. Magn. p. 931 οἱ τιμώτατοι (sic), quorum ultimum Etym. Mag. Parisin. 2636 ap. Cramer. Anecd. Paris. IV p. 77, 5 ita scribit τομώτατοι, sed priori syllabae supra scripto ι. Sed quum τομώτατοι non videam quo modo apte explicem, cum Ruhnken. Epist. crit. II p. 154 et Bergk. Anthol. lyr. II p. 162 n. 188 scripsi τορώτατοι, quae vox cum illa permutata est etiam in Hym. in Del. 94. apte autem Bergk. l. l. praef. p. XVII affert Xenoph. de Rep. Laced. II 11: ἔθηκε τῆς ἴλης ἑκάστης τὸν τορώτατον τῶν εἰρήνων ἄρχειν. Sed propter νεήκων ne tantillum quidem Bentleius de grammaticorum auctoritate dubitare eoque inclinare debebat, ut νεήκων (quod νεηκῶν scribi iubens Ernestius iniuriam Bentleio fecit) a νεήκης ducens verteret nuper acutorum. ingens enim earum vocum numerus est quae ab aliis terminationibus transeant in αξ, ηξ, ιξ, ιγξ, υξ. cf. Lobeck. Paralip. p. 125 seqq. inter quas etiam νέαξ (i. e. νέος) est, comicorum poetarum usu firmatum (cf. Meinek. frag. comicor. Vol. II p. 850). Quod autem Ruhnkenius l. l. propterea in Bentlei sententiam concedere se malle dixit, quoniam a recto νέαξ non esset νεήκων, sed νεάκων penultima brevi, nondum ille cognoscere potuit Choerobosc. Dictat. p. 305, 11 seqq. (Herodian. II p. 6 Lentz.): εὑρίσκομέν τινα ἐν αὐτοῖς ἔχοντα τὸ α ἐκτεταμένον τουτέστι φύσει μακρόν, οἷον νέαξ (σημαίνει δὲ τὸν νεώτερον), φέναξ κ. τ. λ. . quamquam vel ignorans Choeroboscum Ruhn-

kenius νεήκων ob eam causam tentare non debebat. quidni enim Callimachus recta via a νέος potuit derivare νέηξ (ut dicebantur μύρμηξ et μύρμος) aut in νεάκων vel breve α in η mutare, quod nonnunquam fecerunt Iones, quorum dialectum in Iambis Callimachus sequutus est?

## 79.

### Ἁρπαγὴ τὰ Κιννάρου.

„Zenob. περὶ Παροιμιῶν (I 31 p. 11 Schneidew.): ἁρπαγὰ τὰ Κιννάρου· ταύτης μέμνηται μὲν Καλλίμαχος ἐν Ἰάμβοις. vide ipsum Zenobium et Hesychium." Bentl. Ipse Zenobius paroemium ita explicat: Τιμαῖος ἔφη, ὅτι Κίνναρος ἐγένετο πορνοβοσκὸς Σελινούσιος. πλουσιώτατος γοῦν ἐκ τῆς ἐργασίας γενόμενος ζῶν μὲν ἐπηγγέλλετο τὴν οὐσίαν ἱερὰν τῇ Ἀφροδίτῃ καταλεῖψαι, τελευτῶν δὲ τὰ ὄντα προὔθηκεν εἰς ἁρπαγήν. Idem Cinnarus fortasse etiam Δράξων audivit, ut suspicatur Lobeck. Aglaoph. p. 1031 not. Locus autem Hesychii quem Bentleius nominat est I p. 287: ἁρπαγὴ τὰ Κιννάρου· παροιμία. ὅτι οὗτος πορνοβοσκὸς ὢν καὶ μετοικήσας εἰς Σελινοῦντα εὔπορος ἐτελεύτα καὶ τὰ ὄντα προὔθηκεν εἰς ἁρπαγήν —, qui ut Favorinus firmat ἁρπαγή, nam in Zenobio legitur ἁρπαγά.

## 80.

### Ἀμφορίτης ἀγών.

„Schol. Pind. Olymp. VII 156: ἔστι δὲ καὶ ὁ Ἀμφορίτης ἀγών, οὗ Καλλίμαχος μέμνηται ἐν τοῖς Ἰάμβοις." Bentl. cf. Boeckh. Explicat. Pind. p. 176 et Mueller. Aegin. p. 140. Callimachi locus est vel ex iambo vel ex choliambo ductus. nam scribere potuit ⏑ – ⏑ ἀγὼν Ἀμφορίτης – ⏑ –, vel ⏑ – ⏑ – ⏑ Ἀμφορίτης [ἦν] ἀγών.

## 81.

### Κέπφος.

„Schol. Aristoph. ad Pac. (1067): εὐηθες ζῶον ὁ κέπφος, οὗ μέμνηται καὶ Νίκανδρος (Alex. 166) καὶ Ἄρατος (916) περὶ τῶν διοσημείων διαλεγόμενος καὶ Καλλίμαχος ἐν

τοῖς Ἰάμβοις." Bentl. Callimachus hominem stolidum et levem dixisse κέπφον videtur (cf. Nauck. de Aristoph. Byz. fragm. p. 171 coll. p. 84), quod nomen si in fine versus posuit, de choliambo cogitandum est.

82.

*Κοὐχ ὠδ' Ἀρείων τὠπέσαντι παρ' Διὶ*
*ἔθυσεν Ἀρκὰς ἵππος.*

„Stephan. Byz. (p. 104, 16): Ἀπέσας, ὄρος τῆς Νεμέας — ἀπὸ Ἀφέσαντος ἥρωος βασιλεύσαντος τῆς χώρας ἢ διὰ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁρμάτων ἢ τοῦ λέοντος, ἐκεῖ γὰρ ἐκ τῆς σελήνης ἀφείθη· ἀφ' οὗ Ζεὺς Ἀπεσάντιος. Καλλίμαχος δὲ ἐν τοῖς Ἰάμβοις τὸ ἐθνικὸν Ἀπέσας φησί· Κοὐχ ὠδαρείων τῷ Ἀπέσαντι παρ' Διὶ ἔθυσεν Ἀρκίδας ἵππους. Ita editiones vulgatae hunc locum exhibent, sed codd. ms. ἀρκὰς ἵππος, testantibus qui novissime eum scriptorem interpretati sunt. quae lectio, quamquam ab iis repudiata, quia minime intellecta, sane certissima est. pro κοὐχ ὠδαρείων lego κοὐχ ὦδ' Ἀρίων, de quo equo vide praeter alios Pausan. in Arcadicis (cap. 25). velocem aliquem equum Callimachus Arioni comparat. Πὰρ Διὶ Ἀπέσαντι ut alibi πὰρ' Αἰγείωνι θεῷ τελέοντες ἀγῶνα (fr. 103)." Bentl. Emendationes Bentlei editores Stephani sequuti sunt, nisi quod pro ἔθυσεν Mein. edidit ἴθυσεν probatum Bergkio Anthol. lyr. I p. 138 n. 160 = II p. 162 n. 186. Ac dubitationem iam moverat Dindorf. in Thesaur. Paris. Vol. IV p. 469 B, qui quum eius verbi, cuius significatio sit impetu feror, praesens tantum et imperfectum in usu fuerint, contra morem veterum Callimachum scripsisse dixit. sed Dindorfio Parmenon. in Anthol. Pal. XIII 18, 2: (πῶλος) ψιλῇ λευρὸν ἔθυσε περὶ δρόμον, obmovit Meinek. Delect. epigr. p. 238, qui tamen vel diffisus huic loco vel tum forte eius immemor ad Steph. l. l. ἴθυσεν correxit, iniuria, ut puto. nam Callimachus non is fuit, qui eo modo a plurimorum usu recedere nefas esse putaret, modone analogiae obversaretur. atque eadem ratione ἔθυσεν in Parmenontis loco corrigi metrum vetat. Praeterea Schneidewin. in nunt. literar. Goettingens. 1846 p. 979 acute coniecit πὰρ Ζηνί, unde ad choliambos eos necesse erit versus revocare qui sunt frag. 98ª. sed etiamsi

in illo fragmento eadem imagine poeta usus sit atque in altero, tamen ea bis uti potuit in diversis carminibus. In eodem versu Bentleius praetulit *Ἀρίωνα*, etsi *Ἀρείωνα* commendat utut corruptus Stephani locus et antiquorum poetarum usus, Homeri Il. XXII 346 et Hesiodi Scut. 120. Idem *τῷ πέσαντι* edidit, *τῷ Ἀπέσαντι* Mein. ad Steph. scripsit, fortasse melius.

82[a].

*Αἰτοῦμεν εὐμάθειαν Ἑρμᾶνος δόσιν.*

Etym. Florent. p. 318 Miller.: *ὦ τάν, ὦ σὺ ἑταῖρε· λέγεται καὶ ἐπὶ εἰρωνείας· ὡς παρὰ τὸ μέγιστος μεγιστᾶν καὶ Ἑρμῆς Ἑρμᾶν καὶ* (num *ὡς*?) *Ἑρμᾶν ἀτρεκέως, καὶ Καλλίμαχος· Αἰτοῦμεν κ. τ. λ.* . Nomen *Ἑρμάν* (sic enim scribendum, ut *μεγιστάν* aliaque similia cf. Choerobosc. Dictat. p. 271, 1 et 13) olim non compertum nisi ex grammaticis, Etym. Magn. p. 825, 11 coll. Lex. in Matthaei Gloss. minor. p. 49, Etym. Gudian. p. 530, 38, Orion. p. 170, 23 (add. Theognost. Can. p. 26, 27 et Choerob. Orthogr. p. 263, 27 ex emendatione Lobeck. Elem. Path. I. p. 278 not.), qui veterum testimonia ex fonte suo addere aspernati sunt, primo innotuit ex Hym. in Isid. 10 (p. 15 Saupp.): *διφαλέω δ' Ἑρμᾶνος ἀπόκρυφα σύμβολα δέλτων*, cui nunc duo accedunt aliorum poetarum loci, quorum alter (*Ἑρμὰν ἀτρεκέως*) epici Alexandrini ut videtur est, certe non Callimachi, sed fortasse Eratosthenis *ἐν τῷ Ἑρμῇ*. Ceterum de nominibus in *αν* cf. Herodian. I p. 12 seq. Lentz., Choerobosc. Dictat. p. 270 seq., Lobeck ad Phryn. p. 196 seq. et Paralip. p. 189 sqq.

82[b].

*Τὰς Ἀφροδίτας (ἡ θεὸς γὰρ οὐ μία)*
*ὑπερβαλέσθαι Καστνιῆτιν τῷ φρονεῖν*
*πάσας· παραδέχεται μόνη τὴν τῶν ὑῶν*
*θυσίην.*

Strab. IX p. 438 Cas.: *Καλλίμαχος μὲν οὖν φησιν ἐν τοῖς Ἰάμβοις, τὰς Ἀφροδίτας (ἡ θεὸς γὰρ οὐ μία) τὴν Καστνιῆτιν ὑπερβάλλεσθαι πάσας τῷ φρονεῖν, ὅτι μόνη παραδέχεται τὴν τῶν ὑῶν θυσίαν.* Strabonem patet non ipsa verba, sed sen-

tentiam tantum poetae referre voluisse, quod non ita tamen factum est, ut priora quae posuit verba a iambis recederent. quod quum casu potius quam scriptoris consilio accidisse probabile sit, reliqua etiam verba, in quibus manifesta metri vestigia apparent, ad puros iambos redigere iure conabimur, non ad choliambos, quod Meinekius fecit, qui ita primum quoque versum mutare conatus est, etiam in reliquis aliquanto minus se gerens modestum quam par erat. ita enim corrigendum censebat p. 167:

*τὰς Ἀφροδίτας (ἡ θεὸς γὰρ οὐ μούνη)*
*ἡ Καστνιῆτις τῷ φρόνειν ὑπερβάλλει*
*πάσας· μόνη γὰρ ἥδε τῶν ὑῶν θῦμα*
*προσίεται,*

ubi vides praeter voces transpositas quater vel certe ter vocibus a Strabone traditis novas substitutas, item semel constructionem mutatam, item semel vocem additam. sed multo minore molimine puri iambi restitui poterant ita ut supra feci. primum enim nihil impedit quo minus *ὑπερβαλέσθαι* (ita enim, non *ὑπερβάλλεσθαι* certe editiones aliquot habent, etsi nescio qua habeant auctoritate) apud Callimachum quoque ab aliquo dicendi verbo suspensum fuisse putemus, velut ita: *φήμ' ἐγώ | τὰς Ἀφροδίτας — ὑπερβαλέσθαι*. atque etiam vocem *παραδέχεται* Strabonem puto acceptam referre Callimacho, qui in hac versus sede tribrachyn admittere potuit ut admisit Phoenix Colophon. fr. 2 v. 18 p. 142 Mein.: *ἔχω δ' ὁκόσον ἔδαισα χὠκόσ' ἠράσθην*, sed *ὅτι* Strabonis puto additamentum esse, quo quae *ἀσυνδέτως* Callimachus dixerat ille ad intelligendum faciliora reddere voluit. postremo *θυσίην* (sic enim propter ionismum, qui in his iambis regnabat, scribendum erat, qui fortasse etiam *παραδέκεται* scribi iubet) ne opus quidem est ut anapaestus putetur esse, qui in Callimachi iambis hodie quidem non iam conspicitur, etsi legitur in Hipponactis fr. 21 (cf. Mein. p. 89). nam vix dubito, quin *θυσίην* bisyllabum esse poeta voluerit, ut *πόλιας* est Homero, *καρδίας* Aeschylo, alia aliis in quovis fere metrorum genere. cf. Mehlhorn. Gram. graec. p. 104 et Hecker. Com. crit. de Anthol. graec. (I) p. 59 seq. Atque his meis conaminibus nolui praeferre nec Heckerianum in Com. Callim. p. 40:

*τὰς Ἀφροδίτας (ἡ θεὸς γὰρ ου μία),*
*ἡ Καστνιῆτις τῷ φρονεῖν ὑπερβάλλει*
*πάσας, μόνη γὰρ τὴν ὑῶν παραδέχεται*
*θυσίαν,*

nec alterum Meinekianum (nam puros iambos prorsus reicere ne ipse quidem vir egregius ausus est), quod tale est p. 168:

*τὰς Ἀφροδίτας (ἡ θεὸς γὰρ οὐ μία)*
*ἡ Καστνιῆτις τῷ φρονεῖν ὑπερφέρει*
*πάσας· μόνη γὰρ τῶν ὑῶν προσίεται*
*τὸ θῦμα,*

ubi vides in quinta sede ubique vitatum spondeum, quem vereor ne vir doctissimus consulto reiecerit. certe p. 167 Porseni correctionem (*ἡ Καστνίη πάσας ὑπερβάλλει φρονεῖν*) versum appellat pessime formatum, qui ita a Callimacho scribi non potuerit. at unum saltem ita formatum Callimachi trimetrum habemus fr. 82[a] et plures legimus in Archilochi et Simonidis Amorgini fragmentis. atque choliambo quoque Callimachi spondeum in ea sede non concedere Meinekius videtur, quamquam choliambo concedit Hephaestion p. 33 seq. (II) Gaisf., et plures ita tornati versus reperiuntur Hipponactis, Ananii, Theocriti. Cur autem Dindorfio in Thes. Paris. IV p. 1009 B metrum *Καστνίην* postulare dicat non perspicio, nec video cur Bernhardy ad Dionys. Perieg. p. 760 seq. scribat, totum Strabonis locum distractum esse verborumque mira depravatione debere etiam in suspicionem interpolationis adduci mentemque Callimachi non amplius licere praestari. nisi forte male aliquem habeat quod ipse Callimachus *ἐν Ὑπομνήμασι* apud Athenae. III p. 96 A (fr. 100 h n. 1) Argivos quoque suem Aphroditae sacrificare dicit, unde tamen mihi de alterius narrationis fide, solam Castnietin Aphroditam accipere inter sacra suem, non dubitandum, sed sic potius statuendum videtur, Callimachum postea meliora edoctum esse et *Ὑπομνήματα* post *Ἰάμβους* esse scripta.

82[c].

Heraclid. Allegor. Hom. p. 491 in Gal. Opusc. myth. = p. 350 in Matrangae Anecdot. graecis: *τὴν γῆν ἀφάρωτον*

ὁ *Καλλίμαχος* εἶπε τὴν ἄγονον· Ἀφάρωτος οἷον γυνή. Heraclidae loco, quem Ernest. posuit n. 421, accedat Etymol. Voss. ap. Gaisf. ad Etym. Magn. p. 788, 28: καὶ ἀφάροτον τὴν ἀναροτρίαστον γῆν - καὶ *Καλλίμαχος* ἀφάροτος οἷον γυνὴ ἀντὶ τοῦ ἄγονος εἶπεν. Callimachi hoc fragmentum omittunt Etym. Magn. p. 175, 36 et p. 788, 25, item Gudianum s. ἀφάρωτος (sic enim legendum pro ἄφθαρτος) p. 95, 37, nisi quod hic in fine additum est: ἐν ὑπομνήσει ἰάμβων Καλλιμάχου, quae verba ex Etymolog. quoque Parisin. 2630 (cf. Adnot. in Etym. Magn. p. 776) petita Ruhnkenius Ernestiano fragmento n. 421 subiecit. Hinc ad iambos Callimachi fragmentum post alios revocamus, quod Toup. in Suid. II p. 256 ita correxit: ἀφάρωτος οἷον _ ⏑ ⏑ _ | ⏑ _ γύη. probat hanc correctionem Buttmann. Lexil. II p. 272 ac sane minime longe quaesita haec coniectura est, quum γύη et γυνή etiam in Arcad. p. 103, 24 Lips. atque alibi saepe permutata sint (cf. Dindorf. in Thes. Par. II. p 798 B, c) atque στεῖχ' ἀνηρότους γύας (Aeschyl. Prom. 708), ἀρώσιμοι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι (Sophocl. Antig. 565) et alia eiusdem generis saepe leguntur. quamquam aliquis inter οἷον et γύη non tam multa putet excidisse quam Toupio placuit, nam fragmentum olim potuit esse etiam tale et in fine versus poni totum: — ἀφάρωτος οἷον ⏑ γύη. Sed quum uterque testis Callimachum affirment τὴν ἀφάρωτον dixisse γῆν ἄγονον et quum illud οἷον indicet, ἀφάρωτόν τι, quicquid id fuit, cum alia quadam re comparatum esse eaque res vix alia potuit esse nisi mulier sterilis (ἄγονος), multo est credibilius, ab ipso Callimacho profectum esse γυνή et poetam ita scripsisse: ἀφάρωτος οἷον γῆ γυνή, quae ubi concesseris de muliere aliqua solitaria dicta esse, commode ita interpretari fragmentum poteris:

> [εἶχ' οὐ γόνον], ἀφάρωτος οἷον γῆ, γυνή,
> [οὐ μὴν ἀδελφούς, οὐδὲ τοὺς γονέας ἔτι].

Ceterum ἀφάρωτος male ἀφάρότος scriptum in cod. Voss. l. l., legitur etiam in Hesych. I p. 332: ἀφάρωτος, ἀναροτρίαστος, quod non dubito quin ex eodem Callimachi loco sumptum sit. atque brevem in ἀφάρωτος penultimam analogiae repugnare apparet. descendit enim a φαρόω (i. e. ἀροτριῶ, coll. Hesych. IV p. 232), cuius aoristus non fuit ἐφάροσα, ut ἤρυσα dicebatur

(cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 227), sed *ἐφάρωσα*, ut docet Hesych. IV p. 233: *φαρῶσαι · ἀρόσαι*. contra *ἄφαρος*, quod est in frag. 183, a nomine *τὸ φάρος* derivatum quod vel *ἄροσιν* significat (Etym. Gudian. p. 95, 37) vel *ἄροτρον* (Herodian. de diction. solit. p. 36, 31 = II p. 942, 14 Lentz., ubi quod affertur Antimachi frag. 116 Stoll.: *ἀεὶ φάρεος χατέουσιν ἔχων* equidem ita in integrum restitui posse crediderim, ut legatur *ἀεὶ φάρεος χατέουσιν ἐχετλῶν* coll. Hesiod. Erg. 465). Apparet autem minime ineptam esse Heraclidis interpretationem *ἄγονος*, quam Buttmannus l. l. vituperavit (cf. Lobeck. Rhem. p. 304), praesertim si grammaticus ex quo Heraclides cum Etym. Vossian. hausit, in ipso Callimacho *γόνος* ut statuimus invenit.

## 82d.

*Χαῖρ' Εὐκολίνη.*

„Etymol. Magn. p. 392, 27: *Εὐκολίνη ἡ Ἑκάτη λέγεται παρὰ Καλλιμάχῳ κατ' ἀντίφρασιν, ἡ μὴ οὖσα εὔκολος.*" Bentl., qui sive consilio sive oculorum errore pro *Ἑκάτη* tacite scribens *Ἑκάλη* ad Hecalen fragmentum revocavit (fr. 62). At primum *Ἑκάτη* tenent reliqui Etymologi qui cum Etym. Magn. veteri grammatico (quem Choeroboscum fuisse nunc novimus, Herodiani copiis sine dubio hic quoque usum) haec debent: Etymol. Sorbon. apud Gaisford. ad Et. Mag. l. l.: *Εὐκολίνη ἡ Ἑκάτη κατὰ ἀντίφρασιν, οἱονεὶ ἡ μὴ οὖσα εὐχερής· ἔχομεν δὲ τὴν χρῆσιν παρὰ Καλλιμάχῳ, οἷον· χαῖρε Εὐκολίνη· γράφε δὲ διὰ τοῦ ι τῷ λόγῳ τοῦ Εὐηνίνη*, quocum ad verbum consentit Etym. Ultraiect. ap. Ruhnk. Epist. crit. II p. 181, nisi quod *ἔχω* habet. rursus cum Etym. Magn. consentit Etymol. Florent. p. 133, in fine tamen scribens: *οἱονεὶ ἡ μὴ οὖσα εὐχερής· χαῖρ' Εὐκολίνη. Χοιροβοσκός.* sed brevissime rem absolvit Cyrilli Lex. ap. Cramer. Anecd. Paris. IV p. 182: *Εὐκολίνη ἐπίθετον τῆς Ἑκάτης παρὰ τὸ εὔκολον καὶ εὐπόριστον τῶν προσφερομένων αὐτῇ· ἢ παρὰ τὸ εὐκόλως ἐπέρχεσθαι κατ' ἀντίφρασιν, ὡς Καλλίμαχος.* Deinde quum grammaticus *Εὐκολίνη* comparet cum Homerico (Il. IX 557) *Εὐηνίνη*, in illo quoque penultimam syllabam esse longam affirmare voluisse vide-

tur (nam variant huius generis nomina (cf. Lobeck. Proleg. Pathol. p. 216 seq.), ut fragmentum appareat ab Hecale metro excludi. Postremo Hecalen κατ' ἀντίφρασιν appellari *Εὐκολίνην* potuisse primus iure negavit Hemsterhusius. Non erat igitur quod Bentleium sequerentur Ruhnken. l. l. et Wyttenbach. ad Plutarch. Conviv. Sept. p. 922, quorum hic non solum Ἑκάλη, sed etiam Ἑκαλήνη scribi iussit. Sed unice probandum apparet quod, quo metrum trahebat, fragmentum ad Iambos revocabant Naek. de Hecal. p. 227 et Lobeck. l. l. p. 217, quamquam dubitare videtur Welcker. Goetterlehre II p. 414 n. 43, et aperte obloquitur Dilthey. Anal. Callim. p. 8, qui frustulum ex Hypomn. fr. 100[h] n. 4 sumptum affirmat non aliam ob causam nisi ut habeat unde *ἀντιφράσεως* rationem explicet, nimirum hanc, quod Ephesi herois uxor, quam Ἑκάτην postea Diana appellabat, antea hanc deam a marito exceptam hospitio expulerat inhospitaliter et parum *εὐκόλως*. Quae ut vera sit denominationis causa, tamen ne hoc quidem ex hypomnematon illo fragmento 100[h] n. 4 perspicitur, Callimachum omnino causam dixisse nam ne quis eam ex ipso Callimacho novisse grammaticos putet, quis affirmaverit non e commentario potius eos hausisse, quem in Iamborum librum scriptum extitisse novimus? ac parum videtur credibile, in Hypomnematon illo loco si Callimachus eam nominis rationem reddidisset, iambico frustulo eo usum fuisse. nisi forte putas ibi illum vel suum vel alius poetae versum addidisse aut ipsos narrasse homines in sacris Hecatae faciendis dicere solere *χαῖρ' Εὐκολίνη*. Ceterum ad Callimachi hoc fragmentum pertinere etiam Suid. I 2 p. 610: *Εὐκολίνη· ἡ εὔκολος πόλις* facile concedo Ruhnkenio l. l., cuius tamen correctioni *εὔκολος πόδας* non magis confido quam Bernhardyanae — *ἡ εὔκολος· Εὔπολις.* ipse tentaveram *εὔκολος πόλει* vel *πολίταις*. Quod autem inter puros Iambos, non inter Choliambos, verba *χαῖρ' Εὐκολίνη* posuerim causam aliam non habui nisi hanc, quod recte fortasse hoc fragmentum ad idem carmen Naek. l. l. rettulit, cuius est fragm. 76.

Praeterea autem etiam fr. 99 (*Ἀλεῖος ὁ Ζεύς*) et fr. 100 (*τῷ γ' ἐμῷ δόκῳ.*) ad puros iambos revocari possunt. nam cur Bentleius inter choliambos locum iis concesserit causa nulla fuit. Sed iam videamus choliambos.

83ᵃ. X

*Προήγαγεν δ' ἐπὶ πλεῖστον*
*ἃ 'ξεῦρε Φρὺξ Εὔφορβος, ὅστις ἀνθρώπους*
*τρίγωνά τε σκαληνὰ καὶ κύκλων ἑπτὰ*
*μήκη 'δίδαξε κἠδίδαξε νηστεύειν*
*τῶν ἐμπνεόντων· οἱ δ' ἄρ' οὐχ ὑπήκουσαν*
*πάντες —.*

„Diogen. Laert. vit. Thalet. (I 1, 3): *παρὰ Αἰγυπτίων γεωμετρεῖν μαθόντα* (*τὸν Θάλητα*) *φησὶ Παμφίλη πρῶτον καταγράψαι κύκλου τὸ τρίγωνον ὀρθογώνιον καὶ θῦσαι βοῦν. οἱ δὲ Πυθαγόραν φασίν, ὧν ἐστιν Ἀπολλόδωρος ὁ λογιστικός. οὗτος* [addendumne *δὲ*? O. S.] *προήγαγεν ἐπὶ πλεῖστον, ἅ φησι Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ἰάμβοις Εὔφορβον εὑρεῖν τὸν Φρύγα, οἷον σκαληνὰ καὶ* [hoc dele. O. S.] *τρίγωνα καὶ ὅσα γραμμικῆς ἔχεται θεωρίας.*“ Bentl. In his *οὗτος* sine dubio *Θάλης* est, non *Πυθαγόρας*, nam hunc, ut ipse voluit Pythagoras (cf. Diogen. Laert. VIII 1, 4 et alios) poeta appellabat *Εὔφορβον Φρύγα*. Atque in eandem sententiam aperte interpretandus alius quoque locus est qui multo demum post Bentlei aetatem innotuit, Diodori in Excerpt. Vatican. p. 32, 14 Dind.: *ὅτι Καλλίμαχος εἶπε περὶ Πυθαγόρου διότι τῶν ἐν τῇ γεωμετρίᾳ προβλημάτων τὰ μὲν εὗρε, τὰ δὲ ἐκ τῆς Αἰγύπτου πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἤνεγκεν, ἐν οἷς ὅτ' ἐξεῦρε Φρὺξ Εὔφορβος τρίγωνα καὶ σκαληνὰ καὶ κύκλον ἑπταμήκη ἐδίδαξε νηστεύειν τῶν ἐμπνεόντων, οἱ τάδ' οὐκ ἐπήκουσαν πάντες.* Coniunctis autem Diogenis et Diodori locis hoc lucrabimur fragmentum, quod supra proposuimus, cui haec fere praecessisse videtur sententia: Thales multa et ipse invenit et alibi inventa assumpsit, *προήγαγεν δ' ἐπὶ πλεῖστον κ. τ. λ.*, in fine autem eius modi sententia sequebatur: *οὐχ ὑπήκουσαν πάντες*, Aegyptiacam rerum originem exprobrantes, at Thales Euphorbum — Pythagoram sequutus est et ita de genere humano bene meruit. In quo constituendo fragmento miror Diogenis verborum (in quibus choliambi vestigia satis aperta sunt et quem ob hanc solam causam Bentleius inter choliamborum fragmenta posuit, nisi forte fecit propter reliqua fragmenta

ad Thaletem pertinentia, quae et ipsa choliambos praebent) rationem nullam habuisse L. Dindorfium l. l., Meinekium p. 158, Bergkium Anthol. Lyr. I p. 137 n. 148 = II p. 160 n. 171, aut certe non talem qualem debebant, ut Hecker. Com. crit. de Anthol. (I) p. 274 initio fragmenti scribendum putabat: *κἀπὶ πλεῖστον ἦλθ' ἐν οἷς ἅθ' εὗρε Φρὺξ κ. τ. λ.*, Brinkius autem in Schneidew. Philol. VI p. 222. *ἐν τοῖσι δ' ἦλθεν εἷς ἀνὴρ ἐπὶ πλεῖστον κ. τ. λ.* praeoptabat, qui in eo quoque errare mihi videntur, quod cum Dindorfio (*ἐν οἷς ὁ Φρὺξ κ. τ. λ.*) verba *ἐν τοῖς ὅτι*, quae aperte sunt Diodori eiusque solius sententiae inserviunt (inter quae etiam hoc dixit), ad Callimachi ditandum fragmentum adhiberi posse putabant. Similiter tamen etiam Meinekius postea p. 160 statuit, fragmento olim praecessisse haec:

*ἐς Ἕλληνας*
*ἤνεγκε καὶ προὔκοψε πλεῖστον ἐν κείνοις,*
*ἃ 'ξεῦρε Φρὺξ Εὔφορβος,*

de Pythagora haec omnia dici statuens qui Euphorbi inventa excoluerit (de quibus ab aliis nihil traditum esse Meinekius concedit), quum cogitandum potius sit de Thalete qui a Pythagora vel recens inventa vel ex Aegypto reportata adauxerit. Iidem autem illi duo viri, Heckerus et Brinkius, etiam finem fragmenti auxerunt fr. 91 huc relato (*οἵ τόδ'* vel *τάδ' οὐκ ὑπήκουσαν, οὐ πάντες, ἀλλ' οὓς ἔσχεν οὕτερος δαίμων*), cui fragmento vereor ut aptus hic locus sit, ubi potius de Aegyptiaca nonnullorum Pythagorae inventorum origine sermo esse debebat, quam indicatam in hoc fragmento Diodorus legebat. Sed in reliquo fragmento v. 2 scripsi *ἀνθρώπους*, dativum (nam *ἀνθρώποις* legebatur) ratus nemini nisi Tzetzae eiusque similibus licuisse verbo *διδάσκειν* una cum accusativo rei adiungere. tum v. 3 *τρίγωνά τε σκαληνά* dedi cum Dindorfio, at in v. 5 dare malui quod emendandi facilitate praestare videbatur nec sequi ausus sum aut Dindorf. et Bergkium l. l. (*ἐν οἷς ὁ Φρὺξ — ἐξεῦρε μήκη καὶ δίδαξε νηστεύειν*), aut Heckerum l. l. (*ἅθ' εὗρε Φρὺξ — τρίγωνα τὰ σκαληνὰ καὶ θέρος κύκλων τῶν ἑπτὰ μήκη κἀδίδαξε νηστεύειν*), aut Meinekium (*ἐξεῦρε Φρὺξ Εὔφορβος ὅστις ἀνθρώποις τρίγωνά τε σκαληνὰ καὶ κύκλων ἑπτὰ ἔδειξε μήκη κἠδίδαξε νηστεύειν κ. τ. λ.*), aut Brinkium (*ἅτ' εὗρε Φρὺξ — ἔδειξε μήκη κἀδίδαξε*

νηστεύειν). In tanta autem rerum incertarum copia unum tamen certissimum est hoc, fragmentum de quo dicere instituimus ex eo petitum esse carmine, quo Callimachus Thaletem prae reliquis sex quos dicebant sapientibus viris laudavit. locupletissimum eius rei testem habemus Diogenem Laert. I 1, 7: *ταῦτα δὴ ὁ Καλλίμαχος ἄλλως ἱστορεῖ παρὰ Λεάνδρου* (scrib. *Μαιανδρίου* coll. Mein. Anal. crit. ad Athenae. p. 143) *λαβὼν τοῦ Μιλησίου· Βαθυκλέα γάρ τινα Ἀρκάδα φιάλην καταλιπεῖν καὶ ἐπισκῆψαι δοῦναι τῶν σοφῶν τῷ πρωτίστῳ. ἐδόθη δὲ Θαλῇ καὶ κατὰ περίοδον πάλιν Θαλῇ· ὁ δὲ τῷ Διδυμαίῳ Ἀπόλλωνι ἀπέστειλεν εἰπὼν κατὰ τὸν Καλλίμαχον· Θάλης γάρ κ. τ. λ.* (fr. 95). unde exorsi adhibitis aliquot Callimachi fragmentis, quae Bentleius incondita permiscebat, nos post Brink. in Philol. VI p. 220 seqq. talem fuisse eius carminis tenorem statuimus. Memorato igitur Bathyclis consilio, ut *φιάλη* septem sapientum merentissimo daretur (*τῶν σόφων ὀνήιστῳ*, quae ipsa fortasse Callimachi verba sunt latentia in vulgata olim apud Diogenem lectione *τῶν σοφῶν τῷ ὀνηίστῳ*. cf. Brink. l. l.) poeta ad Thaletem vectam *φιάλην* dixit eiusque inventa celebravit. quo pertinet fr. 94, cuius in ultimo versu cum Phoenices memorentur, Callimachus ni fallor ibi addidit non mirum fuisse Thaletem Phoenicum doctrinam novisse, quum Milesii civitatem ei dederint,

> * * * * * * * * * * * *ἀρχηγὸς,*
> *ὅτ' ἦλθε σὺν Νείλεῳ 'κπεσόντι, Φοινίκης*
> *[λιπὼν πολίσμαθ']· ὡς δέ φασιν οἱ πλεῦνες.*
> *ἰθαγενὴς ἦν [κεῖθι] καὶ γένεος λαμπροῦ.*

hunc enim Callimachi locum qui huc pertineat ante oculos Diogeni aut quem sequitur auctori fuisse puto quum scribebat I 1, 1: *ἐπολιτογραφήθη δὲ ἐν Μιλήτῳ* (*ὁ Θαλῆς*), *ὅτε ἦλθε σὺν Νείλεῳ ἐκπεσόντι Φοινίκης· ὡς δὲ οἱ πλείους φασίν, ἰθαγενὴς Μιλήσιος ἦν καὶ γένους λαμπροῦ*, ubi primus choliamborum vestigia odoratus est Roeper. in Schneidew. Philol. III p. 30, quem fere sequutus sum, nisi quod etiam verba *ὅτε ἦλθε σὺν* Callimachi esse putavi, *Νείλεῳ* bisyllabum esse ratus, *Φοινίκης* autem non mutandum censui in *Φοίνικες* (quos a Roepero acceptos praetulit Brink. l. l., qui sua ratione metrum restituere conatus est), praesertim quum ipsa quoque

Diogenis verba non tam in singulis corrupta quam lacuna depravata videantur. nam aut fallor, aut sic scripsit: ἐπολιτογραφήθη δ' ἐν Μιλήτῳ, ὅτε (quoniam) ἦλθε σὺν Νείλεῳ ἐκπεσόντι (exule), Φοινίκης [πόλεις λιπὼν ὁ ἀρχηγέτης]. His autem de Thaletis origine obiter expositis poeta ad huius philosophi merita reversus adiecit, si quid video, ex aliorum quoque doctrina, quae utilia generi humano essent, eum assumpsisse, ut assumpsit, προήγαγεν δ' ἐπὶ πλεῖστον ἃ 'ξεῦρε Φρὺξ κ. τ. λ., ut est fr. 83ª, unde quo modo in Thaletis laude desierit supra coniecimus. Sed in tanto meritorum numero noluit tamen Thales φιάλην accipere, sed Athenas curavit mittendam, nam ibi dignior ei visus Solon, qui et ipse tamen digniorem se quaerens ad Chilonem misit (fr. 89). ita reliquo percurso sapientum virorum numero ad Thaletem donum rediit (fr. 96), qui ne nunc quidem accipere voluit (quo pertinere putarem fragm. anonymum apud scholiast. Aristoph. Nub. 180 Θαλῆτα χρημάτων ἐλεύθερον [πάμπαν] nisi nimis incerta esset eius fragmenti fides. cf. Dindorf.), sed Apollini dedicavit (fr. 95).

83ᵇ.

*Ἴων.*

„Suid. (I 1, p. 1350): *διθυραμβοδιδάσκαλοι περὶ τῶν μετεώρων καὶ περὶ τῶν νεφελῶν λέγουσι πολλά, καὶ συνθέτους δὲ λέξεις ἐποίουν καὶ ἔλεγον ἐνδιαεριαιεριναχέτους· οἷος ἦν Ἴων ὁ Χῖος ὁ ποιητής —. καὶ Καλλίμαχος ἐν χωλιάμβοις μέμνηται αὐτοῦ, ὅτι πολλὰ ἔγραψε.*" Bentl., qui non debebat omittere schol. Aristoph. Pac. 831 et 835, a Suida ut assolet compilatum. Callimachum autem Jonem propter multa opera scripta laudasse in Jambis vix credibile est, multo autem credibilius quod Mein. l. l. p. 165 seq. statuit, Callimachum tragicam (adde etiam dithyrambicam) poesin viri propter tumiditatem derisisse. quod si est, non solum fr. 98ᶜ cum Meinekio huc referemus, sed etiam fr. 98ª et 98ᵇ.

83ᶜ.

*Μοῦσαι καλαὶ κἄπολλον, οἷς ἐγὼ σπένδω.*

„Eustath. ad Il. (IX 658 seq.) p. 781, 51: *οὐ γὰρ ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν τῷ Μοῦσαι καλαὶ καὶ Ἀπόλλων, οἷς*

*ἐγὼ σπένδω, οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ ἀρσενικὸν ἐπεκράτησεν. ἀλλὰ τὸ θηλυκόν.* Recte emendavimus. est choliambus. Idem Odyss. XV (v. 162) p. 1778, 27: *τὸ ἰύζοντες ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες οὐκ ἀπέοικε τοῦ Μοῦσαι καλαὶ καὶ Ἀπόλλων, οἷς ἐγὼ σπένδω.*" Bentl. Fragmentum sine Callimachi nomine afferunt etiam schol. Sophocl. Oed. Colon. 1621, ubi recte legitur *κἄπολλον*, et Suid. II 1, p. 889: *Μοῦσαι καλαὶ καὶ Ἄπολλον, οἷς ἐγὼ σπένδω.* Videtur fragmentum (quod Meinekio est n. 4, Bergk. Anthol. I p. 136 n. 142 = II p. 160 n. 165) ex eo prologi loco esse ubi poeta deos invocabat ut iambis suis propitii essent.

## 84.

*Οὐ πρῷν μὲν ἡμῖν ὁ τραγῳδὸς ἤγειρεν.*

„Suidas (II 2 p. 507): *πρῴ. οὕτω μονοσυλλάβως, ἔτι ὄρθρου βαθέος, ἴσον τῷ ἐν ὥρᾳ. τοῦ πρωῒ συναίρεσίς ἐστι τὸ πρῴ, διὸ ὀξύνεται· τὸ δὲ πρῷν περισπᾶται. Οὐ πρῷν μὲν ἡμῖν ὁ τραγῳδὸς ἤγειρεν. Καλλίμαχος.*" Bentl. Idem fragmentum Callimachi omisso nomine habet Joannes Alexandr. *τονικὰ παραγγ.* p. 32, 9 (Herodian. I p. 494, 7 Lentz.): *τὸ μέντοι πρῴ μονοσύλλαβον παρ' Ἀττικοῖς ὀξύνεται, ἐπεὶ ἐκ τοῦ πρωῒ δισυλλάβου ὀξυνομένου κατὰ συναίρεσιν γέγονε. τὸ δὲ πρῶιν* (leg. *πρῷν*) *προπερισπᾶται* (leg. *περισπᾶται*), *οἷον Οὐ πρῶιν* (leg. *πρῷν*) *μὲν ἡμῖν ὁ τραγῳδὸς ἤγειρεν, ἐπεὶ ἐκ τοῦ πρώην* (leg. *πρῶιν*). Quid autem significare his verbis poeta voluerit plane incertum est nec perspexerunt Bentleius et Meinekius p. 165. ac ne Bergkii quidem (Anth. lyr. I p. 138 n. 156 = II p. 161 n. 178) interpunctione hac: *οὐ πρῷν μὲν ἡμῖν· ὁ τραγῳδὸς ἤγειρεν* sententia evadit perlucidior. nec Bernhardyi scriptura pro *ἡμῖν* reponentis *ἡμᾶς* quicquam proficitur. Sed si paulo liberiori coniecturae locus dabitur, *τραγῳδόν* illum non putaverim esse verum aliquem tragicum poetam vel histrionem, sed gallum gallinaceum, qui pauperi alicui homini olim mane non excitaverit [*δμωοὺς ἐπ' ἔργον*]. cf. Sophocl. fr. 730 Dind. = 766 Nauck.: *οὑμὸς δ' ἀλέκτωρ αὐτὸν ἦγε πρὸς μύλην.* ac constat gallum certe dici *ἀείδειν* (cf. Plat. Sympos. p. 223 C), unde poeta hunc *ἀοιδόν*, qui quotidie hominibus aerumnosis ex somno excitatis novas quasi tragoedias obicit, non sine causa *τραγῳδόν* appellare potuit.

85.

*Ἐκ τῶν, ὅκου βοῦν κολλύβου πιπρήσκουσιν.*

„Julius Pollux. IX 6 (§ 72): *εἴη δ' ἂν καὶ κόλλυβον λεπτόν τι νομισμάτιον· Καλλίμαχος γοῦν ἔφη, περὶ τῶν ἐν ᾅδου λέγων· ἐκ τῶν οἴκου βοῦν κολλύβου πιπράσκουσιν, ὡς ἂν εἴποι τις τοῦ προστυχόντος.* Codex ms., qui fuit Is. Vossii, habet *τῶν ὀκόβουν κολλόβου πιπρήσκουσιν*. lege ut ante emendatum vides, *ὅκου* et *πιπρήσκουσιν*, ionice. Festiva sane descriptio *τῶν ἐν ᾅδου*, qui quum umbrae et simulacra sint, non amplius carnes solent comedere." Bentl. Callimachi verba si nihil volunt nisi orcum indicare, aptissime poterunt cum fr. 92 coniuncta de Callimacho tamquam aliquo ex orco redeunte Hipponacte intelligi, ut fecerunt Mein. p. 153 et Bergk. Anth. lyr. I p. 136 n. 141 = II p. 160 n. 164. quamquam vel sic Callimachum philosophorum de rerum in orco vilitate sententiam ridere voluisse crediderim. cf. Epigram. XV p. 73 seq.

86.

*Ἐς τὸ πρὸ τείχευς ἱρὸν ἀλέες δεῦτε,*
*οὗ τὸν πάλαι Παγχαῖον ὁ πλάσας Ζᾶνα*
*γέρων ἀλαζὼν ἄδικα βιβλία ψήχων.*

„Etym. Mag. (p. 59, 49): *ἀλές· ἀλέες ἐστὶν ἀολλέες· σημαίνει τὸ ὁμοῦ· καὶ κράσει τοῦ οα εἰς α μακρὸν καὶ ἀποβολῇ τοῦ ἑνὸς ε ἀλέες καὶ ἀλές. ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν λοχιάμβοις· Εἰς τὸ πρὸ τείχευς ἱερὸν ἀλέες δεῦτε, ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ πρὸ τείχους ἱερὸν ὁμοῦ δεῦτε. Οὕτως Χοιροβοσκός.* lege *χωλιάμβοις*, ut recte editum est a Varino in *Ἐκλογαῖς* p. 96, 8 Dind. [et in cod. Dorvill. Etymol. apud Gaisford. ad Hephaest. (II) p. 399 not.]. Scholiast. Theocrit. VII [34. adde etiam cod. Ambrosianum apud Ziegler p. 53]: *ἄλως ἀπὸ τοῦ ἁλίζω, τὸ συναθροίζω . καὶ Καλλίμαχος· ἐς τὸ πρὸ τείχους ἱερὸν ἀλέες δεῦτε.* Plutarch. de Placitis philos. I 7 (p. 880 E): *ἔνιοι τῶν φιλοσόφων, καθάπερ Διαγόρας ὁ Μιλήσιος καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος καὶ Εὐήμερος ὁ Τεγεάτης καθόλου φασὶ μὴ εἶναι θεούς. τὸν δ' Εὐήμερον καὶ Καλλίμαχος ὁ Κυρηναῖος αἰνίττεται ἐν τοῖς Ἰάμβοις γράφων· Εἰς τὸ πρὸ τείχους ἱερὸν ἀλέες δεῦτε, οὗ τὸν πάλαι*

*χάλκεον ὁ πλάσας Ζᾶνα γέρων ἀλαζὼν ἄδικα βιβλία ψύχει*, ubi id primo notandum: vitiosam scripturam *Διαγόρας ὁ Μιλήσιος* pro *ὁ Μήλιος* iam ab annis plus mille Plutarchi codices insedisse et in errorem induxisse cum Eusebium tum Theodoretum, qui hoc loco freti Diagoram Milesium vocant, ille Praep. Evangel. XIV, 16 p. 753 (*ἔνιοι τῶν φιλοσόφων, καθάπερ Διαγόρας ὁ Μιλήσιος — καὶ Καλλίμαχος ὁ Κυρηναῖος αἰνίττεται ἐν τοῖς Ἰάμβοις*, loco non addito), hic Therapeut. graec. affect. sermon. III (init. p. 506 ed. Paris. 1642: *οὐκοῦν μόνοι γε ἄθεοι Διαγόρας ὁ Μιλήσιος καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος καὶ Εὐήμερος ὁ Τεγεάτης καὶ οἱ τούτοις ἠκολουθηκότες, παντάπασιν φάντες μὴ εἶναι θεούς.*). Pro *ψύχει* autem, quod in vulgatis editionibus habetur, legendum est *ψήχει*, radit, exarat, scribit. Deinde ex *χάλκεον* (quod huic loco minime convenit. nam Euhemerus non aeneum, sed carneum sane Jovem finxit, quem cum cetera deorum turba meros homines fuisse tradidit) haud socordi opinor coniectura fecimus *Παγχαῖον*, quod scribebant *παγχέον*. Fundus huius emendationis est ipse Plutarchus libro de Iside et Osiride (XXIII p. 360), ubi Euhemerum ait libros suos composuisse ex commentitiis quibusdam inscriptionibus in Panchaea insula: *λαμπρὰν δὲ τοῖς Εὐημέρου τοῦ Μεσσηνίου φενακισμοῖς παρρησίαν διδόντας ὃς αὐτὸς ἀντίγραφα συνθεὶς ἀπίστου καὶ ἀνυπάρκτου μυθολογίας πᾶσαν ἀθεότητα κατασκεδάννυσι τῆς οἰκουμένης, τοὺς νομιζομένους θεοὺς πάντας ὁμαλῶς διαγράφων εἰς ὀνόματα* (vulgo *ὄνομα*) *στρατηγῶν καὶ ναυάρχων καὶ βασιλέων, ὡς δὴ πάλαι γεγονότων, ἐν δὲ Πάγχοντι γράμμασι χρυσοῖς ἀναγεγραμμένοις* (lege *—μένα*. scil. *ὀνόματα*), *οἷς οὔτε βάρβαρος οὐδεὶς οὔτε Ἕλλην, ἀλλὰ μόνος Εὐήμερος, ὡς ἔοικε, πλεύσας εἰς τοὺς μηδαμόθι γῆς γεγονότας μηδὲ ὄντας Παγχώους καὶ Τριφύλλους ἐντετυχήκει.*“ Bentl. Totum Callimachi fragmentum legitur etiam in schol. in Tzetz. Allegor. ap. Cramer. Anecd. Oxon. III p. 380 sive in Matrangae Anecd. graec. p. 609: *ἀλέαι αἱ ἐκκλησίαι καλοῦνται ἀπὸ τοῦ συναθροίζεσθαι ἐκεῖ, ὡς καὶ Καλλίμαχός φησι· εἰς τὸ προτείχευς ἱερὸν ἀλέες* (vel *ἀλέες*) *δεῦτε, οὐ τὸν πάλαι χάλκειον ὁ πλάσας Ζᾶνα γέρων ἀλαζὼν ἄδικα βιβλία ψύχει*, pars eius etiam apud Sextum Empir. contra Dogmatic. III 51 p. 402 Bekk.: *καὶ εἶναι μὲν (θεόν φασιν) οἱ πλείους τῶν δογματικῶν*

*καὶ ἡ κοινὴ τοῦ βίου πρόληψις, μὴ εἶναι δὲ οἱ ἐπικληθέντες ἄθεοι, καθάπερ Εὐήμερος, γέρων ἀλαζών, ἄδικα βιβλία ψηχών*, schol. Clement. Alex. Protrep. II 24 p. 102 Klotz.: *Εὐήμερος —, οὗ μέμνηται ὁ Καλλίμαχος ἐν τοῖς χωλιάμβοις λέγων· γέρων ἀλαζὼν ἄδικα βιβλία ψύχει*, Etymol. Sorbon. ap. Gaisf. ad Etym. Magn. p. 192 (ad p. 71, 4): *ἅλς ἡ θάλασσα, παρὰ τὸ ἁλές, τὸ συνεστραμμένον. Καλλίμαχος. εἰς τὸ προτείχοις* (sic) *ἱερὸν ἀλέες δεῦτε*, Etym. Gud. p. 39, 9: *Καλλίμαχος· ἐς τὸ πρὸ τείχευς ἱερὸν ἀλέες δεῦτε*, Stephan. Byz. p. 300, 9 (Herodian. I p. 544, 13 Lentz.): *Ἡλιαία, δικαστήριον Ἀθηναίων, παρὰ τὸ ἀλέες δεῦτε παράγωγον.* De Bentleianarum autem emendationum veritate non potest dubitari. praeterea *ἱρόν* scripsi cum Meinekio et *ἁλέες* pro *ἀλέες* dedi cum grammaticorum maiore parte, maxime Stephano vide Doederl. Gloss. Homer. I p. 24 et II p. 32 coll. tamen Lobeck. Elem. Pathol. II p. 72. Sed difficilior de ultima fragmenti voce quaestio est, ubi verbo *ψύχειν* testium auctoritate minus commendatum, quod unus, quantum scio, tuetur Reisk. animad. ad Theocrit. XIII 54 fovere, magni facere, iactare, venditare interpretans, iure Bentleius praetulit *ψήχειν*, non persuadens tamen Toupio Emend. in Suid. II p. 459, qui *ξύει* malebat allato Hesych. III p. 171 *ξύει — γράφει — καὶ ξύσματα τὰ γράμματα.* ipsum autem illud Duebner in Plutarchi edit. Didot. scripsit *ψῆχε*, quod Meinekius p. 157 nescire se dicit quam ob causam ille fecerit. fecit autem, ut ipse monet ad Theocrit. schol. p. 144 propter codices suos Parisinos, qui *ψῦχε* habeant. ac nescio sane quid praesenti tempori *ψήχει* faciam, quod, quum multo ante Callimachi tempora Euhemerus scripserit et obierit, ab hoc loco alienum est. nam de praesente hictorico nemo cogitare velit. sed tamen ne Duebneri quidem scriptura magnopere placet (quidni enim tum Callimachus scripserit *βιβλί' ἔψηχε* —?) eoque magis inclinat animus, ut unum Sextum dedisse verum censeam, *ψήχων*, Plutarchum autem, a quo cum Eusebio etiam Tzetzen et schol. Clementis pendere arbitror, quum plura afferre noluerit, sed in verbo finito desinere debuerit, participio de suo substituisse *ψῆχε*. Postremo de *Ζᾶνα* verissime Meinekius monet, hac forma (non *Ζῆνα*) ipsum usum videri Euhemerum, quam Callimachus retinuerit. Et tantum quidem de crisi.

quod autem ad explicationem attinet, pleraque omnia Bentleius occupavit. Sed neque hic nec alius quisquam, quantum scio, expedivit, quinam illi homines sint, quos poeta iubeat in fanum illud suburbanum convenire, ubi Euhemerus libros suos impios scripserit, i. e. in fanum illud Jovis *Τριφυλίου* (Diodor. V 14 extr.) Panchaeae insulae, quod ipsum Euhemerum memorasse consentaneum est. Suspicor autem Callimachum, optavisse ut *ἄθεοι* omnes et qui Euhemeri more heroes et semideos atque ipsum adeo Jovem totumque eius genus olim homines fuisse affirmarent, in illud fanum congregarentur. quod quum poeta optabat, nihil aliud optabat nisi ut illi ex hominum numero plane evanescerent et non iam essent. nam Panchaea quoque illa cum fano suo in rerum natura non extitit, sed ab Euhemero ficta erat.

## 87.

*Ἦν κεῖνος οὑνιαυτός, ᾧ τό τε πτηνὸν*
*καὶ τοὺν θαλάσσῃ καὶ τὸ τετράπουν οὕτως*
*ἐφθέγγεθ' ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμηθεῖος.*

„Clemens. Alex. Strom. V (p. 707 Pott.): *γήινον μὲν οἱ φιλόσοφοι παρ' ἕκαστα τὸ σῶμα ἀναγορεύουσι* —, **Καλλίμαχος** *δὲ διαρρήδην γράφει· ἦν κεῖνος οὑνιαυτός, ᾧ ποτε πτηνὸν καὶ τοὺν θαλάσσῃ καὶ τὸ τετράπουν οὕτως ἐφθέγγεθ' ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμηθέως.* Pro *ᾧ ποτε* emendavimus *ᾧ τό τε.* Et *Προμηθῆος* ob versum qui est choliambus sive iambus scazon. Extat etiam apud Euseb. Praep. Evang. XIII 13 (vol. III p. 329 Gaisf.) ex Clemente.“ Bentl. Eusebius nec nomen Callimachi omisit nec in fragmento quidquam habet quod melius sit, imo tenet etiam illud *Προμηθέως*, in quo emendando nec Bentleianum *Προμηθῆος*, nec Blomfieldii, Boissonadii, Meinekii (p. 157) *Προμήθειος* probavi, sed cum Bergk. Anth. II p. 160 n. 180 *Προμηθεῖος*, qui genetivus est, non adiectivum. cf. ad Nicandr. Ther. 764. adde Corp. Inscript. III p. 810: *οὗ ποθ' ὑπ' Εὐρυσθεῖος ἀναγκασθεὶς* [*ἐτέλεσσεν*] et Boeckh. ad I p. 721 B, Bergk. Praef. ad Anth. lyr. II p. X. Ad idem hoc fragmentum pertinere fr. 93ᵃ et fr. 93ᵇ Meinekio facile concedimus. de *πηλῷ Προμηθέως* nota sunt omnia. cf. Aeschyl. frag. 359 Nauck.: *τοῦ πηλοπλάστου*

*σπέρματος θνητὴ γυνή.* Aristoph. Ad. 686 *ἄνδρες — ὀλιγοδρανέες, πλάσματα πηλοῦ.* Callim. fr. 133. cf. Hemsterh. ad Lucian. I p. 454 Bipont. et Preller. in Schneidew. Philol. VII p. 58.

88.

*Ἔβηξαν οἷον ἀλίβαντα πίνοντες.*

„Etym. Magn. (p. 63, 49): *ἀλίβας· ὁ νεκρός, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν λιβάδα μήτε θερμότητα, ὅ ἐστιν ὑγρότητα. οἱ γὰρ ζῶντες ὑγροί. σημαίνει δὲ καὶ ὄξος, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· Ἔβηξαν οἶνον ἀλίβαντα πίνοντες, παρὰ τὸ μὴ λείβειν, ὁ μὴ λειβόμενος ἢ σπενδόμενος,* ubi pro *οἶνον* reponendum esse videatur *οἷον*, idque ipsorum grammaticorum auctoritate, tussierunt tamquam qui acetum bibunt. Si enim (ut Etymologus, Suidas et Eustathius auctores sunt) *ἀλίβας* est *ὄξος*, *οἶνον* hic locum habere nequit. Sed enim vero *ἀλίβας* communiter significat *νεκρόν*, mortuum, et pace magistrorum crediderim in hoc ipso etiam loco nihil aliud notare: *οἶνος ἀλίβας* vinum mortuum, quae periphrasis est aceti. Verte igitur *ἔβηξαν οἶνον ἀλίβαντα πίνοντες*: tussierunt vinum mortuum bibentes.“ Bentl. *Οἷον*, quod feliciter a se inventum postea Bentleius respuit, nunc edidit Gaisfordus unum tantum codicem Dorvillianum diserte habere dicens *οἶνον*. nam Sorbon. certe et Bruxell. apud Gaisf. dant *ἐβαξανοὶ ἀλίβαντες* (*ἀλίβας τε* Brux.), Parisin. ap. Ruhnk. ad h. l. *ἔβηξαν οἱ ἀλίβας τε πίνοντες*, Etym. Paris. 2636 apud Cram. Anecd. Par. IV p. 60 *ἐβηξανοὶ ἀλίβας τε πίνοντες*, cod. Neapol. ap. Gaisf. Praef. Etym. Magn. p. LII *ἐφιξανοί ἀλίβας τε πίνοντες*, cum Callimachi nomine fere adicientes etiam *παρὰ τὸ μὴ λείβεσθαι καὶ σπένδεσθαι.* praeterea *ἀλίβαντα* per se significare *ὄξον*. ita affirmant grammatici, ut non debuerit de eorum fide Bentleius addubitare, Etym. Magn. l. l., Suidae I 1 p. 216, 15 et II 1 p. 243, 10. Choerobosci Dict. p. 41, 12 et p. 42, 13 (Herod. II p. 656 Lentz.), auctor. *συναγωγῆς λέξεων χρησίμων* in Bekk. Anecd. I p. 376, 20, Eustath. ad Odyss. p. 1679, 33 et imprimis Orionis p. 30, 15: *ἀλίβας — ἔστι παρὰ Ἱππώνακτι καὶ ἐπὶ τοῦ ὄξους*, ubi vellem ascriptum haberemus Hipponactis versum, quo pateret in voce *ἀλίβας*

prima syllaba longa sit an brevis. illud qui statuit Lobeckius Prol. Path. p. 289 nescio an non alium praeter hunc Callimachi locum ad manus habuerit. neque enim credo Sophoclis eum putasse versum quem ita concinnavit ex verbis Eustath. ad Il. p. 1237, 22 vir doctus in Thes. Paris. Vol. I p. 1467 A: *ἐς ἀλίβαντα καταπεσεῖν αὐτὸν ποδὶ | ζῶντι * * * * χρώμενον*, sed merito obsequentum non habuit Nauckium in Sophocl. fragm. 717. nam quis credat grammaticos vocem ab *α* privativo derivaturos fuisse, si in ea illud *α* invenissent longum? nisi forte quis putet Herodianum *α* productum excusavisse vocis *ἀθάνατος* mensura, quae Lentzii sententia fuit ad frag. Herodian. II p. 656. Sed hae difficultates extemplo discutiuntur egregia Bergkii coniectura in Anthol. lyr. I p. 137 n. 153 = II p. 161 n. 176 (cf. praef. p. XVII), scribendum esse *ἀλίβαντα* (i. e. *οἱ ἀλίβαντα πίνοντες*), quam recipere non dubitavi. Vix autem opus est monere, propter Hipponactis in Orionis loco memoriam Brinkium in Philol. Vol. VI p. 49 fragmentum hoc Callimacho ereptum Hipponacti restituere voluisse, quasi vero Callimacho non licuerit, ut multa ex Hipponacte sumpsit, ita inde *ἀλίβας* quoque in usum suum convertere.

## 89.

*Σόλων· ἐκεῖνος δ' ὡς Χίλων' ἀπέστειλεν.*

„Choeroboscus grammaticus nondum editus, in bibliotheca Oxoniensi [at nunc editus in Cramer. Anecd. Oxon. II p. 277, 10 coll. Herodian. II p. 605, 20 Lentz.]: *Χίλων, ἔστι δὲ ὄνομα κύριον, διὰ τοῦ ι γράφεται, ἐπειδὴ εὕρηται καὶ ἐν συστολῇ παρὰ Καλλιμάχῳ, οἷον Σόλων ἐκεῖνος δὲ ὡς Χίλων' ἀπέστειλεν. ἔστιν δὲ χολίαμβον.* corrige *χωλίαμβον*." Bentl. Cum Bentleio nihil mutant Mein. n. 11 p. 161 et Bergk. Anthol. I p. 137 n. 150 = II p. 161 n. 173, quamquam mirum *δέ* ibi tertio loco poni sine causa, quum *Σόλων δ' ἐκεῖνος ὡς* recte dici potuerit. iniuria autem Ruhnken. apud Ern. ad h. l. plane tollendum *δέ* censebat scribendo aut *Σόλων ὁ κλεῖνος ὡς* X., aut *Σόλων ἐκεῖνον ὡς* X., quorum illud non necessarium, hoc autem plane falsissimum est, quoniam Callimachus donum illud non dixit *τρίποδα*, sed *φιάλην*. cf.

ad fr. 83ᵃ. ab hac igitur parte praestat Brinkii coniectura (Philolog. Vol. VI p. 223: *Σόλων δὲ κείνην ὡς X.*, atque *κεῖνος* (*Σόλων δὲ κεῖνος*) Callimachum dicturum fuisse etiam Meinekius censebat propter fr. 87, 1, quae non satis gravis mihi causa videtur, quum nihil impediat qui in iambis quoque utraque vocis forma poetam usum esse statuamus. Feci igitur quod facillimum videbatur, ut de verbis nihil quicquam mutans solam mutarem interpunctionem: *Σόλων· ἐκεῖνος δ' ὡς X.* Praecesserat nisi fallor: Thales Athenas *φιάλην* misit, nam ibi ei [*εἴδετ' ἀξιώτερος δώρου*] *Σόλων· ἐκεῖνος δ' ὡς X.*

90.

*Φέρων ἴαμβον οὐ μάχην ἀείδοντα*
*Τὴν Βουπάλειον.*

„Julianus Epist. XXX: *ἡδέως ἐδεξάμην τὸ παρὰ σοῦ πινάκιον ἀποσταλέν· ἔχει γὰρ καὶ τὰ διαγράμματα τῶν πρόσθεν βέλτιον, καὶ κατεμούσωσας αὐτὸ προσθεὶς τοὺς ἰάμβους οὐ μάχην ἀείδοντας τὴν Βουπάλειον, κατὰ τὸν Κυρηναῖον ποιητήν, ἀλλ' οἵους ἡ καλὴ Σαπφὼ βούλεται τοῖς νόμοις ἁρμόττειν.*" Bentl. Julianum Callimachi verba ad suum sermonem accommodasse nec hunc scripsisse *οὐ μάχην ἀείδοντας τὴν Βουπάλειον*, ut edidit Bentleius, nunc demum patet ex schol. Saib. ad Hephaest. p. 30 Gaisf. (II): *παρὰ Καλλιμάχῳ δὲ* (*ὁ ἴαμβος*) *καινὸν* (addendumne *ὄνομα*?) *εἶναι δοκεῖ ὡς* (sic legendum cum Gaisf. pro *καὶ*) *Φέρων ἴαμβον οὐ μάχην ἀείδοντα τὴν Βουπάλειον*. quae verba in prologo *Ἰάμβων* posita etiam frag. 92 et fr. 85 coniuncta fuisse facile concedo Schneidew. in Goetting. gelehrt. Anz. 1845 p. 8 et Bergk. in Diar. Antiq. 1856 p. 208 inque Anthol. lyr. II p. 160 n. 164 cf. Meinek. p. 153 seq. n. 1 et 2.

91.

*Οὐ πάντες, ἀλλ' οὓς ἔσχεν οὔτερος δαίμων.*

„Schol. Pindar. Pyth. III (64): *καὶ τῶν γειτόνων, φησί, πολλοὶ ἀπέλαυσαν τοῦ κακοῦ τοῦ περὶ τὴν Κορωνίδα· λοιμὸς γὰρ ἐγένετο, αἴτιοι δὲ τοῦ λοιμοῦ Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις. λοιμοῦ οὖν γενομένου συναπέλαυσαν καὶ οἱ μηδὲν αἴτιοι. Ἡσίοδος* (Op. 240)· *πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα.*

*Καλλίμαχος δέ φησιν· Οὐ πάντες, ἀλλ' οὓς ἔσχεν ἕτερος δαίμων.* Pro *ἕτερος* lege *ἅτερος* versu flagitante. quos locos imitatus est auctor epistolarum quae Phalaridi ascribuntur (XXIII): *κἂν αὐτὸς ἑτέρῳ δαίμονι συμπλακῶ.* sic in epigrammate: *ἄμμες ὅρων φύλακες, δισσοὶ θεοί, ὧν ὁ μὲν Ἑρμῆς | οἷον ὁρῇς μ', οὗτος δ' ἅτερος Ἡρακλέης.*" Bentl., qui unde epigramma illud sumpserit indagare mihi non licuit. Idem autem iniuria Callimachi fragmentum non ad Pind. Pyth. III 64, ut vulgo fit, sed tacite ad v. 62 revocavit, ubi Pindarus quoque similiter dixit *δαίμων ἕτερος.* ita autem Bentleius omnem fragmenti explicationem obscuravit, quam scholiasta hanc esse vult, in publico aliquo infortunio non omnes, ut solet, laborasse, sed eos tantummodo, quibus infestus daemon esset. Hinc illud quoque manifestum fit, errasse Heckerum in Com. crit. Anthol. (I) p. 272 et Brink. in Philol. VI p. 222, qui hoc fragmentum cum fr. 83[a] ita olim iunctum fuisse putabant: *οἳ τάδ' οὐχ ὑπήκουσαν, οὐ πάντες, ἀλλ' οὓς ἔσχεν ἅτερος δαίμων.* nam de hominum aliqua communi clade poetam loquutum esse, non de spreta aliqua doctrina, ex scholiastae verbis apparet. In ipso autem choliambo Mein. p. 163 et Bergk. Anth. I p. 138 n. 154 = II p. 161 n. 177 cum Bentleio probarunt *ἅτερος*, quod Atticum est, ionismus autem *οὔτερος* efflagitare videtur, quod est apud Herodotum (cf. Bredow. de dial. Herod. p. 201) etiam a Brink. l. l. commendatum. sed *ὥτερος*, quod Dindorf. Thes. Par. schol. III p. 2141 A unice probat, ultra Dorismum (cf. Ahrens. de dial. Dor. p. 222) non videtur excessisse, ut, tametsi in schol. Pindar. codex Goetting. ipsum illud habet *ὥτερος*, tamen hoc ex *οὔτερος* corruptum putem. De significatione vocis, quae malum significat, cf. Lobeck. de Antistroph. p. 302.

## 92.

*Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος· οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω.*

„Hephaestion de choliambo (p. 34 Gaisf. II): *τὸ χωλὸν οὐ δέχεται τοὺς παραλέγοντας τρισυλλάβους πόδας, οὔτε δάκτυλον οὔτε τρίβραχυν οὔτε ἀνάπαιστον, ἀλλὰ μάλιστα μὲν ἴαμβον, ὅτε καὶ εὐπρεπές ἐστιν, ὡς τὸ Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος· οὐ γὰρ, ἀλλ' ἥκω, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ σπονδεῖον, ὅτε καὶ τραχύτερον γίνεται, ὡς τὸ Ἐς ἄκρον ἕλκων, ὥσπερ ἀλλᾶντα ψύχων,* ubi

delendum illud comma post γάρ et οὐ γὰρ ἀλλά vertendum etenim. Apud eundem p. 29 citantur haec Eupolidis in Baptis:

ἀλλ' οὐχὶ δυνατόν ἐστιν· οὐ γάρ, ἀλλὰ προ-
βούλευμα βαστάζουσι τῆς πόλεως μέγα.

lege οὐ γὰρ ἀλλά, portant enim. Aristoph. Nub. (232): οὐ γὰρ ἀλλ' ἡ γῆ βίᾳ ἕλκει πρὸς αὐτὴν τὴν ἰκμάδα τῶν φροντίδων, ubi schol.: οὐ γὰρ ἀλλ' ἀντὶ τοῦ καὶ γάρ, Ἀττικῶς. Καλλίμαχος· Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω· ἀντὶ τοῦ καὶ γὰρ ἥκω eadem et plura vide apud Suidam in οὐ γὰρ (II 1 p. 1194)." Bentl. Suidas ut solet scholiastam Aristophanis compilavit cum versu nomen quoque Callimachi traducens. atque Callimachum nominat etiam schol. Aristoph. Ran. 58: οὐ γὰρ ἀλλά, ἀντὶ τοῦ καὶ γάρ. Καλλίμαχος· Οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω. contra iterum cuius choliambus sit non indicant praeter schol. Hephaest. p. 181 Gaisf. etiam metrici latini, Rufin. p. 368 et Plotius p. 270 et 272 Gaisf. totum afferentes versum atque addentes etiam alterum hunc: ὦ Κλαζομένιοι, Βούπαλος κατέκτεινεν (τε κἄθηνις Bergk. Poet. lyr. p. 754 n. 13). At prorsus contempta scholiastae Aristophanei fide iam Kusterus ad Suid. l. l. nostrum fragmentum Callimacho abiudicavit Hipponactis dicens, atque ut aliquod certe fragmenti ius Battiadae vindicaret, Welcker. de Hippon. et Anan. iambograph. p. 64 Callimachum ut grammaticum de particulis οὐ γὰρ ἀλλά disseruisse et Hipponactem in partes vocasse affirmavit nactus quod mireris Brinkii assensum l. l. p. 74. Et hi quidem nulla usi sunt ratione, qua fragmentum eriperent Callimacho, Hipponacti attribuerent. at ratiocinando rem disceptare conatus est Bergkius l. l., consentaneum esse dicens artis metricae magistros versus Hipponactei quem dicebant exempla ex hoc ipso poeta, non aliunde petivisse. at ne haec quidem ratio tam mihi videtur certa esse, unde scholiasta Aristophanis erroris coarguatur. nec duo quos Rufinus et Plotius afferunt versus ita inter se cohaerent sententiarum nexu, ut si alterum Hipponactis esse concesseris (quod sane concedendum videtur), statim concedendum sit alterum quoque eiusdem Hipponactis esse. Itaque genuinum puto Callimachi fragmentum ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος κ. τ. λ., ac ne hoc quidem Meinekio p. 153 crediderim, ab Hipponacte profectum versum, sed a Callimacho in suum opus receptum esse integrum, qua

in sententia etiam Bergkius acquievit. Ceterum qua in re et quibuscum coniuncto fragmentis Callimachus isto versu usus esse videatur supra diximus p. 231 cf. Bergk. Anthol. I p. 136 n. 141 = II p. 160 n. 164.

93[a et b].

*Ἄκουε δὴ τὸν αἶνον· ἔν κοτε Τμώλῳ*
*δάφνην ἐλαίῃ νεῖκος οἱ πάλαι Λυδοὶ*
*λέγουσι θέσθαι * * * * * * **
** * * * * * * * * * * * **
*ἐγὼ φαύλη*
*πάντων * * * * τῶν δένδρων εἰμί.*

„Ammonius de Different. vocab. (p. 8 Valcken.): *αἶνός ἐστι λόγος κατὰ ἀναπόλησιν* [leg. *ἀνάπλασιν*. cf. Schneidew. Exercit. critic. p. 56. O. S.] *μυθικὴν ἀπὸ ἀλόγων ζῴων ἢ φυτῶν* —. *ἀπὸ μὲν ἀλόγων ζῴων, ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ* —, *ἀπὸ δὲ φυτῶν ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· Ἄκουε δὴ τὸν αἶνον· ἔν κοτε Τμώλῳ δάφνην ἐλαίην εἰκὸς οἱ πάλαι Λυδοὶ λέγουσι θέσθαι καὶ τὰ ἑξῆς*, quae corrigenda sunt ut supra. Eustath. ad Il. IX. p. 855, 8: *ὁ μὲν αἶνος λόγος ἐστὶ μυθικὸς ἐκφερόμενος ἀπὸ ἀλόγων ζῴων ἢ φυτῶν πρὸς ἀνθρώπων παραίνεσιν,* — *ἀπὸ μὲν ἀλόγων ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ* — *ἀπὸ δὲ φυτῶν ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· Ἄκουε δὴ τὸν αἶνον· ἔν κοτε Πύλῳ δάφνην καὶ τὰ ἑξῆς.* idem ad Od. XIV p. 1769, 3: *εἰς τὸ ἀπὸ φυτῶν συντελεῖ Καλλιμάχου τὸ Ἄκουε δὴ τὸν αἶνον· ἔν κοτε Μάλῳ ἢ Δάλῳ τῇ νήσῳ δάφνη ἐλαίην καὶ ἑξῆς.* ubi notanda varietas lectonis *Πύλῳ, Μάλῳ, Δάλῳ*, quae singulae depravatae sunt ex *Τμώλῳ*, nulla autem controversia erit, quin huc quoque referenda sint, quae ex codice mst. Oxonii *περὶ τρόπων ποιητικῶν* bona fide repraesento: *ἀστεϊσμός — παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ ἀστεϊζομένη ἡ ἐλαία φησίν· Ἐγὼ φαύλη πάντων τῶν δένδρων εἰμί. καλεῖται δὲ τοῦτο προσποίησις.* levi enim mutatione fiet iambus scazon: *φαύλη δὲ πάντων τῶν δένδρων εἰμί*, ego omnium arborum vilissima.“ Bentl. Callimachi versus priores duo et dimidium cum poetae nomine leguntur etiam in Apostolii Synagog. Paroem. praef. p. 236 seq. Leutsch., Arsenii Violet. p. 7 Walz., Etymol. Gudian. p. 19, 27, grammatic. in Cramer. Anecd. Paris. III p. 371. sed qui et ipsi totum fragmentum citant Diogenian. Paroem. praef. p. 178 Schneidew., incert.

scriptor. ap. Walz. ad Anonym. schol. in Aphthon. Vol. II p. 10 seq., Etymol. Angelican. Ritsch. s. αἶνος (cf. Ritschel. Opuscul. I p. 680), poetae nomen omittunt nec quicquam habent quod Bentleiano praeferendum sit. quattuor tantum prima verba affert Choerobosc. Epimerism. in Psalm. p. 114, 32: ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· ἄκουε δὴ τὸν αἶνον (nec plura leguntur in Favorini Lex. s. αἶνος). Alterum autem fragmentum, quod ad eandem hanc fabulam Bentleius revocavit probante Meinek. p. 157, editum nunc in Pseudotryphone de tropis p. 52 (Rhetor. Walz. Tom. VIII p. 760) et legitur etiam in Manuelis Moschopul. opuscul. gramm. p. 86 Titz.: παρὰ Καλλιμάχῳ ἀστεϊζομένη ἡ ἐλαία φησίν· Ἐγὼ φαύλη πάντων τῶν δένδρων εἰμί. in quibus verbis, quae recte, puto, agnovit choliambum, nec ipse Bentleius facili ratione restituit, nec meliore ratione usi sunt alii, Toupius in Emend. II p. 458 (ἐγὼ δὲ πάντων εἰμὶ φαύλη τῶν δένδρων), Porsonus ad Toup. Emend. IV p. 487 et Meinekius p. 157 (ἐγὼ δὲ πάντων εἰμὶ δενδρέων φαύλη), Bergkius Anthol. I p. 137 n. 147 = II p. 160 n. 170 (ἐγὼ δὲ φαύλη δενδρέων πάντων εἰμί), quorum conamina superare videbar, si nihil putabam a librariis corruptum vel transpositum, sed omissa esse ab ipso quem uterque grammaticus sequuti sunt teste quae, quum ad rem ipsam demonstrandam nihil referant, nemo queratur omissa, Callimachum autem tale quid scripsisse:

ἐγὼ φαύλη
πάντων [ὅσ' ἡ γῆ 'φῦσε] τῶν δένδρων εἰμί.

si quis tamen ad excusandum illud φαύλη πάντων non crediderit sufficere illud δειλὸς βασιλέων Hym. III 255, πρηεῖα γυναικῶν frag. 131 etc., ei auctor sim ut suppleat [μάλισθ' ὅσ' ἔστι]. Ceterum de fabula quam poeta in hoc carmine tractaverit vide docte disputantem Schneidew. in Exercit. crit. IX p. 57.

94.

Ἔπλευσεν ἐς Μίλητον· ἦν γὰρ ἡ νίκη
Θάλητος, ὅς τ' ἦν τἄλλα δεξιὸς γνώμη
καὶ τῆς ἁμάξης ἐλέγετο σταθμήσασθαι
τοὺς ἀστερίσκους, ᾗ πλέουσι Φοίνικες.

„Achill. Tatius in Arati Phaenom. Cap. 1 (p. 123 Petav.): ὅτι δὲ ἄλλοι ἄλλο εὗρον, ἐκ τοῦ Θάλητα τὴν μικρὰν

ἅμαξαν εὑρηκέναι δῆλον. ὁ γοῦν Καλλίμαχός φησιν· Ἔπλευσεν κ. τ. λ., ut supra, nisi quod ibi ὅς τὴν ἄλλα et λέγεται [item εἰς M.]. Diogenes Laert. vit. Thal. (I 23): Καλλίμαχος αὐτὸν (Θάλητα) οἶδεν εὑρετὴν τῆς ἄρκτου τῆς μικρᾶς, λέγων ἐν τοῖς Ἰάμβοις οὕτως· Καὶ τῆς ἀμάξης ἐλέγετο σταθμήσασθαι τοὺς ἀστερίσκους, ᾗ πλέουσι Φοίνικες." Bentl. Ἐς dedit Mein. p. 161, ὅς τ' ἦν τἄλλα est ex emendatione Bergkii, Anthol. I p. 137 n. 149 = II p. 161 n. 172, sed Scalig. ad Manil. p. 40 praetulit ὅς τά τ' ἄλλα, Bentleius ὅς τ' ἦν ἄλλα, Meinek. ὅς τ' ἦν κἄλλα, Hecker. Comm. de Anthol. (I) p. 274 ὅς γ' ἦν τἄλλα. pro γνώμῃ post Scaligerum fere omnes scripserunt γνώμην, quod propter alterum accusativum ἄλλα minus placet. In principio ἔπλευσεν patet de φιάλῃ intelligendum esse (cf. ad fr. 83ᵃ), quod dicendi genus illustrat fr. 115· ἔρχεται — ἀμφορεύς. Cum ultimis fragmenti verbis conferunt Arat. 39: τῇ (Κυνοσούρᾳ) δ' ἄρα Φοίνικες πίσυνοι περόωσι θάλασσαν.

## 95.

Θάλης με τῷ μεδεῦντι Νείλεω δήμου
δίδωσι, τοῦτο δὶς λαβὼν ἀριστεῖον.

„Diogen. Laert. vit. Thal. (I 29): ταῦτα δὴ ὁ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ἰάμβοις ἄλλως ἱστορεῖ παρὰ Μαιανδρίου λαβὼν τοῦ Μιλησίου. Βαθυκλέα γάρ τινα Ἀρκάδα φιάλην καταλιπεῖν καὶ ἐπισκῆψαι δοῦναι τῶν σοφῶν τῷ πρωτίστῳ. ἐδόθη δὲ Θαλῇ καὶ κατὰ περίοδον πάλιν Θαλῇ, ὁ δὲ τῷ Διδυμαίῳ Ἀπόλλωνι ἀπέστειλεν εἰπὼν οὕτω κατὰ τὸν Καλλίμαχον· Θαλῆς με τῷ μεδεῦντι Νειλέω δήμου κ. τ. λ." Bentl. De re cf. ad fr. 83ᵃ. Θάλης pro Θαλῆς tacite iam Bentleius scripsit recte. nam Callimachus quum Θάλητος fr. 94 et Θάλητα fr. 96 dixerit, nominativum non Θαλῆς, sed Θάλης usurpasse videtur. Νείλεω primus correxit Dindorf. in Thes. Paris. Vol. V p. 1403 D, tum Meinekius p. 162, qui sua antestatur ad Theocrit. XXVIII 3. add. Lobeck. Elem. Path. I p. 475 not. et II p. 87. Cur autem pro τοῦτο necessarium τωὐτό visum fuerit Nauckio in Philol. Vol. VI p. 411 et Roepero ibid. Vol. XXX p. 563, quos in Anthol. lyr. editione II p. 161 n. 175 (non item in I p. 137 n. 152) Bergkius

sequitur, causam non video. nam ad rem quam illi volunt significandam solæ sufficit vox δίς, nec altero opus esse ipse Thales putabat in eiusdem donarii inscriptione, quam Diogenes l. l. paulo post memorat. *Θαλῆς Ἐξαμίου Μιλήσιος Ἀπόλλωνι Διδυμαίῳ Ἑλλήνων ἀριστεῖον δὶς λαβών.*

## 96.

### Πάλιν τὸ δῶρον ἐς Θάλητ' ἀνώλισθεν.

„Etym. Magn. (p. 442, 10): *Θαλῆς· ἡνίκα μὲν περισπᾶται, εἰς ου ἔχει τὴν γενικήν, Θαλῆς Θαλοῦ, Θαλῇ. Τί δῆτ' ἐκεῖνον τὸν Θαλῆν θαυμάζομεν; Ἀριστοφάνης* (Nub. 180). *ἡνίκα δὲ βαρύνεται, διὰ τοῦ τος κλίνεται τῷ λόγῳ τῶν ἰαμβικῶν, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· πολὺ τὸ δῶρον ἐς Θάλητα ὤλισθεν. ἔστι δὲ χορίαμβος, τροχαῖον γὰρ ἔχει ἐν τῷ ἕκτῳ ποδί.* ubi legendum pro *πολύ*: *πάλιν*. Laertius I 1, 28: *ἐδόθη δὲ Θαλῇ καὶ κατὰ περίοδον πάλιν Θαλῇ.* eadem enim est historia. deinde lege *ἐς Θάλητ' ἀνώλισθεν*, versus gratia, tum et sententiae. nam *ἀνολισθεῖν* est rursum et retrorsum *ὀλισθεῖν*. postremo scribe *χωλίαμβος*, quod et res ipsa postulat et verba grammatici: quia trochaeum habet in sexto pede, quod proprium est iambi scazontis, alter enim vel iambum vel pyrrhichium (?) habet." Bentl. Etymologi locus ex Choerob. Dict. p. 136, 25 (= Bekker. Anecd. p. 1380, coll. Herodian. II p. 683, 7) excerptus est, ut docet fere ad verbum consentiens disputatio, nisi quod ibi recte *πάλιν* legitur. sed vitiosum *Θάλητα ὤλισθεν* Etymologo iam praebebat Choeroboscus. Fragmentum habent Mein. p. 162 et Bergk. Anth. I p. 137 n. 151 = II p. 161 n. 174.

## 97.

### Ὦ 'μαὶ τἀπιόντος ἄγκυραι.

„Apollon. Dyscol. de Syntaxi III p. 220 de vocativo pronominum: *ἔστι δὲ καὶ τῆς χρήσεως, ἡνίκα ὁ Νέστωρ τοὺς ἰδίους παῖδας προσφωνεῖ Παῖδες ἐμοί* (Od. III 475), *καὶ ἔτι παρὰ Καλλιμάχῳ· Ὦ ἐμαὶ τοῦ ἀπιόντος ἄγκυραι.* Pars est, ut mihi videtur, iambi scazontis." Bentl. Idem fragmentum in eadem re Apollonius affert etiam in libro de Pronom. p. 26 B, ubi item plene scriptum *ὦ ἐμαὶ τοῦ ἀπιόν-*

*τος ἄ.*, non, ut a Bentleio factum male, *ω 'μαὶ τοῦ 'πιόντος.* hoc enim scribendi genus quum incertum reddat, utrum intelligendum sit *τοῦ ἀπιόντος*, an *τοῦ ἐπιόντος*, ita scribi vix poterat, sed cum Mein. p. 164 et Bergk. II p. 162 n. 182 *τἀπιόντος* debebat, quae certe Herodoto non insolita crasis. cf. Bredow. l. l. p. 202. quamquam nescio an in talibus non crasi, sed synizesi veteres usi sint. Ceterum in his senex aliquis iam abiturus ad inferos alloqui liberos suos videtur quos sperat sibi inferias rite allaturos esse. De *ἄγκυρα* cf. Porson. ad Eurip. Hec. 79, de *ἄπειμι* Diog. Laert. VII 4, 174: *ὀνειδίσαντος αὐτῷ τινος τὸ γῆρας, „κἀγώ," ἔφη, „ἀπιέναι βούλομαι."*

## 98.

### *Τὰ τράχηλα γυμνάζειν.*

„Etym. Magn. (p. 502, 27) s. *κέλευθος· — γίνεται μεταβολὴ γένους εἰς ἕτερον γένος, ὡς ἀπὸ τοῦ ὁ τράχηλος τὸ τράχηλον, ἔνθεν πληθυντικῶς παρὰ Καλλιμάχῳ Τὰ τράχηλα γυμνάζει.* De tauro, ut opinor, loquitur qui tentat sese atque irasci in cornua discit arboris obnixus trunco (Vergil. Georg. III 232). Eustath. Il. B p. 108, 22: *τὰ κέλευθα μεταπλασμὸν γένους φασὶν οἱ παλαιοὶ μεταπλασθέντος τοῦ ἡ κέλευθος εἰς τὸ κέλευθον. —. οὕτως καὶ τὰ δεσμὰ καὶ τὸ γυμνάζει τὰ τράχηλα, παρὰ Καλλιμάχῳ.* Si Etymologum sequeris, erit membrum choliambi, si Eustathium, hexametri." Bentl., qui recte choliambum praetulit. nam quae Etymol. et Eustath. afferunt, sine dubio manarunt ex veteribus interpretibus ad Homeri Il. I 312, ubi schol. A iisdem fere verbis dicit: *γίνεται μεταβολὴ γένους εἰς γένος, ὡς ἀπὸ τοῦ τραχήλου (ὁ τράχηλος?) τὸ τράχηλον, ἔνθα (ἔνθεν?) πληθυντικὸν παρὰ Καλλιμάχῳ, Τὰ τράχηλα γυμνάζειν* quae sunt etiam in cod. Parisin. 2679 ap. Cramer. Anecd. Paris. III p. 5, 16, nisi quod ibi Callimachi nomen omissum et *γυμνάζει* scriptum est, ut in schol. Tzetz. ad Il. l. l. p. 419 Matrang.: *παρὰ Καλλιμάχῳ, τὰ τράχηλα γυμνάζει.* sed in utroque Homeri interpretem qualem cod. A praebet sequitur Etym. Gud. p. 314, 11. contra Zonaras p. 1189 Callimachi quidem nomen habet, at *γυμνάζει* tenet, cui *γυμναζειν* ob maiorem scholii

codicis A fidem praetuli cum Meinek. p. 164. eidem docto viro haec quoque verba ad prooemium pertinere videntur quo Hipponax (?) poetam monuerit ne iuvenci instar lasciviat nimiumque viribus confidat, ut Callimachus scripsisse videatur [μηδὲ] τὰ τράχηλα γυμνάζειν.

98a.

*Τὸ πῦρ δ' ὅπερ ἀνέκαυσας ἐς πολλὴν [λίην]*
*πρόσω κεχώρηκε φλόγα· δρόμου δ' ἴσχε*
*μαργῶντος ἵππους, μή τι δευτέρην κάμψῃς,*
*μηδὲ παρὰ νύσσῃ δίφρον ἄξωσιν [πάντα]*
*[χρίμψαντες], ἐκ δὲ κύμβαχος κυβιστήσῃς.*

Fragmentum hoc primus protulit Hemsterhusius apud Ernest., cui est n. 456, tum erudite tractavit Schneidew. in Coniect. crit. p. 149 seqq. Atque ille quidem ex Tryphone περὶ τροπῶν ποιητικῶν ms. in bibliotheca Leidens. exscripsit haec: ἀλληγορία ἐστὶ φράσις ἕτερον μέν τι δηλοῦσα, ἑτέρου δὲ ἔννοιαν παριστῶσα· τότε δὲ καταχρῶνται δεόντως τῇ ἀλληγορίᾳ, ὅταν ἢ δι' εὐλάβειαν ἢ δι' αἰσχύνην οὐ δύνωνται φανερῶς ἀπαγγεῖλαι, ὃν τρόπον παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν Ἰάμβοις· τὸ πῦρ ὅπερ ἀνέκαυσας πολλὴν πρόσω κέχρηκε (προσακέχρηκε habet Valcken. in epist. ad Ernest. p. 45 ed. Tittmann. sed cf. ibid. p. 47) φλόγα· ἴσχε δὲ δρόμου μαργῶντος (μαργοῦντος Valcken. l. l.) ἵππου. Ταῦτα γὰρ οὐ κυρίως εἴρηται· οὐ πυρὸς οὐδὲ ἱπποδρομίας ἐστὶ λόγος, ἀλλ' ὥσπερ αἰδούμενος ἐκδηλοῦν ἤλεγξε τὴν ὑπερβολὴν τῆς θρασύτητος. Eadem ex eodem Tryphone petita postea edita sunt a Boissonad. in Anecd. Vol. III p. 271, ubi item est μαργοῦντος ἵππου) et a Cramer. in Mus. Philol. Cantab. II p. 433 (ubi tamen legitur ὅπερ ἐνέκαυσας — μαργοῦντας ἵππους) et e Gregorii Corinthii libro περὶ τρόπων a Walzio in Rhetor. graec. Vol. VIII p. 756 (ubi libri partim habent ὅτε ἐνέκαυσας — κέχρηται — δρόμου μαργοῦντας ἵππους), quibus omnibus ut integritate quidem non ubique cedunt, ita copia praestant quae ex Choerobosci libro περὶ τῶν ποιητικῶν τροπῶν notavit Cramer. Anecd. Oxon. IV p. 399, 25: ὡς καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ Τὸ πῦρ δέ τ' ἀνέκαυσας ἔρος οὐ πολλῇ κεχώρηκε φλογί, — καὶ πάλιν· Ἴσχε δὲ δρόμου μαργῶντας ἵππους, | μὴ δευτέραν κάμψῃς,

*μή τι παρὰ νύσση | δίφρον ἄξωσιν, ἐκ δὲ κύμβαχος κυβιστῇς.* In his ante omnia teneri velim grammaticos istos non duo, sed unum tantummodo afferre fragmentum Callimachi, qui eodem loco unam eandemque rem (poetarum, puto, nimiam audaciam et temeritatem) duabus imaginibus perstrinxerit, quarum altera desumpta ab igne, altera a certamine equestri. nec illi interpretationi obstat quod Choeroboscus inter *φλογί* et *ἴσχε* interposuit *καὶ πάλιν*, quibus verbis uti poterat etiam qui duas sententias arcte eodem loco iunctas, quoniam eandem rem diversa imagine exprimebant, afferre voluit. quamquam quaeri potest itane re vera a Choerobosco scriptum sit an praetulerit quod magis continuationem significat, hoc dico: *κἆτα πάλιν*. Quo magis miror duo hic fragmenta deprehendisse sibi videri Schneidew. l. l. et Bergkium, quorum ille utrumque puris iambis scriptum esse putabat, hic adeo diverso metro utrumque scriptum sibi persuasit et alterum volebat esse iambicum, alterum choliambicum. atque prius aliud atque secundum habere metri genus etiam Meinekius censebat p. 155, cui in priore fragmento apparere videtur species metri epodica, qua trimetro iambico subiectus sit dimeter: *τὸ πῦρ δὲ τἀνέκαυσας ἐς πολλὴν [σφόδρα] πρόσω κεχώρηκε φλόγα.* Ego tamen utrique sententiae choliambicum metrum facillime restitui posse credo non aliis neque iis saepius adhibitis remediis quam quibus ceteri critici usi sunt, verborum transpositione et notandis lacunis, sed ipsis grammaticorum verbis quam minime fieri poterat mutatis. Et in primo quidem versu *ἐς*, utpote ab antecedentis voce *ἀνέκαυσας* ultima syllaba haustum cum Hemsterhusio reduxi, in fine autem versus lacunam statui cum Meinekio, qui expleri eam posse putat voce *σφόδρα*, cui ab antecedentis vocis similitudinem praetulerim *λίην*. in altero autem versu verum *κεχώρηκε* tandem feliciter praebuit Choeroboscus. mox *ἴσχε δὲ δρόμου* (nam *δρόμου* cum Choerob. scribendum, non *δρόμον*) transposui cum Emperio in Opuscul. p. 308, quo facto choliambus restitutus erat, nam in *φλόγα· δρόμου* syllaba *γα* recte producitur, quoniam in ea re choliambographi Homeri, non Atticorum morem sequuntur, rarius vocalem corripientes. conferas, ut simillima tantum afferam, Callim. fr. 98 *τᾱ τράχηλα*, Hermiam ap. Mein. p. 147 *ἐναντίᾱ πρήσσοντες*, Hippon. fr. 78 Mein. *ὀλίγᾱ φρονεῦσιν*, eund. fr. 13

γαστέρα τρέψας, Phoen. Coloph. fr. 3 πελλίδα χρυσέην. in tertio versu e deterioribus testibus restituendus erat genetivus μαργῶντος, unde perspicitur cur in codicibus non paucis ἵππου scriptum sit quod aperte vitiosum est, quum certe bigas intelligendas esse e plurali numero ἄξωσιν pateat. atque δρόμου — μαργῶντος eo quoque commendatur, quod non ab omni cursu, sed a cursu rabido equos arceri poeta voluit. mox pro μή ex sequenti μή τι παρά, ubi locum non habet, sed unice aptum μηδέ, huc reduxi μή τι et in δευτέραν cum Emperio l. l. ionismum restitui. tum μή τι δευτέρην κάμψῃς apparet idem esse quod μή τι δευτέρην κάμψιν κάμψῃς (i. e. ne post alium circa καμπτῆρα sive metam circumveharis et ita vincaris), qui loquendi usus non rarus est cf. Aeschyl. Sept. 870 διαν ταίαν πεπλαγμένους (i. e. διανταίαν πλαγάν). Aristoph. Ran. 693 ναυμαχήσαντας μίαν (scil. ναυμαχίαν. id. Equit. 50 ἐκδικάσας μίαν (δίκην) Theocrit. XVIII 11 πολύν τιν' ἔπινες (ποτόν). Asclepiad. in Anthol. Palat. V 181, 11 πέντ' ἐφίλησεν (φιλήματα, cui loco conferendus Plin. Nat. hist. XXVIII 39 terna adspui) aliosque apud Bernhard. Synt. p. 190. postremo in huius versus fine ut in sequentis initio lacunam statui, quae tamen non tam librariis deberi videtur quam ipsi grammatico (nam unus sine dubio est, a quo omnes pendent), qui omittere se posse putavit quae ad complendam imaginem necessaria non essent. qualia sunt quibus ego ludibundus locum redintegrare conatus sum Homeri maxime in Il. XXIII 338 seq. memor, qui ipsius fortasse Callimachi animo obversabatur, certe illud δίφρον ἄξωσι manasse videtur ex illius (v. 341) κατά θ' ἅρματα ἄξῃς, sequentia autem, ἐκ δὲ κύμβαχος κυβιστήσῃς (sic enim legendum cum Emperio et Meinekio), referunt Homericum (v. 394) αὐτὸς δ' ἐκ δίφροιο παρὰ τροχὸν ἐξεκυλίσθη. itaque in initio ultimi versus aliquid certe commendationis habet χρίμψαντες coll. Hom. l. l. v. 334 μάλ' ἐγχρίμψας et v. 338 ἐγχριμφθήτω. Ceterum si cui haec nostra conamina displicent, is videat num probabiliores sint aliorum coniecturae an saltem ad meliora invenienda ansam praebeant. Et Valckenaerio quidem l. l. modulus et sensus inesse prioribus videbatur sic collocatis:

*τὸ πῦρ, ὅπερ ἀνέκαυσας * * * * * * * * **
*πολλὴν πρόσω κέχρηκε * * * * * * * * **
*φλόγ' ἴσχε δ' ἵππου [τοῦ-το] μαργοῦντος δρόμον,*

Hemsterhusio autem sic:

*τὸ πῦρ, ὅπερ ἀνέκαυσας, ἐς πολλὴν πρόσω*
** * * * * * * * * ἴσχε δὴ δρόμον*
*μαργῶντος ἵππου,*

qui *κέχρηκε* se non expedire fassus rectissime tamen intellexit sensum esse: ignis quem succendisti in multam porro flammam erupit, post haec autem recisa esse Callimachea quaedam quae Tryphon ad allegoriae rationem explicandam minus facere censuisset, deinde autem secutum esse *ἴσχε δὴ δρ.* — Deinde Schneidewini l. l. haec est emendatio:

*τὸ πῦρ δ' ὅπερ ἀνέκαυσας, ἐς πολλὴν φλόγα*
*πρόσω κεχώρηκ' * * * * * * * * * * **
** * * * * * * * * * * ἴσχε δὲ δρόμου*
*μαργῶντας ἵππους μηδὲ κάμψῃς δευτέραν·*
*μὴ δίφρον ἄξωσ', ἐκ δὲ κυβιστῆς κύμβαχος,*

Emperii autem alterius partis haec:

*δρόμου δ' ἴσχε*
*μαργῶντας ἵππους, μηδὲ δευτέρην κάμψῃς*
** * * * * * * μήτι περὶ νύσσῃ δίφρον*
*ἀξώσιν, ἐκ δὲ κύμβαχος κυβιστήσῃς.*

Tum Meinekius quo modo priora scribi voluerit supra indicatum est, reliqua autem sic correxit:

*ἴσχε δὲ δρόμου [πάμπαν]*
*μαργῶντας ἵππους, μηδὲ δευτέρην κάμψῃς*
*μή τι παρὰ νύσσῃ δίφρον [ἐξαράξαντες]*
*ἄξωσιν, ἐκ δὲ κύμβαχος κυβιστήσῃς.*

Postremo Bergkius priora sic correxit in Anthol. lyr. p. 138 n. 161 = II p. 162 n. 187:

*τὸ πῦρ δέ, τἀνέκαυσας οὐ πολλῇ φλογὶ*
*πρόσω κεχώρηκε,*

reliqua autem sic, Anth. I p. 138 n. 157 = II p. 161 n. 180:

** * * * * ἴσχε δὲ δρόμου * * * **
*μαργῶντας ἵππους, μηδὲ δευτέραν κάμψῃς·*
** * * μή τι παρὰ νύσσῃ δίφρον*
*ἄξωσιν, ἐκ δὲ κύμβαχος κυβιστήσῃς.*

98b.

*Τὰ νῦν δὲ πολλὴν τυφεδῶνα λεσχαίνεις*

Herodian. de Diction. solitar. p. 9, 20 Dind. (II p. 914, 23 Lentz.): *τὰ διὰ τῶν ηδων καὶ εδων εἴτε ἀρσενικὰ εἴτε θηλυκὰ διὰ τοῦ ο τὴν κλίσιν ἔχει· τὸ γὰρ παρὰ τῷ Κυρηναίῳ· Τὰ δὲ νῦν πολλὴν τυφεδῶνα λεσχαίνεις ἕνεκα τοῦ μέτρου τὸ ω ἐφύλαξεν.* Verbis *δὲ νῦν* in *νῦν δέ* transpositis Naekius de Hecal. p. 158 vidit choliambum esse (qui apud Mein. est p. 166, apud Bergk. n. 156 = n. 179), quo Callimachus videtur poetarum tumiditatem perstrinxisse.

98c.

*Ἥ τις τραγῳδὸς μοῦσα ληκυθίζουσα.*

„Schol. Hephaest. (p. 36 Gaisf. II): *βόμβος γίνεται περὶ* (*παρὰ* Saibant.) *τὸ ληκύθιον ἐκ τοῦ ἐμπεριεχομένου αὐτῷ ἀέρος κινουμένου ἢ ἀπὸ τοῦ πνεύματος ἀνδρὸς ἢ ὑπ' ἄλλου· διὸ καὶ Καλλίμαχος Μοῦσαν ληκυθίαν τὴν τραγῳδίαν λέγει.* Lege *ληκύθειον* vel *ληκυθείαν.* Schol. Pindar. de Metris (p. 15 Boeckh.): *ληκύθιον λέγεται ἢ διὰ τὸ τοῦ Ἀριστοφάνους σκῶμμα* (Ran. 1233 seqq.) *ἢ διὰ τὸν τοῦ τροχαϊκοῦ βόμβον, ὃν ἐκτελεῖ καὶ τὸ ληκύθιον ἢ διὰ τὸ τῶν θρηίων βομβικόν. ὅθεν καὶ Καλλίμαχος τὴν τραγῳδίαν ληκύθιον μοῦσάν φησιν.* Pro *θρηίων* lege *θρήνων*, quod tragoediae proprium. unde histriones tragici *βαρυστόνοι* dicti sunt apud Demosthenem (de Coron. § 262 Bekk.) Commentator vetus ad illud Horatii (Ar. poet. 97) proicit ampullas et sesquipedalia verba: hoc, inquit, a *Callimacho* transtulit qui dixit *ληκύθειος Μοῦσα.* nempe intellexit *τὴν μοῦσαν ληκύθειον.*" Bentl., qui haec scripsit ad fr. 319 quod ita constituit: *ληκύθειος μοῦσα.* Et sane plura neque Tzetz. de metr. Pind. in Cram. Anecd. Par. I p. 79, 11 novit: *διόπερ καὶ Καλλίμαχος λέγει τὴν τραγῳδίαν διὰ τοὺς θρήνους καὶ κλαυθμοὺς καὶ „ληκυθίαν μοῦσαν"*, nec novisse poterant qui Callimachi et Horatii locum illustrarunt, Lambin. ad Horat. Ep. I 3, 14, interpret. ad Hesych. II p. 464 Albert., Toup. Add. in Theocrit. p. 385 Berol., Mueller. ad Aeschyl. Eum. p. 97 not., alii, nobis autem plura nosse licet beneficio scholiastae Saib. in Hephaest. l. l., qui haec habet: *ἰστέον δέ, ὅτι τοὺς τραγικοὺς ληκύθους ἐκάλουν· ὅθεν καὶ Καλλίμαχός φησιν Ἥ τις*

*τραγῳδὸς μοῦσα ληκυθίζουσα· ἄλλοι δὲ κομποληκύθους* (Aristoph. Acharn. 589), unde cum Bergk. Anth. II p. 160 n. 167 recepi, quamquam nescio an rectius scripserimus *ἤ τις τραγῳδός λ. μ.* De sede fragmenti coniecturam periclitati sumus in frag. 83b.

## 98d.

*Λίχνος εἰμὶ καὶ τὸ πεύθεσθαι*
*καὶ πάντα τὸν βίον τοιαῦτα μυθεῖσθαι*
*βουλόμενος*

Schol. V ad Il. XIV 172: *ἑδάνῳ· τῷ εὐώδει, οἱ δὲ ἡδεῖ, γνίκαις θείσαντι αἰσθήσεως* (lege *γλυκεῖ, αἴσθησις ἀντὶ αἰσθήσεως* cum Lobeck. Rhem. p. 340 et partim cum Heckero Com. Call. p. 8 coll. schol. Eurip. Hecub. 175 et schol. Genev. Theocrit. X 41), *ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· Λίχνος εἰμὶ καὶ τὸ πυθέσθαι.* Felicissime Hecker. l. l. emendato *πεύθεσθαι* choliambum restituit, sed quod etiam *καινά* scribi iussit, causa non fuit. nam *τὸ πεύθεσθαι* pro substantivo est et pro accusativo habendum, ut sensus sit: cupidus sum (non solum edendi bibendique, sed) etiam sciscitandi. Sed Meinekio p. 166 *καὶ τὸ* videbatur esse *καὶ τοῦτο*, nihil autem decernit Bergk. Anth. II p. 162 n. 183, Heckeri *καινά* ne memorans quidem. Nemo autem criticorum intellexit quod mihi certissimum videtur, fragmentum hoc esse altero choliambo augendum qui lateat apud Strabon. IX 5 p. 438. Apposito enim Callimachi fragmento 82b statim subicit: *καὶ μὴν πολυίστωρ* (ὁ *Καλλίμαχος*), *εἴ τις ἄλλος, καὶ πάντα τὸν βίον, ὡς αὐτὸς εἴρηκεν, ὁ ταῦτα μυθεῖσθαι βουλόμενος. οἱ δὲ ὕστερον ἤλεγξαν οὐ μίαν Ἀφροδίτην μονον, ἀλλὰ καὶ πλείους ἀποδεδεγμένας τὸ ἔθος τοῦτο*, ubi Strabonis verba *ὡς αὐτὸς εἴρηκεν* non ad praecedentia solum verba *πάντα τὸν βίον* pertinent, sed salva interpretationis lege ad sequentia quoque retrahi possunt. atque *βουλόμενος* Callimachi esse verbum etiam eo patet, quod nisi locum Callimachi attulisset Strabo, *ἐβούλετο* potius scripturus fuit. ita fere integrum lucramur choliambum hunc: ⏑ *πάντα τὸν βίον τοιαῦτα μυθεῖσθαι | βουλόμενος*. nam ὁ *ταῦτα μυθεῖσθαι* ne Strabo quidem scribere potuit, si quidem quae intelligi possent scribere voluit, sed *τοιαῦτα μυθεῖσθαι* dicere debebat, quod etiam Kramerus scripsisse eum existimabat, et scripsit sine dubio Callimachus

quoque primam vocis τοιαῦτα syllabam corripiens. id enim in hoc vocum genere non inusitatum choliambographis (cf. Phoenicis Coloph. fr. III 6 Mein.: τρέμων οἷόν περ ἐν βορηΐῳ νωδός), in τοιοῦτος autem poetae tragici et comici non uno iamborum loco sibi sumpserunt (cf. Sophocl Elect. 35, Philoct. 1049, Aristophan. Pac. 1258 etc.) De hoc igitur choliambo Callimachi vix quisquam dubitabit. sed erit fortasse dubitatio, quod hunc alteri illi e scholiis Homer. protracto arcte coniungendum censuimus. at neminem fugit tam arcte utrumque sententiarum nexu cohaerere, ut mirum esset ni ad eundem carminis locum pertinuissent. nam hoc nisi fallor Callimachus dixit: in hoc quoque carmine multa proferam nova et hucusque fere inaudita, *cupidus etiam sciscitandi et per omnem aetatem eius modi res narrare gestiens*. ita enim persuasum habeo, in prologo Iamborum hoc protulisse poetam, ubi argumentum libri indicavit (cf. supra p. 231). quod si fuit, apparet qui factum sit, ut Strabo memorato carmine aliquo iambico statim addiderit fragmentum choliambicum. quippe ex prologo hoc sumpsit, quod ad rem in alio puris iambis scripto eius operis carmine expositam apprime convenire ipsi videbatur. Ceterum etiam Diogenis illa verba: δοῦναι τῶν σοφῶν τῷ πρωτίστῳ choliambi Callimachei pars fuisse videntur.

## 98^e.

## *Κεραΐτης.*

„Etym. Magn. p. 504, 9: *Κεραΐστης· τόπος Μιλήτου· ἀπὸ τοῦ τὸν Ἀπόλλωνα κέρατα τοῦ ἄρρενος τράγου ἀμελγομένου ὑπ' αὐτοῦ πῆξαι ἐκεῖ, ὡς Καλλίμαχος.*" Ita hoc fragmentum Bentleius apposuit n. 402. At in codicibus Hav. 1971 et Paris. 2638 (cf. Adnot. ad Etym. Magn. p. 916), item in Etym. Gud. p. 315, 30 et Etym. Angel. p. 688 Ritsch. et Etym. Florent. p. 183 in fine additum: ἐν Ἰάμβοις, unde Gaisf. ad Etym. Mag. l. l. κεραΐστης in fine choliambi a Callimacho positum fuisse putat. Quae, ut nunc res est, dubia admodum suspicio, quoniam in synonyma certe voce quae Cabronem significat in Hym. Hom. in Merc. 336 (παῖδά τιν' εὗρον τόνδε διαπρύσιον κεραϊστήν) α breve est. itaque alio potius choliambi vel iambi loco sedem habebat vox κεραΐστης, si quidem habebat omnino. nam ita quoque statui

potest, grammaticum de re tantum, non etiam de nomine κεραϊστής Callimachum testem attulisse. At de ipsa adeo voce κεραϊστής est cur magnopere dubitemus. nam si a κέρας descendit, quod propter historiam ab Etymologo memoratam certissimum est, nescio quo modo in κεραϊστής illud σ quod est ante syllabam της defendam. nec habet indidem derivatum herbae nomen quae vocatur κεραΐτις. quamquam Hesych. II p. 464 testatur, non solum cometam et serpentem (cui alibi κεράστης nomen est, a κέρασι ductum, cf. Nicand. Ther. 259 seqq.), sed in universum τὸν κέρατα ἔχοντα dici κεραϊστήν sed hanc glossam vel ipse quo posita est locus suspectam reddit mihique magis credibile est Hesychium κεραίτης scripsisse, quod a κεραία i. e. κέρας eadem ratione descendit qua ab Ἐλαία fit Ἐλαΐτης (cf. Steph Byz. p. 263, 11), atque ita etiam Rhianus poeta a patria audit Κεραίτης (cf. Mein. Anal. Alex. p. 171 seq.), qui quod etiam Κερεάτης dicitur a Steph. Byz. p. 167, 5, non ab ignota aliqua urbe Κερέα factum videtur ut Mein. censet, sed ex Κεραιάτης corruptum puto, quod ab eodem unde Κεραΐτης Meinekius ducit (i. e. a Κεραία) derivatum est, quem ad modum γαιάτης fit a γαῖα, cf. Stephan. Byz. p. 207, 5, ubi simili errore unus codex habet γεάτης, non γαιάτης. Et ut hoc quoque addam, quem teste Pausania VIII 34, 3 Arcades colebant Apollinem Κερεάταν, non sic, sed Κεραιάτης appellatus fuisse videtur ab eodem nomine κεραία et ob eandem causam (etiam in Hym. in Apoll. 58 seq. a Callimacho memoratam, sed in Ortygia), qua Mileti locus Κεραΐτης appellabatur. nam sic in Etymologicis quoque scribendum existimo, quo concesso nihil sane impedit quin cum Gaisfordo in fine choliambi positum fuisse nomen statuamus. in hoc enim nomine illud α sine dubio longum est.

## 99.

### Ἀλεῖος ὁ Ζεύς.

„Schol. Pindar. Olymp. [XI 55]· τὸν ἐν Πίσῃ δὲ Δία Ἠλεῖον εἶπε Καλλίμαχος· Ἀλεῖος ὁ Ζεύς.“ Bentl. Idem fragmentum habent Suid. s. Ἄλειον I 1 p. 208 et Stephan. Byz. p. 301, 5, sed uterque Callimachi nomine omisso. Cur autem Bentleius ad choliambos fragmentum referre maluerit quam ad puros iambos latet.

100.

*Τῷ γ' ἐμῷ δοκῷ.*

Eustath. ad Odyss. p. 1627, 43: ὅτι δὲ καὶ ἰσοσυλλάβως ἐκλίθη τὸ γάλα τοῦ γάλα ἐν τοῖς τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους κεῖται, ὅπου φησὶν ἐκεῖνος καὶ ὅτι τὴν δόκησιν καὶ ὑπόληψιν δοκὸν ὁ Καλλίμαχος ἔφη γράψας· Τῷ γ' ἐμῷ δοκῷ, ἤγουν τῇ ἐμῇ δοκήσει. καί τις ἕτερος βάδον τὴν βάδισιν." Bentl. Paulo pleniora haec exscripsi quam Bentleius fecit quo pateret ex Aristophanis grammatici copiis haec fluxisse, unde Eustath. sumpsit etiam p. 1761, 37: ἔτι λέγει (ὁ Ἀριστοφάνης) καὶ δοκὸν καὶ δόκησιν καὶ ὑπόληψιν, οἷον Τῷ γ' ἐμῷ δοκῷ, ἤγουν τῇ ἐμῇ δοκήσει. cf. ad Aristoph. Byz. Fragm. p. 206 Nauckium, qui etiam aliorum scriptorum ista voce utentium admonuit et praeter βάδος apposuit μάθος i. e. μάθησις, et φῶνος i. e. φώνησις (nisi huic praestat subrogare σόβος σόβησις cum Lobeck. Rhem. p. 287 not.). Ceterum hoc quoque fragmentum mihi iambici potius versus finem referre videtur quam choliambi aliquam partem, quod Bentleius malebat.

Tantum igitur fragmentorum ex Callimachi libro qui Ἴαμβοι inscriptus erat scriptores nobis propinaverunt vel libri utentes inscriptione vel metri forma apertissime illa carmina significantes. Sed alia sunt huius poetae fragmenta, in quibus quum metrum non appareat ab omni parte absolutum, de sede fragmenti certo definiri nequeat. Velut quoniam verbo ἀλιβδύειν secundum communem verbi δύειν consuetudinem penultimam syllabam brevem fuisse statuendum est, non potest in hexametri formam redigi fr. 269, sed choliambi fuerunt tales reliquiae:

* * * * * * * * * * αἱ νῆας
ἀλιβδύουσι,

etsi fragmento non esse locum inter choliambos a Meinekio datum video. atque illud magis placet quam si quis υ liberiore ratione productum statuens (cf. Vol. I p. 418) hexametri vestigia agnoscere malit. Sed si quis scholio ad Hom. Il. VII 231 (οἱ γλωσσογράφοι τὸ τοῖοι ἀντὶ τοῦ ἀγαθοί, ὅθεν καὶ Καλλίμαχος τῷ 'τοίων αἰεὶ κέχρηται) ita abutatur, ut choliambi reliquias putet esse (τῷ τοίων | αἰεὶ κέχρηται), quae certe fragmentum Callimachi putabant Blomf. ad Callim.

p. 400 et Mein. Vindic. Strab. p. 211, vereor ne pro Callimachi fragmento venditet verba grammatici, qui saepius vocem *τοῖος* usurpasse poetam (velut fecit Hym. III 146) monuerit. Contra in frag. 363 una addita literula choliambus iure, ut puto, restituetur hic:

*μεῖον γὰρ ὄντως Τρωίλος [γ'] ἐδάκρυσεν*
*ἢ Πρίαμος,*

ubi alii alius metri vestigia deprehendisse sibi videntur. Non aeque autem facile crediderim, si quis cum Mein. Choliamb. p. 166 frag. 422 in hanc choliambi speciem transmutaverit: *μηδὲν θέλω καλῶν ἔχειν ἀνάγνωστον*, aut iambi vestigia cum Naek. de Hecal. p. 275 ex frag. 432 exaudiat sic reformato: – *ὡς ἂν ἀσπίδ' Ἀργείων ἑλών*. postremo choliambos Ahrens. ad schol. Theocrit. p. 500 invenisse sibi visus est in frag. 366. Alibi autem choliambi quidem integri oberrant, sed auctorum nomine non insigniti, quos facile aliquis Callimacho vindicare velit, ut quae Apollon. sophist. p. 10, 13 affert, Lachmannus autem, qui Babrio vindicat p. 84 seq., uno versu ex Suid. I 2 p. 342 auctiorem dedit:

* * * * * * * *ταῦτα δ' Αἰσῆπος*
*ὁ Σαρδιηνὸς εἶπεν, ὅντιν' οἱ Δελφοὶ*
*ᾄδοντα μῦθον οὐ καλῶς ἐδέξαντο*
* * * * * * * * * * * * *
*ἔωσαν αὐτὸν μάλ' ἀθέως κατὰ κρημνοῦ,*

ea Ahrens. de Cras. et Aphaer. p. 31 Callimachi potius esse existimat, qui quidem poeta certe in choliambis fabulas tractabat (cf. fr. 87 et 93), in eo poesis genere, ut credi par est, Babrio facem praeferens. Sed alia quae hic illic occurrunt choliamborum fragmenta anonyma Hipponacti potius ascribi propter singularem viri in hoc genere famam par est. velut quae nuper innotuerunt ex Etym. Florent. p. 19 Mill. *ἀκολουθήσας· Ἑρμῆς δὲ Σιμώνακτος ἀκολουθήσας, ἐκτάσει τοῦ α. οὕτως Ἡρωδιανός,* — ea Hipponacti vindicat singularis primae in voce *ἀκολουθήσας* syllabae productae usus, apud quem productionis vocalis *α* in similibus vocibus extant plura (cf. Mein. ad Choliambogr p. 95), modo pro *Σιμώνακτος* restituatur *Τιμώνακτος* cum Mein. in Herm. III p. 451 (nisi praestat *Ἑρμῆς δ' ἐς Ἱππώνακτος* cum Lehrs. in Herodianeis

Lentzii II p. 1240) et sententia sic suppleatur: Ἑρμῆς δὲ Τιμώνακτος ἀκολουθήσας [εὐχαῖς], ut Timonax aliquis liberis suis dicatur εὐμάθειαν ab Herma petiisse (cf. fr. 82[a]). Sed quae ex eodem illo fonte novo (p. 151) scaturire videtur choliambi pars: Ἥρακλε χαλκεόζωνε, eam nec Callimachi nec alius cuiusdam poetae choliambici puto esse. sed de hoc dicam postea, nunc illud etiam adiciam, plura superesse apud Hesychium vestigia choliamborum, quorum si quis unum et alterum Callimacho asseruerit, nihil habebo nec quod contradicam nec quod defendam. notavi πανθρόῳ δήμῳ Hesych. III p. 265, σχοινίνην φωνήν ibid. IV p. 120, Τοξίου βουνός IV p. 165.

Proximum locum occupabit

## XX. Ἶβις,

de quo Callimachi carmine quanto exiliores sunt veterum narrationes, tanto prolixiores recentiorum disputationes, qui cognominis carminis Ovidiani rationes ex operis Callimachei conditione illustrare quantum poterant conati sunt. Atque veteres quidem quae de carminis Callimachei indole apertis verbis memoriae prodiderunt haec sunt admodum pauca, Bentlei industria composita p. 464 ed. Ernest.:

„Clemens Alexand. Strom. V (p. 676 Pott.): *Εὐφορίων γὰρ ὁ ποιητὴς καὶ Καλλιμάχου Ἶβις καὶ τὰ Αἴτια καὶ ἡ Λυκόφρονος Ἀλέξανδρα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια γυμνάσιον εἰς ἐξήγησιν γραμματικοῖς ἔκκειται ἅπασιν* (leg. *γραμματικῶν ἐ. παισίν*. cf. p. 36). Ita codex Ms. Dionysii Salvagnii (ad Ovid. Ib. p. 47), in vulgatis *Ἶβις* abest. Huc itaque vel ad *Αἴτια* refer illud Statii Silvar. V 3, 156: Tu pandere docti Carmina *Battiadae* (assuetus).

Suid. v. *Καλλίμαχος. Ἶβις· ἔστι δὲ ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν εἴς τινα Ἶβιν* (cf. p. 14) *γενόμενον ἐχθρὸν τοῦ Καλλιμάχου· ἦν δὲ οὗτος ὁ Ἀπολλώνιος ὁ γράψας τὰ Ἀργοναυτικά*. Ovidius in Ibide (v. 55 seq.):

Nunc quo *Battiades* inimicum devovet Ibin,
  hoc ego devoveo teque tuosque modo.
utque ille historiis involvam carmina caecis,
  non soleam quamvis hoc genus ipse sequi.
illius ambages imitatus in Ibide dicar,
  oblitus moris iudiciique mei.

idem ibidem (v. 447 seq.):

et quibus (diris) exiguo est volucris devota libello,
corpora proiecta quae sua purgat aqua,

ubi scholiastes vetus (p. 468 Merk.): *Callimachus* in invidum scribens pro eius immunditia eum ibidem appellavit, quia ibis seu ciconia rostro purgat posteriora et in hoc exercetur." Bentl. Tantum igitur constat testium fide corroboratum, Ibim Callimachi exiguum fuisse libellum, distichis compositum, quo adversarium suum, Apollonium Rhodium, devovit sub ibidis nomine latentem. Sed alia praeterea quae non minus certa sint, ex Ovidii v. 447 seq. coniectura videntur erui posse, quae verba non satis accurate viri docti interpretantes neque ad vivum resecantes eo delati sunt, quo sequi ego noluerim. Contendo autem, quod illi non videntur perspexisse, praeter id voti genus quod hoc disticho Ovidius indicat, alia eum vota ex Callimachi Ibide nec petiisse nec potuisse petere. nisi enim ita fuit, sed verum potius hoc est quod omnes statuere video, Ovidium non solum in antecedenti carminis parte, sed in sequenti quoque vota plurima, ne dicam omnia, ex Callimachi Ibide sumpsisse, quo tandem modo factum esse dicas, ut poeta latinus ita quem ad modum fecit loqueretur tamquam de uno aliquo genere, et ut hoc maxime loco illa verba poneret, quae, si alia plurima Ovidius ex eodem carmine traduxit, vel ante reliqua omnia vota vel post ea poni debebant. Certissimum igitur mihi videtur Ovidium in Callimachi Ibide non plura invenisse vota praeter ea quae illo disticho innuit, sive plurali numero plures eiusdem generis deprecationes significabat, sive, quod magis credo, unius voti verba plura. Haec autem vota quaenam fuerint, ex reliquis versibus quibus distichum illud interpositum coniecturam facere licebit. atque de proxime quidem antecedentibus versibus certi nihil dici potest, quum ne hoc quidem noverimus, qui ille Penthides aut qui frater Medusae sit et quum non ab omni parte sanus ille versus videatur. sed reliqui qui antecedunt versus docent, de mortis genere insolito agi, quo quidam interierint. itaque Callimachus quoque Ibidi mortem insolitam imprecabatur. sed quamnam tandem istam? ad hoc quoque mihi videor respondere posse, modo concedatur, inter omnes ibidis proprietates, quibus haec avis v. 448

indicari debebat, non esse aliam memoratam nisi talem, qua simul Apollonii natura ingenii indicabatur. sed Apollonium cur cum ibide Callimachus comparaverit causam coniectura invenit scholiasta l. l., Apollonii immunditiam, quam causam una cum aliorum opinionibus exagitat Weichertus, de vit. et scriptis Apollon. Rhod. p. 66 seqq., ipse in ea acquiescens sententia, in Apollonii corporis habitu aliquam fuisse cum ibide similitudinem. alias denominationis causas excogitavit Merkel. Prolus. ad Ovidii Ibin p. 337 seq., sed nullam nos putamus probari posse, quae denominationis causam non repetat ab Apolloniani ingenii indole aliqua quae simul inimicitiarum inter Callimachum et Apollonium exercitarum causa fuerit. ab hac parte sane magis placet Zündelii opinio in Mus. Rhenan. V (1847) p. 433 proposita, qui Apollonium dici ibim putat tamquam furem ac saepe Homeri ipsiusque Callimachi versus vel versuum particulas in sua carmina traducentem. ibim enim Mercurio sacram avem fuisse, i. e. furum deo et praesidi. at quamvis hoc speciosum sit, veriorem tamen denominationis causam esse eam puto quam Ovidius indicat. quid enim? novimusne Apollonium Homeri (cf. Merkel. Proleg. in Apoll. p. XXXVII seqq.) aliorumque poetarum ipsiusque Callimachi verba atque adeo versuum particulas ita recepisse, ut fere integra servaret nec in succum et sanguinem, ut aiunt, converteret novamque iis speciem indueret, quo proprii ingenii foetus esse viderentur? nonne idem eo progressus est, ut si quando Homerica voce uteretur grammaticorum multis et diversis explicationibus exagitata, tot diversas eius significationes in Argonauticorum locis singulis adhiberet, quot grammatici statuerant (cf. Merkel. l. l. p. CLXVIII seqq.)? quam Apollonii scribendi rationem qui considerabat homo ad risum et ludibrium propensus et iniuria lacessitus, quidni apte eum potuerit comparare cum ibide? ut enim avis illa quando cruditate laborat, rostro iniecto ventrem exonerat, ita Apollonius quoque, qua solebat aliorum poetarum frustula recipere, quadam quasi cruditate videri poterat cruda carmina tamquam vi adhibita extundere. iam quem ad modum quis ibidem infestam ita exsecrabitur non illepide, ut „pereas cum purgatione tua perpetua!" dicat, ita Callimachus Apollonio hoc vovere potuit: „cruda carmina edens omni apud homines laude et fama priveris et quasi

pereas.“ Haec igitur illa Callimachi in Apollonium vota fuisse puto, non diras tales, quales in suam Ibim Ovidius effundit, fortasse excusandus ille, ut cui fides habenda sit affirmanti gravissime se ab inimico laesum esse, quem ad modum excusandus videtur etiam qui Catonem se nominat poeta atque in Diris suis non multo mitius adversarium suum tractat, cui cedere ex agro debebat. ac dirae per me licet fuerint etiam *'Αραί* Euphorionis, quas effudit in *ποτηριοκλέπτην* qui unicum calicem ei surripuerat (cf. Euphorion. fr. 6 Mein.). at si quis ad Ovidii modum Callimachum diras Apollonio precatum esse statuerit, vereor ne de alio aliquo longe severiore crimine cogitari debeat quam quale rixarum inter Apollonium et Callimachum exortarum causam fuisse novimus. quantum enim nunc constat, Apollonio cum Callimacho simultas esse coepit, quod ille normam, ad quam Callimachus et suam ipse poesin dirigebat et alios volebat dirigere (de qua vide diligenter disputantem Merkel. Prolus. in Ib. 340 seq.), improbabat editisque Argonauticis aliam sibi placere docuit. tum vero Apollonius quantum Callimachi valeret in aestimandis poetarum operibus iudicium, in se expertus est primo (nam cur eos errare putem, qui iam Hecale in lucem emissa poetam nostrum Apollonio adversatum esse censeant, supra dixi ubi Hecalae prooemiabar p. 176). corruerunt enim publicata Apollonii Argonautica, quod adeo sibi putabat dedecori esse, ut Alexandriae non iam vellet manere, sed in Rhodum insulam concederet habitatum. ubi tamen temperare sibi non potuit, quin in Callimachum, quem repulsae illius auctorem fuisse persuasum habebat, acerbum illud epigramma scriberet, quod in Anthol. Pal. XI 275 inter epigrammata *σκωπτικά* legitur ita emendatum ab aliis:

> *Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα, τὸ παίγνιον, ὁ ξυλινὸς νοῦς,*
> *αἴτιος ὁ γράψας Αἴτια Καλλίμαχος,*

et verissime explicatum est a Merkel. l. l. p. 342. quo irritatus Callimachus respondit Ibide carmine edito. Jam vero velim quisque secum reputet num, quantumvis acerbum sit Apollonii epigramma, digna tamen res fuerit, ut Callimachus ultra humanarum irarum fidem saevierit atque diras saevissimas adversario imprecatus sit, quibus, si quid equidem video, hoc unum efficere potuit, ut deridendum se cordatis iudicibus

praeberet, victo autem prodesset potius quam noceret. Atque etiam Merkelio nostro, qui cum reliquis omnibus sibi persuasit diras infuisse Callimachi carmini Ovidianis simillimas, partim etiam easdem quae apud Ovidium leguntur, adeo mira res visa est, ut virulentam istam carminis Callimachei acrimoniam non in serium convertendam, sed per iocum et lusum dictam putaret. Rhodi enim, quo iam Apollonius se contulisset, in antiquo oppido Lindo singulare ac permirum sacrificii genus Herculi institutum fuisse testibus Conone apud Phot. Bibl. cod. 186 p. 132 Bekk. aliisque quos Merkel. p. 344 affert, quibus adde Zenob. Paroem. Centur. IV 95, ut Lindii sacrificarent Herculi *λοιδορούμενοι*, ad eamque Lindiam rem Callimachum videri totum illud carmen cum diris suis adornasse. Crederem hoc viro amicissimo, si in istis sacris de alio quolibet homine contumeliose dictum fuisse constaret. nunc autem quum soli ibi maledictum esse Herculi testes narrent, hac vix licet uti excusatione. atque si in Ibide Callimachus tot diras iocose et per lusum in Apollonium effudisset, num credibile est Ovidium eas a Callimacho mutuaturum fuisse, quas non iam iocans, sed serio loquens in suum adversarium transferret? Quantum autem praestabat sumere eius modi diras in Callimachi Ibide omnino locum non habuisse, praesertim quum contrarium certis testimoniis nequaquam probari possit, sed sola nitatur virorum doctorum praeiudicata opinione quam de summa inter Callimachei Ovidianique carminis similitudine mente praeformaverant. primum enim eius modi aliquid nullis interpretandi machinis ex Ovidii verbis v. 55 seq. ita extricari potest, ut omnes in assensum rapiat. ubi quum dixisset devoturum se adversarium suum quo Callimachus modo Ibidem devovisset, addit velle se etiam ambages Callimachi imitari ad eiusque exemplum carmen caecis historiis involvere. non dicit igitur tales historias in I b i d e Callimachi fuisse, sed memorat, quod in q u o v i s carminum genere Callimacho usitatum fuit, ut historiis non ubique fuse et per singulas omnes partes enarrandis, sed partim obiter indicans, partim ambagibus usus obscuritatem non mediocrem carminibus suis obduceret. Si autem affirmare Ovidius voluisset Callimachum in Ibide diras texisse obscuratis historiis, quis non concedat aut plane superfluum hoc futurum fuisse postquam antea monuisset

velle se Callimachi modum in Ibide conspicuum imitari (nam ad hunc modum etiam illae ambages pertinerent), aut Ovidium aliter fuisse loquuturum? Deinde si diras multas ea ratione Callimachus carmini suo interposuisset, non dubium est quin non iam exiguum Callimachi libellum Ovidius habiturus fuisset, sed satis magni ambitus, qui ab Ovidiano non multum recederet. nunc autem quum tales dirae carmini plane defuerint, licebit nobis de epigrammate cogitare, etiamsi fortasse solito maiore, tamen non grandi libro. atque epigrammate non nimis magno Callimachum verisimile est respondisse Apollonio, qui item epigrammate eoque brevissimo in eum invectus erat. Tum ne quis illi doctorum virorum opinioni ita succurrat, ut admoneat de obscuritate carminis, quae sane diris Ovidiano more Callimacheo carmini interpositis non poterat nisi maxima evadere, tenendum est hanc obscuritatem quae in Ovidiano carmine sane non exigua est, de Callimachi Ibide parum esse testimoniis confirmatam. nam in Clementis loco, quem supra cum Bentleio apposuimus et quo viri docti nituntur solo, editiones illud Ἶβις ignorant, quod in suo aliquo codice esse affirmanti Salvagnio vereor ut fides habenda sit. quamquam non nego obscurum hoc quoque carmen Callimachi fuisse atque adeo propter hanc obscuritatem interpretem suum olim invenisse. nam quod Callimachus Apollonium intelligens tamen non hunc nominavit, sed ibidem avem devovit, ita comparatum est, ut non potuerit nisi summas tenebras carmini offundere. atque si epigramma fuit Ibis, hoc quoque epigramma cum reliquis commentario illustrare Archibius potuit, ex quo haustum (a Dionysio Halicarnassensi, ut puto) videtur quod Suidas memoriae prodidit, sub Ibide latere Apollonium Rhodium.

Quibus consideratis omnibus posthac de Callimachi Ibide videbitur aliquanto aliter statuendum esse atque usque adhuc factum est eorum auctoritate qui maiorem inter hoc et cognomine Ovidii carmen fuisse similitudinem ultro ponebant, quam testium fide demonstrari poterat. Et Salvagnius quidem ad Ovid. Ib. 57 professus est videri sibi Ovidium magna ex parte Callimachi Ibim latinis versibus expressisse, quem ad modum Catullus in poemate de coma Berenices fecerit. quod iudicium etsi non mediocriter circumscripsit Valcken. Eleg. p. 283, historica multa suspicans Ovidium memorasse quae

non invenisset in Callimacheis, atque in his ipsis imitandis suo semper usum esse iudicio, tamen plerosque nunc Bernhardyi sequi iudicium puto affirmantis in Histor. litter. graec. II 2 p. 640 (II), ab Ovidio argumentum Ibidis Callimacheae satis fideliter esse expressum. idemque in Hist. litter. Rom. p. 525 Callimachi carmen obscurissima doctrina mythologica esse oppressum dicit. Ac simile sane alterum carmen alteri fuit, quod uterque poeta usus elegiaco metro in adversarium aliquem, a quo laesus erat, invectus est ita, ut verum eius nomen taceret, sed sub ibidis avis nomine eum devoveret ab eoque nomine carmen suum appellaret. dehinc autem diversa omnia. nam Callimachus quidem epigrammate aliquo, certe exiguo libello, ad lusum iocumque composito Apollonium proscidit, utpote qui de eius existimatione et fama carminibus parta detrahere studebat, votisque expetivit, ut ille malis poematis editis honore et existimatione hominum excideret et quasi periret. Ovidius autem adversarium, qui eum de statu suo deiecerat inque exilium ex patria in remotissimas regiones expulerat fortunasque atque adeo vitam eius in discrimen adduxerat, libro satis amplo omni crudelissimarum dirarum genere devovet serio et mortes ei imprecatur quales unquam homines obierunt acerbissimas, quam in rem longo ordine ex fabulosa historia studiose conquisita hominum exempla composuit qui diro mortis genere occubuerunt.

Eius modi igitur diras Callimachum quoque carmini suo intexuisse demonstrari nequit. nec probatur fragmentis inde petitis. neque enim ullum est Callimachi fragmentum a locuplete teste citatum, quod ex Ibide se petitum esse apertis verbis clamitet. Quod si tamen plura poetae frustula viri docti ad Ibim revocant non aliam ob causam nisi quod ibi de violento mortis genere agitur, apparet admodum fallacem eam coniecturam esse vel ibi, ubi constat res in illis fragmentis tractatas Ovidium quoque in Ibide tetigisse. nam quum manifestum sit hunc poetam undique corrasisse historias quae in suum de adversario devovendo consilium convenirent, omnia patet Callimachi carmina uberrimum fontem Ovidio fuisse, Aetia maxime, unde factum est, ut quas in Aetiis Callimachum novimus tractasse historias de Aiace Locro (fr. 6), de Lino et Coroebo (fr. 13[c]), de Perillo (fr. 25), easdem in Ovidii Ibide (v. 337

seq., 435, 478, 573) perstrictas videamus. Nec certiorem patet illam coniecturam esse, si quando historiae alicui ab Ovidio in Ibide indicatae scholiasta, cuius in Ovidii Ibim commentarium habemus, notam apposuit hanc, similiter rem narrari a Callimacho in aliquo opere, cuius tamen nomen tacet. nam etiamsi concedamus locupletem istum testem esse, vel sic tamen nihil obstat quin ex alio quovis Callimachi opere atque ex Ibide illa quoque testimonia manasse credamus. Verum enim vero inter fragmenta Callimachea ab isto scholiasta prodita unum est quod in Ibide Callimachi lectum olim fuisse ipse qui prodit affirmat. ad Ovidii enim verba Ib. 313 (utque necatorum Darei fraude secundi, sic tua subsidens devoret ora cinis) haec adnotavit p. 464 Merk.: Dareus secundus cuiusdam priamei (?) filius iurans se non interfecturum cives suos solitis tormentis eos cinere calido obrutos interficiebat. unde *Callimachus* ait contra suum Ibim:

sic tu dispereas sicut periere secundus
quos multo dareus obruerat cinere.

Hinc igitur dicat aliquis evidentissime probari exsecrationes Ovidiano more effusas etiam in Callimachi Ibide fuisse eoque testimonio nostram sententiam aperte refelli. Audio, nec dubito propter latinum Callimachi distichum (nam cf. ad fr. 10), et extemplo manus darem, si de illius scholiastae fide constaret. cui de Callimachi fragmento fidem tum demum habebo, si etiam quattuor illa disticha quae ad v. 255 (p. 461) Propertio ascribit, aut quae eidem dat singula disticha ad v. 295 (p. 463), ad v. 459 (p. 469), ad v. 461 (p. 469) re vera Propertii haberi ab aliis videam, aut si quos tot alios versus plena manu dedit sive clari nominis poetarum sive obscurorum virorum, pro genuinis existimari cognoverim. nunc autem iste homo videtur mendacissimus fuisse et fictis a se veterum poetarum testimoniis atque, ubi graecum poetam finxerat, in latinam linguam conversis Ovidii historias obscuras firmare et explanare voluisse. et quamquam in universum non negaverim inesse hic illic isti commentario quae ex limpido antiquiorum grammaticorum fonte hausta dici possint, tamen ne haec quidem putaverim intemerata mansisse et certe interpretis demum istius opera illam formam induisse quam nunc

habent. nec quemquam fugiet quam pronum fuerit, ubi Ovidii Ibis explicanda erat, fingere ex Ibide Callimachi illud distichum depromptum esse, de quo fortasse hoc tantum constabat, in Battiadae aliquo carmine olim id locum habuisse. atque tutissimum videbatur, quam tot aliae res dissuadebant sententiam unius incerti testis testimonio commendare nolle. Verum Bentleius nec huic commentatoris Ovidiani testimonio diffisus est, et reliqua quinque fragmenta, quae ille Callimacho tribuit carmine non nominato, non dubitavit ad Ibidem revocare. qua in re subit mirari viri egregii inconstantiam, ut qui historiam de Delo insula canibus non ineunda quoniam Thasum heroem rapuerant, indicatam illam ab Ovidio v. 475 seq. et teste scholiasta a Callimacho narratam, ad Aetia (fr. 9), quam ad Ibidem revocare maluerit. Atque ad eadem Aetia aut ad Hypomnemata si quid video illa quoque sex fragmenta referenda Bentleio erant quae in scholiis Ovidianis investigavit. sunt autem haec:

100ᵃ.

α. „Schol. Ovid. Ib. v. 313.“ cf. supra p. 280.

β. „Schol. Ovid. Ib. (v. 329, p. 465 Merk.): *Callimachus* dicit Eurydamantem et Thrasyllum inimicos fuisse, Eurydamantem vero a Simone Larissaeo circa tumulum Thrasylli raptatum esse. Schol. Hom. Il. XXII, 397.“ Bentl. Procli versum qui ad hanc rem pertineat laudavit Ruhnk. ap. Ernest. ad h. l. p. 465, equidem posui infra fr. 466 et in Aetiis rem narrasse Callimachum credo, quoniam de Achille agens Callimachus illa narraverat.

γ. „Schol. Ovid. Ib. (v. 349 p. 466): *Callimachus* dicit Hypermnestram quondam in adulterio deprehensam cum fratre mariti sui profugisse auxilio tenebrarum. deinde servum Pavonem (?) et Locrin ancillam necavit, ut illa Locris diceretur deprehensa.“ Bentl. Fabula mihi non magis nota quam Bentleio et interpretibus Ovidii l. l. videtur fuisse, et si adeo verum est de Hypermnestra haec narrasse Callimachum (quod facere in Aetiorum libri primi potuit ea elegia ubi Amphiaraum attigit, Hypermnestrae filium), tamen admodum incertum est, num de hac muliere Ovidius cogitaverit, cuius nec nomen addit nec quae alia ad cognoscendam mulierem ducere possint.

δ. „Schol. Ovid. Ib. (v. 377, p. 466): Thracia Bistonia a Bistone palude dicta est et ibi auctore *Callimacho* in oppido Seris (?) nomine multi viri a Lacedaemoniis interfecti sunt pro templo Minervae. ideo Minerva fertur lumina sua operuisse." Bentl. Paulo aliter haec narrantur in schol. apud Merckelium (add. eundem in Proleg. in Apollon. Rhod. p. XXII), ubi Lemnii interfecti et Minerva etiam nunc in templo retorto vultu esse dicuntur. cum ultimis comparari potest fr. 132, quod tamen ad Aetia I 14 referre malim. cf. Dilthey de Cydipp. p. 69.

ε. „Schol. Ovid. Ib. (v. 449 p. 468): *Callimachus* dicit in Creta Menedemo sacra fieri sine ferro, quia in Troiano bello pluribus vulneribus cultrorum interiit." Bentl. Menedemum hunc quantum scio aliunde non novimus. sed si vera de eo scholiasta narravit, Callimachum in Aetiis potius illa quam in Ibide memoriae prodidisse crediderim.

ζ. „Schol. Ovid. Ib. (v. 499, p. 470): Paphagus (?) Epirotes cum circumsideret urbem Ambraciam, venatum exivit, et leaenae catulum nactus ab ea insecuta dilaniatus est auctore *Callimacho*." Bentl. Haec quoque aliunde non nota, sed similis historia de Ambraciotarum tyranno Phaylo vel Phalaeco narratur ab Aelian. Hist. an. XII 40 et Antonin. Liberal. IV. Callimachum putaverim in Ὑπομνήμασιν rem narrasse.

Haec igitur fragmenta Bentleius a scholiasta Ovidii ex Callimachi Ibide sumpta putabat coniectura ductus ut significavimus minime certa. atque eodem iure ad idem carmen referre debebat fragmentum a scholiasta isto ad v. 465 (p. 469 Merk.) diserte ascriptum Callimacho, quod ego tamen certe unum eo loco ponere malebam, quo reliqua ponenda Bentleio fuerunt i. e. inter Callimachi incerta fragmenta (cf. fr. 545[a]). et ibidem fortasse indicanda etiam erant, quae ab eodem scholiasta Ovidiano ad v. 257 (p. 460 M.) et ad v. 297 (p. 463) Batto poetae ascribuntur. namque etiam sub eo nomine Callimachum latere quispiam suspicari possit. atque erit fortasse qui etiam ad v. 445 (p. 468) a scholiasta Baucidem nunc testem advocante Battiadem nostrum intilligi credat. Praeterea autem aliis haud paucis Callimachi sedis incertae fragmentis in Ibide viri docti sedem assignaverunt. ac primus Valckenaerius de Eleg. frag.

p. 283 seqq. coniecit Crotopiadae mentionem (frag. 315) ex Callimachi Ibide traductum ab Ovidio fuisse, quoniam is v. 478 dixerit: quique Crotopiaden diripuere Linum, eodemque fallaci coniectandi genere huic carmini ascripsit fr. 204: *ῥάμφεϊ κανθάδει τόργος ἔκοψε νέκυν*, quia scilicet apud Ovidium v. 167 legatur: unguibus et rostro tardus trahet ilia vultur. quamquam vel sine tali Ovidii consensu Ibidi vindicavit non solum fr. 200: *καὶ μόνος αἰζηῶν ἔγραε κηδεμόνα* (ut cum Bentleio scripsit), ubi tamen, nisi Bentleianam explicationem amplecti voluisset, afferre potuit Ovid. Ib. 373 seq.: et quorum Aeacides misit violentus in altum corpora cum senis altera sena rogum, sed etiam fr. 222 et 174 in unum coniuncta: *ὅς δ' ἑτέρῳ κακὰ τεύχει, ἑῷ κακὸν ἤπατι τεύχει, ἠλεὰ μὲν ῥέξας, ἐχθρὰ δὲ πεισόμενε.* atque ultimum quidem versum etiam Merkel. Prolus. p. 339 et Bernhardy Histor. lit. graec. II 2 p. 640 ex Ibide depromptum putabant, quod probarem (nam aptissimus significatione sua ei libello versus est), nisi alio quoque revocari pentametrum hunc posse viderem, de quo dixi in Aet. III 3. praeterea Joannes Schraderus teste Merkel. l. l. p. 335 Callimachi frag. 457, ubi de Limonide vel Limone agitur, ex Ibide surreptum ab Ovidio suspicabatur, non aliam puto ob causam atque quod eius mulieris nomen Ovidius quoque bis memorat v. 333 et 457. et inscius vestigiis Schraderi institit Heckerus, Com. Callim. p. 61 seq., qui quae praeterea Ibidi intertexta fragmenta putabat, fr. 209: *Φωκαέων μέχρις κε μένῃ μέγας εἰν ἁλὶ μύδρος* (de quo sequutus est Valckenaerii iudicium ad Herodot. I 165) et fr. 464, de Eteoclis et Polynicis inimicitia, certe eodem iure etiam alio referri possunt. nec quicquam causae est cur fr. 292 cum Gerhard. Lect. Apollon. p. 6 aut fr. 306 cum Naekio de Hecal. p. 52, aut fr. 472 (coniunctum cum frag. 382), fr. 475, fr. 497 cum Merkel. l. l. p. 406 seq. huic Callimachi carmini vindicentur, quum alia in promptu sint carmina, quibus aequo iure, nisi meliore, attribui possint.

## XXI. *Περὶ Λογάδων*

Callimachi liber nuper demum innotuit Chr. Ziegleri industria qui ex codice Ambrosiano 222 ad Theocrit. II 120 p. 25 hoc

eruit scholium doctissimum: *Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ Λογάδων τὸν Διονύσου στέφανον ἐκ μήλων εἶναί φησιν, ἐξ ὧν καὶ τὸν Ἱππομένην λαβεῖν Ἀφροδίτης αἰτησαμένης, ὡς Διόδωρος ὁ ποιητὴς ἐν Κορινθικοῖς*. Postquam igitur Callimachus *τὸν Διονύσου στέφανον* alibi quantum scio non memoratum nec in coronarum recensu enumeratum ab Athenaeo XV p. 671 E seqq., attigit eumque dixit *ἐκ μήλων* constare, obiter Hippomenis meminit quem aliunde (cf. Diogenian. Paroem. III 63 p 226 Schneidew., schol. Theocrit. III 40, Ovid. Metam. X 640 seqq., Hygin. fab. 185 etc.) scimus ad vincendam cursu Atalantam poma a Venere petita accepisse. qua in re novum est quod Callimachus affirmare teste Diodoro videtur, ipsam etiam Venerem poma sibi expetisse (*Ἀφροδίτης αἰτησαμένης*). sed videtur tantummodo affirmare. nam vix dubium est quin scholiasta scripserit *Ἀφροδίτης αἰτησάμενον*. atque Aphroditem non petiisse demum a Dionyso in Hippomenis gratiam poma, sed statim dedisse e capitis sui corona detracta dicit etiam Philetas frag. 11 Bergk.: *τά οἵ ποτε Κύπρις ἑλοῦσα | μῆλα Διωνύσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων*, quod fragmentum item scholiastae ad Theocrit. II 120 debetur estque etiam in Ambrosiano codice. ne quis autem de coniectura nostra dubitet propter insolitam verbi *αἰτεῖσθαι* structuram, eandem esse moneo in Eurip. Med. 942 *σὴν κέλευσον αἰτεῖσθαι πατρὸς γυναῖκα*, et a grammatico in Bekkeri Anecd. I p. 122, 7 e Lysia quoque afferri: *εἴ τις ἄλλος βούλεται, αἰτείσθω ὑμῶν* (frag. 98 Scheib.). praeterea non *Κορινθικά*, sed *Κορινθιακά* scripsisse videtur Diodorus poeta, quisquis fuit, nam plures fuerunt, quorum nosse Callimachus potuit Diodorum Erythraeum cui nonnulli Iliada parvam ascripserunt (cf. schol. Eurip. Troad. 821), fortasse etiam Diodorum Elaitem elegographum (cf. Parthen. Narr. amat. XIV, ubi tamen *Δούριδι Ἐλαΐτῃ* praetulit Hecker. in Philol. vol. V p. 416). atque *Κορινθιακά* etiam Theseus (cf. Suid. sub v.) edidit, item fortasse Euphorion (cf. Mein. Anal. Alex. p. 28). Ipsum autem Callimachum in libro suo Diodorum apposuisse testem non videtur negari posse propter arctissimum ultimorum verborum cum antecedentibus nexum. unde simul efficitur, ut *περὶ Λογάδων* fuisse putemus pedestri oratione conscriptum librum. nam profecto poetae non licebat ita aliorum testimonia afferre. Sed quale

argumentum huius libri fuerit quaeve tituli causa plane incertum est nec mirarer, si quem dubitantem adeo de genuino aliquo Battiadae foetu audirem. Si quis enim ex una illa re, quod *στέφανον Διονύσου* Callimachus memoravit, suspicari velit (quae certe non absurda suspicio est) totius libri argumentum fuisse de coronis, facile a Callimacho nostro poterit cogitatio revocari alio. nam *περὶ στεφάνων* scribere etiam medicorum erat, qui propter hominum valetudinem non omnia coronarum genera probabant, sed quaedam noxia corpori censebant (cf. Plin. Nat. hist. XXI, 12). patet hoc ex iis quoque quae Athenaeus XV p. 675 A seq. excerpsit ex libris Philonidis et Apollodori *περὶ μύρων καὶ στεφάνων* (nam unguentorum usus cum coronarum fere coniunctus erat et medicis eandem disputandi materiam praebebat). inter hos autem medicos etiam Callimachus quidam fuit quem de coronis privatim scripsisse tradit Plinius l. l. (add. libr. I elench. librorum XXI—XXVIII). atque ita qui coniciat, fortasse etiam titulus libri quid sibi velit facile expediverit. *λογάδας* enim dicet vel *τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν* esse vel ipsos oculos (cf. Callim. fr. 132. Hesych. III p. 95. Suid. II 1 p. 594) et exposuisse medicum quae coronae oculis noceant, quae non noceant. Merae hae, fateor, coniecturae sunt, quibus tamen quum in universum supersederi non posse hoc loco videatur, aliam praeterea periclitabimur fortasse veri similiorem. nam *περὶ λογάδων* vel *λογάδες* (utrum enim libro inscriptum esse potuit, quorum alterum hoc magis probo) potuit liber esse Battiadae *λεκτὰς ἱστορίας* complectens, quem ad modum etiam *ἱστορικὰ ὑπομνήματα* scripsit, librum ab hoc non admodum diversum, qualis copia non miranda foret in Callimacho, qui per omnem vitam cupidus fuit sciscitandi narrandique, ut est in fragm. 98[d].

Non minus incerta eius libri memoria est, cui

## XXII. *Μουσεῖον*

inscriptum fuisse dum Suidas affirmat nihil addit unde de argumento et natura operis certa coniectura duci possit. neque alibi memoratum librum legimus. nam quod Goettlingius ad Hesiod. p. 250 (I) in Certam. Homeri et Hesiodi pro *ὥς φησιν Ἀλκιδάμας ἐν Μουσείῳ* corrigere *Καλλίμαχος ἐν Μ.* malebat,

nihil causae erat cur Alcidamantis nomini diffideret, quem de Musarum fano quod in Helicone fuerit scripsisse docte asserit Bergk. in Anal. Alexand. Partic. I (Marburg. 1846) p. 21 not. Callimachi autem *Μουσεῖον* Alexandriae fuisse et nobilissimum illud Museum significare a Ptolemaeo Philadelpho literarum causa institutum quis non credat vel sine testis alicuius auctoritate? Dubitari quidem posse dicit Bernhardy Histor. lit. graec. I p. 524 (ed. III), sed non dubitarunt olim docti viri quos nominat Ritschl. Opusc. I p. 13, atque de eodem Museo extitit etiam Aristonici liber *περὶ τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Μουσείου* inscriptus, quem Sopater Sophista excerpebat teste Photio Bibl. cod. 161 p. 104 B. Et Aristonici quidem liber sine dubio pedestri oratione conscriptus erat, sed de Callimachi *Μουσείῳ* doctos viros ambigentes video, carmen fuerit an soluta oratione scriptus liber. hoc qui putabant, librum contendebant descriptionem Musei Alexandrini habuisse aut, quae Heckeri Com. Callim. p. 23 opinio fuit, varios modos eo libro expositos fuisse quibus quaestiones proponi ab eruditis in Museo solitae fuerint. quorum sententiae non una ratione praestat Prelleri coniectura, de Polemonis fragm. p. 179 not., Μουσεῖον idem illud opus fuisse quod alio titulo inscriptum fuerit *πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν*, eandemque sententiam etiam Graefenhan. in Gesch. der Klass. Philolog. II p. 207 protulit, libri titulum fuisse suspicans *Μουσεῖον ἢ Πίνακες κ. τ. λ.*, Ritschelius autem l. l. I p. 156 not. neque improbare neque aliqua cum confidentia probare se profitetur. idem autem non displiciturum sibi indicat l. l. p. 13, si quis coniecerit *Μουσεῖον* quoddam quasi prooemium *τῶν Πινάκων* fuisse quo de bibliothecae Alexandrinae ambitu eiusque ordinandi ratione expositum in universum fuerit. Contra carmen fuisse *Μουσεῖον* statuit Rauch. de Callimachi Aet. p. 1 not. 4, quo comprehensa fuerint varia epigrammata Callimachi in poetas vel scriptores edita. et erunt sine dubio quibus hoc placeat, mihi tamen minus probatur, quum hoc consilium in *Γραφείῳ* exsequutum poetam constare videatur. Sed illud vere Rauchium coniecisse arbitror, carmen *Μουσεῖον* fuisse, id quod etiam Lincke de vit. et script. Callim. p. 35 affirmat atque adeo certo argumento comprobari posse autumat. nam a Suidae tabula exorsus, ,,si

Museum", inquit, „soluto sermone conscriptum fuisset, non apparet cur hoc certe levioris momenti opus literatis indicibus praemiserit Suidas, quos vel maxime decebat agmen ducere." quasi vero ex Suidae tabula operum Callimacheorum, qualis nunc est, eius modi quicquam certo colligi possit. et ne iam satis sit in coniectando levitatis, hoc quoque addit promptissimus coniector Callimachum hoc carmine Musarum fanum in Helicone monte extructum et multis artis operibus egregie exornatum descripsisse, Alcidamantis abusus operis memoria, qui illud argumentum non carmine, sed prosa oratione tractavit. an ipse quoque Callimachus putandus est in Heliconem montem profectus ibique diutius commoratus fanum illud pernovisse? Quanto autem facilius fuit ad suspicandum, Callimachum hoc carmine celebrasse magnificentissimum idemque utilissimum institutum Ptolemaei Philadelphi, qui Museo condito mirum in modum literas auxit iustissimamque laudem sibi peperit? Atque laudes Musei Alexandrini complexum esse hunc librum etiam Blomfieldus p. 218 suspicatus est, qui tamen, si quid ego video, descriptionem Musei admiscere non debebat neque tacere, utrum carmen crederet librum an soluta oratione scriptum.

Omissa sunt in Suidae tabula, sed satis tamen aliunde confirmata

## XXIII. *Βαρβαρικὰ νόμιμα*,

quorum de argumento et ratione non aeque dubitari potest. attamen vera rei ratio fefellit Heckerum Comm. Callim. p. 84, cui peculiarem librum esse neganti *Βαρβαρικὰ νόμιμα* pars fuisse videntur *πίνακος Νόμων* ab Athenae. XIII p. 585 B citati. non meminit igitur Heckerus, plures olim scriptores *Νόμιμα βαρβαρικά* edidisse, Hellanicum Lesbium, Aristotelem, Theodectem, Nymphodorum, de quibus ne disputemus otium fecit Boeckh. in Platonis Minoem. p. 81 seq. addimus tamen Dionysii Heracleotae librum *περὶ βαρβαρικῶν ἐθῶν* a Diogene Laert. VII 4, 5 citatum, cuius simillimum sine dubio argumentum fuit. Praeterea apertus Heckeri error est, quoniam hoc libro Callimachus ipsos barbarorum mores enarravit, sed *ἐν πίνακι Νόμων* tantum *νομογράφους* recensuit. illud manifesto docet quod unicum superest fragmentum

100ᵇ n. 1.

„Suid. s. *Φάσηλις* (II 2 p. 1425): — *καὶ παροιμία· Φασηλιτῶν θῦμα, ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ ἀναίμων τίθεται. Φασηλίτας γὰρ τάριχον τῷ Καλαβρῷ θύειν φησὶ Καλλίμαχος ἐν βαρβαρικοῖς νόμοις.*“ Bentl. Idem iisdem fere verbis habet Phot. Lex. II p. 257 Nab., item Apostol. in *συναγωγῇ παροιμ.* XVII 79 (p. 707 Leutsch.) et Arsen. Viol. p. 462 Walz., nisi quod ultimi duo solum nominant Callimachum sede fragmenti non indicata, utrumque omittit Zenob. VI 36. Sed tres quos addidi testes Photius Apostolius Arsenius (nam Zenobius ne hoc quidem nomen adiecit) non *Καλαβρῷ* habent ut Suidas, sed *Κολαβρῷ* vel *Κολάβρῳ*. at neutrum verum esse et secundum Heropythi et Philostephani narrationes apud Athenae. VII p. 297 E seqq., ubi moris originem exponunt, restituendum *Κυλαβρᾷ* docet Toup. in Suid. II p. 333 seqq. quamquam nescio an secundum ea quae in Vol. I p. 264 disputavimus, *Κυλάβρῳ* praeferendum sit. alius est quem *Καλαβρόν* vocat Herodian. I p. 205, 25.

Unicum item fragmentum superest eius libri, quem

## XXIV. *περὶ Νυμφῶν*

indicem habuisse et prosa oratione scriptum fuisse testatur Apollodori locus ex libro vicesimo *περὶ τῶν θεῶν* excerptus a Porphyrio *περὶ Στυγός* commentante, cuius commentationis pars a Joanne Stobaeo in Physica sua recepta est cap. XLI, 51 p. 309 Mein. Ubi *Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ Νυμφῶν συγγράμματι* de Styge ita egisse dicitur, ut eius aquam affirmaret dirumpere vascula omnia praeter cornea. Idem autem quum iisdem verbis a Callimacho proditum sit in *Θαυμασίων καὶ παραδόξων συναγωγῇ*, frag. 100ᶠ n. 32, continuo Hemsterhusius ap. Ernest. p. 451 nymphis substituenda *Θαυμάσια* atque corrigendum censebat *ἐν τῷ περὶ Θαυμασίων συγγράμματι*. Quo multo etiam audaciorem se gessit Meinekius, qui in Stobaeo non dubitavit edere: *Καλλίμαχος ἐν τῷ πρὸς Νύμφιν συγγράμματι*. quod si verum esset, iam haberemus cui suum illum *Θαυμασίων* librum (si quidem is hic intelligendus est) Callimachus misisset. At ut libere dicam quod sentio, ex vano hausta tota nec verbo quidem ab egregio viro

corroborata illa coniectura est, cui quod opitulari unum videri possit, id imprimis officere putaverim. Ioannes enim Stobaeus paulo post (XLI 52 p. 310) Porphyrium in eodem libro historiae alicuius cum Stygia aqua coniunctae testem advocasse dicit Philonem Heracleotam (de quo vid. Westermann. Praef. Paradoxograph. p. XXXVI) ἐν τῷ πρὸς Νύμφιν περὶ θαυμασίων. vides ubi Meinekii coniectura enata sit iamque diiudices num verisimile sit utrumque scriptorem, et Callimachum et Philonem, suum quemque περὶ θαυμασίων opus ad Nymphim misisse, sive unus idemque is vir fuit, sive homines duo erant cognomines. mihi certe parum videtur verisimile, praesertim quum mutandi causa appareat nulla. Cur enim Apollodoro fidem denegemus affirmanti Callimachum περὶ Νυμφῶν σύγγραμμα scripsisse, quum etiam Herodotum Olophyxium περὶ Νυμφῶν (καὶ θεῶν) librum edidisse Stephanus Byz. p. 490, 19 (coll. Bernhardy. not. ad Suid. II 1 p. 1085, 13) memoret. praeterea de Nympharum natura saltem secum multa Callimachum meditatum esse apparet ex Hym. in Del. v. 82 seqq. Quidni igitur putemus de Nymphis Callimachum singulari libro egisse, naturam earum exponentem, genera indicantem, fabulas, quae multae de iis fuerunt, proferentem? Quo in libro si quando Callimachus dixit quae iisdem paene verbis dixerat alibi, velut in Θαυμασίων καὶ παραδόξων συναγωγῇ, nequaquam hoc mirum in Callimacho, plurimorum scriptore librorum, qui mutata disputandi materia idem argumentum saepe plus semel attigit, ut identidem monuimus (ex. gr. fr. 82[b] extr., fr. 100[g]). atque hoc in ea quoque narratione factum esse, quae est de Stygis aquae vi mirabili, et diversum esse a Θαυμασίων opere eum locum quem Apollodorus citat, liquido demonstrari potest. namque illic Callimachus παράδοξον narrat Theophrasti testimonio usus, ut solebat fere in Θαυμασίοις scriptorum testimonia adicere, quibus opus esse videbatur, ne locupletis testis auctoritate carens res nimis videretur incredibilis. Altero autem loco Callimachus quasi proprio Marte agit nec iam auctorem nominat Theophrastum, quem si hic quoque nominavisset, non dubitandum est quin Theophrasto potius quam Callimacho teste Apollodorus usurus fuerit, cui non multum eum tribuisse constat e verbis Strabonis I p. 44 et VII p. 299. nunc autem ita loquitur

100^b 2.

ap. Stobae. Phys. XLI 51 p. 309 Mein.: Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ Νυμφῶν συγγράμματι καὶ τὸ ἰδίωμα τοῦ ὕδατος (Στυγός) ἀφηγεῖται λέγων οὕτω· Στὺξ ἐν Νωνακρίνῃ τῆς Ἀρκαδίας ὕδωρ ἐστὶ τὸ διακόπτον πάντα τὰ ἀγγεῖα πλὴν τῶν κερατίνων. Styga nympham Callimachus commemorat etiam in Hym. in Jov. 36.

Aliquanto autem testatior eius libri memoria est, cui

## XXV. Περὶ ὀρνέων

inscriptum fuisse Suidae aliorumque testimonio constat. quod enim περὶ ὀρνίθων libri titulum fuisse indicat Athenae. IX p. 388 D, nihil hoc contra aliorum ipsiusque Athenaei auctoritatem valet, qui mox ter citat Καλλίμαχον ἐν τῷ περὶ ὀρνέων, illo autem loco quum Aristophanis Ὄρνιθας citet, apertum est quo errore Callimachum quoque περὶ Ὀρνίθων scripsisse dixerit. at Callimachus non ὄρνιθας sive ὄρνεις enumeraverat, sed ὄρνεα, ut perspicitur etiam ex eo loco, ubi ipsa habemus Callimachi servata verba, in schol. Aristoph. Av. 302: φησὶ (Καλλίμαχος) ἔλεια μικρόν, φωνῇ ἀγαθόν, ubi neutra μικρόν et ἀγαθόν iubent non ὄρνις suppleri, sed ὄρνεον quod nomen aliter Callimachus omittere non potuit nisi et in antecedentibus posuerat et in ipso titulo nominaverat. Simul autem hinc erroris convincuntur cum Bentleio Ernestius et Blomfieldus, qui ubique testes Callimachum ἐν τῷ περὶ ὄρνεων laudantes faciunt contra auctoritatem librorum, in quibus ubique scribitur ὀρνέων, nisi quod in schol. Apollon. Rhod. I 1049 Keilius edidit ἐν τοῖς περὶ ὄρνεων, nescio utrum codicis Florentini fidem sequutus (certe in codice Paris. περὶ ὀρνέων scribitur), an virorum doctorum auctoritatem quos iam L. Dindorfius in Thesaur. Paris. vol. V p. 2224 B castigavit. Ceterum ipsa Callimachi verba quae leguntur in schol. Av. 302, item quae in schol. Hom. Il. X 274 (cf. infra n. 14 et n. 16), manifesto docent non carmen fuisse, sed prosa oratione scriptum librum. ergo ad hunc librum referri nequaquam potest fr. 321 αἴγιθος ἀμφιγνήεις, nam adiectivum illud poeticum est ipsaque verba hexametri finem redolent. Praeterea ex auctorum testimoniis cognoscitur Callimachum hoc opere (quod

ultra unius libri ambitum non ascendisse evincitur ex testium ratione citandi) aves ita enumeravisse, non ut singula nomina *κατὰ στοιχεῖον* poneret, sed ut secundum genera digereret, qualia fuerunt *ἐρωδίων* (n. 16), *τῶν θαλασσίων* (n. 9), *ἱεράκων* (n. 1), quae alia nomina avi cuidam erant adderet (n. 16). tum notabat etiam quae singulis propria essent (n. 2, n. 3, n. 7, n. 16), ac generum discrimina indicabat (n. 2 et n. 4), nominis rationem exponebat (n. 7), quid in communem vitam conferrent significabat (n. 8 et n. 9), fortasse etiam mythos, si qui cum avium quarundam nomine coniuncti erant, addebat (n. 8), in plerisque, ut solebat, Aristotelis auctoritatem sequutus (n. 5, n. 6, n. 14, n. 16). At in dialectorum quoque rationes Callimachum in hoc opere inquisivisse atque demonstrasse alii avi aliud in dialectis nomen fuisse, id tot fragmentorum vel apertis verbis huic operi ascriptorum vel certis indiciis huc relatorum ne levissimo quidem indicio probari potest, ut Blomfieldi p. 219 extr. iaceat iudicium, partem hunc librum fuisse *τῶν ἐθνικῶν ὀνομασιῶν*, quam coniecturam ne locus quidem quem in tabula liber obtinet extra dubitationem ponit (cf. supra p. 6). Sed quo tandem consilio Callimachum hunc *περὶ ὀρνέων* librum scripsisse putem si quaeris, sic habeto. quum per totam vitam Callimachus cupidissime sciscitaretur quae in omni rerum genere nova et mirabilia adque cognoscendum iucunda essent (cf. fr. 98d), etiam avium historiam non putabat sibi negligendam esse. diligenter igitur notabat quae de avibus scitu digna vel legebat alicubi vel audiebat, hoc uno ductus consilio, ut aliorum nova et singularia audiendi cupiditati inserviret, non eo, ut plenam omnibusque numeris absolutam avium historiam conscriberet, quod dicat aliquis vel ex indice libri patere, quem voluit esse *περὶ ὀρνέων*, non *περὶ τῶν ὀρνέων*. unde non mirum quod veteres critici in Callimachi hac *ἀναγραφῇ* unam et alteram avem querebantur omissam (cf. n. 10 et n. 11). quamquam interdum sub alio nomine latere videbatur, ut factum n. 13 et 14.

Iam sequantur fragmenta libri a Bentleio investigata:

## 100c.

1. „Etym. Magn. (p. 659,30): *κίρκος ἐστὶν εἶδος ἱέρακος· εἰσὶ δὲ γένη ἱεράκων ὀκτώ, ὥς φησι Καλλίμαχος ἐν τοῖς*

*περὶ Ὀρνέων*. Schol. Apollon. Rhod. I 1049: (*κίρκος*) *εἶδος ἱέρακος. ἔστι δὲ ἱεράκων γένη ἕξ, ὡς Καλλίμαχος ἐν τοῖς περὶ Ὀρνέων.*" Bentl., de numeri diversitate nihil definiens, ad quam rem nihil iuvant nec Etym. Gud. p. 458, 22: *πέλεια καὶ κίρκος εἰσὶ γένη ἱεράκων, ὥς φησι Καλλίμαχος ἐν τοῖς περὶ Ὀρνέων. πέλειαν δὲ ἄλλοι φασὶ περιστερᾶς εἶδος, οἷον φάσσαν*, nec Etym. Angelican. p. 690 Ritschel.: *πέλεια τὸ κίρκος· εἰσὶ γένη ἱεράκων, καὶ* (leg. *ὡς*) *Καλλίμαχος ἐν τοῖς περὶ Ὀρνέων*. videtur autem neutro loco verus numerus esse, nam accipitrum genera non minus decem esse affirmat Aristoteles Histor. An. IX 36, atque sedecim adeo nominat Plinius Nat. Hist. X 21. ultimum si verum est (atque ex Callimacho habere sua Plinius potuit. cf. ad n. 16 extr.) in schol. Apollon. scribendum erit *δεκαέξ* (coll. Schoemann. ad Plutarch. Cleom. p. 274 et L. Dindorf. Thesaur. s. *δέκα*). in Etymologici autem loco: *δὶς ὀκτώ*, de quo dicendi genere cf. Lobeck. Elem. Path. I p. 583.

2. „Athen. IX p. 388 D: *Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ Ὀρνίθων διεστάναι φησὶ πορφυρίωνα πορφυρίδος, ἰδίᾳ ἑκάτερον καταριθμούμενος, τήν τροφήν τε λαμβάνειν τὸν πορφυρίωνα ἐν σκότῳ καταδυόμενον, ἵνα μή τις αὐτὸν θεάσηται. ἐχθραίνει γὰρ τοὺς προσιόντας αὐτοῦ τῇ τροφῇ.* pro *ἰδίᾳ ἑκάτερον* corrige *ἴδια ἑκατέρου*." Bentl., cuius emendationem merito spreverunt Dindorf. et Mein. Huc pertinet etiam n. 13.

3. „Athen. IX p. 389 B: *φησὶ δ' Ἀριστοτέλης* [Hist. An. IX 8, 9] *περὶ τοῦ ζῴου τάδε· ὁ πέρδιξ ἐστὶ μὲν χερσαῖος σχιδανόπους. ζῇ δὲ ἔτη πεντεκαίδεκα, ἡ δὲ θήλεια καὶ πλείονα. πολυχρονιώτερα γὰρ ἐν τοῖς ὄρνισι τῶν ἀρρένων τὰ θήλεα. ἐπῳάζει δὲ καὶ ἐκτρέφει καθάπερ ἡ ἀλεκτορίς. ὅταν δὲ γνῷ ὅτι θηρεύεται, προελθὼν τῆς νεοττιᾶς κυλινδεῖται παρὰ τὰ σκέλη τοῦ θηρεύοντος, ἐλπίδα ἐμποιῶν τοῦ συλληφθήσεσθαι, ἐξαπατᾷ τε, ἕως ἂν ἀποπτῶσιν οἱ νεοττοί. εἶτα καὶ αὐτὸς ἐξίπταται. ἔστι δὲ τὸ ζῷον κακόηθες καὶ πανοῦργον, ἔτι δὲ ἀφροδισιαστικόν. διὸ καὶ τὰ ᾠὰ τῆς θηλείας συντρίβει, ἵνα ἀπολαύῃ τῶν ἀφροδισίων. ὅθεν ἡ θήλεια γιγνώσκουσα ἀποδιδράσκουσα τίκτει. τὰ αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ Ὀρνέων.*" Bentl.

4. „Athen. p. 394 D: *Καλλίμαχος δ' ἐν τῷ περὶ Ὀρνέων ὡς διαφόρους ἐκτίθεται φάσσαν, πυραλλίδα, περι-*

*στεφάν, τρυγόνα.*" Bentl. Adde a Bentleio neglectum Aelian. Var. hist. I 15: *εἰ δὲ Καλλιμάχῳ χρὴ προσέχειν, φάσσαν καὶ πυραλλίδα καὶ περιστερὰν καὶ τρυγόνα φησὶ μηδὲν ἀλλήλαις ἐοικέναι.*

5. „Athen. p. 395 F: *τῆς δὲ νήττης καὶ κολυμβάδος, ἀφ' ὧν καὶ τὸ νήχεσθαι καὶ κολυμβᾶν εἴρηται, μνημονεύει μετὰ καὶ ἄλλων λιμναίων πολλῶν Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσι* (875 seq.). — *μνημονεύει αὐτῶν καὶ Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ Ὀρνέων.*" Bentl.

6. „Hesych. (IV p. 26): *σιαλενδρίς· ποιὸς ὄρνις παρὰ Καλλιμάχῳ.*" Bentl. Hanc quoque avem ex Aristot. Hist. anim. VIII 3 p. 593 B 7 cognovisse Callimachus videtur, ubi tamen *σκαλίδρις* legitur, sed libri variant, viri docti autem corrigunt *σκαλυδρίς* vel *σίαλις*. cf. Schmidt. ad Hesych. l. l.

7. „Aelian. Hist. anim. XV 28: *Καλλίμαχος δὲ δύο γένη φησὶν εἶναι σκωπῶν, καὶ τοὺς μὲν φθέγγεσθαι, τοὺς δὲ συγκεκληρῶσθαι σιωπῇ. καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν λέγεσθαι σκῶπας, τοὺς δὲ ἀείσκωπας.* et Athenae. IX p. 391 C: *Καλλίμαχος δέ φησι δύο γένη εἶναι σκωπῶν, καὶ τοὺς μὲν φθέγγεσθαι, τοὺς δὲ οὔ. διὸ καὶ καλεῖσθαι τοὺς μὲν σκῶπας αὐτῶν, τοὺς δὲ ἀείσκωπας· εἰσὶ δὲ γλαυκοί.* et schol. Theocrit. I 134: *Καλλίμαχος δέ φησιν ὅτι* [haec vox addita in cod. Ambros. 222 cf. Ziegler. p. 18] *φθέγγεται ὥσπερ ἐπισκώπτων τῇ φωνῇ, ὅθεν καὶ οὕτω καλεῖται.*" Bentl.

8. „Schol. Theocrit. II 17: *τὴν ἴυγγα — φησὶ Καλλίμαχος Ἠχοῦς θυγατέρα, φαρμακεύειν δὲ τὸν Δία, ὅπως ἂν αὐτῇ μιχθῇ. ὅθεν ὑπὸ Ἥρας εἰς ὀρνιθάριον αὐτὴν μεταβαλεῖν καὶ συνεργεῖν ταῖς φαρμακείαις.* Pro *μεταβαλεῖν* scribe *μεταβληθῆναι.*" Bentl. Etsi activum *μεταβαλεῖν* defendi potest ut intransitive dictum, tamen Bentlei coniecturam firmat schol. cod. Ambros 222 ap. Ziegler. p. 20. Paulo aliter rem narrat schol. Pindar. Nem. IV 56, qui *Ἴυγγα* dicit Jovem non in sui, sed in *Ἰοῦς* amorem incitare studuisse. unde aliquis coniciat in schol. Theocrit. scribendum esse: *ὅπως ἂν αὖ τῇ Ἰοῖ μιχθῇ.*

9. „Tzetzes ad Lycophr. 513: *κρὲξ ὄρνεον θαλάσσιον ἴβιδι ἐοικός. — Καλλίμαχος δὲ ἐν τοῖς περὶ Ὀρνέων φησὶ τοῖς γαμοῦσι δυσοιώνιστον εἶναι.*" Bentl. De re cf. Meinek. Anal. Alex. p. 41.

10. „Schol. Aristoph. Av. (765). *Εὐφρόνιός φησι πάππον ὄρνεόν τι εἶναι, — Καλλίμαχος οὐκ ἀναγράφει τὸν πάππον.*“ Bentl.

11. „Schol. Aristoph. Av. (1181): *τὴν κύμινδιν οὐκ ἀνέγραψεν ὁ Καλλίμαχος.*“ Bentl.

12. „Schol. Aristoph. Av. (303): *κεβλήπυρις· μήποτε οὐχ ἕν ἐστιν, ἀλλὰ δύο, φησὶν ὁ Σύμμαχος. καὶ ἐν τοῖς Καλλιμάχου γὰρ ἀναγέγραπται κέβλη.*“ Bentl.

13. „Schol. Aristoph. Av. (304): *ἡ πορφυρὶς ἀναγέγραπται, κερχνὴς δὲ οὐκ ἀναγέγραπται, ἀλλὰ κέρχνη. καὶ ἡ κολυμβὶς δὲ φαίνεται καὶ ὁ δρύοψ καὶ ἡ ἀμπελίς.* Lege *κολυμβάς* ex loco Athenaei modo laudato (cf. n. 5).“ Bentl., cuius minime necessaria coniectura est (cf. Lobeck. Proleg. Pathol. p. 450), sed rectissime sine dubio intellexit *πορφυρὶς ἀναγέγραπται ὑπὸ Καλλιμάχου ἐν τῷ περὶ Ὀρνέων*. nam hunc testem in antecedenti modo scholio citaverat (n. 12), et *πορφυρίδα* a Callimacho in libro *περὶ Ὀρνέων* enumeratam esse apparet ex n. 2 et n. 14. atque eodem iure Bentleius *φαίνεται* sumpsit esse: *φαίνεται ἐν τοῖς Καλλιμάχου περὶ Ὀρνέων*, ut scholiasta dicat, quas praeterea Aristophanes memoret aves, *κολυμβάδα, δρύοπα, ἀμπελίδα*, easdem apparere in Callimachi opere. Quum autem inter tres illas aves Aristophanes *φηνήν* quoque memoret, hanc avem vel Callimachus omisit, vel ex scholiastae verbis culpa librariorum excidit.

14. „Schol. Aristoph. Av. (302): *ὁ ἐλεᾶς μήποτε ἐλείας ἐστὶν ἐν τοῖς Καλλιμάχου ἀναγραφομένοις. φησὶ γάρ· „ἔλεια μικρόν, φωνῇ ἀγαθόν.“ ἀναγέγραπται δὲ καὶ ὑποθυμὶς καὶ ὁ νέρτος καὶ ὁ ἐρυθρόπους καὶ ἡ πορφυρὶς καὶ ἡ ἀμπελίς.*“ Bentl. Pro *ἀναγραφομένοις* nunc editur *ἀναγραφόμενος* ex emendatione Bastii Append. ad Epist. crit. p. 36. sed magis mirum est de alio vitio nec Bentleio nec alii cuiquam suspicionem subortam esse. nam quum a Callimacho scholiasta memoret *ἐλείας* esse enarratam, non potuit in ipsis Callimachi verbis quae ad probandum affert ponere *ἔλεια*. Quod si quaeritur utrum nomen utrobique scribendum sit, mihi non dubium est quin tertium utrique loco reddendum sit: *ἐλέα*. nam *ἐλείας* vereor ne recte Lobeck. Proleg. Path. p. 496 vitiosam formam dixerit. nostrum autem *ἐλέα* unice firmat Aristotelis locus Hist. an. IX 16 p. 616 B 12:

ἡ δ' ἐλέα, ὥσπερ (nonne εἴπερ?) ἄλλος τις τῶν ὀρνίθων, εὐβίοτος —. ἔστι δὲ τὸ μὲν μέγεθος βραχύς, φωνὴν δ' ἔχει ἀγαθήν, ubi ultima verba tam prope ad Callimachi verborum speciem accedunt, ut non dubitandum sit quin Callimachus hic quoque Aristotelem sequutus sit. Simul nunc patet in scholiastae verbis scribendum esse ἀναγραφομένη.

15. „Schol. Aristoph. Av. (884): ἡ γὰρ βάσκα καὶ καταρράκται εἰσὶ παρὰ Καλλιμάχῳ ἀναγεγραμμέναι, καὶ ἀντὶ ἐδωλίου εἰδώλιος. sed in loco Aristophanis quem nunc exponit scholiastes, legitur ἐρῳδίῳ. quam ob rem aut in textu legendum ἐδωλιῷ aut in scholiis (quod malo) ἀντὶ ἐρῳδίου εἰδώλιος.“ Bentl., qui nisi tum forte immemor fuisset Hesych. II p. 18: ἐδώλιος· ὀρνέου εἶδος, non dubito quin καὶ ἀντὶ ἐρῳδίου ἐδώλιος scripturus fuerit, nam alterius nusquam vestigium est. cur autem pro ἐδωλίου male Bentleium correxisse ἐρῳδίου Schmidt. ad Hesych. l. l. dicat non exputo. nam sine dubio nomen ἐρῳδιός quum in Callimachi opere non notatum invenisset sive quod revera Callimachus omiserat, sive (id quod magis credo) quod scholiasta non accurate quaesivit, sub nomine ἐδώλιος apud Callimachum latere suspicatus est, ut similiter factum in n. 13 et 14. Praeterea ea quoque quae proxime apud scholiastam sequuntur Callimachi causa Bentleio addenda erant: ὁ δὲ αἰγίθαλλος, οὔτ' ἐρισάλπιγξ. ἔστι δὲ ὑπὸ τὸν ἱέρακα. οὕτως δὲ ὠνομάσθη, ὥς τινες, παρὰ τὸ ἐξ αἰγὸς τεθηλακέναι, ubi et post αἰγίθαλλος verbi defectus et οὔτε semel positum manifesta lacunae indicia sunt, quam non video quo modo facilius aliquis expleat quam sic scriptis verbis et cum proxime antecedenti nota coniunctis: βάσκα καὶ καταρράκται εἰσὶ παρὰ Καλλιμάχῳ ἀναγεγραμμέναι (καὶ ἀντὶ ἐρῳδίου ἐδώλιος), ὅ τε αἰγίθαλλος, [ἀλλ' οὔτε μελαγκόρυφος] οὔτε ἐρισάλπιγξ. ἔστι δὲ ὑπὸ τὸν ἱέρακα κ. τ. λ. nam de μελαγκορύφῳ quoque quem et ipsum Aristophanes nominat, scholiastae aliquid monendum fuit, et verbum post αἰγίθαλλος non iam desiderabitur, quum ex superioribus facile suppleatur ἔστι ἀναγεγραμμένος. Sic autem apparere videtur etiam αἰγίθαλλον a Callimacho enumeratum esse. videtur, inquam. nam qui secum reputaverit scholiastam mox monere de αἰγιθάλλῳ tamquam ἱεράκων genere (nam hoc inest verbis ἔστι δὲ ὑπὸ τὸν ἱέρακα, coll. Aristot. Top. I 5: ὅσα ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος), et capras mulgente,

is igitur concedet scholiastam *αἰγίθαλλον* confudisse vel cum *αἰγοθήλᾳ* sive caprimulgo (de quo cf. Beckmann. ad Antigon. Caryst. p. 90 B seq.), quem errorem etiam anonymus, qui Dionysii carmen *Ὀρνιθιακά* inscriptum *παρέφρασε*, I 12 et III 20 p. 111 et p. 125 ed. Paris. Didot., aperte commisit, errorem longe facillimum, quum *αἰγιθάλλου* quoque nomen saepe uno *λ* scribatur (cf. var. lect. ad Aristot. Hist. anim. IX 15) —, vel cum *αἰγίθῳ*, quem Antigon. Caryst. 51 et ipsum *θηλάζειν αἶγα* dicit, Plinius autem Nat. Hist. X 21 accipitrum genus appellat. Hinc igitur illa quam de *αἰγιθάλλου* mentione a Callimacho iniecta supra proposui coniectura paululum vacillat.

His fragmentis a Bentleio collectis addimus unum, quod Bentleius quidem nosse non poterat, sed qui poterat, Blomfieldus, incuria omisit:

16. Porphyr. in schol. B ad Jl. X 274: — *τρία δὲ γένη ἐστὶν ἐρῳδιῶν —, τὸ καλούμενον πύγαργον, ὅπερ ἐστὶ πρὸς γάμον τῶν πάντων δυσαντητότατον· ἐν γὰρ τῷ συνουσιάζειν ἀπόλλυται μετὰ πόνου. προβάλλει γὰρ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ αἱμορραγεῖ. ἄλλος ἐστὶν ἐρῳδιός ὃν καλοῦσιν ἀφροδίσιον —, τρίτος δὲ τελλός ἐστι —. Καλλίμαχος δὲ ἐν τῷ περὶ Ὀρνέων οὐ τὸν πύγαργόν φησιν εἶναι τὸν ἐν τῇ ὀχείᾳ τοὺς ὀφθαλμοὺς αἱμάσσοντα, ἀλλὰ τὸν πελλόν, γράφων ὧδε· „ἀστερίας, ὁ δ' αὐτὸς καλεῖται ὄκνος· οὗτος οὐδὲν ἐργάζεται. πελλός· οὗτος ὅταν ὀχεύῃ κραυγάζει καὶ ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφίησιν αἷμα, καὶ τίκτουσιν ἐπιπόνως αἱ θήλειαι. λευκός· οὗτος ἀκινδύνως ἐν ἀμφοτέροισιν ἀπαλλάττεται.* In his quoque Callimachum maximam certe partem ab Aristotele pendere patet ex eius Histor. Animal. IX 18: *τῶν ἐρῳδιῶν ὁ μὲν πελλὸς ὥσπερ εἴρηται ὀχεύει μὲν χαλεπῶς, εὐμήχανος δὲ καὶ δειπνοφόρος καὶ ἔπαγρος, ἐργάζεται δὲ τὴν ἡμέραν. τὴν μέντοι χρόαν ἔχει φαύλην καὶ τὴν κοιλίαν ἀεὶ ὑγράν. τῶν δὲ λοιπῶν δύο (τρία γὰρ γένη ἐστὶν αὐτῶν) ὁ μὲν λευκὸς τήν τε χρόαν ἔχει καλὴν καὶ ὀχεύει ἀσινῶς καὶ νεοττεύει καὶ τίκτει καλῶς ἐπὶ τῶν δένδρων —. ὁ δ' ἀστερίας ὁ ἐπικαλούμενος ὄκνος μυθολογεῖται*, quocum eo quoque consentit, quod *πύγαργον* non nominat. ceterum apparet non totum se Callimachum philosopho quasi in servitutem addixisse, sed alia ab illo memorata omisisse, alia addidisse. at non

*ἐρῳδιῶν* genera cum Aristotele et Porphyrio enumerasse, sed *ἐδωλίων* (ut ex schol. Aristoph. Av. 884 — cf. n. 15 — suspicari aliquis possit) non patiar mihi persuaderi. — Praeterea Plinius in Natur. hist. libro X, ubi de volucrum natura agit, etiam ex Callimacho se hausisse in eius libri elencho p. 34 Sillig. dicit.

Sequuntur

## XXVI. *Πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν, ἐν βιβλίοις κ' καὶ ρ',*

quo opere nescio an nullum studiis nostris fructuosius futurum fuerit, si aetatem tulisset. his enim *Πίναξιν* Callimachus in omnem literarum Graecarum quae ad suum usque tempus fuerunt historiam inquisivit, instructissimae usus bibliothecae Alexandrinae copiis. Summopere igitur dolendum quod eius libri fragmenta supersunt non admodum multa, quae sufficere tamen videntur, unde universa operis ratio adumbretur. Ac Bentleius quidem fere satis habebat nuda veterum testimonia apponere, quae quid obiter prodant ac tacite indicent docte explanavit Curtius Wachsmuth ea disputatione cui inscripsit „die pinakographische Thaetigkeit des Callimachus" in Leutsch. Philol. vol. XVI p. 653 seqq. Eam tametsi in universum probandam putamus, habemus tamen cur denuo rem pertractandam censeamus.

Ordiamur autem a fragmento aliquo quod Bentleius quidem nosse nondum potuit, nos hodie vel quadrifariam et formatum et confirmatum habemus. Legitur in Scholiis Plautinis e Joannis Tzetzae Prolegomenis in Aristophanem a docto aliquo Italo conversum, unde totus locus editus et eruditissimo commentario illustratus est a Ritschelio in libro cui titulus „die Alexandrinischen Bibliotheken unter den ersten Ptolemaeern", qui receptus est in eius Opuscul. philol. Vol. I p. 1 seqq. postea graeca Tzetzae verba e codice Parisino in Anecd. Paris. Vol. I p. 3 seqq. edidit Cramerus, postremo autem Henricus Keil duas adeo eiusdem commentarioli Tzetziani formas ac species e codice Ambrosiano dedit in Mus. Rhen. VI p. 108 seqq. et p. 243 seqq. (sive in Ritschel. Op. I p. 197 seqq.). Quarum quattuor recensionum quaenam sit inter se ratio probabi-

liter disputavit Keilius p. 218 Ritschl. Et in secundo quidem Ambrosiano commentario postquam auctor de Alexandro Aetolo, Lycophrone Chalcidensi, Zenodoto Ephesio exposuit qui adiutores fuerint Ptolemaeo Philadelpho in ordinandis libris, quos undique conquisivit et quibus duas bibliothecas condidit, ita pergit p. 206, 10 Ritschel.: *ὧν* (librorum) *τῆς ἐκτὸς μὲν* (bibliothecae) *ἦν ἀριθμὸς τετρακισμύριαι δισχίλιαι ὀκτακόσιαι, τῆς δ' ἔσω τῶν ἀνακτόρων καὶ βασιλείου βίβλων μὲν συμμίκτων ἀριθμὸς τεσσαράκοντα μυριάδες, ἁπλῶν δὲ καὶ ἀμιγῶν βίβλων μυριάδες ἐννέα, ὡς ὁ Καλλίμαχος νεανίσκος ὢν τῆς αὐλῆς ὑστέρως μετὰ τὴν ἀνόρθωσιν τοὺς πίνακας αὐτῶν ἀπεγράψατο. Ἐρατοσθένης δὲ ὁ ἡλικιώτης αὐτοῦ παρὰ τοῦ βασιλέως τὸ τοσοῦτον ἐνεπιστεύθη βιβλοφυλάκιον. Ἀλλὰ τὰ Καλλιμάχου καὶ τοῦ Ἐρατοσθένους μετὰ βραχύν τινα χρόνον ἐγένετο τῆς συναγωγῆς τῶν βίβλων, ὡς ἔφην, καὶ διορθώσεως, κἂν μετ' αὐτοῦ τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου.* In his, quae literis diductis scribenda curavimus, plane obscurum est *τῆς αὐλῆς* nec perspicitur cur Callimachus *νεανίσκος ὢν* tamen *τοὺς πίνακας* librorum *ἀπογράψασθαι* dicatur. nec magis patet cur Eratosthenes, aequalis Callimachi, a rege praepositus bibliothecae fuisse hic dicatur, ubi omnem narrationem nimium turbat. Itaque negamus integrum locum esse, cui medelam petere par est ex tribus illis reliquis quos diximus eiusdem fontis usufructuariis, quorum tamen Ambrosianus prior nihil habet quod huc referri possit nisi quae statim ibi leguntur post initium, ubi memoratis Alexandro et Lycophrone (nam Zenodotum hic quidem omisit), ut qui bibliothecam a Philadelpho conditam ordinaverint, addit p. 199 extr.: *συμπαρόντος αὐτοῖς καὶ συνανορθοῦντος καὶ τοῦ τοιούτου βιβλιοφύλακος τῆς τοσαύτης βιβλιοθήκης Ἐρατοσθένους· ὧν βίβλων τοὺς πίνακας Καλλίμαχος ἀπεγράψατο· Ἀλέξανδρος ὤρθου τὰ τραγικά, Λυκόφρων τὰ κωμικά· νεανίαι ἦσαν Καλλίμαχος καὶ Ἐρατοσθένης. Οὗτοι μὲν τὰς σκηνικὰς διωρθώσαντο βίβλους, ὡς τὰς τῶν ποιητῶν ἐπεσκέψαντο Ἀρίσταρχοί τε καὶ Ζηνόδοτοι*, ubi item habes Eratosthenem bibliothecarium et Callimachum *πίνακας ἀπογραψάμενον*, sed illum vides fictum Alexandro et Lycophroni in ordinanda bibliotheca adiutorem (quod aliunde non novimus), ne scilicet causa memorandi deesset et illa de iuventute Eratosthenis mentio

aliquo modo explicaretur, Callimachi autem mentio cur facta sit non iam perspicitur. Hinc igitur nihil ad emendandum grammaticum Ambrosianum secundum redundat. Sed pressius communem fontem sequitur grammaticus Parisinus, qui p. 6, 15 eodem quo Ambrosianus secundus narrationis loco ita disputat: *ὧν τοὺς πίνακας ὕστερον Καλλίμαχος ἐπεγράψατο. Ἐρατοσθένει δὲ ἡλικιώτῃ Καλλιμάχου παρὰ τοῦ βασιλέως τὸ τοιοῦτον ἐνεπιστεύθη βιβλιοφυλάκιον*, omittens ille quae de Callimacho iuvene eiusque ad *αὐλήν* relatione in Ambrosiano II leguntur, sed Eratostheneae memoriae causam indicans nullam. At utilissimum est ad emendandum Ambrosianum II scholium Plautinum, unde de Eratosthenis memoria et de Callimachi cum *αὐλῇ* nexu, cuius ratio ex Ambrosiani secundi verbis perspici non poterat, indicari nunc certissima ratione potest. sic enim scribit p. 6, 2 in Ritschel. Opusc. I: sicuti refert Callimachus aulicus Regius bibliothecarius, qui etiam singulis voluminibus titulos inscripsit. fuit praeterea qui idem asseveret Eratosthenes non ita multo post eiusdem custos bibliothecae. Unde sic statuimus, exemplar illud ex quo cum Ambrosiano secundo sua quisque hauserunt, Parisinus et Ambrosianus prior, lacuna foedatum fuisse, sed integriorem codicem suppetisse docto Italo qui scholium Plautinum scripsit. cuius ope lacunam sic putamus apte expleri posse: *ἦν ἀριθμὸς* —, *ὡς ὁ Καλλίμαχός* [*τέ φησιν ὅς*] *νεανίσκος ὢν* [*ἔτι τότε καὶ οὔπω ἐπὶ βιβλιοθήκης ὢν*] *τῆς αὐλῆς, ὑστέρως μετὰ τὴν ἀνόρθωσιν τοὺς πίνακας αὐτῶν ἀπεγράψατο, Ἐρατοσθένης τε, ὁ ἡλικιώτης αὐτοῦ* [*ὃς μετ' οὐ πολὺν χρόνον μετ' αὐτὸν*] *παρὰ τοῦ βασιλέως τὸ τοσοῦτον ἐνεπιστεύθη βιβλοφυλάκιον*. qua ratione certe prudenter et distincte loquitur homo nec quicquam dicit quin accommodate et ad suum locum et ad ea quae antecedunt quaeve sequuntur dictum sit. nam ingenti librorum numero ut fidem faceret Tzetzes Callimachi et Eratosthenis testimonia affert, quorum certa in ea re auctoritas sit. nam Callimachum et bibliothecarium fuisse (de quo nescio cur dubitet Keilius noster l. l. p. 232 seq.) et in *πίναξιν* scribendis ea bibliotheca usum, Eratosthenem autem et ipsum post eum bibliothecae regendae a rege admotum esse. quod autem addit, Callimachum et Eratosthenem paulo iuniores fuisse (id quod

statim dilucidius ita dicit, utrumque suum de librorum numero iudicium protulisse paulo post bibliothecae *συναγωγὴν* et *διόρθωσιν* Alexandri, Lycophronis, Zenodoti), hoc propterea addit, quod illorum virorum etiam maior videri debebat auctoritas, si ipsi *συναγωγῇ* et *διορθώσει* interfuissent. nunc autem, quum certe non multo post vixerint ipsique bibliothecae praefuerint, minime incredibile eorum esse de librorum copia testimonium. Sic igitur de communi quattuor illorum grammaticorum fonte statuo, cuius integritatem alio modo restituere conatus est Ritschelius l. l. p. 151, paulo aliter sine dubio facturus, si Ambrosiani secundi quoque verbis uti ei licuisset. De ipso autem librorum numero quicquid statuendum est cum Ritschel. l. l. p. 19 seq. et p. 152 seq. atque Keil. ibid. p. 226 seqq., aliis, hoc quidem certissimum videtur, Callimachum et Eratosthenem eum librorum numerum nominasse qualis fuerit statim post primam *συναγωγήν* eoque tempore quo Alexander et Lycophron et Zenodotus bibliothecae operam navaverant i. e. sub Zenodoto bibliothecario, non qualis evaserit dum Callimachus et Eratosthenes bibliothecae praefuerint. aliter enim hi de numero consentire non poterant accrescentibus sine dubio in dies bibliothecae copiis. Ubi autem illud exprompserint si quaeris, de Callimacho ultro se offerunt *πίνακες*, quorum in prologo, quem defuisse operi vix credas, aptus dicendi locus erat. cf. Ritschel. l. l. p. 13 et p. 150, qui simul Eratosthenem in libro *Χρονογραφιῶν* illud protulisse putat dubitante quidem Bernhardyo in Annal. crit. Berolinens. 1838 II p. 829. ac nihil sane vetat ne de Eratosthenis libris *περὶ κωμῳδίας* cogitemus, de quibus vide Meinek. Com. graec. I p. 11.

Sic uno quidem nec eo contemnendo *Πινάκων* Callimacheorum fragmento Tzetzes nos beavit, sed de universa *Πινάκων* natura quid senserit, quattuor illis grammaticis, qui Tzetziana in usum convertebant suum, certe non ita clarescebat, ut de eo omnes inter se consentirent. nam schol. Plaut. p. 6, 3 ita loquitur: Callimachus — etiam singulis voluminibus titulos inscripsit, quibus si eum putas graeca verba exprimere voluisse qualia habemus in grammatico Parisino p. 6, 15 Cram.: *ὧν τοὺς πίνακας ὕστερον Καλλίμαχος ἐπεγράψατο* (ubi qui *συνεγράψατο*

correxit Meinek. Praef. Callim. p. XV vereor ne grammatico vim intulerit), non satis accuratum interpretem se praebebat, ut qui πίνακας vellet esse titulos, quod exemplis probari nequit, et prorsus omitteret illud ὕστερον, quod ultro excogitare et de suo addere grammaticus Parisinus non potuit. Sed ne Parisinus quidem grammaticus quod affirmare videtur, Callimachum postea illorum librorum indices fecisse, nequaquam affirmat quod probari queat. neque enim credibile est, postea librorum indices factos esse, quos potius simul cum ἀνορθώσει compositos fuisse consentaneum est, cuius pars non minima eaque plane necessaria indices librorum erant. Quibus spretis duobus grammaticis amplectamur Ambrosiani secundi narrationem p. 200, 2: Καλλίμαχος — ὑστέρως μετὰ τὴν ἀνόρθωσιν τοὺς πίνακας αὐτῶν ἀπεγράψατο, qui quod habet ἀπεγράψατο, repertum illud etiam in Ambrosiano priore (ὧν βίβλων τοὺς πίνακας Καλλίμαχος ἀπεγράψατο), multo aptiorem interpretationem admittit. hoc enim Tzetzes sibi voluit, librorum indices a primis bibliothecae ordinatoribus compositos postea Callimachum in suos πίνακας transtulisse et in usum suum convertisse. Atque huic interpretationi non repugnat loquendi usus, qui idem est in Vita Sophocl. p. 131, 90 Westerm.: (Σοφοκλῆς) τὴν Ὀδύσσειαν ἐν πολλοῖς δράμασιν ἀπογράφεται. quod autem dixi librorum catalogos iam a primis bibliothecae ordinatoribus factos esse, vel sine testium auctoritate credi debet, etsi Alexander, Lycophron, Zenodotus (nam hi primi bibliothecae ordinatores fuerunt praeterque hos alii qui scriptores pedestres digesserunt, quos qui fuerint nescimus, quum Tzetzes nominare noluerit) dicuntur libros bibliothecae διορθοῦσθαι (Ambros. I p. 199 et Parisin. p. 7) vel διορθοῦν (in Ambros. II p. 206, 4 et p. 207, 3 coll. Ambros. I p. 206, 19, ubi est διόρθωσις), quae omnia non meram ordinandorum librorum provinciam, sed criticam aliquam operam indicant. cf. Ritschel. l. l. p. 139. Id non item cadit in vocem ὀρθοῦν et ἀνόρθωσις, quibus Ambros. I p. 200, 3 et Ambros. II p. 206, 15 de eadem re utuntur. haec enim de sola extruenda bibliotheca intelliguntur, quocum arctissime coniunctum est catalogi conscribendi negotium, ut a Tzetzae sententia non multum aberrare existimem scholiastam Plautin. p. 5 qui vertit: — libros in unum

collegerunt et in ordinem redegerunt. Et quum Tzetzes bis eundem locum tractaverit (cf. Keil. l. l. p. 212 seq.) atque bis vel ter in eodem tractatu eandem rem attigerit (cf. Ambros. II p. 206, 4 διώρθωσεν. p. 206, 15 ἀνόρθωσιν. p. 207, 3 διώρθωσε), quidni alia voce alibi uti potuit quibus eandem rem significaret, i. e. librorum in ordinem redigendorum sive catalogi scribendi negotium, quarum vocum ut proxime ad verum accedunt ὀρθοῦν et ἀνόρθωσις, ita tamen διορθοῦν, διορθοῦσθαι, διόρθωσις non plane inepta sunt, non quo putem illos viros per totos libros verba emendasse, sed quia, quod sane critici officium est, saepe iis diiudicandum erat, num qui liber genuinus esset an fraudulenter suppositus, tum quia titulos librorum emendate et argumento convenienter apponere debebant, qua in re quantum saepe quaerendum fuerit, docent quae de variis Archestratei carminis inscriptionibus refert Athenae. I p. 4 E., postremo quia prima quoque libri verba apponenda erant, quae sine critica διορθώσει emendate apponi non poterant. In his igitur si διόρθωσις trium illorum virorum et reliquorum, qui prosa oratione conditos libros in ordinem cogebant, substitisse concesseris, licuit sane Tzetzae voce διορθοῦν vel διορθοῦσθαι uti. talis enim διόρθωσις a catalogi conficiendi negotio non diversa erat. Istam autem διόρθωσιν ubi exercuerint, non puto singulares illorum virorum libros quaerendos esse, sed tacite et sine longa disputatione eos puto in catalogo quid verum haberent monuisse.

Iam satis nobis videmur Tzetzae eam sententiam vindicasse, ut bibliothecae Alexandrinae catalogos diversos fuisse putaverit a Callimachi πίναξιν, in quibus conscribendis illos catalogos in usum suum converterit mutuando. qua in re nihil video affirmatum esse quin rerum rationi convenientissimum sit. Atque diversum utrumque genus πινάκων fuisse (nam etiam catalogos fuisse πίνακας appellatos Tzetzae credimus) liquido demonstrari potest. Primum enim in catalogis bibliothecae condendis credibile est poetarum et scriptorum in suo cuiusque genere eum ordinem observatum fuisse quem hodieque observamus, ut secundum literarum ordinem digererentur. at Callimachus certe in ea Πινάκων suorum parte, qua poetas scenicos recensuit, non κατὰ στοιχεῖον eos enumeravit, sed Suida teste κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς proposuit, qua re

apertissime docuit literarum historiam velle se dare, non simplicem catalogum qualem fecerunt Zenodotus eiusque socii (sed Musei tantum, non Serapei quoque, ut recte statuere videtur Ritschl. l. l. p. 16 et p. 25 seq.). atque eundem in reliquis quoque omnibus operis sui partibus Callimachum instituisse ordinem quis non malit vel propter rei aequabilitatem statuere, quam has quidem partes *κατὰ στοιχεῖον* ordinatas esse? sed hanc inaequabilitatem nihil veritus Wachsmuthius l. l. p. 661 totum opus *κατὰ στοιχεῖον* conditum fuisse autumat, praeter hanc unam de scenicis poetis partem, cuius solius de ordine quum aliquid memoretur, hoc videri propterea factum esse, quod singularis illi parti fuerit *κατὰ χρόνους* ordo. at singularem hunc uni isti parti fuisse ordinem tum demum certo dicere Wachsmuthius poterat, si unius certe alius partis inscriptio extaret, quae ordinem *κατὰ στοιχεῖον* promitteret. sed tales non iam supersunt inscriptiones nec testatum ullo modo habemus quem Wachsmuth. p. 656 finxit titulum *πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν ῥητορικῶν*, quem ego scenicorum poetarum *πίνακα* imitatus aliquanto melius restituere mihi videor sic: *πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων ῥητορικῶν*. patet ergo in utramque partem disputari posse et hanc quidem argumentandi viam incertam esse. Sed aliud quod suam sententiam stabiliret Wachsmuthius attulit, apud Athenae. XIV p. 643 E legi: *οἶδα δὲ Καλλίμαχον ἐν τῷ παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίνακι ἀναγράφοντα πλακουντοποιικὰ συγγράμματα Αἰγιμίου καὶ Ἡγησίππου καὶ Μητροβίου, ἔτι δὲ Φαίστου.* quos scriptores quis neget *κατὰ στοιχεῖον* a Callimacho recensitos esse? Sed ne hinc quidem putaverim iure colligi posse totum Callimachi opus ea ratione adornatum fuisse. quid enim? omniumne scriptorum de aetate putaveris Callimacho certis ex indiciis constitisse neque ullius unquam tempora ei incognita fuisse? imo sine dubio saepe Callimachus nescivit quando quis vixerit, idque probabile est usu venisse maxime in obscurioribus et inferioribus literarum generibus (ut in genere *πλακουντοποιικῶν*), quae genera ut Athenaei locus docet peculiari amplissimi operis parte peculiari titulo instructa enumeravit. in hac igitur parte quum solito *κατὰ χρόνους* ordine plerumque uti non posset, quid mirum quod in hac parte ei *κατὰ στοιχεῖον* pro-

grediendum erat? Itaque his non adducor ut mutem sententiam, in *Πινάκων* opere Callimachum chronologicas rationes sequutum ubique esse ubi poterat. Verum huic sententiae aliunde video interitum imminentem atque unde exspectari nunquam poterat. nam de omnium *Πινάκων* Callimacheorum ordine chronologico coniectura nostra quum uno nitatur eo testimonio, quoniam una certe eorum pars, quae fuit de poetis scenicis, *κατὰ χρόνους* digesta erat, iacebit haec coniectura, si verum vidit Fridericus Nietzsche in Mus. Rhenan. XXIV p. 189 n. 2, male ad *Πινάκων* libros referri quem Suidas nominet *Πίνακα καὶ ἀναγραφὴν τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων*, ut qui iam ipso chronologico ordine valde a catalogi in bibliothecae usum facti consilio et indole discrepet et quem aperte Suidas a *Πινάκων* libris CXX distinguat. At prius saltem argumentum non certo scriptoris alicuius testimonio nititur, etsi per se certissimum cum aliis putavit esse, Callimachi *Πίνακας* catalogos fuisse, in bibliothecae usum factos, quos equidem in literatorum potius omnium hominum usum compositos fuisse si nondum evici, mox me spero evicturum esse etiam certioribus rationibus. quod autem Suidam utrumque opus distinguere dicit, aliter nunc et rectius de Suidae tabula iudicare didicimus, quam ut inde aliquid eius modi colligi queat. deinde vero quidni levissimum sit ac plane temerarium, illum de poetis scenicis librum ex reliquis *Πινάκων* libris excludere, quibus tacite vindicat argumenti similitudo, atque suspicari, hac tabula chronologica Callimachum sese ad *Πινάκων* certam partem, quae carmina contineret omnis generis, praeparasse, tum novum *Πινάκων* titulum ultro comminisci huc pertinentem, *ἀναγραφὴν τῶν ποιημάτων*, quem ab Heckero Com. Call. p. 29 assumpsit Etymol. Magn. locum s. *πίναξ* in istam formam corrigente parum feliciter, ut mox videbimus. Sed intelligere mihi videor unde ad incredibiles istas opinationes vir doctus delapsus sit. nam quum sibi persuasisset ingentis operis, quo in quovis doctrinae genere conspicuos viros Callimachus enumeravit, libros CXX ita in quinque *πίνακας* (plus enim non putat statuendos esse) divisos fuisse, ut cuiusque *πίνακος* essent libri XXIV i. e. tot capita, quot sunt literae, et quemque librum unam continuisse literam, hoc igitur quum sibi per-

suasisset, ordo *κατὰ στοιχεῖον* ultro ei se obtulit. Eo magis autem mirum quod Nietzschius p. 191 Hermippum, quem ipsum titulum operis Callimachei suis praefixisse vitis (*βίοις τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων*) monet atque Callimachi vestigiis anxie institisse conicit ita, ut tot generales partes distingueret quot Callimachus, tamen in hoc ab eo recessisse existimat, quod non ad literarum, sed ad temporum ordinem homines suos literatos enumeraverit. quidni enim praestabat conicere etiam in hac re Hermippum consensisse Callimacho et hunc quoque illo *κατὰ χρόνους* ordine usum esse?

Atque hoc primum fuit quo Callimachi *Πίνακες* a bibliothecae catalogis pridem scriptis differebant. hi enim *κατὰ στοιχεῖον* facti erant, sed illi *κατὰ χρόνους*. Praeterea autem multa *Πίνακες* continebant, quae in bibliothecarum catalogis nemo facile aut exponat aut quaerat. Velut de Homeri genere et tempore Callimachus disputavit (cf. fr. 390), quod quo alio loco eum fecisse credibile sit nisi in *Πίναξιν*? atque *ἐν Πίναξιν* Callimachum novimus memorasse Philistionem Eudoxi magistrum fuisse (cf. n. 13), item Lysimachum Theodori asseclam (n. 12), ut ad eosdem *Πίνακας* referendum sit quod de Parmenide Pythagorae assectatore a Callimacho relatum novimus (n. 17). praeterea *ἐν τῇ ῥητορικῶν ἀπογραφῇ* rationem reddiderat cur *Χαλκοῦς* vocatus fuisset Dionysius poeta atque rhetor (n. 24). atque ab hac quidem parte non iam putamus incertam visum iri quam supra p. 13 proposuimus coniecturam, in philosophorum *ἀναγραφῇ* monuisse Callimachum etiam *περὶ γλωσσῶν* Democriti (n. 29). At multo maiore eoque exquisitiore dote Callimachi *Πίνακας* exornat testimonium Etymologici Mag. p. 672, 27 iniuria coniecturis tentatum a Bernhardy. Hist. lit. graec. I p. 184 (III) et Hecker. Com. Call. p. 29, quarum nulla mihi necessaria videtur. sic autem locus habet: *ὁ δὲ Χοιροβοσκὸς εἰς τὸ Ἀνεκφώνητον λέγει, πίνακάς φησιν ἐν οἷς αἱ ἀναγραφαὶ ἦσαν τῶν δραμάτων. ὁ οὖν Καλλίμαχος ὁ γραμματικὸς ἐποίει πίνακας, ἐν οἷς ἦσαν αἱ ἀναγραφαὶ παρὰ τῶν ἀρχαίων· οἷς ἐντυχὼν ὁ γραμματικὸς ἐποιήσατο τὰς ὑποθέσεις τῶν δραμάτων.* ubi postquam Etymologus eas vocis *πίναξ* significationes quae apud Homerum sunt ex Oro apposuit, Choerobosci locum adiecit petitum ex eius commentario in Herodiani *Ἀνεκφώνητον* (cf. Lentz.

Herodian. I p. CV et II p. 421), qui quum nomen *Θρᾷξ* memorasse videatur, quod unicum in suo genere *τὸ ἀνεκφώνητον* habet (cf. Herodian. II p. 621, 8 coll. I p. 397, 13. II p. 68, 4) eiusque declinationem docuisse appositis tum aliis, tum nomine *πίνακας*, — hos *πίνακας* Choeroboscus monet Herodianum intellexisse eos in quibus essent *αἱ ἀναγραφαὶ τῶν δραμάτων*. hae autem quaenam tandem aliae possunt intelligi atque monumenta illa didascalica, i. e. *πίνακες* illi quibus veteres Attici publice proponere solebant, qui poetae quo festo sub quove archonte et quibus fabulis in certamine publico vicissent? eaedem igitur *διδασκαλίαι* in sequentibus quoque intelligendae erunt, ubi Callimachum dicit in eos quos scripsit *Πίνακας* recepisse *παρὰ τῶν ἀρχαίων* illas *δραμάτων ἀναγραφάς*. quarum utrum *ἀπόγραφα* Athenis Callimachus facienda sibi curaverit, an (quod magis credo) Aristotelis *ἀπογράφοις* usus sit quae ille dederat *ἐν Διδασκαλίαις* (cf. J. Richter. Proleg. in Aristoph. Vesp. p. 13 seqq.), non decernit nec scire in hac re quicquam interest. De ipsa autem re, Callimachum *ἐν Πίναξιν* usum esse veteribus illis *διδασκαλίαις*, eo minus dubitari potest, quod certe in schol. Aristoph. Nub. 552 Callimachus *διδασκαλίαις* utitur (cf. n. 2). Hinc tantum nunc arbitror constare, non probandas prae tralatitiis verbis *ἐν οἷς ἦσαν αἱ ἀναγραφαὶ παρὰ τῶν ἀρχαίων* esse coniecturas Bernhardyi — *ἀναγραφαὶ ποιητῶν ἀρχαίων*, aut Heckeri l. l.: *ἀναγραφαὶ δραμάτων* aut *ποιημάτων*, quamquam ultimum hoc pro certo sumpsit Nietzsch. l. l. p. 189. non magis autem probo quod Bernhardyus in ultimis Choerobosci verbis: *οἷς ἐντυχὼν ὁ γραμματικὸς ἐποιήσατο τὰς ὑποθέσεις τῶν δραμάτων* post *ἐντυχών* inseri iussit *Ἀριστοφάνης*. nam nihil Choeroboscus voluit nisi hoc, grammaticum, quem nobis incognitum esse fatemur, sibi autem notum esse addito articulo indicare Choeroboscus potuit, in Callimachi *Πίνακας* incidisse et quae ibi invenisset a Callimacho facta ex didascaliis excerpta ita in usum suum convertisse, ut inde faceret *τὰς ὑποθέσεις τῶν δραμάτων*, non totas, ut arbitror, sed quatenus his insunt *διδασκαλικά*. sic enim malo statuere et Choeroboscum putare loquutum esse paulo iactantius parumque accurate, quam omne *ὑποθέσεων* argumentum ex Callimachi *Πίναξιν* peti potuisse, aut cum Bernhardyo hinc colligere, Aristo-

phanem Byzantium ὑποθέσεων nunc superstitum esse auctorem. Quamquam si vere Wachsmuth. l. l. p. 665 coniecit, in Πίναξιν Callimachi fuisse singulis libris brevem argumenti enarrationem additam, poterant sane illae ὑποθέσεις inde peti totae. At hac quidem in re nimis liberalis fuit vir doctissimus, qui Callimacho vindicavit quod demonstrari nequit. item nimis liberalis fuit Volckmann. de Suidae Biograph. I p. 26, qui Callimachum affirmat in Πίναξι egisse poetarum censuram, quod ego in Γραφείῳ potius fecisse eum crediderim. Sed omnium liberalissimum se praestitit Meyerus in Opusc. I p. 91, qui non solum βαρβαρικὰ νόμιμα et περὶ Ὀρνέων commentarium in his tabulis infuisse credebat, sed etiam ἐθνικὰς ὀνομασίας, libros περὶ ἀγώνων, περὶ ποταμῶν, θαυμασίων eodem referre non dubitabat. neque enim videri hos Πίνακας ipsas res neglexisse, sed partem eorum aliquam fuisse quoddam Ὀνομαστικόν —, quod vereor magnopere ut cuiquam persuadeat.

Satis superque his demonstrasse nobis videmur Callimachi πίνακας longissime a catalogorum bibliothecae usui destinatorum ieiunitate afuisse confirmaturque hoc etiam eo, quoniam Aristophanem Byzant. in eo libro quem ad supplendos Callimachi πίνακας scripsit (ἐν τοῖς πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας, quod recte interpretatum esse puto Nauckium de Aristoph. Byz. p. 245, non assentientibus quidem Prellero de Polemon. p. 10 et Volckmann. de Suid. Biographic. I p. 26), id quod post Callimachi tempora denuo acquisitis multis et in bibliothecam relatis libris optandum fuit, — et ipsum observationes historicas et grammaticas addidisse videmus quales a catalogorum bibliothecae indole plane abhorrent. velut τὴν διαφορὰν τοῦ τε κατὰ χειρός καὶ τοῦ ἀπονίψασθαι ibi exposuit teste Athenaeo (cf. p. 251 Nauck.). Sed quae praeterea de indole πινάκων Callimacheorum e veterum testimoniis cognoscimus, quod verba quibus librum aliquem scriptores orsi erant, integra apponere solebat (n. 8 et n. 15), quod ad librorum ambitum eius στίχων numerum addebat (n. 8. n. 25), quod, si qui liber iniuria alicui ascriptus videbatur, hoc brevi notabat (n. 14), aut si quis latebat libri auctor, hunc certo scriptori restituebat (n. 18), aut si qui liber titulo carebat, eum adiciebat (n. 4. n. 19), aut si plures ferebantur tituli, suum iudicium pronuntiabat (n. 9) —, ea igitur non dico Πίναξι propria

fuisse et fuerunt sine dubio iam in catalogo memorata, unde si non omnia Callimachus transcripsit, certe ad eius normam de suo addebat aut, si opus erat, in illo male proposita emendabat.

Restat ut quae oeconomia amplissimi operis fuerit enucleare conemur. cuius de titulo non licet impugnare Suidae fidem affirmantis fuisse *πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν ἐν βιβλίοις κ' καὶ ρ'*, aut Bernhardyi Hist. lit. graec. I p. 183 (III) et Heckeri in Philol. V p. 433 sequi iudicia, quorum ille solum *πίνακες* a Callimacho, reliqua a Suida profecta existimabat, hic autem numeros in *κ' καὶ δ'* mutandos putabat. quorum opiniones nullis certis argumentis nixas iure reiecit Wachsmuth. l. l. p. 655 recte monens tituli Callimachei verba a Bernhardyo attrectata confirmari etiam similium librorum inscriptionibus, Hermippi *περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ λαμψάντων* (vel *διαπρεψάντων*, Etym. Magn. p. 118, 14 coll. Suid. I 1 p. 1086), et Hesychii Milesii in *Πίνακι τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν* vel *λαμψάντων* (Suid. I 2 p. 907 et p. 908 lin. 7.). quod enim utrobique *διαλαμψάντων* corrigendum censet Wachsmuthius, quoniam ea significatione verbum *λάμπειν* vix legatur in prosa oratione, fefellit eum memoria. nam Suidas certe dicit I 2 p. 1028: *Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος καὶ οὐδενὸς δεύτερος τῶν κατ' αὐτὸν ἐν παιδείᾳ λαμψάντων.* Eidem autem Wachsmuthio assentior etiam de eius tituli integritate qui statim in Suidiana tabula sequitur: *Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων*, ubi post Wower. Polymath. XII p. 102 et Pearsonium ad Hesych. Boeckhius in Corp. Inscript. I p. 350, Nauck. de Aristoph. Byz. fragm. p. 244, Meinek. Praef. Callim. p. XV, alii, *διδασκαλιῶν* praeferendum censebant, quod non video quo alio modo intelligi queat nisi ita ut fabulas a poetis publice doctas indicari putemus. nam de monumentis didascalicis nemo facile cogitaverit, etsi suo iure hoc fecit J. Richter. l. l., qui sine iusta causa titulum sic redintegrandum exitimabat, ut in fine scriberetur: *γενομένων διδασκάλων καὶ διδασκαλιῶν*. sed qui *διδασκαλιῶν* voluerunt esse fabularum, ii non cogitaverunt quam mirum sit Callimachum, qui generali titulo indicaverat modo homines doctrina conspicuos se enumeraturum esse, mox fabularum recensum promittere. At perquam commode post Jons. de scriptor.

philosoph. II 5 p. 165 Wachsmuthius admonet de Harpocratione p. 60, 19 (add. Suid. I 1 p. 1327): *ἰδίως διδασκάλους λέγουσι τοὺς ποιητὰς τῶν διθυράμβων ἢ τῶν κωμῳδιῶν ἢ τῶν τραγῳδιῶν*, unde perspicitur quo iure in titulo Callimachus uno *διδασκάλων* nomine comprehenderit poetas tragicos, comicos, dithyrambicos et omnino omnes ut puto eos, qui *χοροὺς ἐδίδασκον* et *χορικὰ ᾄσματα* edebant. Qui autem et ipse *διδασκάλων* improbabat Bernhardy. ad Suid. II 1 p. 46 Suidae verba adeo proculcavit, ut non dubitem quin ne unius quidem hominis assensum laturus sit. ita enim corrigendum putabat: *πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων [συγγραφέων] καὶ συνταγμάτων. διδασκαλιῶν πίναξ. [περὶ] τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν.* Ceterum in hac re diiudicanda pro certo sumpsi hunc titulum partem indicare amplissimi *Πινάκων* operis. nam Nietzschii opinionem, peculiarem illum librum fuisse nec in *Πινάκων* opere locum habuisse, cur non probandam censeam supra dixi. Jure autem quaeri potest, utrum *Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν — διδασκάλων* prima totius libri pars fuerit, an praecesserit recensus poetarum epicorum. atque illud quidem possit aliquis magis probare quod generali titulo Suidas continuo subicit *πίνακα — τῶν — διδασκάλων* et quod etiam in veteri bibliothecae Alexandrinae catalogo, quem in suum opus Callimachum traduxisse diximus, primum locum poetas scenicos obtinuisse iure quispiam colligere sibi videatur ex Tzetzae de illa bibliotheca narratione, ubi post scenicos demum poetas memorat epicos. et Tzetzes, ut qui in Aristophanem prolegomena scriberet, primos memorare scenicos potuit, Suidas autem, qui in tabula illa exscribenda tam multa omisit, hic etiam primam de epicis partem omittere potuit cum reliquis partibus omnibus praeter unam de poetis scenicis, quam fortasse prae reliquis memorandam censebat, quod in eius partis titulo aliquid singulare et memorabile habere vox *διδασκάλων* videbatur. Hoc enim statuere malim quam Callimachum facere parum sibi constantem, ut qui ubicunque poterat chronologicum ordinem videatur sequutus esse. Primam igitur *Πινάκων* partem fuisse putamus de poetis epicis. sed ultra hos terminos Callimachum exspatiatum esse certis causis adducimur ut credamus. nam quum in sequenti pinace de poetis scenicis expositum fuerit, reliqui autem poetae

lyrici nec ibi nec in tertio pinace locum invenerint, ubi iam ad scriptores transitum erat, unus illis relinquitur locus in pinace primo. atque hoc ita fuisse intelligitur etiam ex vetusto bibliothecae catalogo, si quidem Tzetzes memoratis poetis scenicis memoriae prodit, Zenodotum non solum *τοὺς Ὁμηρείους*, sed etiam *τῶν λοιπῶν ποιητῶν* opera *διορθῶσαι*, ut est ap. grammaticum Ambros. secundum p. 206, 4 (coll. schol. Plaut. p. 5: Zenodotus Homeri poemata et reliquorum illustrium poetarum), id quod idem grammaticus paulo post p. 207, 31 ita dicit: *τὰς τραγικὰς (βίβλους) μὲν διώρθωσε (Πτολεμαῖος) δι' Ἀλεξάνδρου —, τὰς τῆς κωμῳδίας διὰ τοῦ Λυκόφρονος, διὰ δὲ Ζηνοδότου — τὰς τῶν λοιπῶν ποιητῶν*, sed paulo negligentius proferunt grammat. Ambros. prior p. 200, 10 (*τὰς τῶν ποιητῶν*) et gramm. Parisin. p. 6, 24 (*τὰς δὲ ποιητικάς*), qui solos intelligere videntur epicos. nam id interdum significat vox *ποιητής*, ut docet Ritschel. Opusc. I p. 138, ubi adde Choerobosc. Dictat. p. 346, 12 et p. 627, 26 seq. quod si Zenodotus praeter libros epicorum recensuit et in catalogum intulit etiam lyricorum, a quorum studio non abhorrebat, ut qui in Pindarum quoque et Anacreontem scriberet (cf. Ritschel. p. 146), admodum fit probabile, primae *Πινάκων* parti hunc fuisse indicem:

A. *Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων ἐποποιῶν καὶ τῶν λοιπῶν ποιητῶν.*

nam singulorum *πινάκων* indices quum videantur inter se quantum fieri poterat simillimi fuisse, ad unius qui integer superest similitudinem reliquos omnes dirigendos fuisse patet. In hac autem parte Callimachum credi par est egisse de Homeri vita et operibus (fr. 390), atque memoravit *Μαργίτην* quoque, quod carmen etiam epigrammate (*ἐν Γραφείῳ*, ut suspicor) celebravit (fr. 74). ibidem sine dubio etiam Archestratus memoratus est (n. 9), item Antimachus et Aratus, quamquam illius etiam in Epigrammatis meminit (cf. fr. 74[b]), huius in libro ad Praxiphanem dato.

Secundae parti inscriptum fuisse

B. *Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων*

Suidae testanti fidem addiximus magisque putamus nunc appariturum esse cur Callimachus insolentiore in ea re *διδασκάλων*

nomine uti voluerit, quum in primi *πίνακος* titulo *ποιητῶν* nomine iam usurpaverit. Actum autem hic, quantum quidem scimus hodie, de Euripide (n. 3 et n. 26), de Jone (n. 15), de Aristophane (n. 2), de Diphilo (n. 4), item de Pindaro (n. 27) et Simonide (n. 28).

Tertium *πίνακα* iis destinatum fuisse qui *περὶ Νόμων* scripserint evinci putamus ex Athenae. XIII p. 585 *β*: *ἀνέγραψε αὐτὸν* (i. e. Gnathaenae *νόμον συσσιτικὸν*) *Καλλίμαχος ἐν τῷ τρίτῳ πίνακι τῶν νόμων καὶ αὐτοῦ ἀρχὴν τήνδε παρέθετο· ὅδε ὁ νόμος ἴσος ἐγράφη καὶ ὅμοιος. στίχων τριακοσίων εἴκοσι τριῶν.* nam quod *πίναξ* memoratur, quod de scriptore agitur, quod prima libri verba citantur, quod eius libri ambitus *τῶν στίχων* numero indicatur, quae omnia in *Πίναξι* persequi Callimachus solebat, ea apertissime docent locum ex aliqua *Πινάκων* parte afferri. quod negat tamen Wachsmuth. l. l. p. 660, qui de *Πίναξι* Callimachi non aliter posse cogitari affirmat nisi ut statuatur multa legum *ἀπόγραφα* bibliothecae illata fuisse, quorum catalogus scribendus fuerit. at Callimachus non tam l e g e s, quam l e g u m s c r i p t o r e m aliquem memoravit, qui multi fuerunt. horum quoque scriptorum recensum Callimacho faciendum fuisse quis neget, praesertim ubi cogitaverit extitisse non solum libros *πολιτικῶν νόμων*, sed etiam *παιδευτικῶν, συμποτικῶν, γαμετῆς* (cf. Boeckh. in Plat. Min. p. 79), ad quos et ipsos descendisse Callimachum ex Athenaei loco perspicimus. nec incredibile est ibidem eos quoque scriptores recensitos esse qui *περὶ νόμων* commentati sunt bene multi (cf. Boeckh. l. l.). Itaque non dubito statuere ex *Πινάκων* opere hoc ab Athenaeo servatum fragmentum esse. quod si est, tertii *Πίνακος* index videtur erui posse, modo concesseris Athenaeum brevitati hoc dedisse, ut *ἐν τῷ τρίτῳ πίνακι τῶν νόμων* significaret: i n t e r t i o *π ί ν α κ ι*, qui fuit eorum qui *νόμους* scripserunt, in quam sententiam fortasse scribendum: *ἐν τῷ τρίτῳ Πίνακι, τῶν νόμων*, nisi fortasse Athenaeus paulo dilucidius hoc ita expressit: *ἐν τῷ τρίτῳ Πίνακι, τῷ τῶν νόμων* vel *τῷ νόμων*. certe si verba *πίνακι τῶν νόμων* arctissime coniungenda censueris, ut p l u r e s *νόμων πίνακες* significentur, hoc exorietur difficultatis, quod iam secundam in uno hoc Callimachi opere significationem vocis *πίναξ* habebimus, quae non solum totius operis singulas

partes singulis literarum generibus destinatas significat, sed nunc etiam significabit harum partium singulos libros quorum in universum numerus fuit CXX. Ne quid tamen callide celare videar, possit quispiam hunc *νόμων πίνακα* ad *πίνακα παντοδαπῶν συγγραμμάτων* referendum putare, quoniam in eo ex literarum ordine enumeratos libros fuisse constet (cf. n. 7), eundemque ordinem in hoc quoque *νόμων* fragmento regnare videatur, ut quod de *Γναθαίνῃ*, cuius nomen a literarum tertia incipiat, disputet in libro tertio. Sed hoc casu factum videtur nec dubito quin tertiae operis partis hic fuerit titulus:

C. *Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων ν ο μ ο γ ρ ά φ ω ν,*

ex quo unum illud de Gnathaena libro fragmentum superest (n. 25).

Reliquorum autem *πινάκων* praeter ultimi titulos et ordinem non iam licet ad certam veterum scriptorum fidem revocare. nam tametsi rhetores ibi recensitos fuisse ex Athenaei XV p. 669 D memoria: *ἐν τῇ τῶν ῥητορικῶν ἀπογραφῇ* (coll. *ἀναγράφει* ap. Harpocrat. p. 72), item philosophos ex Diogenis Laert. VIII 8, 1 verbis: *καθὰ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Πίναξί φησι* (coll. *ἀναγράφει* in Athen. VI p. 252 C) et historicos ex Athenaei II p. 70 A loco: *Νησιώτου αὐτοῦ ἀναγράφει*, tamen nec de inscriptione nec de ordine horum *πινάκων* quicquam inde colligi potest. praeterea quis negare ausit in eximio hoc opere fuisse etiam *ἀναγραφὰς τῶν γεωγράφων, τῶν ἰατρῶν, τῶν μαθηματικῶν, τῶν γεωπονικῶν*, tot aliorum, qui in suo quisque genere operibus editis famam nacti erant? quamquam in hac re magna cautione opus est. non constat enim utrum, si qui pauci fuerunt in aliquo genere scriptores idque ipsum genus minoris fuit momenti nec facile dici potuit ad quodnam genus illustrius propriaeque tabulae destinatum scriptor aliquis referendus sit, — utrum igitur his scriptoribus proprius *πίναξ* a Callimacho datus, an communis cum aliis similibus locus attributus sit in peculiari quodam pinace. Nam Callimachum novimus scripsisse aliquem *παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίνακα*, cui primus Ritschelius Opusc. I p. 155 seq. hunc in *Πινάκων* opere generali locum et hoc argumentum vindicavit. priores autem critici hunc *παντοδαπῶν συγ-*

γραμμάτων πίνακα plerumque a voluminibus πινάκων τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων non diversum putabant esse, unde ad *Πίνακα παντοδαπῶν συγγραμμάτων* Bentleius omnia huius generis fragmenta referebat nisi quae ex ἀναγραφῇ διδασκάλων vel ῥητορικῶν vel νόμων petita erant. Itaque alias non statuimus operis partes nisi quas aliquo modo firmatas habemus, ordinem tamen non praestamus certum esse, quamquam de ipsis titulorum verbis propter unius saltem tituli certam formam aliquanto magis confidimus.

D. *Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων φιλοσόφων,*

ubi disputabatur de Parmenide (n. 12 et 17), de Democrito (n. 29), de Eudoxo (n. 13), de Lysimacho (n. 12).

E. *Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων ἱστορικῶν,*

ex qua parte unum superest de Hecataeo fragmentum (n. 10).

F. *Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων ῥητορικῶν,*

unde servata fragmenta de Dionysio (n. 24), de Prodico (n. 22), de Lysia (n. 21), de Demosthene (n. 18, n. 19, n. 23), de Dinarcho (n. 20 et n. 28).

* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *

X. *Πίναξ παντοδαπῶν συγγραμμάτων,*

ad quem unus Athenaeus refert quae Callimachus narraverit de iis qui δεῖπνα (n. 8) et qui πλακουντοποιικά (n. 7) scripserint.

Iam subiciamus *Πινάκων* fragmenta a Bentleio collecta, et primum quidem quae ad ἀναγραφὴν διδασκάλων rettulit.

100[d].

1. „Athenae. VIII p. 336 E: ἐγὼ γὰρ πλείονα τῆς μέσης καλουμένης κωμῳδίας ἀναγνοὺς δράματα τῶν ὀκτακοσίων

*καὶ τούτων ἐκλογὰς ποιησάμενος, οὐ περιέτυχον τῷ Ἀσωτοδιδασκάλῳ Ἀλέξιδος, ἀλλ' οὐδ' ἀναγραφῆς ἀξιωθέντι σύνοιδα. οὔτε γὰρ Καλλίμαχος, οὔτε Ἀριστοφάνης αὐτὸ ἀνέγραψαν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ τὰς ἐν Περγάμῳ ἀναγραφὰς ποιησάμενοι.*" Bentl. De *πινακογράφοις* Pergamenis cf. Wegener. de Aula Attalica p. 77 seq., in ultimis autem Athenaei verbis nescio an corrigendum sit: *οὐδὲ οἱ τὰς τῶν ἐν Π. ἀναγραφὰς ποιησάμενοι.*

2. „Schol. Aristoph. Nub. 552: *Ἐρατοσθένης δέ φησι Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς Διδασκαλίαις, ὅτι φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν, σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου ὅτι πρότερον καθεῖται. λανθάνει δ' αὐτόν, φησίν, ὅτε ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν, ἐν δὲ ταῖς ὕστερον διασκευασθείσαις εἰ λέγεται, οὐδὲν ἄτοπον. αἱ Διδασκαλίαι δὲ δῆλον ὅτι τὰς διδαχθείσας φέρουσι.*" Bentl. De huius loci interpretatione cf. J. Richter Proleg. ad Aristoph. Vesp. p. 15.

3. „Schol. Aristoph. Av. 1242: *Λικυμνίοις βολαῖς*]: *ὁ μὲν Καλλίμαχος γράφων οὕτως, Λικυμνίοις βολαῖς, φησὶ ταύτης τῆς διδασκαλίας οὐ μέμνηται.*" Bentl., qui quo modo scholiastae verba intellexerit non addidit, quae ego cum aliis corrupta puto atque etiamnum teneo quod ante hos triginta quattuor annos in commentatione de veter. Aristophanis scholiorum fontibus p. 86 conieci, post *Καλλίμαχος* inserendum esse *Ἀριστοφάνης*, id quod probavi Richtero meo, de tragicor. interpretibus graecis p. 61, Dindorf. ad schol. Aristoph. l. l., Wachsmuth. l. l. p. 656 n. 23, non item Nauckio de Aristoph. Byz. fragm. p. 65 seq., qui me de Aristophane Byzantio cogitasse putabat. at ego Aristophanem comicum intelligi volebam et scholiastam censebam hoc dixisse: Callimachus (in *Πινάκων* eo loco, ubi de Euripidis Licymnio sermo erat, cuius fabulae etiam alius ad h. l. scholiasta meminit) ita loquutus est: Aristophanes poeta ubi dicit *Λικυμνίοις βολαῖς* non cogitavit de Licymnio fabula. nam unam quoque aliquam fabulam *διδασκαλία* significat quatenus a scenico poeta publice docta est. Hinc simul perspicitur, quo iure Wachsmuth. l. l. negaverit Bentleium recte inter *Πινάκων* fragmenta scholium Aristophaneum hoc rettulisse. Quod autem Richterus meus in Proleg. ad Aristoph. Vesp. p. 19 mutata sententia dixit, non post *Καλλίμαχος*

nomen Ἀριστοφάνης, sed post βολαῖς vocem πυρί inserendum esse, ut sensus sit: Callimachus Λικυμνίοις βολαῖς explicans πυρί, fabulae Euripideae non meminerat, nollem factum. ita enim Callimachum haberemus interpretem Aristophanis, quod aliunde demonstrari nequit.

4. „Athenae. XI p. 496 E: Δίφιλος Αἱρησιτείχει· τὸ δὲ δρᾶμα τοῦτο Καλλίμαχος ἐπιγράφει Εὐνοῦχον. et paulo infra: Δίφιλος δ' ἐν Εὐνούχῳ ἢ Στρατιώτῃ, ἔστι δὲ τὸ δρᾶμα διασκευὴ τοῦ Αἱρησιτείχους." Bentl. De re cf. Mein. fragm. Com. graec. I p. 451.

5. „Etym. Magn. p. 672, 27: ὁ Χοιροβοσκὸς εἰς τὸ Ἀνεκφώνητον λέγει, πίνακάς φησιν, ἐν οἷς αἱ ἀναγραφαὶ ἦσαν τῶν δραμάτων. ὁ οὖν Καλλίμαχος ὁ γραμματικὸς ἐποίει πίνακας, ἐν οἷς ἦσαν αἱ ἀναγραφαὶ παρὰ τῶν ἀρχαίων. οἷς ἐντυχὼν ὁ γραμματικὸς ἐποιήσατο τὰς ὑποθέσεις τῶν δραμάτων." Bentl. Locum obscurissimum, cui nihil lucis Bentleius attulit, multis explicavimus supra p. 305 sq.

6. „Ptolemaeus Hephaestion. lib. I (apud Phot. Bibl. p. 150, 25 Bekk. = p. 27 Roulez.): ὅτι τὸ καὶ Προκλέους ἵπποι χλωρὰν ψαλάκανθαν ἔχουσιν, ἀγνοηθὲν Καλλιμάχῳ, Εὐβούλου ἐστὶ τοῦ κωμικοῦ εἰς Διόνυσον κωμῳδία. καὶ περὶ τῆς παρῳδήσεως τοῦ στίχου. Legendum ἔδουσιν, et fortasse hoc fragmentum alio referendum." Bentl. Καί — ἔδουσιν ex codice Bessarioneo nunc edidit Bekkerus, nec de Bentlei suspicione, alio potius atque ad Πίνακας referendum hoc fragmentum esse, aliter quisquam sentiat. quamquam autem ad quem librum fragmentum revocandum sit nec Bentleius suspicatus est quicquam nec ausus est suspicari Meinek. Com. graec. III p. 219, tamen videtur probabilis coniectura proferri posse. Puto autem in Θαυμασίοις Callimachum de ψαλακάνθῃ quoque egisse (quae sane miraculosa fuit, ut ipse postea Ptolemaeus indicat eam dicens ἵπποις περιαπτομένην παρέχειν νίκην καὶ εὐδαιμονίαν), eaque in narratione apposuisse (ut fecit etiam ἐν συναγωγῇ ποταμῶν n. 1) sive a se inventum sive a teste quem sequebatur allatum illum versum, cuius qui auctor esset nescire se profitebatur, Ptolemaeum autem addidisse Eubuli versum esse. quamquam quae de παρῳδήσει sequuntur verba indicare videntur, Ptolemaeum Eubuli apposuisse παρῴδησιν versiculi, cuius nativam formam Callimachus

memoraverit. Hoc autem multo mihi quidem veri videtur similius quam quod Dilthey in Analect. Callim. p. 28 sibi persuasit, Callimachum, qui ignoraret versiculum istum ab Eubulo comico ludibrii causa fictum esse, eum tamquam serium παρῳδήσει aemulatum esse in Hym. in Dian. 162 seq., ubi Diana non equis quidem suis, sed κεμάσιν cibum dedisse dicitur non ψαλάκανθαν, sed ὠκύθοον τριπέτηλον, quam tamen herbam a nonnullis ψαλάκανθαν dictam fuisse suspicatur. Hoc profecto est nimium hariolari. Et fortasse omnes irriti nostri labores sunt, si quidem Ptolemaeum Hephaestionis incertissimae fidei auctorem esse Hercherus docuit. Sed quicquid de eius fide statuendum, certe non insipide eum loqui sinamus, quod voluerunt librarii, non reiecerunt autem quicunque post Bentleium Ptolemaei locum attigerunt. insipidi autem est ita loqui, illum versum incognitum Callimacho esse Eubuli comoediam, quum dicendum fuisset versum esse Eubuli, ex comoedia aliqua eius petitum. et ita ut loquatur facili additamento efficiemus hoc: τὸ „χαί Προκλέους — ἔδουσιν," ἀγνοηθὲν Καλλιμάχῳ, Εὐβούλου ἐστί τοῦ κωμικοῦ, οὗ εἰς Διονύσιον κωμῳδία.

Sequentia fragmenta Bentleius Πίνακι παντοδαπῶν συγγραμμάτων ascripsit, quod de duobus tantum primis verum, de reliquis parum credibile est.

7. „Athenae. XIV p. 643 E: οἶδα δὲ καὶ Καλλίμαχον ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίνακι ἀναγράφοντα πλακουντοποιικὰ συγγράμματα Αἰγιμίου καὶ Ἡγησίππου καὶ Μητροβίου, ἔτι δὲ Φαίτου." Bentl. Pro Φαίτου recte Meinekius Φαίστου corrigere videtur.

8. „Athenae. VI p. 244 A: τοῦ Χαιρεφῶντος (παρασίτου) καὶ σύγγραμμα ἀναγράφει Καλλίμαχος ἐν τῷ παντοδαπῶν πινάκων γράφων οὕτως· δεῖπνα ὅσοι ἔγραψαν. Χαιρεφῶν, Κυρηβίων. εἶθ' ἑξῆς τὴν ἀρχὴν ὑπέθηκεν· ἐπειδή μοι πολλάκις ἐπέστειλας. στίχων τοε'. καὶ ὁ Κυρηβίων δ' ὅτι παράσιτος προείρηται. Lege: ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν Πίνακι, et Χαιρεφῶν Κυρηβίωνι. vide si lubet dissertationem nostram ad Johannem Antiochensem (p. 68 Oxon.)." Bentl., cuius emendationes receperunt Dindorfius et Meinekius, quamquam in altero loco maluerit aliquis cum Casaubono scribere ἐν τῷ παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίνακι, in altero autem praeferat:

*δεῖπνα ὅσοι ἔγραψαν· Χαιρεφῶν· εἶθ' ἑξῆς τὴν ἀρχὴν ὑπέθηκεν· „Χαιρεφῶν Κυρηβίωνι· ἐπειδή μοι πολλάκις ἐπέστειλας.“* nam verba *Χαιρεφῶν Κυρηβίωνι* aperte ad libri initium pertinent epistolae ad salutandum praescripta, antea autem auctoris nomini eius modi quid addere incommodum erat. Ceterum non intelligo cur *Χαιρεφῶντος Κυρηβίωνα* hinc citaverit.

9. „Athenae. I p. 4 E: *Ἀρχέστρατος — ἐν τῇ ὡς Χρύσιππος ἐπιγράφει Γαστρονομίᾳ, ὡς δὲ Λυγκεὺς καὶ* Καλλίμαχος *Ἡδυπαθείᾳ, ὡς δὲ Κλέαρχος Δειπνολογίᾳ, ὡς δ' ἄλλοι Ὀψοποιίᾳ (ἐπικὸν δὲ τὸ ποίημα, οὗ ἡ ἀρχή· „ἱστορίης ἐπίδειγμα ποιούμενος Ἑλλάδι πάσῃ), φησί κ. τ. λ.“* Bentl., quocum cur Wachsmuth. l. l. p. 658 hoc fragmentum ad *Πίνακα παντοδαπῶν συγγραμμάτων* referre maluerit, aliam non video nisi hanc causam, quod etiam Archestratus propter carminis argumentum inter eos numerari posse videbatur qui *δεῖπνα ἔγραψαν*. at obstat quod certe titulum non *δεῖπνον* vel saltem *Δειπνολογίαν* Callimachus novit, sed *Ἡδυπάθειαν*. at accedit etiam aliud. nam quum illius *περὶ δείπνων* loci initium Athen. VI p. 244 A posuerit hoc: *δεῖπνα ὅσοι ἔγραψαν· Χαιρεφῶν κ. τ. λ.*, in hoc autem genere *κατὰ στοιχεῖον* auctores enumerasse ubique videatur ut fecit n. 7, ante Chaerephontem Archestratus nominandus fuit. nisi statuere mavis Athenaeum post *δεῖπνα ἔγραψαν* quosdam omisisse et statim ad eum quem tractaturus erat Chaerephontem properasse. Malo ad *Πινάκων* partem primam referre, ubi carminis initium more suo exprompsisse Callimachus videtur, quod inde hoc loco habere Athenaeum putaverim cum reliquis carminis inscriptionibus praeter *Δειπνολογίαν* et *Ὀψοποιίαν*.

10. „Athenae. II p. 70 B: *Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος ἐν Ἀσίας περιηγήσει, εἰ γνήσιον τοῦ συγγραφέως τὸ βιβλίον·* Καλλίμαχος *γὰρ Νησιώτου αὐτὸ ἀναγράφει· ὅστις οὖν ἐστιν ὁ ποιήσας, λέγει οὕτω· κ. τ. λ.“* Bentl. Hoc quoque ad *παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίνακα* Bentleius retrahere malebat quam vindicare *Πίνακι — τῶν ἱστορικῶν*. Ceterum non video quo iure Meyerus in Opusc. I p. 88 not. 70 Athenaei verba ita interpretatus sit, quasi *Ἀσίας περιήγησιν* ascripserit Hecataeo insulano, non Hecataeo Milesio.

[11. „Suid. II 1 p. 1255: *Ὠλήν, Δυμαῖος ἢ Ὑπερβορεῖος ἢ Λύκιος, ἐποποιός, μᾶλλον δὲ Λύκιος ἀπὸ Ξάνθου, ὡς*

δηλοῖ Καλλίμαχος καὶ ὁ Πολυίστωρ ἐν τοῖς περὶ Λυκίας." Bentl. Hoc fragmentum ex ordine expellendum fuisse, utpote ex Hym. in Del. 304 sumptum monuit ad hunc locum Ruhnkenius.]

12. „Athenae. VI p. 252 C: Ἀττάλου δὲ τοῦ βασιλέως ἐγένετο κόλαξ καὶ διδάσκαλος Λυσίμαχος, ὃν Καλλίμαχος μὲν Θεοδόρειον ἀναγράφει, Ἕρμιππος δὲ ἐν τοῖς Θεοφράστου μαθηταῖς καταλέγει. οὗτος δὲ ὁ ἀνὴρ καὶ περὶ τῆς Ἀττάλου παιδείας συγγέγραφε βιβλίους πᾶσαν κολάκειαν ἐμφαινούσας." Bentl. Confer de hoc viro Wegener. de Aul. Attal. p. 183 seq., qui eum Theodori cuiusdam filium fuisse conicit. putaverim eum Theodori Athei sectae fuisse addictum, a quo Θεοδώρειοι dicti sunt. cf. Diogen. Laert. II 8, 7 et 11. IV 4, 5.

13. „Diogen. Laert. VIII 8, 1: Εὔδοξος — τὰ μὲν γεωμετρικὰ Ἀρχύτα διήκουσε, τὰ δὲ ἰατρικὰ Φιλιστίωνος τοῦ Σικελιώτου, καθὰ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Πίναξί φησιν." Bentl. Adde Eudoc. Viol. p. 193: Εὔδοξος—ἀκουστὴς —, ὡς Καλλίμαχος ἐν τοῖς Πίναξιν, Ἀρχύτα καὶ Φιλιστίωνος.

14. „Diogen. Laert. IX 3, 3: Παρμενίδης — διὰ ποιημάτων φιλοσοφεῖ καθάπερ Ἡσίοδός τε καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς —, Καλλίμαχος δέ φησι μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ ποίημα." Bentl. Naekio de Callimachi Hecal. p. 42 Bentleius videtur de uno aliquo Parmenidis carmine cogitasse quod genuinum esse Callimachus negaverit. quod non puto. aliter enim Bentleius non omisisset quae Callimachi memoriae proxime antecedunt: δοκεῖ πρῶτος πεφωρακέναι τὸν αὐτὸν εἶναι ἕσπερον καὶ φωσφόρον, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν πέμπτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων, οἱ δὲ Πυθαγόραν· Καλλίμαχος δέ φησι μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ ποίημα. ita enim nactus Bentleius carmen fuisset quod Callimachus Parmenidi abiudicaret, illud dico quo ἕσπερον et φωσφόρον eundem dixerat. nunc autem Bentleium puto fecisse Callimachum abiudicantem Parmenidi unum illud quod Suidas II 2 p. 129 memorat carmen Φυσιολογία inscriptum. quod si tamen Diogenes Parmenidem διὰ ποιημάτων φιλοσοφεῖν dicens plura eius carmina indicare voluit, Callimachus fortasse scripsit μὴ εἶναι αὐτοῦ τι ποίημα.

15. „Harpocration v. Ἴων (p. 103, 15): Ἴων — ἔγραψε καὶ μέλη πολλὰ τραγῳδίας καὶ φιλόσοφόν τι σύγγραμμα, τὸν Τριαγμὸν ἐπιγραφόμενον, ὅπερ Καλλίμαχος ἀντιλέγε-

σθαί φησιν ὡς Ἐπιγένους." Bentl. Operae pretium erat addere quae statim sequuntur: ἐν ἐνίοις δὲ καὶ πληθυντικῶς ἐπιγράφεται Τριαγμοί, καθὰ Δημήτριος ὁ Σκήψιος καὶ Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεύς. ἀναγράφουσι δὲ ἐν αὐτῷ τάδε· ἀρχὴ ἥδε μοι τοῦ λόγου· πάντα τρία καὶ πλέον οὐδὲν οὐδὲ ἔλασσον· τούτων μὲν τριῶν ἑνὸς ἑκάστου ἀρετὴ τριάς, σύνεσις καὶ κράτος καὶ τύχη, quae sunt ex emendatione Lobeckii in Aglaoph. p. 385. Hinc enim patere videtur Callimachum quum in Πίνακι — τῶν διδασκάλων Jonem memoraret eumque etiam philosophum opus scripsisse diceret, eius libri ut solebat prima verba addidisse. nam huc tendit illud ἀναγράφουσι, quod explicat Lobeck. l. l. not., sed obscurat Nauck. de Aristoph. Byz. p. 245 n. 2, qui corrigi voluit: — Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς ἀναγράφει· εἰσὶ δὲ ἐν αὐτῷ τάδε. De Epigene cf. eundem Lobeck. ibid. p. 340 seq.

16. „Schol. Pindar. de od. II Pythic. (p. 312 Boeckh.): διεστασίασται οὐ μετρίως τοῖς πρὸ ἡμῶν· οἱ μὲν γὰρ οὐδὲ ὅλως ἐπίνικον αὐτὸν εἶναί φασι, Τίμαιος δὲ θυσιατήριον, Καλλίμαχος δὲ Νεμεακόν, Ἀμμώνιος δὲ καὶ Καλλίστρατος Ὀλυμπιακόν, ἔνιοι δὲ Πυθικόν, ὡς Ἀπολλώνιος ὁ εἰδογράφος, ἔνιοι δὲ Παναθηναϊκόν." Bentl. Recte hinc colligunt Callimachum Pindari carmina digessisse (cf. Schneidew. ad Eustath. Prooem. Pind. p. 25, quem errasse tamen credo quod ad Πίνακα παντοδαπῶν συγγραμμάτων hanc Callimachi operam referebat) eumque alterius quem extitisse constat Pindaricorum carminum ordinis auctorem fuisse. cf. Leutsch. in Philol. Vol. XI p. 19.

17. „Procl. in Parmenidem Platonis nondum editus [sed nunc editus a Cousin. et a Stallbaum., quorum illum vide p. 5, hunc p. 472]: διδάσκαλος μὲν ὁ Παρμενίδης, μαθητὴς δὲ Ζήνων, Ἐλεᾶται δ' ἄμφω καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ διδασκαλείου μεταλαβόντε, καθάπερ που καὶ ὁ Καλλίμαχος ἱστόρησεν." Bentl. Codicem Parisinum nomini substituere Νικόμαχον monuit Ruhnkenius ad h. l.

Quae sequuntur fragmenta septem rhetorum tabulae recte Bentleius vindicavit.

18. „Dionys. Halicarn. de Dinarch. p. 653 Reisk.: Δεινάρχου δημόσιοι λόγοι γνήσιοι· — κατὰ Θεοκρίνου ἔνδειξις· „τοῦ πατρός, ὦ Ἀθηναῖοι." τοῦτον Καλλίμαχος ἐν τοῖς

*Δημοσθένους φέρει.“* Bentl. Erat cur inter Demosthenem et Dinarchum orationis auctores fluctuaretur (cf. Meyer. Opusc. I p. 89), sed Callimachi auctoritas praevaluit, nam hodie oratio inter Demosthenicas legitur p. 1322 Reisk. Hinc autem assumpto simul n. 19 Sauppe in Epist. ad Hermann. p. 49 recte videre colligere, ordinem orationum Demosthenicarum quem nunc habemus a Callimacho factum esse.

19. „Dionys. Halic. de admirab. vi Demosth. p. 994 Reisk.: *ὁ δὲ περὶ τὴν ἐπιστολὴν καὶ τοὺς πρέσβεις τοὺς παρὰ Φιλίππῳ ῥηθεὶς λόγος* (*Δημοσθένους*), *ὃν ἐπιγράφει Καλλίμαχος ὑπὲρ Ἁλονήσου.“* Bentl. Cf. ad n. 18.

20. „Dionys. Halic. de Dinarch. p. 630 Reisk.: *ἅμα δὲ ὁρῶν οὐδὲν ἀκριβὲς οὔτε Καλλίμαχον οὔτε τοὺς ἐκ Περγάμου γραμματικοὺς περὶ αὐτοῦ* (*Δεινάρχου*) *γράψαντας, ἀλλὰ παρὰ τὸ μηδὲν ἐξετάσαι περὶ αὐτοῦ τῶν ἀκριβεστέρων ἡμαρτηκότας, ὡς μὴ μόνον ἐψεῦσθαι πολλά, ἀλλὰ καὶ λόγους τοὺς οὐδὲν μὲν αὐτῷ προσήκοντας ὡς Δεινάρχου τούτῳ προστίθεσθαι, τοὺς δ' ὑπ' αὐτοῦ γραφέντας ἑτέρων εἶναι λέγειν κ. τ. λ.“* Bentl.

21. „Dionys. Halic. de Isae. p. 594 R.: *ἔστι δὴ καὶ παρὰ Λυσίᾳ τις λόγος ὑπὲρ ἀνδρὸς ξένου δίκην φεύγοντος περὶ κλήρους ποιούμενος τὴν ἀπολογίαν. τοῦτον ἐπιγράφει τὸν λόγον Καλλίμαχος ὑπὲρ Φερενίκου περὶ τοῦ Ἀνδροκλείδου κλήρου.“* Bentl. Correxit Taylorus. nam *ὑπὲρ Φερενίκου περὶ τοῦ Ἀ.* legebatur.

22. „Schol. Arist. Av. 692: *ὅτι οὐκ ὀρθῶς ὁ Καλλίμαχος τὸν Πρόδικον ἐν τοῖς ῥήτορσι καταλέγει· σαφῶς γὰρ ἐν τούτοις φιλόσοφος.“* Bentl. Cf. Meyer. Opusc. I p. 110 n. 31.

23. „Harpocrat. s. *ἐνεπίσκημμα* p. 72 Bekk.: — *ἔστι δὲ καὶ λόγος τις ἐπιγραφόμενος Δημοσθένους πρὸς Κριτίαν περὶ τοῦ ἐνεπισκήμματος, ὃν Καλλίμαχος μὲν ἀναγράφει ὡς γνήσιον, Διονύσιος δὲ ὁ Ἁλικαρνασεὺς ὡς ψευδεπίγραφον.“* Bentl. Cf. Sauppe l. l.

24. „Athenae. XV p. 669 D: *Διονύσιος — χαλκοῦς προσηγορεύθη διὰ τὸ συμβουλεῦσαι Ἀθηναίοις χαλκῷ νομίσματι χρήσασθαι καὶ τὸν λόγον τοῦτον ἀνέγραψε Καλλίμαχος ἐν τῇ τῶν ῥητορικῶν ἀναγραφῇ.“* Bentl.

25. „Athenae. XIII p. 585 B: *ἐμμελὴς δὲ ἦν πάνυ ἡ*

*Γνάθαινα καὶ οὐκ ἀνάστειος ἀποφθέγξασθαι· ἥτις καὶ νόμον συσσιτικὸν συνέγραψε καθ' ὃν ἔδει τοὺς ἐραστὰς ὡς αὐτὴν καὶ τὴν θυγατέρα εἰσιέναι, κατὰ ζῆλον τῶν τὰ τοιαῦτα συνταξαμένων φιλοσόφων. ἀνέγραψε δ' αὐτὸν Καλλίμαχος ἐν τῷ τρίτῳ πίνακι τῶν νόμων καὶ ἀρχὴν αὐτοῦ τήνδε παρέθετο· ὅδε ὁ νόμος ἴσος ἐγράφη καὶ ὅμοιος. στίχων τριακοσίων εἴκοσι τριῶν."* Bentl. Cf. supra p. 311.

His fragmentis a Bentleio collectis addimus haec:

26. Schol. VR ad Eurip. Androm. 446 (III p. 165 Dind.): *εἰλικρινῶς δὲ τοῦ δράματος* (*Ἀνδρομάχης*) *χρόνους οὐκ ἔστι λαβεῖν. οὐ δεδίδακται γὰρ Ἀθήνησιν. ὁ δὲ Καλλίμαχος ἐπιγραφῆναί φησι τῇ τραγῳδίᾳ Δημοκράτην.* — Vix sana sunt quae de Callimacho tradit scholiasta. certe *Δημοκράτης* non potuit fabulae nomen esse, quod alibi ea ratione Callimachus indicat. cf. n. 4, n. 19, n. 21. sed potuit ita etiam auctor dramatis indicari, quem non Euripidem Callimachus putaverit esse, sed *Δημοκράτην*. cuius quidem nominis tragicum ignoro, at potuit in hoc nomen corrumpi a librariis aliud a Callimacho positum nomen. quod si fuisse concesseris *Τιμοκράτην*, habebimus iam cui inscribi drama potuerit. nam qui *γένος Εὐριπίδου καὶ βίον* scripsit haec memoriae prodidit ap. Dindorf. schol. Eurip. I p. 6: *οἱ δὲ τὰ μέλη φασὶ Κηφισοφῶντα ποιεῖν* (*Εὐριπίδῃ*) *ἢ Τιμοκράτην Ἀργεῖον.* nisi hic potius in Callimachi loco restituendum *Δημοκράτην*. Sed haec fateor incerta esse, etsi aliquanto probabiliora censeo iis quae de hoc loco Richterus disputavit in Prolog. in Aristoph. Vesp. 19, Callimachum putans parum circumspecte Aristotelis *Διδασκαλιῶν* libro usum non intellexisse Aristotelem voluisse Democratem indicare ut primarum in ea fabula partium actorem. Et iure fortasse nihil de interpretatione scholii decernendum esse iudicat Bernhardy. Hist. lit. graec. II 2 p. 414 (II).

27. Choerobosc. Dictat. p. 218, 20: *σημειούμεθα καὶ τὸ δρομέσι παρὰ τῷ Καλλιμάχῳ· ἐκεῖνος γὰρ δρομέσιν ἔγραψεν ὀφείλων ἐπιγράφαι δρομεῦσι.* Eadem quum Schneidew. in Exercit. crit. c. IV p. 20 vidisset alium grammaticum apud Bandin. in Catal. biblioth. Laurent. p. 146 proferentem in hunc modum: *ὁ Σιμωνίδης ἐπέγραψεν ἐπίκικοι* (sic) *δρομέσι*, continuo coniecit Callimachum Simonidis Cei carmina in or-

dinem redigisse et Epinicia eius cursoribus scripta inscripsisse *ἐπίνικοι δρομέσι*. Quamvis autem veri sit simile, in *Πίνακι — τῶν ποιητῶν* (non in *παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίνακι*, ut idem Schneidewinus statuit in Eustath. Prooem. in Pindar. p. 25 not.) Callimachum Simonidis carmina in genera sua disposuisse et sub suo quodque genus nomine enumerasse, ut Pindari quoque carmina disposuit (cf. n. 16), tamen non dubito, quin Schneidewinus iniuria duorum illorum testium memoriam ad *Πίνακας* revocaverit, etsi eum etiam Wachsmuth. l. l. p. 657 sequitur. adeo enim singularis forma est *δρομέσι* et a prosa oratione ita abhorret, ut etiamsi ab ipso Simonide in Epiniciis usurpatam istam formam esse statueres, tamen Callimachus in *Πίναξιν* ista forma nequaquam uti potuerit. Cogitabimus igitur de fragmento aliquo e carmine petito, quo Callimachus poesis Simonideae censuram egerit, et ad incerta fragmenta revocabimus. cf. infra n. 555.

28. Phot. Biblioth. cod. 265 p. 491, 29 Bekk.: *καὶ τὸν ὑπὲρ Σατύρου δὲ λόγον τῆς ἐπιτροπῆς πρὸς Χαρίδημον οἱ μὲν πρὸς τὴν κρίσιν ἔχοντες τὸ ἀσφαλὲς Δημοσθένους λέγουσιν εἶναι, ὁ δὲ Καλλίμαχος, οὐδ' ἱκανὸς ὢν κρίνειν, Δεινάρχου νομίζει*. cf. Saupp. l. l. p. 49 et Arn. Schaefer. de Demosth. III p. 315. Cur autem Callimachus in oratoribus diiudicandis multa et eximia praestare non potuerit exponit Rehdantz. ap. Schaefer. l. l. III p. 319 seq., excusat Meyer. Opuscul. I p. 89.

29. Suid. II 1 p. 45: — *πίναξ* [* * * * * *φιλοσόφων, ἐν οἷς καὶ περὶ*] *τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν*. Ita enim corrigendam esse Suidae tabulam supra p. 13 obtinuimus. certe Callimachum Democriti glossas non scripsisse etiamnum credo Bernhardyo Histor. lit. graec. II 2 p. 639 (II), etsi contrarium Meinekius quoque in Praef. Callim. p. XV statuit deleta voce *Πίναξ* corrigens *τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν σύνταγμα· τῶν μηνῶν*. cf. Wachsmuth. l. l. p. 659 n. 30.

Sequuntur in tabula

XXVII. *Μηνῶν προσηγορίαι κατὰ ἔθνος καὶ πόλεις*,

unde etsi nusquam habemus aliquod fragmentum excitatum (nam ne fragmentum quidem 553 certo huc referri potest), tamen index libri de eius argumento non sinit dubitari. nam

menses anni quibusnam nominibus quae gentes quaeve urbes insigniverint in eo expositum est, quod quam laudabile fuerit consilium docent quos nostra memoria simili consilio libellos concinnaverunt notissimos C. F. Hermannus et Th. Bergkius. Atque de forma quoque libri suspicari aliquid poterimus ex *Ἐθνικαῖς ὀνομασίαις* (fr. 38), quarum tamen ut hoc de mensibus opus partem fuisse putet nemini auctor sim. obstat enim locus quem in Suidae tabula hoc opus obtinet. Quamquam igitur in utroque libro simillimum argumentum fuit et fortasse etiam formae ratio, tamen nihil vetat ne putemus identidem Callimachum ad non plane dispar argumentum relapsum esse. Et similis argumenti ille quoque liber fuit, et ipse iniuria ad *Ἐθνικὰς ὀνομασίας* relatus a Mauritio Schmidt. in Quaest. Hesych. p. CLVIII, cui titulus

XXVIII. *Κτίσεις νήσων καὶ πόλεων, καὶ μετονομασίαι*, ubi vox *μετονομασίαι* cui in mentem non revocet librum *μετονομασίας ἰχθύων*, quam *ἐθνικῶν ὀνομασιῶν* partem fuisse docuimus de Suidiana tabula disputantes supra p. 15. Atque simplicem *μετονομασιῶν* titulum in eadem causa etiam Nicanor (cf. Athenae. VII p. 296 D, Harpocrat. p. 9, Stephanus Byz. p. 507, 9 et p. 645, 14) ei libro praescripsit, qui uberrimus fons Stephano. nam si quae regiones a vulgi usu diversa nomina gerebant, ea accurate enumerabat (ut septem Pari insulae nomina recenset apud Stephan. (p. 507, 9), etiam Italicarum (cf. ibid. p. 623, 1) et barbaricarum (p. 601, 14) causamque denominationis addebat (p. 49, 7), item si qua forte memorabilia locus habebat (p. 67, 1), nec negligebat veterum scriptorum testimonia adicere (p. 645, 14). Eiusdem igitur argumenti Callimachi quoque hunc librum fuisse existimo, nisi quod Nicanor longius progressus etiam de hominum *μετονομασίᾳ* disputabat (cf. Athenae. VII p. 296 D). Rursus Nicanore plus praestitit Callimachus, ut qui *κτίσεις νήσων καὶ πόλεων* cum *μετονομασίαις* coniungeret, argumentum copiosissimum, in quod plurimi olim incumbebant (partim tantum nominati ab Heckero in Com. Callim. p. 5 seq.) et poetae et scriptores, inter quos etiam iunior Callimachus fuit, nostri Callimachi sororis filius, *γράψας περὶ νήσων δι' ἐπῶν* (Suid. II 1 p. 44), et fortasse etiam Philostephanus *περὶ νήσων* scripsit *ἐπικῶς*

(cf. Stiehle in Philol. vol. IV p. 387). quamquam etiam soluta oratione plures περὶ νήσων scripserunt (cf. Stiehle l. l.). Callimachi autem opus utrum poema fuerit an prosa oratione conditum propterea diiudicari nequit quod nullum omnino fragmentum superest apertis verbis ad hoc opus relatum. Noverat quidem plura Natalis Comes, unde facillime res decerni posse videatur. velut in Mythologia sua p. 133, quum Samus, inquit, Melantheus (sic) et Anthemusa antea vocaretur, dicta postea fuit Parthenia, quia Juno virgo in illa sit educata, ut scripsit *Callimachus* in libro περὶ κτίσεων καὶ πόλεων καὶ μετονομασιῶν, indicans Callimachi versum ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης Ἴμβρασε Παρθενίου (fr. 213). at omnem rem homo vaferrimus hausit ex schol. Apollon. Rhod. II 867, ubi fragmenti sedes non addita est quam felicissima scilicet coniectura a se inventam autumans Natalis demum adiecit. eademque vafritia non solum fragmento 375 sedem assignavit in libro de conditis insulis, nudo Callimachi nomini a schol. Apollon. Rhod. I 117 posito suum illud e coniectura adiciens p. 96, sed etiam quattuor aliis locis, p. 87, p. 726, p. 928 bis (cf. Dorschel. in dissert. de Natal. Com., Gryphiswald. 1862 p. 11) Callimachi fragmenta augere studuit. Itaque non pro certis testimoniis, sed pro incertis coniecturis Natalis Comitis locos habebimus, nedum ex primo loco sinamus colligi carmen hoc Callimachi opus fuisse. Sed tamen Natalis exemplum sequuti nos quoque probabiliori certe coniectura ad κτίσεις νήσων καὶ πόλεων καὶ μετονομασίας revocare nobis videmur fr. 349, quod est de condita Halicarnaso, et fragm. 407, quod est de Aeno condita. sed multo incertior est de Paro insula fr. 368 coniectura, quod et ipsum huc revocare videtur M. Schmidt. in Quaest. Hesych. p. CLXXVIII, nam eius insulae etiam in Aetiis Callimachus meminit (IV 3). atque ad idem carmen maluerim quam ad κτίσεις referre fr. 333 (Μάγνησσα), fr. 351 (Μοψοπία), 370 (Ταναγραία), 397 (Δαρδανία), 413 (Ῥόδος), 554 (Δρεπαίη). Aliquanto autem probabilius Callimachi κτίσεσιν καὶ μετονομασίαις vindicari a Linckio l. l. p. 39 (coll. Schmidt l. l.) crediderit quispiam fr. 394 et 396, ubi Plinio teste Callimachus Andron insulam vocavit Lasiam, Melam dixit Mimallida. at ne hanc quidem coniecturam admittendam

putabit qui consideraverit ex Callimacho ibi unum tantum illud harum insularum nomen excitari, reliqua autem earundem nomina ibidem vindicari aliis scriptoribus, quamquam si Callimachi *κτίσεις καὶ μετονομασίας* Plinius respexisset, reliqua quoque nomina eum inventurum ibidem fuisse credi par est. itaque et hos locos et tertium (fr. 395), ubi Telos a Callimacho Agathussa dicitur appellata esse, Plinium suspicor ex Aetiis Callimachi sumpsisse, in quibus Callimachus solebat poetarum more nomini communi substituere rarius, ut in frag. 163. Ergo quum fragmentis doceri nequeat *κτίσεις νήσων καὶ πόλεων καὶ μετονομασίαι* carmen fuisse, malim statuere quod ipsa rei ratio magis commendat, Callimachum soluta oratione hunc librum scripsisse, unde (ut hoc quoque addam) plurima Didymi et Pamphili opera in Hesychium venisse libenter Mauricio Schmidt. l. l. concedimus. — Contra multo expeditior de eo libro disceptatio est, quam Callimachus Suida teste

## XXIX. *Περὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ποταμῶν*

inscripserat. nam hoc quoque opus carmen fuisse Hecker. Com. crit. in Anthol. (I) p. 180 et Unger. de Sinid. p. 95 et 97 pro certo habent. quod quum faciebant, non videntur memores fuisse Strabonis IX p. 397 (frag. 100[e] n. 1), ubi Callimachus incerti poetae epici versiculum sermoni suo interposuit. quod enim *ἐν Συναγωγῇ τῶν ποταμῶν* Callimachum hoc dixisse Strabo refert, profecto non cogitavit de alio opere atque quod nunc tractamus. et in hac quidem re plus fidei habendum Suidae qui titulos se prolaturum promittit, quum Strabo non titulum, sed libri argumentum suo more indicare posset, ut errare videantur qui ibi *Συναγωγῇ* litera maiore edant, non, quod debebant, *συναγωγῇ*. Huius autem libri partes fuisse *περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν* et *περὶ τῶν κατ' Ἀσίαν ποταμῶν* supra probavimus p. 14, quibus partibus tertium addit Linck. p. 40: *περὶ τῶν κατὰ Λιβύην ποταμῶν*, usus nimis incerta argumentandi ratione, ut qui frag. 398 ad hoc opus retulerit, quod alio referri eodem certe iure potest. Paulo autem difficilior est quaestio, quodnam argumentum in hoc opere tractandum Callimachus sibi sumpserit. Plurimos

quidem scriptores olim περὶ ποταμῶν scripsisse scimus. nam ne quid de Plutarchi libro notissimo dicam, ubi sat multos περὶ ποταμῶν scriptores aut plane effinxit aut veros auctores mirabili largitione operibus ditavit (cf. Hercher. ad Plut. de Fluv. p. 17), Agathonem, Agathoclem, Archelaum, Aristotelem, Chrysermum, Ctesiam, Demaratum, Demostratum, Leontem, Sostratum, Timagoram, — locupletiores nobis testes περὶ ποταμῶν libros condidisse referunt Asclepiadem Anazarbensem (Steph. Byz. p. 92), Diogenianum (Suid. I 1 p. 1374), Dionysodorum (schol. in Eurip. Hipp. 123), Philostephanum (Athenae. VIII p. 331 D), Polemonem (schol. Eurip. Med. 835), Sotionem (Phot. Bibl. cod. 189 p. 145, 27), Strattin (Suid. II 2 p. 917), Zopyrum (Harpocrat. p. 86, 18), et fortasse alii alios. Atque hi quidem scriptores tametsi sine dubio etiam fluviorum nomina ex mythologia explicabant aliasque fabulas historiasque quae cum eorum memoria coniuncta erant enumerabant, ut a Pseudoplutarcho factum videmus, partim etiam studebant meris rationibus geographicis, tamen imprimis operam dedisse videntur miraculis fluviorum enarrandis, unde factum ut nonnulli libros suos inscriberent περὶ παραδόξων ποταμῶν, quem ad modum Philostephanus fecit (cf. Stiehle in Philol. Vol. IV p. 398 seqq.). et in idem illud argumentum ii quoque incubuisse videntur qui dilatato argumenti orbe περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν coniunctim scripserunt. hi enim tituli fuerunt Diogeniani, Sotionis (ex cuius libro aliquot supersunt fragmenta περὶ κρηνῶν et λιμνῶν, pauciora περὶ ποταμῶν, quae sunt in Westermanni Paradoxograph. p. 183 coll. p. XLIX), Strattidis (cf. Suid. et Phot. l. l.), nisi quod in Suid. s. Στράττις male editur κρημνῶν, recte emendatum a Westermann. Biograph. p. 225, et Diogenianus fluminibus praeter illa adiecit etiam ὄρη et ἀκρωρείας. Jam quum etiam Callimachus in Θαυμασίων opere περὶ ποταμῶν, περὶ κρηνῶν, περὶ λιμνῶν egerit, ut mox videbimus, inde efficitur ut aliud fuisse libri περὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ποταμῶν putemus argumentum atque libri Θαυμασίων. neque enim admodum credibile est Callimachum in Ποταμοῖς idem atque in Θαυμασίοις tractasse argumentum, aut in illo postea coarctato titulo supplentem quae in hoc omiserat, aut antea generalioris tituli libro quasi alteri praeludentem. Atque diversa opera sine

dubio etiam Polemonis fuerunt libri *περὶ ποταμῶν* et *περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν* (cf. Preller. p. 125 seq.), quorum in priore enumeravit etiam qui in diversis regionibus appellabantur fluvii *Κηφισσός* (in Sicilia autem quantum scimus nullus fuit), cuius consilio obsequutus Zopyrus quoque *ἐν τοῖς περὶ ποταμῶν* dixisse videtur Hermum fluvium in Attica quoque esse (quem ad modum, puto, in Asia), et Callimachus quoque, ubi de Eridano Atticae flumine egit, huius fluvii memoriam cum fabuloso illo in Italia Eridano coniunxisse videtur. Quod si verum est, ii qui fluminum non miracula, sed memorabilia explicabant, inter quos etiam Callimachum fuisse censeo, homonyma quoque flumina distinguebant ubi de alicuius fluminis fabulis mythisque exponebant. Restat ut quae Bentleius huic operi ascripsit fragmenta enumeremus, quorum duo tantum priora veterum testimoniis fretus huc revocavit, reliqua probabili coniectura.

100^e.

1. „Strab. IX p. 397: *ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ποταμῶν ὁ Καλλίμαχος γελᾶν φησιν, εἴ τις θαρρεῖ γράφειν τὰς τῶν Ἀθηναίων παρθένους ἀφύσσεσθαι καθαρὸν γάνος Ἠριδανοῖο, οὗ καὶ τὰ βοσκήματα ἀπόσχοιτ' ἄν.*“ Bentl. De fabuloso Italiae flumine cognomini ubi ageret Callimachum hoc dixisse supra suspicatus sum, poetae autem versum quem attulit Apollonii Rhodii putabat Meinek. Vindic. Strab. p. 134 Callimachum ratus ne hic quidem Apollonii carpendi occasionem praetermisisse, Dilthey. de Cydipp. p. 23 not. cyclici alicuius esse existimabat, ego de Choerilo eodem iure cogitari posse credo.

2. „Schol. Apollon. Rhod. I 1165: *Ῥυνδακὸς ποταμός ἐστι Φρυγίας, οὗ μνημονεύει Βακχυλίδης. ταῖς δὲ ἀληθείαις τάφος ἐστὶ τοῦ Βριάρεω κατὰ τὴν ἔξοδον. Καλλίμαχος δὲ ἱστορεῖ περὶ τοῦ ποταμοῦ ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ποταμῶν.*“ Bentl.

3. „Schol. Apollon. Rhod. II 904: (*Καλλίχορος*) *ποταμὸς Παφλαγονίας ἱερὸς Διονύσου περὶ Ἡράκλειαν, οὗ μέμνηται καὶ Καλλίμαχος.*“ Bentl., qui si recte ad Callimachi hoc opus fragmentum revocavit, fortasse ex eodem Callimachi loco sumpta sunt quae statim scholiasta addit:

*οὕτω δὲ κέκληται ὁ ποταμὸς ἀπὸ τοῦ τὸν Διόνυσον αὐτόθι στῆσαι χορόν, ὅτε ἀπὸ Ἰνδῶν ὑπέστρεφε. τοῦτον δὲ πάλιν Ὀξύνοντα ἐκάλουν* quae et ipsa narrans Apollon. Rhod. II 903 seqq. Callimachum sequi potuit.

4. „Servius ad Vergil. Eclog. X 12: *Callimachus* Aganippen fontem esse dicit Permessi fluminis.“ Bentl., qui num recte huc fragmentum revocaverit ipse addubitasse videtur, nam denuo fragmentum inter incerta posuit n. 380, ubi addidit similia Servio narrantem scholiast. Juvenal. VII 6: Aganippe locus in Boeotia sacer Musis. *Callimachus* tamen dicit fontem esse Permessi fluminis. at non improbabilis Bentlei opinio, Callimachum inter Europae flumina enumerasse Permessum fluvium, quem memorabilem reddidit Musarum in eo lavatio (Hesiod. Theogon. 5), grammatico autem etiam hoc, quod *Τερμησσός* quoque vocabatur (cf. Schol. ad Hesiod. l. l., Pausan. IX 25, 5). hunc igitur enumerans Callimachus dixerat oriri ex Aganippe, fonte vicino non minus nobili. nam quod Hecker. Com. crit. de Anthol. (I) p. 180 sibi persuasit Servium et scholiastam Juvenalis non intellexisse Callimachum, qui non dixisset Permessum ex Aganippe oriri, sed potius Aganippen fontem filiam esse Permessi (quod sane indigenae narrabant. cf. Pausan. l. l.), id quo iure affirmet non perspicio.

His fragmentis addendum puto:

5. Prob. ad Vergil. Eclog. VI 82 p. 24 Keil.: Eurotas amnis, ut ait *Callimachus*, in flumina serpit per Laconum fines. fontes agit ex monte Maenalo, confunditur Alpheo rursusque discedit. De Eurotae cum Alpheo coniunctione cf. Pausan. VIII 44, 4: *τοῦ Εὐρώτα τὸ ὕδωρ ἀνακεράννυται πρὸς τὸν Ἀλφειόν, καὶ ὅσον ἐπὶ εἴκοσι σταδίους κοινῷ προΐασι τῷ ῥεύματι. κατελθόντες δὲ ἐς χάσμα ὁ μὲν αὐτῶν ἄνεισιν αὖθις ἐν τῇ γῇ τῇ Λακεδαιμονίων ὁ Εὐρώτας, ὁ δὲ Ἀλφειὸς ἐν Πηγαῖς τῆς Μεγαλοπολίτιδος*, et Strab. VII p. 275: *τὸ πρὸς τὴν Ἀρκαδικὴν Ἀσέαν ὑποβρύχιον* (*ὕδωρ*) *ὠσθὲν ὀψέ ποτε τόν τ' Εὐρώταν καὶ τὸν Ἀλφειὸν ἀναδίδωσιν, ὥστε καὶ πεπιστεῦσθαι μυθῶδές τι, ὅτι τῶν ἐπιφημισθέντων στεφάνων ἑκατέρῳ καὶ ῥιφέντων εἰς τὸ κοινὸν ῥεῦμα ἀναφαίνεται κατὰ τὸν ἐπιφημισμὸν ἑκάτερος ἐν τῷ οἰκείῳ ποταμῷ.* Vides aptam fuisse materiam, quam

in libro *περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν* hoc flumen memorans Callimachus enarraret.

6. Tzetzes ad Lycophr. 1424: *ἰστέον ὅτι ὑπερβολικῶς εἶπεν (Λυκόφρων), ὡς πάντες οἱ ποταμοὶ ξηρανθήσονται ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν Περσῶν. μόνος γὰρ ὁ ἐν τῇ Ἀττικῇ Ἰλισσὸς καὶ ἐν τῇ Θεσσαλίᾳ Ὀνόχωνος καλούμενος ἀπεξηράνθησαν, ὥς φησιν Ἡρόδοτος καὶ Καλλίμαχος.* Duas ultimas voces Müllerus protulit ex codd. Viteberg 1 et Cizensi, in quibus post *Καλλίμαχος* etiam hoc legitur: *Ἡρόδοτός φησιν ἀποξηρανθῆναι καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ τὸν Μαίανδρον*, ubi pro *Μαιάνδρον* corrigendum *Σκάμανδρον* ex Herodot. VII 43, quod fugit Müllerum. Quum autem idem Herodotus VII 196 solum appellet *Ὀνόχωνον*, non item *Ἰλισσόν*, Callimachi memoria ad solum Ilissum spectare videtur; de quo ubi exposuerit non aptiorem video locum quam in libro *περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν*.

His fragmentis erunt sine dubio qui alia addere cupiant. velut fr. 333 huc revocari iubet Lincke de Callim. vit. et scriptis, quod ex hexametro sumptum esse ille nescivit. nec fr. 324 cur referre huc noluerim quemquam fugiet. Maiore autem iure huc aliquis revocet fragm. 375 de Asopo fluvio.

Proximum locum in integra quam Suidas excerpsit operum Callimacheorum tabula obtinebat

## XXX. *Θαυμασίων καὶ παραδόξων τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν κατὰ τόπους ὄντων συναγωγή.*

Ita enim huic operi inscriptum fuisse supra p. 14 probavimus. ibidem coniecimus quem alio tabulae loco Suidas habet titulum, *περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμασίων καὶ παραδόξων*, partem aliquam vel duas potius partes amplissimi huius operis significare. quamquam multo plures fuisse partes et ipsa res docet et probant fragmenta. nam ut n. 11. 27. 32. 37 aperte olim inerant parti quae fuit *περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ θαυμασίων καὶ ποταμῶν*, ut n. 4. 7. 8. 13. 14. 28. 29. 33. 45. 46. 47 ei quae *περὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ θ. κ. π.*, ita aliquem librum *περὶ τῶν ἐν Ἑλλάδι θαυμασίων καὶ π.* sibi vindicant n. 1. 12. 16. 17. 22. 38. 43 (nam Macedoniam quoque et Epirum geographorum more *Ἑλλάδος*

nomine simul comprehensas fuisse puto), item alium *περὶ τῶν ἐν Ἀσίᾳ θ. κ. π.* n. 9. 30. 31. 34. 35. 36. 40. 44, ubi etiam Indiae (n. 6. 20. 24), Sarmatarum (n. 26), Armeniae (n. 39), Palaestinae (n. 25), Arabiae (n. 23), fortasse totius Africae quoque (n. 2. 18. 19. 21) mirabilia enarrata esse videntur, nisi his omnibus proprius suus destinatus liber erat, ut sine dubio fuit etiam *τῶν ἐν Θράκῃ θαυμασίων καὶ παραδόξων* liber (cf. n. 3. 5. 10. 15. 41). Vel ex his apparet operam dedisse Callimachum ut, sicubi cognovisset in regione aliqua quod a communi rerum usu recederet haberetque aliquid mirabile et *παράδοξον*, id ordine enarraret popularium suorum curiositati opitulans. nam quod de se ipso Callimachus praedicat fr. 98[d]: *λίχνος εἰμὶ καὶ τὸ πευθέσθαι*, idem de Graecorum maxima parte valebat, quorum nova semper noscendi studio iam veteres historici et geographi satisfacere quantum poterant conabantur. in immensum autem aucta est et rerum mirabilium copia et hominum nova et miraculosa audiendi cupiditas, postquam Macedonum opera novae terrae hominibus reclusae sunt, ut non mirum sit inde ab eo tempore novum exortum esse literarum genus *τῶν παραδοξογράφων*, qui quae alii passim et obiter narraverant, in unum locum congererent. Sed de huius literarum generis incrementis et ubertate laudabili diligentia Westermannus disputavit in Praefatione *Παραδοξογράφων* p. IX seqq., cui facile assentior affirmanti Callimachum in hoc genere extitisse primum et principem atque reliquis paradoxographis quasi facem praetulisse. nam non dubito quin recte Westermann. p. LII statuerit, Theopompi quod dicatur *περὶ θαυμασίων* opus ab aliquo inferioris aetatis homine ex illius libris excerptum esse. Quantam autem in colligendis *θαυμασίοις καὶ παραδόξοις* industriam Callimachus posuerit, docet in tam parvo fragmentorum numero testium quos affert copia. nam Theopompum produxit sexies (n. 1. 11. 15. 38. 43. 46), quinquies Ctesiam (n. 19. 24. 39. 40. 41), item quinquies Eudoxum (n. 3. 12. 21. 27. 36) et Lycum Rheginum (n. 7. 13. 28. 33. 45), bis Aristotelem (n. 18. 42), Theophrastum (n. 4. 32), Phaniam (n. 29. 44), semel Heraclidem (n. 26), Timaeum (n. 8), Megasthenem (n. 6), Nicagoram (n. 31), Polycritum (? n. 9), Amometum (n. 23), Xenophilum (n. 25), qui nobilissimi scri-

ptores sunt, nisi quod quattuor ultimi vel parum noti nobis vel plane incogniti. Quodsi tamen quaedam quae enumerabimus fragmenta testibus carent, n. 2. 5. 10. 14. 16. 17. 20. 22. 30. 34. 35. 37. 47, non obliviscendum fere omnia deberi duplici excerpendi negotio. nam n. 3 usque ad n. 46 quum Antigonus Carystius, ut primus vidit Bentleius ad n. 3, ex Callimacho excerpserit, non integro tamen in ea re usus est Callimachi opere, sed aliqua inde facta epitome, quod probavimus p. 15. in qua duplici excerpendi opera si quando testes interierunt, non magnopere hoc mirandum est. atque iure quaeri potest, num saepius factum sit quod n. 16 factum videmus, ubi ab epitomatore testis omissus est, quoniam eundem intellexit atque quem in antecedenti n. 15 Theopompum. nam huic Scotussae memoriam vindicat Plin. Nat. Hist. XXXI 17. atque simili ratione testes suos a Callimacho olim appositos amisisse videntur n. 2 (ubi sine dubio Hellanicus nominatus erat quem in eadem re appellat ipse Antigonus CXXXIX), n. 10 et n. 17 (quae debentur Aristoteli: cf. Steph. Byz. p. 570, 12 et Aristot. Meteorol. II 3 p. 359). at in n. 35 ipse Antigonus iis quae Callimacheis addit testem prodit Eudoxum. Unam tamen et alteram narrationem ipsum Callimachum concesserim non corroboravisse testimonio adiecto, nimirum ubi non in scriptorum libris aliquod investigaverat *παράδοξον*, sed coram ex indigenarum ore acceperat, quos Alexandriam confluxisse plurimos credibile est. Sed iam tempus est ipsa operis fragmenta uno sub conspectu componere.

100[f].

1. „Stephan. Byz. sub *Κράννων* (p. 382, 3): — *ἐν ταύτῃ δύο κόρακας εἶναί φασι μόνους ὡς Καλλίμαχος ἐν τοῖς Θαυμασίοις καὶ Θεόπομπος. ὅταν δ' ἄλλους ἐκνοσσεύσωσιν, ἴσους αὐτοὺς καταλιπόντες ἀπέρχονται.*“ Bentl. Idem *παράδοξον* eodem Theopompo teste narrat Antigon. XV, sine eo Pseudoaristoteles Mirab. Auscult. CXXVI et Plin. Nat. Hist. X 31.

2. „Stephan. Byz. v. *Θήβη* (p. 312, 17): *Θήβη — ἔστι καὶ ἄλλη Αἰγυπτία, περὶ ἧς Καλλίμαχός φησιν ὅτι κατὰ τὰς Αἰγυπτίας Θήβας ἐστὶ σπήλαιον, ὃ ταῖς μὲν ἄλλαις ἡμέραις πληροῦται ἀνέμου, κατὰ δὲ τὰς τριακάδας οὐ πνεῖ*

*παντελῶς*. Noli dubitare quin haec ad *Θαυμασίων* opus sint referenda. eadem memorat Antigonus ex Hellanico Lesbio cap. CXXVI (Westerm.)." Bentl. Minus probabilis Beckmanni ad Antigon. p. 189 et Ideleri ad Aristot. Meteor. vol. I p. 299 opinio fragmentum ad librum *περὶ ἀνέμων* revocantium.

3. „Antigon. Histor. Mirabil. cap. CXXIX (ed. Westerm.): *Πεποίηται δέ τινα καὶ ὁ Κυρηναῖος Καλλίμαχος ἐκλογὴν τῶν παραδόξων, ἧς ἀναγράφομεν ὅσα ποτὲ ἡμῖν ἐφαίνετο εἶναι ἀκοῆς ἄξια. φησὶν Εὔδοξον ἱστορεῖν, ὅτι ἐν τῇ κατὰ ἱερὸν ὄρος θαλάττῃ τῆς Θρᾴκης ἐπιπολάζει κατά τινας χρόνους ἄσφαλτος, ἡ δὲ κατὰ Χελιδονίας ὅτι ἐπὶ πολὺν τόπον ἔχει γλυκείας πηγάς.* Notandum Antigonum profiteri, se ex Callimacho excerpturum esse, quae memoratu digna iudicaverit. idem cap. XXVI Aristotelis laudat collectanea *περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων*, unde etiam se selecta quaedam decerpturum esse memorat. Et profecto, ut omnia quae deinceps habet a capite XXVI usque ad caput CXV sunt Aristotelis, ita quaecunque apud eum extant a capite isto CXXIX ad finem usque libri a Callimacho petita sunt. de quo opinor haud male meritus sum, qui primus tam luculenta *ἀποσπασμάτια* illi restituo. Jure autem haec a nobis Callimacho ascribi facile deprehendet qui sanum iudicium et gustum aliquem harum rerum habet. Caeterum pro *Χελιδόνας* bene Meursius reponit *Χελιδονίας*. etiam interpretationem Xylandri castigabimus ad emendationes Meursii et nostras. quod hic semel monere sufficiat." Bentl. Ultimam tantum narrationis partem quae est de Chelidoniis insulis sine teste memorat Plin. N. H. II 227.

4. „Antigon. CXXX: *Θεόφραστον δὲ, τὴν περὶ τὰς Αἰόλου νήσους ἀναζεῖν οὕτως ἐπὶ δύο πλέθρων τὸ μῆκος, ὥστε μὴ δυνατὸν εἶναι διὰ τὴν θερμασίαν ἐμβαίνειν εἰς ταύτην.* Recte Meursius *τὴν περὶ τὰς Αἰ. ν.* (pro *τάς*) i. e. *θάλατταν*. sed non vidit *Θεόφραστον* etiam scribendum esse, non *Θεόφραστος*. hoc est: *Θεόφραστον ἱστορεῖν φησι Καλλίμαχος*. sic statim *Μεγασθένην δέ* (n. 6), *Τίμαιον δέ* (n. 8)." Bentl.

5. „Antigon. CXXXI: *ἐκ δὲ τῆς κατὰ Δημόνησον τὴν Χαλκηδονίων τοὺς κολυμβητὰς ἀναφέρειν εἰς δύο ὀργυιὰς*

*χαλκόν, ἐξ οὗ καὶ τοὺς ἐν Φενεῷ τοὺς ὑπὸ Ἡρακλέους ἀνατεθέντας ἀνδριάντας εἰργάσθαι.* Recte Meursius *Δημόνησον* et *Φενεῷ* (pro *Δῆλον* et *Φαινεῷ*) ex Aristotele et Stephano Byz." Bentl. Intellexit Pseudoaristotelis Mirab. Ausc. LVIII et Steph. Byz. p. 227, 14.

6. „Antigon. CXXXII: *Μεγασθένην δὲ τὸν τὰ Ἰνδικὰ γεγραφότα ἱστορεῖν, ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν θαλάττῃ δένδρεα φύεσθαι.* Pro *ἱστορεῖ* lege *ἱστορεῖν* et supra (n. 3) *Εὔδοξον ἱστορεῖν*, et infra (n. 11 et n. 33) *ἱστορεῖν δὲ ταῦτα Θεόπομπον, ἱστορεῖν Λύκον.*" Bentl.

7. „Antigon. CXXXIII: *περὶ δὲ τῶν ποταμῶν καὶ κρηνῶν Λύκον μέν φησιν λέγειν, ὅτι ὁ μὲν Καμίσκος θαλάττης ῥεούσης ῥεῖ, ὁ δὲ Κάπαιος καὶ Κριμίσσος, ὅτι τὰ μὲν ἐπιπολῆς τῶν ὑδάτων εἰσὶ ψυχροί, τὰ δὲ κάτω θερμοί, τὸν δ' Ἱμέραν ἐκ μιᾶς πηγῆς σχιζόμενον τὸ μὲν ἁλυκὸν τῶν ῥείθρων ἔχειν, τὸ δὲ πότιμον.* Lege *Κάμικος*, et *ὁ δὲ Ἄναπος καὶ Κριμισός* corrigente Meursio. poteris etiam pro *Κάπαιος* legere *Κακύπαρις.*" Bentl. Verissimae videntur Meursii emendationes. Sed nec hunc nec Bentleium miror quicquam dubitationis movisse de verbis *θαλάσσης ῥεούσης ῥεῖ* quae sana esse non possunt. non sufficit tamen quod Westermannus ex Jacobsii coniectura edidit *θαλάσσης ζεούσης*, nam *ῥεῖ* quoque emendatione caret. equidem inter *ῥεούσης* et *ῥεῖ* aliquid intercidisse arbitror quo utraque vox accuratius definiretur. id quale fuerit certo dici nequit, quum illius fluminis mirabilia aliunde quantum scio ignorentur sed si coniecturae locus dabitur, coniecerim: *θαλάσσης ῥεούσης [μεγάλης ἅλι] ῥεῖ.*

8. „Antigon. CXXXIV: *Τιμαῖον δὲ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ ποταμῶν ἱστορεῖν Κρᾶθιν ξανθίζειν τὰς τρίχας.*" Bentl. Rei ab aliis saepe memoratae (cf. Beckmann. ad Pseudoaristot. Mirab. Ausc. p. 356 seqq.) testem non Timaeum, sed Theophrastum nominant Aelian. Var. Hist. XII 36. Schol. Theocrit. V 15. Plin. Nat. Hist. XXXI 13. Isigonum, Sotionem, Agathosthenem Tzetz. Schol. Lycophr. 1021.

9. „Antigon. CXXXV: *Πολύκριτον δὲ καταγεγραφέναι, τὸν μὲν ἐν Σόλοις οὐ ψευδῶς ὠνομάσθαι Λίπαριν, ἀλλ' οὕτως ἀπολιπαίνειν ὥστε μὴ προσδεῖσθαι ἀλείμματος, τὸν δὲ ἐν Παμφυλίᾳ Μούαβιν ἀπολιθοῦν, ἐάν τις ἐμβάλῃ στοιβὴν ἢ λίθον.* Pro *ἢ λίθον* Meursius reponit *ἢ λύγον*. poteris etiam

legere στοιβὴν ἢ φλεών. Theophrast. Hist. Pl. VI 1, 3 καὶ ὁ φλεώς, ὃ δή τινες καλοῦσι στοιβήν. et ex eo Plin. (XXI 91)." Bentl. Parum facilis Bentlei emendatio, praesertim quum nunc φεώς, non φλεώς, istud nomen scribi soleat ob codicum auctoritatem. nec probabilior Meursii aut Jacobsii (σχίδιον) coniectura. quod ipse conieci πλίνθον firmabam loco Plin. Nat. Hist. XXXI 29: in Colossis flumen est quo lateres coniecti lapides extrahuntur. Ceterum conferendus Plin. Nat. Hist. XXXI 17: Polyclitus (ait) explere olei vicem iuxta Solos Ciliciae Liparim, ubi Meursius Polycritum substituere maluit. ego contrarium suaserim quum nomen Polycritus saepe alteri a librariis substitutum sit. cf. Cram. ad Strab. XV p. 735 et Sintenis ad Plut. Alex. 46 atque παράδοξα afferre Polyclitus amasse videtur. cf. Strab. XI p. 510 init. Quamquam Polycritus in alia re citatur etiam a Pseudoarist. Mirab. Ausc. CXII.

10. „Antigon. CXXXVI: περὶ δὲ τὴν τῶν Ἀγρίων Θρᾳκῶν χώραν φησὶν ποταμὸν προσαγορευόμενον Πόντον καταφέρειν λίθους ἀνθρακώδεις, τούτους δὲ κάεσθαι μέν, πᾶν δὲ τοὐναντίον πάσχειν τοῖς ἐκ τῶν ξύλων ἀνθρακευομένοις· ὑπὸ μὲν γὰρ τῶν ῥαπίδων πνευματιζομένους σβέννυσθαι, τῷ δὲ ὕδατι ῥαινομένους βέλτιον κάεσθαι, τὴν δ' ὀσμὴν οὐδὲν ὑπομένειν ἑρπετόν." Bentl. Resedit mendum levissimum, etiam apud Westermann., nam Ἀγριῶν scribendum erat, quum Ἀγρίαι is Thraciae populus appellaretur teste Steph. Byz. p. 21, 13. Cui autem παράδοξον hoc, cuius plures mentionem faciunt (cf. Beckmann. ad Pseudoaristot. p. 258 sq.), Callimachus debeat vix dubitari potest. cf. Steph. Byz. p. 570, 12.

11. „Antigon. CXXXVII: τὴν δ' ἐν Λουσοῖς κρήνην, καθάπερ παρὰ τοῖς Λαμψακηνοῖς, ἔχειν ἐν ἑαυτῇ μῦς ὁμοίους τοῖς κατοικιδίοις· ἱστορεῖν δὲ ταῦτα Θεόπομπον." Bentl. De Lusorum fonte idem narrans Sotion X Aristotelem testem facit, nisi Pseudoaristotelis θαυμάσια ἀκούσματα intellexit, ubi eadem quae hoc loco leguntur cap. CXXV. testem omittit etiam Plin. XXXI 14.

12. „Antigon. CXXXVIII: Εὔδοξον δέ, τὴν ἐν Ἅλῳ Ὀφίουσσαν τὸν ἀλφὸν παύειν." Bentl. Praestat Ἄλῳ propter Hom. Il. II 682, οἵ τ' Ἄλον οἵ τ' Ἀλόπην οἵ τε Τρηχῖν'

*ἐνέμοντο*, et Steph. Byz. 77, 17: *κτῖσαι αὐτὴν* (*Ἅλον*) *Ἀθάμαντα ἀπὸ τῆς συμβάσης αὐτῷ ἄλης.* parum enim valet Eustathii ad Il. p. 320 testimonium quod interponit Kramer. ad Strab. IX p. 432.

13. „Antigon. CXXXIX: *Λύκον δὲ τὸν Ῥηγῖνον λέγειν, τὴν μὲν ἐν τῇ Σικανῶν χώρᾳ φέρειν ὄξος, ᾧπερ ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων χρῶνται, τὴν δὲ ἐν Μυτιστράτῳ οἷον ἐλαίῳ ῥεῖν· τοῦτο δ' ἔν τε τοῖς λύχνοις κάεσθαι καὶ δύνασθαι φύματα καὶ ψώραν ἰᾶσθαι προσαγορευόμενον Μυτιστράτιον. πλησίον δὲ εἶναι τὴν ἀπὸ μὲν ἀρκτούρου μέχρι πλειάδος ἀναβάλλουσαν οὐδενὸς χεῖρον τῶν ἄλλων ὑδάτων, ἀπὸ δὲ πλειάδος μέχρι πρὸς ἀρκτοῦρον τῆς μὲν ἡμέρας καπνὸν ἀναφέρουσαν καὶ πνέουσαν θερμόν, ἐν δὲ τῇ νυκτὶ φλογὸς πληρουμένην.* Recte Meursius *Μυτιστράτῳ* et *Μυτιστράτιον.*“ Bentl. Olim fuit *Κυτιστράτῳ* et *Κυτιστραῖον.* cf. Stephan. Byz. p. 465, 14.

14. „Antigon. CXL: *Ἀρέθουσαν δὲ τὴν ἐν Συρακούσαις, ὥσπερ οἱ λοιποί φασιν καὶ Πίνδαρος, τὴν πηγὴν ἔχειν ἐκ τοῦ κατὰ τὴν Ἠλείαν Ἀλφειοῦ, διὸ καὶ ταῖς Ὀλυμπικαῖς ἡμέραις, ὅταν ἐν τῷ ποταμῷ ἀποπλύνωσιν τῶν θυμάτων τὰς κοιλίας, οὐ καθαρὰν εἶναι τὴν ἐν τῇ Σικελίᾳ κρήνην, ἀλλὰ ῥεῖν ὄνθῳ. φησὶν δὲ καὶ φιάλην ποτ' εἰς τὸν Ἀλφειὸν ἐμβληθεῖσαν ἐν ἐκείνῃ φανῆναι.* His subiungit Antigonus de suo: *τοῦτο δὲ ἱστορεῖ καὶ Τίμαιος.*“ Bentl., qui memorare hoc quoque debebat verba *ὥσπερ οἱ λοιποί φασι καὶ Πίνδαρος* et ipsa Antigoni esse. Vix autem dubium mihi, quin Timaei quoque memoriam Antigonus Callimacho debeat, quem in eadem re etiam Strab. VI p. 271 nominat. a Callimacho autem pendere crediderim qui postea rem memorant complures. cf. Beckmann. ad Antig. p. 202.

15. „Antigon. CXLI: *Θεόπομπον δέ φησιν γράφειν τῆς μὲν ἐν Κιγχρώψωσιν τοῖς Θρᾳξὶν τὸν ἀπογευσάμενον τελευτᾶν εὐθύς.* Pro *Κιγχρώψωσιν* Meursius *Κύχροις ἢ Χρωψί.* ego malim *Κύχρωψι.*“ Bentl. Bentleianum commendarunt etiam Harduinus ad Plin. N. H. XXXI 26 et Wesseling. Probab. p. 336, nec video quod magis codicum vitiosis lectionibus respondeat, quae sunt *Κύκλωψι* in Pseudoarist. Mirab. ausc. CXXI, apud Cychros in Plin. N. H. l. l., *ἐν Χρωψί* in Sotion. fragm. XV p. 185 Westerm., qui eandem

omnes rem narrant nisi quod Sotion habet *ἐξ ἧς τοὺς λουσαμένους*, quum reliqui de bibentibus loquantur. itaque Sotioni quoque *γευσαμένους* restituendum videtur, praesertim quum is quoque cum Callimacho et Plinio ad Theopompum provocet.

16. „Antigon. CXLII: *ἐν Σκοτούσῃ δ' εἶναι κρήνην ἰδίαν, οὐ μόνον ἀνθρώπων ἕλκη, ἀλλὰ καὶ βοσκημάτων ὑγιάζειν δυναμένην, κἂν ξύλον δὲ σχίσας ἢ θραύσας ἐμβάλῃ, συμφύειν.* Quam ob rem vero hanc *κρήνην* nominat *ἰδίαν*? annon et alii fontes quos in hoc opere memorat sunt aeque peculiares? lege sine dubio *ἐν Σκοτούσῃ δ' εἶναι κρηνίδιον οὐ μικρὸν — δυνάμενον.* Aristot. (Mirab. Ausc. CXVII) de eodem fonte: *ἐν δὲ Σκοτούσαις τῆς Θετταλίας φασὶν εἶναι κρηνίδιόν τι μικρόν*, et Sotion (IX p. 184 Westerm.): *περὶ Σκότουσαν τῆς Θεσσαλίας κρηνίδιόν ἐστι μικρόν κ. τ. λ.*" Bentl. Hoc quoque *παράδοξον* Callimachum Theopompo acceptum referre supra ex Plin. N. H. XXXI 17 docui.

17. „Antigon. CXLIII: *ἐκ δὲ τῆς περὶ Χαονίαν, ὅταν ἀφεψηθῇ τὸ ὕδωρ, ἅλας γίνεσθαι.*" Bentl. Putaveris hoc quoque Theopompo deberi. sed etsi Plinius quoque N. H. XXXI 82 testem non nominat, certum tamen est ex Aristot. Meteor. II 3 p. 359 ed. Berolin. *παράδοξον* hoc manasse.

18. „Antigon. CXLIV: *τῶν ἐν Ἄμμωνι κρηνῶν λέγειν Ἀριστοτέλην ὅτι τὴν μὲν Ἡλίου γε νομιζομένην μέσων μὲν νυκτῶν καὶ μεσημβρίας γίγνεσθαι θερμήν, ἕωθεν δὲ καὶ δείλης καθαπερεὶ κρύσταλλον, ἡ δ' ἄλλη διότι καταβαίνοντος μὲν ἡλίου πηγνύει, ἐπὶ δυσμαῖς δ' ἰόντος ἵσταται.* Vulgata lectio *καταβαίνοντος μὲν ἡλίου πηγνύει* nullo modo ferri potest, idem enim est *καταβαίνοντος* atque *ἐπὶ δυσμαῖς ἰόντος*, neque *πηγνύει* est concrescere, congelari, sed *πήγνυται*. Lege *ἀναβαίνοντος μὲν ἡλίου, πηδύει.*" Bentl., cuius verissimae sine dubio emendationes sunt, nisi quod *πηδύει* scribens pro *πιδύει* falli se passus est frequenti librariorum errore (cf. Dindorf. in Thes. Paris. Vol. VI p. 1063 C), qui huic quoque loco infestus fuit. *καταβαίνοντος* autem frustra defendit Reiskius in Animad. in Callim. p. 746, cui propius accedere *καταφαίνοντος* frustra dicit Hemsterh. ap. Ernest. ad h. l. Ceterum qui de priore fonte praeter alios multos (cf. Beckmann. p. 204 sq.) agit solo Sotion. XIX et ipse Aristotelem testem nominat. cf. Muetzell. ad Curt. p. 271.

19. „Antigon. CXLV: *Κτησίαν δὲ τὴν ἐν Αἰθιοπίᾳ τὸ μὲν ὕδωρ ἔχειν ἐρυθρὸν ὡσανεὶ κιννάβαρι, τοὺς δ' ἀπ' αὐτῆς πιόντας παράφρονας γίγνεσθαι· τοῦτο δ' ἱστορεῖ καὶ Φίλων ὁ τὰ Αἰθιοπικὰ συγγραψάμενος.* Addit Antigonus de suo *τοῦτο δ' ἱστορεῖ καὶ Φίλων κ. τ. λ.*" Bentl. Sed Ctesiam testem nominant etiam Plin. N. H. XXXI 9 et Sotion XVII, testem omittit Rufus ap. Oribas. Collect. Med. vol. I p. 334 sq. Daremb.

20. „Antigon. CXLVI: *Τὴν δὲ ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς κρήνην ιλαν οὐδεγοκούφατα τούτων βληθέντων αιαν ἐπιμένειν, ἀλλὰ πάντα καθέλκειν.* Meursius rescribit *κρήνην Σίδαν οὐδέ γε κουφότατα τῶν βληθέντων ἂν ἐπιμένειν*, auctore Plin. N. H. XXXI 21: Ctesias tradit Siden vocari stagnum in Indis in quo nihil innatat, omnia merguntur. Recte, nisi quod pro *ἂν ἐπιμένειν*, quod ne Graecum quidem est, legendum *ἐᾷν ἐπινεῖν*. ex *αιαν*, *ἐᾷν*, nam *αι* et *ε* eodem sono efferebantur. Subiungit Antigonus: *καὶ ταῦτα δὲ πλείους εἰρήκασιν καὶ ἐπὶ πλειόνων ὑδάτων.*" Bentl. Non debebat cum Meursio Bentleius propter Plin. l. l. probare *Σίδαν*, nam *Σίλαν* probat Megasthenes ap. Strab. XV p. 703 et Arrian. Ind. VI 2. etsi enim Strabo de flumine Sila loquitur, tamen Arrianus flumini cognominem fontem fuisse narrat et de utriusque aqua idem memorat quod de fonte Antigonus et Strabo. porro *Σίλαν* firmant eadem tradentes Diodorus II 37 et grammaticus in cod. Reg. ap. Ruhnk. ad h. l., quorum ille *Σίλλας*, hic *Σίλα* flumen nominant, unde de loci Pliniani sinceritate dubitare licet, praesertim quum stagnum, non flumen vel fontem nominet. atque reliqua quoque Bentlei conamina non omnia probo, sed praeferendum censeo quod Bast. Epist. crit. p. 94 Wiedeb. proposuit: *τὴν δ' ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς κρήνην Σίλαν οὐδὲ τὸ κουφότατον τῶν ἐμβληθέντων ἐᾷν ἐπιπλεῖν, ἀλλὰ πάντα καθέλκειν.* nam *ἐπιπλεῖν* in hac narratione fere regnat; habent enim Strabo, Diodorus, Arrianus, gram. Parisin. Caeterum e Megasthene *παράδοξον* hoc petiisse Callimachum magis crediderim quam e Ctesia, quo sane in antecedenti narratione usus erat teste. sed ne quid de nomine Sida dicam, stagnum dixit, non fontem.

21. „Antigon. CXLVII: *Εὔδοξον δ' ἱστορεῖν τὴν μὲν*

*ἐν Καρχηδόνι κροκοδείλους ἐν αὐτῇ μικρούς, ὁμοίους τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ.* Pro *ἐν αὐτῇ μικρούς* lege *ἐν αὐτῇ ἔχειν μικρούς*. sic supra n. 11 *ἔχειν ἐν ἑαυτῇ μῦς.*" Bentl., quem fugit pro *Καρχηδόνι* scribendum esse *Καλχηδόνι*, quod Niclas. ap. Beckmann. ad Antigon. p. 207 iussit propter Strab. XII p. 563: *ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Πόντου Χαλκηδὼν ἵδρυται, — ἔχει δὲ ἡ χώρα μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης κρήνην Ἀζαριτίαν τρέφουσαν κροκοδείλους μικρούς,* et Stephan. Byz. p. 294, 13: *Ζάρητα κρήνη ὑπὲρ τῆς Καλχηδονίας θαλάσσης, μικροὺς τρέφουσα κροκοδείλους.* Ceterum illud scripturae vitium (*Καρχηδών*) docere videtur, Eudoxum et Callimachum alteri scribendi generi *Χαλκηδών* praetulisse alterum, *Καλχηδών*, quod olim veterum multi probabant (cf. Lobeck. Paral. p. 47 et Elem. Path. I p. 528), nuper autem Roscher. in Curtii Stud. I 2 p. 98 imprimis commendavit.

22. „Antigon. CXLVIII: *περὶ δὲ τὴν Ἀθαμανίαν ἱερὸν εἶναι νυμφῶν ἐν ᾧ τὴν κρήνην τὸ μὲν ὕδωρ ἔχειν ἄφατον ὡς ψυχρόν, ὃ δ' ἂν ὑπερθῇς αὐτοῦ θερμαίνειν· ἐὰν δέ τις φρύγανον ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων προσενέγκῃ, μετὰ φλογὸς καίεσθαι.*" Bentl. Idem *παράδοξον*, cuius auctorem Antigonus non nominat, Sotion XI ex Isigono narrat, cui sua Callimachum quoque debere non crediderim. nam incerta eius aetas est (cf. Westerm. Praef. Paradoxogr. p. XXX) nec videtur aliquis ante Callimachum peculiare opus *περὶ ἀπίστων* scripsisse quo omnium terrarum mirabilia comprehenderet. qui enim ante Callimachum hoc argumentum tractarunt, singulas terras describentes earum *παράδοξα* proferebant, non faciebant aliquam plurium terrarum *συλλογὴν παραδόξων*. Testem omittit Plinius quoque, cuius non dubito quin ad eandem hanc rationem referendus sit locus in Nat. H. II 228: in Illyrico supra fontem frigidum expansae vestes accenduntur, nam Athamania secundum quosdam Illyrici est: cf. Steph. Byz. p. 33, 10. Sed Beckmannus p. 208 parum recte putat a Callimacho hic memorari Jovis Dodonaei fontem nobilissimum *Ἀναπαυόμενον*, quem Plinius l. l. ab Illyrico (sive Athamanico) apertis verbis distinguit.

23. „Antigon. CXLIX: *κατὰ δὲ τὴν Ἀραβίαν ἐν πόλει Λευκοθέᾳ Ἀμώμητόν φησιν γράφειν, τὸν πραγματευθέντα τὸν ἐκ Μέμφεως ἀνάπλουν, εἰς τὴν καλουμένην Ἴσιδος*

κρήνην ἄν τις οἶνον ἐπιχέῃ κοτύλην, διότι γίγνεται τὸ ποτὸν εὔκρατον." Bentl. Eadem fere habet Sotion XVIII eodem etiam teste usus Amometo, qui idem esse videtur atque quem citant Aelian. Nat. Anim. XVII 6 et Plin. N. H. VI 55.

24. „Antigon. CL: περὶ δὲ λιμνῶν Κτησίαν μὲν ἱστορεῖν λέγεται, τῶν ἐν Ἰνδοῖς λιμνῶν τὴν μὲν τὰ εἰς αὐτὴν ἀφιέμενα καταδέχεσθαι, καθάπερ τὴν ἐν Σικελίᾳ καὶ Μήδοις, πλὴν χρυσίον καὶ σίδηρον καὶ χαλκόν, καὶ ἄν τι ἐμπέσῃ πλάγιον, ὀρθὸν ἐκβάλλειν, ἰᾶσθαι δὲ τὴν καλουμένην λεύκην· τῇ δ' ἑτέρᾳ κατὰ τὰς ἰδιαζούσας ἡμέρας ἐπιπολάζειν ἔλαιον. Pro λέγεται scribe λέγει, nempe Callimachus: sic infra n. 27 φησὶν Εὔδοξον ἱστορεῖν." Bentl., qui parcere non debebat verbo καταδέχεσθαι. id ad n. 25 interpretatur sustinere, quod quo modo intelligendum putet, indicat apposito Plinii loco XXXI 22: in Africae lacu Apuscidamo omnia fluitant, nihil mergitur, item in Siciliae fonte Plinthia, ut Apion tradit, et in Medorum lacu puteoque Saturni. unde καταδέχεσθαι patet Bentleio significasse: sinit sibi innatare nec patitur immergi. verum ut concedamus καταδέχεσθαι ita posse sine vi intelligi alio verbo non apposito, tamen falsam hanc interpretationem esse docent quae mox sequuntur: καὶ ἄν τι ἐμπέσῃ πλάγιον, ὀρθὸν ἐκβάλλειν, unde patet, quaecunque praeter aurum, ferrum, aes lacui iniciuntur, non fluitare in eo, sed eici. atque hoc ita narrasse Ctesiam apertum fit ex duobus aliorum locis quorum tum immemor Bentleius fuit, Sotionis III: κρήνη ἐν Ἰνδοῖς, ἣ τοὺς κολυμβῶντας ἐπὶ τὴν γῆν ἐκβάλλει ὡς ἀπ' ὀργάνου, ὡς ἱστορεῖ Κτησίας, et Phot. Bibl. 72 p. 49 B 5 seq. in excerptis ex Ctesia: ὅτι κρήνην ἐν Ἰνδοῖς φησίν, ὅσον πέντε ὀργυιῶν ἡ περίμετρος, τετράγωνος δέ. ἔστι δὲ τὸ ὕδωρ ἐν πέτρᾳ· βάθος δὲ εἶναι μέχρι τοῦ ὕδατος τριῶν πηχῶν, τὸ δὲ καθ' ὕδατος τριῶν ὀργυιῶν. λούονται δὲ ἐν αὐτῷ οἱ ἐπισημότατοι τῶν Ἰνδῶν, καὶ ἄνδρες καὶ παῖδες καὶ γυναῖκες· κολυμβῶσι δὲ ἐπὶ πόδας ῥίπτοντες ἑαυτούς. Ὅταν δὲ εἰσπηδῶσιν, ἐκβάλλει αὐτοὺς τὸ ὕδωρ ἄνω. οὐκ ἀνθρώπους δὲ μόνον ἀναρρίπτει, ἀλλὰ καὶ ἄλλο ὅτι ἂν ᾖ ζῷον ἐκρίπτει εἰς τὸ ξηρόν, καὶ ζῶν καὶ τεθνηκός, καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ ἐμβαλλόμενα πλὴν σιδήρου καὶ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ καὶ χαλκοῦ· ταῦτα δὲ δέχεται κάτω. ἔστι δὲ τὸ ὕδωρ πάνυ

*ψυχρὸν καὶ ἡδὺ πιεῖν· ψόφον δὲ παρέχει μέγαν ὥσπερ ὕδωρ ζέον ἐκ λέβητος. καθαίρει δὲ τὸ ὕδωρ τοῦτο ἀλφοὺς καὶ ψωριῶντας.* Profecto hebetis sit ingenii, quin videat quid verbo *καταδέχεσθαι* faciendum sit. quantocius enim Antigoni locum ita corrige: *τὰ εἰς αὐτὴν ἀφιέμενα κάτω οὐ δέχεσθαι.* atque negationem certe addendam esse (*τὰ ἀφιέμενα μὴ καταδέχεσθαι*) viderunt etiam Schottus et Holstenius (cf. Niclas. ap. Beckmann. p. 210), ubi quod ego *οὐ* pone infinitivum posui ne quis vituperet quasi Antigono soloecismum ultro intulerim, equidem quod ad restituendum facilius fuit propterea praetuli, quoniam Antigonum video etiam alibi directam Callimachi orationem in obliquam transformantem satis habuisse solum indicativum mutare in infinitivum, non item *οὐ*, quod illi adiectum invenit, in *μή*. cf. n. 13 *εἶναι — οὐδενὸς χεῖρον.* n. 14 *οὐ καθαρὰν εἶναι.* n. 16 *κρηνίδιον εἶναι οὐ μόνον ἀνθρώπων ἕλκη ἀλλὰ καὶ βοσκημάτων ὑγιάζειν δυνάμενον.* n. 20 *οὐδὲ τὸ κουφότατον — ἐᾶν ἐπιμένειν* et alibi. Praeterea autem vix mihi persuadebitur ut credam Callimachum quod maxime mirabile in illo lacu fuit, reicere eum sibi iniecta, hoc non primario loco narrasse, sed postea demum obiter indicasse. quod facit, ut lacuna quoque locum depravatum putem, quem Sotionis et Photii ope explebimus: *τὰ εἰς αὐτὴν ἀφιέμενα κάτω οὐ καταδέχεσθαι (καθάπερ τὴν ἐν Σικελίᾳ καὶ Μήδοις), πλὴν χρυσίον καὶ σίδηρον καὶ χαλκόν, [ἀλλ' εἰς τὸ ξηρὸν ὡς ἀπ' ὀργάνου ἐκβάλλειν], καὶ ἄν τι ἐμπέσῃ πλάγιον, ὀρθὸν ἐκβάλλειν*, ubi ut saepissime homoeoteleuton omittendi causa fuit. In ultimis fragmenti verbis Bentleium fugit, pro *ἰδιαζούσας* recte esse ab Holsten. ad Steph. Byz. s. *Τέως* (p. 620, 8) emendatum *εὐδιαζούσας*. ibi enim de simili re loquens Stephanus dicit: *ἐν Δυρβαίοις τῆς Σκυθίας λέγουσι λίμνην ἰχθύων ἔχουσαν πλῆθος, ἀφ' ὧν εὐδίας γινομένης ἔλαιον ἐπιπολάζει.* Atque idem Ctesias ap. Phot. p. 46 B, 19 hunc ipsum sine dubio lacum indicans hoc habet: *λίμνη ἐστὶν* (*ἐν Ἰνδοῖς*) — *ἐν ᾗ ἀνέμου μὴ πνέοντος ἐπάνω τῆς λίμνης ἔλαιον ἐφίσταται.*

25. „Antigon. CLI: *Ζηνόφιλον δέ, ἐν μὲν τῇ πλησίον Ἰόππης οὐ μόνον ἐπιδέχεσθαι πᾶν βάρος, ἀλλὰ καὶ παρὰ τρίτον ἔτος φέρειν ὑγρὰν ἄσφαλτον· ὅταν δὲ γίγνηται τοῦτο, παρὰ τοῖς ἐντὸς τριάκοντα σταδίων οἰκοῦσιν μειοῦσθαι*

*χαλκώματα.* Meursius, qui *ἐπιδέχεσθαι* interpretatur recipere, demittere, corrigit *ἐπινήχεσθαι.* Sed *ἐπιδέχεσθαι* vertendum est sustinere, ut commate superiore *τὰ εἰς αὐτὴν ἀφιέμενα καταδέχεσθαι,* sustinere quae in eum iniciuntur, quamquam eo in loco Xylander et Meursius *καταδέχεσθαι* vertant demittere. id vero unum esset maxime, non *ἐκ τῷ θαυμασίων* modo, sed etiam *ἐκ τῶν ἀπίστων,* si leviora quaeque lacus absorberet, aurum vero et argentum et ferrum sustineret. sed ut dixi *καταδέχεσθαι* est sustinere. quod constabit ex his Plinii XXXI 22: in Africae lacu Apuscidamo omnia fluitant, nihil mergitur, item in Siciliae fonte Plinthia, ut Apion tradit, et in Medorum lacu puteoque Saturni. ubi vides quos Callimachus intelligit lacus *ἐν Σικελίᾳ καὶ Μήδοις.* Porro pro *μειοῦσθαι* bene Meursius *ἰοῦσθαι.*" Bentl. De *καταδέχεσθαι* dictum in antecedenti fragmento. sed ne hoc quidem loco Antigonus *ἐπιδέχεσθαι* scribere et sustinere hoc intelligere potuit. aliter enim non *ἐν τῇ* (*λίμνῃ*) scripsisset, sed *τὴν* (*λίμνην*). itaque recte Meursius correxit *ἐπινήχεσθαι,* cuius alteram coniecturam, *ἰοῦσθαι* pro *μειοῦσθαι,* extra dubitationem ponunt quae similiter de Asphaltitide lacu narrat Strab. XVI p. 763 extr.

26. „Antigon. CLII: *τὴν δὲ ἐν τοῖς Σαρμάταις λίμνην Ἡρακλείδην γράφειν, ὅτι οὐδὲν τῶν ὀρνίθων ὑπεραίρειν, τὸ δὲ προσελθὸν ὑπὸ τῆς ὀσμῆς τελευτᾶν· ὃ δὴ καὶ περὶ τὴν Ἀορνῖτιν δοκεῖ γίγνεσθαι καὶ κατίσχυσεν ἡ φήμη παρὰ τοῖς πλείστοις.* Quae proxime sequuntur apud Antigonum ipsius sunt, non Callimachi. sunt autem haec: *ὁ δὲ Τιμαῖος τοῦτο μὲν ψεῦδος ἡγεῖται εἶναι· τὰ πλεῖστα γὰρ κατὰ τύχην τῶν εἰθισμένων παρ' αὐτῇ διαιτᾶσθαι. ἐκεῖνο μέντοι λέγειν, διότι συνδένδρων τόπων ἐπικειμένων αὐτῇ καὶ πολλῶν κλάδων καὶ φύλλων διὰ τὰ πνεύματα τῶν μὲν κατακλωμένων, τῶν δὲ ἀποσειομένων, οὐδέν ἐστιν ἰδεῖν ἐπ' αὐτῇ ἐφεστηκός, ἀλλ' διανέμειν καθαράν.* ubi corrigendum *ἐκεῖνο μέντοι λέγει,* et pro *τὰ πλεῖστα γὰρ κατὰ τύχην τῶν εἰθισμένων παρ' αὐτῇ διαιτᾶσθαι* (quae ita vertit Xylander: pleraque enim fortuito fieri, quae ibi evenire assolent, neque quidquam mutat Meursius) legendum est: *τὰ πλεῖστα γὰρ κατατυχεῖν τῶν εἰθισμένων παρ' αὐτῇ διαιτᾶσθαι,* pleraque

enim animantium, quae prope eum victum quaeritant, bene se habere. hoc enim est τὸ κατατυχεῖν.“ Bentl. — Quod Bentleius statuit etiam de Aornitide narrationem vulgarem Callimachi esse, equidem non dubito quin Antigonus ipsam quoque illam historiam de suo addiderit, non refutationem eius solam. Reliquas autem Bentleii opiniones nemo erit quin verissimas habeat, nisi quod inuria probavit tacite Meursii ὑπεραίρει et τελευτᾷ. nam post dicendi verba cum infinitivo coniunctam particulam ὅτι ne elegantissimi quidem scriptores spernunt (cf. Stallbaum. ad Platon. Phaedon. p. 63 C), nedum mirari liceat in epitomatoribus. Ceterum mirabilem hunc in Sarmatis locum ex Heraclide Pontico notavit etiam Sotion c. XXII, qui Avernon quoque lacum prope Cumas memoravit cap. XXVIII et Aornon prope Adiabenen ap. Tzetz. ad Lycoph. 705. Sarmatas cum lacu suo memorat etiam Rufus apud Orib. l. l. p. 334.

27. „Antigon. CLIII: ἐκ δὲ τῆς ἐν Ζακύνθῳ λίμνης φησὶν Εὔδοξον ἱστορεῖν ὅτι ἀναφέρεται πίσσα, καίτοι παρεχούσης αὐτῆς ἰχθῦς· ὅ τι δ' ἂν ἐμβάλῃς εἰς αὐτὴν ἐπὶ θαλάττης φαίνεσθαι τεττάρων ὄντων ἀνὰ μέσον σταδίων.“ Bentl. Idem παράδοξον narrat Ctesias apud Phot. p. 46 A 31.

28. „Antigon. CLIV: Λύκον δὲ περὶ τὴν ἐν Μύλαις τῆς Σικελίας δένδρα φύεσθαι, διὰ μέσης δ' αὐτῆς ἀναθεῖν ὕδωρ τὸ μὲν ψυχρόν, τὸ δὲ τοὐναντίον. Ἀναζεῖν ὕδωρ usitatius est quam ἀναθεῖν, et ita corrigendum.“ Bentl., cuius coniecturam probat Dindorf. in Thes. Paris. I 2 p. 368 D, nescio an inuria.

29. „Antigon. CLV: Φανίαν δὲ τὴν τῶν Πυράκων λίμνην ὅταν ἀναξηρανθῇ κάεσθαι. Pro τῶν Πυράκων λίμνην sine dubio legendum τὴν τῶν Συράκων λίμνην vel τὴν Συρακὼ λίμνην. Syraca vel Syraco palus est prope Syracusas, unde et urbi nomen inditum. Stephan. Byz. s. Συράκουσαι (p. 593, 8 Mein.) — καὶ λίμνη, ἥ τις καλεῖται Συρακώ. Vibius Sequest. de Palud. p. 118: Tyraca (palus) Syracusis. In hoc loco emendando non adeo feliciter se expedivit Meursii diligentia.“ Bentl. Meursius τῶν Πυρραίων commendaverat coll. Stephan. Byz. p. 540, 12, Theophrast. Hist. Plant. IX 18, 2 coll. de Caus. Plant. II 6, 4, Plin. Nat. Hist. XXXI 10, quibus tamen locis nihil aliud discimus nisi

hoc, *ἐν Πυρραίᾳ*, Thessaliae regione, fontem vel aquas fuisse, quae feminas steriles facerent. Huic sane regioni cum lacu quem ex Phania memorat Callimachus parum est commercii, ut non mirum sit Bentleio Meursii *Πυρραίων* displicuisse. nihilo tamen minus non dixerim prorsus incredibile esse *Πυρραίων*, modo recte interpreteris. nam Phaniam quum e n. 44 constet Lesbi patriae insulae memorabilia protraxisse, quidni verisimile sit eundem hic quoque aliquam Lesbi regionem nominasse? in ea enim insula et *Πύρρα* urbs erat nobilis, cuius incolae *Πυρραῖοι* dicebantur (Steph. Byz. p. 541, 11), et *τὸ Πυρραίων ὄρος* (Theophrast. Hist. Plant. III 9, 5), et Pyrrheum nemus (Plin. Nat. Hist. XVI 46). quidni igitur putemus etiam *λίμνην Πυρραίων* ibi fuisse illa re memorabilem? Sed nihil decerno.

30. „Antigon. CLVI: *καὶ τὴν Ἀσκανίαν πότιμον οὖσαν τὸ προσενεχθὲν αὐτῇ πλύνειν ἄνευ ῥύμματος, ἐὰν ἐαθῇ δὲ ἐν αὐτῇ πλείω χρόνον, διαπίπτειν αὐτόματον.*“ Bentl. Idem miraculum non consentientes sibi et Antigono et ipsi teste non appellato enarrant Plin. Nat. Hist. XXXI 110 et Antigon. Caryst. LIII. Ex Strab. XII p. 563 aliquis coniecerit Eudoxo rem debere Callimachum.

31 „Antigon. CLVII: *περὶ δὲ τῆς ἐν Κιτίῳ φασὶν Νικαγόραν, ὅτι ἀνιμηθείσης ἐπ' ὀλίγον τῆς γῆς ἅλες εὑρίσκονται.* Legendum *φάσκειν Νικαγόραν*. sic infra n. 38 *Θεόπομπον φάσκειν.*“ Bentl. Praeterea Hemsterhus. ap. Ernest. ad h. l. reponi iussit *ἀναμηθείσης* vel *ἀπαμηθείσης*, qui vereor ne Bentlei interpretatione in errorem inductus sit. vertit enim ille: in lacu —, paululum exhausta terra, sales inveniri. at putaverim qui ex lacu hauriant, aquam petere, non terram vel lutum, et si vel maxime concesseris ibi quidem terram haustam fuisse, ut inde sal conficeretur, cur paululum haurirent, quorum potius intererat magnam terrae copiam exhaurire quo maiorem salis haberent copiam —? Imo *ἀνιμηθείσης* intelligo *λίμνης*, *τῆς γῆς* autem ab *ἐπ' ὀλίγον* pendere arbitror, unde haec sententia evadit: postquam e palude hausta aqua est, per breve terrae spatium sal invenitur, nimirum per istud terrae spatium, quod, dum aqua hauritur in vascula, et ipsum sponte et ultro madefit, ubi neglecta aqua mox in salem transit solis

ope. Ceterum *Κιτίῳ* pro vulgata *Κιττίῳ* restituit Meursius, recte cogitans de Cypri urbe (cf. Plin. Nat. Hist. XXXI 75), unde simul probabile fit de eo Nicagora cogitandum esse, quem in Cypro insula natum aliunde novimus.

32. „Antigon. CLVIII: *περὶ τῶν αὐτῶν ὑδάτων Θεόφραστόν φασι τὸ καλούμενον Στυγὸς ὕδωρ λέγειν, ὅτι ἐστὶν ἐν Φοινίῳ, στάζει δ' ἔκ τινος πετριδίου· τοὺς δὲ βουλομένους αὐτοῦ ὑδρεύεσθαι σπόγγοις πρὸς ξύλοις δεδεμένοις λαμβάνειν, διακόπτειν δὲ πάντα τὰ ἀγγεῖα πλὴν τῶν κερατίνων, τὸν δὲ ἀπογευσάμενον τελευτᾶν.* Pro *περὶ τῶν αὐτῶν ὑδάτων*, quod interpretantur de iisdem aquis, scribe *περὶ δ' αὖ τῶν ὑδάτων*, quod ad aquas attinet. ita supra n. 7 et n. 24 *περὶ δὲ τῶν ποταμῶν καὶ κρηνῶν. Περὶ δὲ λιμνῶν* etc. Lege etiam *Θεόφραστόν φησι*, scil. *Καλλίμαχος*, et *στάζειν*. Recte autem Meursius pro *Φοινίῳ* reponit *Φενεῷ*, ex Plinio et aliis." Bentl., inter cuius coniecturas necessaria non est *στάζειν*, aperte autem falsa *περὶ δ' αὖ τῶν ὑδάτων*, nam id tum demum dici potuit, si nunc demum *περὶ ὑδάτων* loqui inciperet, quod secus est. nec Linckius l. l. p. 40 qui praefert *περὶ τῶν ἄλλων ὑδάτων*, facile dixerit quid articulus sibi velit. equidem de verbis nihil muto, sed aliquid suspicor excidisse. nam in fine praecedentis narrationis videtur Antigonus alium de suo testem superaddidisse (ut fecit n. 14. n. 19. n. 26. n. 38) hoc modo: *περὶ τῶν αὐτῶν ὑδάτων* [*Θεόφραστος ἱστορεῖ*], ut iam nova narratio ita inciperet: *Θεόφραστόν φησι κ. τ. λ.* De Styge Callimachus partim eadem protulerat *ἐν τῷ περὶ Νυμφῶν συγγράμματι* (cf. supra p. 288), item partim novis additis Plin. Nat. Hist. II 231. XXX 149. XXXI 21, in ultimo saltem loco Theophrastum testem advocans. Idem Stygis *παράδοξον* sine teste narrat Rufus apud Oribas. l. l. p. 334.

33. „Antigon. CLIX: *ἐν δὲ τῇ τῶν Λεοντίνων ἱστορεῖν Λύκον τοὺς ὀνομαζομένους * * * ἀναζεῖν μὲν ὡς θερμότατον τῶν ἑψομένων, τὰς δὲ πηγὰς εἶναι ψυχράς. τῶν δὲ πλησιαζόντων αὐτοῖς τὸ μὲν τῶν ὀρνίθων γένος ἀποθνήσκειν εὐθύς, τοὺς δὲ ἀνθρώπους μετὰ τρίτην ἡμέραν.* Locum mutilum ita supplet Cluverus in Sicil. Antiq. p. 345: *τοὺς ὀνομαζομένους Κρατῆρας*, Meursius *τοὺς ὀν. Δείλλους.* Macrob. V 19 de his puteis: aquarum scaturigine semper

ebullientes, quos incolae Crateras vocant, et nomine Dellos appellant." Bentl. Ego Meursianum ob homoeoteleuton praetulerim. Narrationis partem tantum apposuit Plin. Nat. Hist. XXXI 26: necare aquas — dicit — Lycus in Leontinis tertio die quam quis biberit. adde Rufum apud Oribas. l. l. p. 334: *ὕδωρ ἐν Λεοντίνοις ἐστιν, οὗ ἤν τις πίῃ, ἀποθνήσκει.* Rem exposuit etiam Polemo in libro *περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν:* cf. Preller. p. 126 seq., qui aliorum de re testimonia attulit.

34. „Antigon. CLX: *ὅμοιον δὲ τούτῳ καὶ τὸ περὶ τὸν Κώων χύτρινον γίνεσθαι· καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἀτμὸν μὲν ἐκβάλλειν καὶ ποιεῖν ἔμφασιν τόξιων, τὰ δὲ καθειμένα καθ' ὑπερβολὴν ψύχειν.* Interpres et recentiores geographi *Χύτρινον* Coorum quandam regionem commenti sunt ex hoc loco Antigoni. sed legendum *χύτρινον,* quod idem est ac *χύτρα,* olla, exponente Galeno in Lexico (p. 598 Franz.), ac saepe occurrit apud Hippocratem. praeterea ratione figurae qua ollas referunt *χύτρινα* dicuntur cava terrae, e quibus fontes scaturiunt. Hesychius (IV p. 302): *χυτρῖνοι· τὰ κοῖλα τῆς γῆς, δι' ὧν αἱ πηγαὶ ἀνίενται.* peculiariter vero h c Coorum fons *χύτρινος* appellatus, quia speciem ferventis et fumantis ollae exhibebat. *Καὶ ποιεῖν ἔμφασιν τόξιον* (*τοξιον* Palat.) ita vertit Xylander silente Meursio: vaporem exhalare venenatum, quasi legendum esse vellet *τοξικόν,* quod venenum est quo sagittas illinebant, quam interpretationem neque dictio neque sententia ferre potest. lege sine dubio: *καὶ ποιεῖν ἔμφασιν τοῦ ζεῖν,* praebere speciem ferventis. Similiter fere Sotion in Paradoxis de alio fonte (VIII): *κρήνη ἐν Παλικοῖς, ἥτις εἰς ὕψος ἀναρρίπτει τὸ ὕδωρ πηχέων ἓξ ἔμφασιν ποιοῦσα μέλλειν κατακλύζειν τοὺς ὑποκειμένους τόπους.*" Bentl.

35. „Antigon. CLXI: *εἶναι δὲ παρὰ τοῖς Κώοις καὶ ἄλλο τι ῥευμάτιον, ὃ πάντας τοὺς ὀχετοὺς ὅθεν διαρρεῖ λίθους πεποίηκε.* Quibus haec addit Antigonus de suo: *τοῦτο δὲ καὶ Εὔδοξος καὶ Καλλίμαχος παραλείπουσιν, ὅτι ἐκ τοῦδε τοῦ ὕδατος οἱ Κῷοι λίθους λατομήσαντες ᾠκοδόμησαν τὸ θέατρον· οὕτως ἰσχυρῶς ἀπολιθοῦται πᾶν γένος.* unde luce meridiana clarius apparet, omnia superiora, quae ex Antigono descripsimus, esse Callimachi. nimirum hanc historiam de

rivulo apud Coos ex Eudoxo sumpserat Callimachus, uti constat ex iis quae proxime sequuntur: *λέγειν δὲ τὸν Εὔδοξον καὶ περὶ τῶν — φρεάτων.*" Bentl., qui nollem *τοὺς ὀχετοὺς ὅθεν διαρρεῖ* interpretatus esset aquaeductus *per quos* defluxit. nam *ὅθεν* indicat hoc sibi voluisse Callimachum et Antigonum, *ῥευμάτιον* illud aquaeductus ab eo inde loco, ubi perfluere eos incipiat, in lapides mutasse.

36. „Antigon. CLXII: *λέγειν δὲ τὸν Εὔδοξον καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ Μυθοπόλει φρεάτων, ὅτι παραπλήσιόν τι τῷ Νείλῳ πάσχουσι· τοῦ μὲν γὰρ θέρους ὑπὲρ τὰ χείλη πληροῦσθαι, τοῦ δὲ χειμῶνος οὕτως ἐκλείπειν, ὥστε μηδὲ βάψαι ῥᾴδιον εἶναι.*" Bentl., quem miror intactum reliquisse *Μυθοπόλει*, eodem modo corruptum etiam in Pseudoaristot. LV ubi eadem res narratur. sed Holsten. ad Steph. Byz. s. *Πυθόπολις* et Bernard. ad Synes. de Febrib. p. 116 correxerunt *Πυθοπόλει*, quod unice verum esse docet ab omnibus, etiam a Westermanno, neglectus Rufus in Oribasii Collect. Med. Vol. I p. 332 Daremb.: *ὅσαι πηγαὶ βαθεῖαί τε καὶ οὐδὲν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ὄμβρων πολὺ λαμβάνουσιν εὑρήσεις αὐτὰς τοῦ μὲν χειμῶνος καὶ τοῖς ἰσχυροτάτοις ψύχεσι μικροτάτας, τοῦ δὲ θέρους μεγίστας, ὥστε καὶ ἡ ἐν Δήλῳ λίμνη ταὐτὸ πάσχει ταῖς αὐταῖς αἰτίαις, καὶ φρέατα τὰ ἐν Πυθοπόλει.*

37. „Antigon. CLXIII: *καὶ περὶ τοῦ κατὰ τὴν Κρήτην ὑδατίου, οὗ οἱ ὑπερκαθίζοντες, ὅταν ὑετὸς ᾖ, διατελοῦσιν ἄβροχοι, παραδεδόσθαι δὲ τοῖς Κρησίν, ἀπ' ἐκείνου λούσασθαι τὴν Εὐρώπην ἀπὸ τῆς τοῦ Διὸς μίξεως.*" Bentl. Similia narrat Sotion IV nec ipse testem adhibens.

38. „Antigon. CLXIV: *ἐν δὲ Λυκηταῖς Θεόπομπον φάσκειν τι εἶναι ὕδωρ ὀξύ, τοὺς δὲ ἐκ τούτου πίνοντας ὥσπερ ἐπὶ τῶν οἴνων ἀλλοιοῦσθαι.* Pro *Λυκήταις* recte Meursius *Λυγκησταῖς*. Addit Antigonus de suo: *καὶ τοῦθ' ὑπὸ πλειόνων μαρτυρεῖται.*" Bentl. Notissimam gentem, *Λυγκηστάς*, appellant etiam idem *παράδοξον* memorantes Sotion XX, Plin. Nat. Hist. II 230, Rufus ap. Oribas. l. l. p. 335, Theopompum eiusdem rei testem faciunt Sotion XX et Athen. II p. 43 D, quorum ille quum scribat *τοὺς δὲ πίνοντας μεθύσκεσθαι ὡς ἀπὸ οἴνου*, in Antigono quoque pro *ἐπὶ τῶν οἴνων* rescribendum videtur *ἀπὸ τῶν οἴνων*.

39. „Antigon. CLXV: *τὸ δ' ἐκ τῆς πέτρας Ἀρμενίων*

*ἐκπίπτον Κτησίαν ἱστορεῖν ὅτι συμβάλλει ἰχθῦς μέλανας, ὥστε τὸν ἀπογευσάμενον τελευτᾶν.* Bene Meursius *ὧν τὸν ἀπογευσάμενον*, ex Plinio Nat. Hist. (XXXI 25): Ctesias in Armenia fontem esse scribit ex quo nigros pisces illico mortem afferre in cibis." Bentl.

40. „Antigon. CLXVI: *περὶ δὲ πυρὸς Κτησίαν φησὶν ἱστορεῖν, ὅτι περὶ τὴν τῶν Φασηλιτῶν χώραν ἐπὶ τοῦ τῆς Χιμαίρας ὄρους ἐστὶ τὸ καλούμενον ἀθάνατον πῦρ. τοῦτο δὲ ἐὰν μὲν εἰς ὕδωρ ἐμβάλῃ, καίεσθαι βελτίον, ἐὰν δὲ φορτίον ἐπιβάλων πήξῃ τις, σβέννυσθαι.* Nota *ἀθάνατον πῦρ*. Diogenes Laert. in epigrammate quod extat in vit. Empedocl. (VIII 75) et in Anthologia (VII 123):

*καὶ σύ ποτ', Ἐμπεδόκλεις, διερῇ φλογὶ σῶμα καθήρας,*
*πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔκπιες ἀθανάτων.*

lege *ἀθάνατον* (quae Bentlei coniecturam esse fugit Meinek. Delect. poet. Anthol. graec. p. 192), porro *πήξῃ*, quod Xylander praeteriit dissimulante etiam Meursio, legendum *πνίξῃ*, strangulet, suffocet. De suo autem subiungit Antigonus: *παραπλήσιον δὲ τούτῳ ὁρᾶται γινόμενον ἐπὶ ἁλός· ἐδωρήσατο γὰρ ἡμῖν Σικελὸς ξένος τοιοῦτον, ὃ* (lege *ὅς*) *ἐν μὲν τῷ πυρὶ ἐτήκετο, ἐν δὲ τῷ ὕδατι ἥλλετο.*" Bentl. In verbis *ἐὰν μὲν εἰς ὕδωρ ἐμβάλῃ* cum Meursio Bentleius dedit *εἰς ὕδωρ ἐμβάλῃς*, Westermannus autem praetulit *ἐάν μέν τις ὕδωρ ἐμβάλῃ*, quae sententia etiam faciliori negotio restitui posse videtur ita: *ἐὰν μὲν εἷς ὕδωρ ἐμβάλῃ*. nam *εἷς* pro indefinito *τις* apud seriores scriptores non infrequens est: cf. Lobeck. Elem. Pathol. I p. 44. praeterea pro *φορτίον* recte Scaliger. et Beckmann. *φορυτόν* corrigunt, ut docet Ctesias apud Phot. Bibl. p. 46 A 34: *ὅτι πῦρ ἐστιν ἐγγὺς Φασήλιδος ἐν Λυκίᾳ ἀθάνατον, καὶ ὅτι ἀεὶ καίεται ἐπὶ πέτρας καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ ὕδατι μὲν οὐ σβέννυται, ἀλλὰ ἀναφλέγει, φορυτῷ δὲ σβέννυται.* Ctesiam eiusdem rei testem etiam Plin. Nat. Hist. II 236 affert.

41. „Antigon. CLXVIII: *περὶ δὲ λίθων τὸν αὐτὸν τοῦτον λέγειν, τὸν παρὰ τοῖς Βοττιαίοις ἐν Θρᾴκῃ γινόμενον ὅταν ὁ ἥλιος προσβάλλῃ, πῦρ ἐξ αὐτοῦ ἐκθυμιᾶσθαι. ἐκεῖνος δ' ἵνα παρέχῃ γνοὺς μὲν τὴν τῶν ἀνθράκων χροιὰν διαμένοντας ἀφθάρτους κἂν σβέσαι τις πάλιν ἐπικεχειρήκασιν τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν συντελεῖν.* Locus plane conclamatus

cuique nihil opis afferre possumus: alii periculum faciant, quibus maior eruditionis, ingenii otiique copia, nos enim haec commentamur in aliis rebus agendis occupati.“ Bentl. Qui periculum postea fecerunt, Niclasius, Teucherus, Jacobsius, iis parum res cessit, ut docent conamina a Westermanno p. 100 indicata, et dum forte meliora subsidia inveniantur, conclamatus locus manebit, id quod equidem certe Callimachi causa non admodum moleste fero. nam quae post *ἐκθυμιᾶσθαι*, quo usque sana omnia, sequuntur foede corrupta, ea non iam Callimachi esse, sed Antigoni, ex indicativo *ἐπικεχειρήκασι* patere videtur.

42. „Antigon. CLXIX: *περὶ δὲ τούτων τῆς ἀκανθείσης εἶδος Ἀριστοτέλην φάσκειν περὶ τὴν Ἐρύθηναν εὑρίσκεσθαι διαποίκιλον τὴν χρόαν, ἐξ οὗ πλῆκτρα γίνεσθαι. Τίμων δὲ ὁ κιθαρῳδὸς εἶχε καὶ ἐπεδείκνυε πολλοῖς φάσκων αὐτῷ τὸν διδάσκαλον Ἀρτοκλῆν δεδωρῆσθαι. εἶναι δὲ αὐτῶν τὴν ἀφὴν ἐν τῇ χρείᾳ σκληράν.* Et hic quoque locus a Meursio praetermissus tamquam insanabilis. nos aliqua, si non omnia, emendata dabimus. Pro *περὶ δὲ τούτων* lege *περὶ δὲ φυτῶν*. sic alibi *περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν* (n. 7), *περὶ λιμνῶν* (n. 24), *περὶ πυρός* (n. 40), *περὶ ζώων* (n. 45). unde iam facile restitues (pro *τῆς ἀκανθείσης*) *τῆς ἀκάνθης εἶδος*.“ Bentl., qui nolim intactam reliquerit *Ἐρύθηναν* a nemine memoratam, ut ubi gentium quinam locus fuerit definire non liceat. sed facillime videtur qui notus locus sit restitui posse, modo *μερισμόν* recte instituas. nam pro *περὶ τὴν Εὐρύθηναν εὑρίσκεσθαι* legendum censemus *περὶ τὴν Ἐρύθην ἀνευρίσκεσθαι* coll. Stephan. Byz. p. 279, 8: *Ἐρύθεια, νῆσος Γηρυόνου ἐν τῷ ὠκεανῷ —. λέγεται δὲ καὶ Ἐρύθη κατὰ συναλοιφήν, ὡς τὸ Ἀγάμμεια Ἀγάμμη κ. τ. λ.* Ceterum de Timone narrationem, in qua recte Niclasius videtur nomen *Ἀρτοκλῆν* transformasse in *Ἀριστοκλῆν* coll. Athenae. XIII p. 603 E, Antigonum ultro Callimacheis addidisse hic quoque puto docere indicativum *εἶχεν*.

43. „Antigon. CLXX: *περὶ δὲ Θεσπρωτοὺς ἐκ τῆς γῆς ἄνθρακας ὀρύττεσθαι δυναμένους κάεσθαι Θεόπομπόν φησιν καταγράφειν.*“ Bentl. Rem teste non nominato significat etiam Plin. Nat. Hist. XXXVII 99.

44. „Antigon. CLXXI: *Φανίαν δὲ κατά τινας τόπους*

τῆς Λέσβου καὶ περὶ τῶν Νεανδρίδων τὰς βώλους πρὸς τὰς τῶν ὄψεων καθηγήσεις γίνεσθαι καὶ χρησίμας, καὶ εἰς ὕδωρ ἐμβληθείσας οὔτε καταδύνειν οὔτε κατατήκεσθαι. ὑπὸ τοῦτο τὸ γένος πίπτοι ἂν καὶ ἐπὶ Τάνῃ πλίνθος ἡ λεγομένη ἐπιπλεῖν. Pro καθηγήσεις repone, si ita videtur, καθελκώσεις, et lege γίνεσθαι χρησίμας sublato καί. recte autem Meursius ἐν Πιτάνῃ pro ἐπὶ Τάνῃ." Bentl. Bentlei coniectura καθελκώσεις non magis verisimilis quam Niclasiana καθυγιάσεις, quibus expendi velim num meum hoc praestet inventum: τὰς βώλους πρὸς τὰς τῶν ὄψεων παθήσεις γένεσθαι ἄκη χρήσιμα. Praeterea Holsten. ad Steph. Byz. s. Νεάνδρεια recte emendavit Νεανδριέων. Ultima quae sunt de lateribus Pitanensibus, narrata etiam a Strab. XIII p. 614, Plin. Nat. Hist. XXXV 171, Vitruv. II 3, non Callimachi, sed Antigoni videntur.

45. „Antigon. CLXXII: περὶ δὲ τῶν Κώων Λύκον μὲν ἐν τῇ Διομηδείᾳ τῇ νήσῳ φησὶν ἱστορεῖν, τοὺς ἐρωδιοὺς ὑπὸ μὲν τῶν Μήδων, ὅταν παραβάλλῃ τις εἰς τοὺς τόπους, οὐ μόνον ψαυομένους ὑπομένειν, ἀλλὰ καὶ προσπετομένους εἰς τοὺς κόλπους ἐνδύνειν καὶ σαίνειν φιλοφρόνως. λέγεσθαι δέ τι τοιοῦτον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, ὡς τῶν τοῦ Διομήδους ἑταίρων εἰς τὴν τῶν ὀρνέων τούτων φύσιν μετασχηματισθέντων. Pro περὶ τῶν Κώων recte Meursius ζώων, et pro Μήδων idem bene Ἑλλήνων ex Aristotele (Mirab. Ausc. LXXIX), Plinio (Nat. Hist. X 127), aliis." Bentl. Adde Aelian. Hist. Anim. I 1 et Antonin. Liberal. XXXVII.

46. „Antigon. CLXXIII: τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἀδρίαν ἐνοικοῦντας Ἐνετοὺς Θεόπομπον φάσκειν κατὰ τὸν σπόρου καιρὸν τοῖς κολοιοῖς ἀποστέλλειν δῶρα, ταῦτα δ' εἶναι ψαιστὰ καὶ μάζας. προσθέντας δὲ τοὺς ταῦτα κομίζοντας ἀποχωρεῖν, τῶν δὲ ὀρνέων τὸ μὲν πλῆθος ἐπὶ τοῖς ὁρίοις μένειν τῆς χώρας συνηθροισμένον, δύο δ' ἢ τρεῖς πρὸς πάντας καὶ καταμαθόντας ἀφίπτασθαι πάλιν καθαπερεί τινας πρέσβεις ἢ κατασκόπους. ἐὰν μὲν οὖν τὸ πλῆ * * *. Recte legit Xylander: προθέντας δὲ τούς et δύο ἢ τρεῖς προσπτάντας, ut constat ex eius versione. Porro sic suppleri potest hic locus ex Aristotele de Admirandis (119): ἐὰν μὲν οὖν (τὸ πλῆθος τῶν κολοιῶν) γεύσωνται τῶν δώρων, οὐχ ὑπερβαίνουσιν ἐπὶ τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ οἴδασιν οἱ Ἐνετοί, ὅτι

*ἔσονται ἐν εἰρήνῃ· ἐὰν δὲ μὴ γεύσωνται, ὡσεὶ πολεμίων ἔφοδον αὐτοῖς γινομένην οὕτω προσδοκῶσιν.*" Bentl., qui non video cur in Antigoni narratione lacunam explere ex Pseudoarist. Mirab. Ausc. 119 maluerit quam ex Aelian. Hist. An. VII 16, qui tametsi in summa re consentiunt, Aelianus tamen et ipse ut Callimachus Theopompum testem citat et ad eum proxime accedit Apostol. Synag. Paroem. Cent. I n. 38 p. 249 Leutsch. (coll. Arsen. p. 22 seq. Walz.). Certe non intelligo, cur *οἴδασι* Callimacho dare ex Pseudoaristotele, non *ἴσασι* ex Aeliano et Apostolio Bentl. voluerit. Atque idem Aelianus firmat etiam *προθέντας*, pro quo antea *προσθέντας* scriptum erat, *προσπτάντες* autem vel codex Palatinus habet.

47. „Plin. Nat. Hist. XXXI, 9: Idem (ut a calculo liberentur) contingit in Velino lacu potantibus, item in Syriae fonte iuxta Taurum montem auctor est M. Varro, et in Phrygiae Gallo flumine Callimachus. sed ibi in potando necessarius modus, ne lymphatos agat. Haec referenda ad librum Callimachi *περὶ Θαυμασίων*." Bentl., qui praeterea fortasse huc revocare debebat locum de psalacantha, quem posuit inter fragm. *Πινάκων* 100[d] n. 6. Praeterea autem nos huc revocamus

48. Aelian. Hist. An. IX 27: *Καλλίμαχος ἐν τῇ γῇ τῇ Τραχινίᾳ ᾄδει δένδρον τι φύεσθαι καὶ καλεῖσθαι σμῖλον, ᾧ τὰ ἑρπετὰ γειτνιάσαντα καὶ παραψαύσαντα ἀρχὴν εἶτα ἀποθνήσκειν,* — quod Bentleius non diversum putabat a frag. 228. sed vide quae ibi disputabimus.

## XXXI. *Πρὸς Πραξιφάνην*

librum non ex Suidae tabula, sed ex uno novimus grammatico anonymo, cui ut fidem habere non dubitamus, ita non tantum debemus quantum satis sit ad libri certam imaginem animo concipiendam. Et primum Bentleium audiamus:

### 100g.

„Scriptor incert. in vit. Arati (ap. Buhl. Vol. I p. 4 sive ap. Westermann. in Biograph. p. 54): *μέμνηται γοῦν αὐτοῦ (Ἀράτου) καὶ Καλλίμαχος ὡς πρεσβυτέρου οὐ μόνον ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πρὸς Πραξιφάνην, πάνυ ἐπαινῶν αὐτὸν ὡς πολυμαθῆ καὶ ἄριστον*

*ποιητήν*." Haec Bentleius, cuius verbis addi debet quem post eius tempora primus Ruhnkenius in editione Ernesti p. 590 seq. e codice Barocciano evulgavit, post eum alii ediderunt (Buhl. l. l. p. 444 et Westerm. l. l. p. 57 sq.) in alia Arati vita locus hic p. 58, 24 Westerm.: *ἐγένετο δὲ* (*Ἄρατος*) *σφόδρα πολυγράμματος ἀνήρ, ὡς μαρτυρεῖ Καλλίμαχος*, nam haec quin ex eodem *πρὸς Πραξιφάνην* libro deprompta sint non videtur dubitari posse. Ergo Callimachus ibi Aratum, quem Epigrammate quoque XXIX celebravit, non solum *πολυμαθῆ* et *ἄριστον ποιητήν*, sed etiam *πολυγράμματον* vocabat. At ultra haec quae tendunt, coniecturae sunt omnes, quarum eam quidem facile concedimus esse admodum probabilem, cogitari debere de eo Praxiphane, quem nonnulli primum fuisse appellatum grammaticum et in grammaticis vel criticis quaestionibus idoneum testem esse putabant (cf. Classen. de gramm. graec. primord. p. 8 et p. 71, quamquam de hominis virtute longe aliter iudicat Mein. ad Sophocl. Oed. Col. p. 211). sed quod his annectit Prellerus in Dissert. de Praxiphan. p. 7 (in Opuscul. p. 96 seq.), Callimachum edidisse librum adversus Praxiphanem inscriptum, quo de historia poetarum quae ab hoc tradita erant adnotationibus suis auxisse atque castigasse videatur, id vacillat totum. ac ne hoc quidem constat, de pluribusne scriptoribus praeter Aratum Callimachus in eo libro disputaverit et Praxiphanem utrum adversarium aggressus sit an (ut Hecker. Com. Callim. p. 68 statuit) amicum ornare libro misso voluerit. nam *πρὸς Πραξιφάνην* utrumque significare potest. ut autem ad Praxiphanem de Arato poeta Callimachum scripsisse non absimile vero videatur, moneo ipsum Praxiphanem *περὶ ποιημάτων* libros edidisse, si quidem recte, ut puto, Philodemi *περὶ ποιημάτων* verba in Volum. Herculaneus. Oxon. II Duebnerus in epistola, quam Philologis Gothae conventum agentibus scripsit Paris. 1840, ita explevit et emendavit p. 13: *Πρα[ξ]ιφάνης δ' ἕτερα μέν τινα [λ]έγει περὶ τῆς ἀρετῆς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ποιη[μά]των· ἐν δ', ἐνίοτε καὶ π[ραγ]μάτων ὄντων καὶ λέ[ξεως], κενὸν εἶναι ἀ[ρετῆς τὸ γράμμα]*.

Huic libro si non proximum, at certe vicinum locum in integra librorum Callimacheorum tabula Suidiana obtinuisse probabile est

## XXXII. ῞Υμνους,

cui titulo adiectum fuisse aliquem numerum putamus. is autem num senarium excesserit frustra quaerimus, quantumvis sit ad literas Callimacheas emolumenti. nam praeter sex quos superstites habemus hymnos alios poetam scripsisse nimia largitione statuere doctos viros video. velut hymnum in Herculem Callimachum fecisse persuasum habebant Hemsterhusius ad frag. 120, Ruhnken. ad fr. 275, Meinekius Vind. Strab. p. 247. porro ex hymno aliquo in Martem aliunde quidem ignoto Buttmannus ad schol. Hom. Od. III 380 et Schneidew. in Exercit. crit. cap. IV p. 16 petitum putabant frag. 503, quod potius hymno deperdito in Minervam a Palladis Lavacro diverso ascribendum esse Hecker. Com. Call. p. 150 censebat. tum hymnum Callimachi in Bacchum fuisse Rankius ad Hesiod. Scut. 91 sibi persuasit propter fragm. 175. postremo Callimachi hymnum in Dioscuros olim extitisse suspicabatur Ahrens. de Dial. Dor. p. 263 n. 40. Qui si nihil aliud sibi voluerunt nisi hoc, Callimachum deorum illorum laudes cecinisse, quis tandem obloquatur? sed si hoc ita factum esse contendunt, ut laudes illae solum fuerint carminis argumentum idque eadem ratione pertractatum sit qua in Hymnis proprie dictis poeta usus est, profecto non video cur ad Hymnos referenda sint quae alii carminum generi aeque conveniant, velut Aetiis. ac plus tribuendum censeo veterum scriptorum silentio, qui alium hymnum non citant, quam recentiorum virorum coniecturis. quamquam per se non incredibile esse, poetam nostrum alios quoque hymnos in sacrificantium usum scripsisse non negaverim. constat enim Ptolemaeos reges, Philadelphum maxime (cf. schol. ad Hym. in Cer. 1), operam dedisse, ut veterum Graecorum religiones in Aegyptum adveherentur, Graeciaeque ritus sacros in nova quoque patria summo exhibito splendore celebrasse, quam in rem etiam Callimachi ingenio et arte uti eos voluisse qui hymnos sacros sibi scriberet, et per se credibile est et apparet ex iis quae supersunt poetae hymnis, nisi quod Lavacrum Palladis, quod totum agi Argis in Graecia fingitur, non tam Ptolemaeorum iussu quam Argivorum precibus compositum a poeta videtur (cf. ad fragm. 146). Diversis autem temporibus, ut res ferebat, hymni scripti sunt, ut

hymnus in Jovem editus est Philadelpho regnare incipiente, hymnus in Apollinem autem ultimis eiusdem regis temporibus, quod docte demonstrat Otto Richterus in Programm. Guben. 1871 (de hymni in Delum temporibus cf. Droysenii Hellenism. II p. 277 not. 12 coll. Dilthey de Cydipp. p. 120. de reliquis hymnis non aeque certo constat). sed postea in unum corpus hymnos collectos fuisse ab ipso fortasse poeta eo patet, quod nisi collecti fuissent, Marianus Anastasii temporibus non hymnorum *μετάφρασιν* facere potuisset (cf. Suid. II 1 p. 697). etiam ad hymnos num eiusdem Suidae memoria spectet, I 1 p. 813 (coll. Eudoc. p. 64), Astyagen grammaticum *εἰς Καλλίμαχον τὸν ποιητὴν ὑπόμνημα* fecisse, aut II 1 p. 983, Nicanorem *περὶ στιγμῆς τῆς παρὰ Καλλιμάχῳ* scripsisse, certo dici nequit.

Tandem perventum est ad

## XXXIII. *Ὑπομνήματα*,

quem librum tametsi et ipsum Suidas in tabula omisit, satis tamen aliorum testimoniis firmatum habemus. Inter quos testes quum Athenaeus III p. 95 F seq. aliquid dicat *μαρτυρεῖν Καλλίμαχον ἢ Ζηνόδοτον ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν*, Duentzerus de Zenodoti stud. Homer. p. 29 et Ernestus Koepke in erudita de hypomnematis graecis disputatione (Berolin. 1842) p. 12 Athenaeum dubitasse putabant Callimachusne an Zenodotus libri auctor esset. Nobis tamen paulo aliter visum. reputanti enim mihi Athenaeum X p. 412 A usurpasse Zenodotum *ἐν δευτέρῳ Ἐπιτομῶν* et nec ipsum alibi nec alium quemquam integra *Ὑπομνήματα* Zenodoti novisse, ita potius statuendum videtur, *ὑπομνήματα* a Callimacho edita Zenodotum in brevem aliquam summam redegisse, in eandemque sententiam interpretor verba scholiastae Eurip. in Rhes. 28: *ἔνιοι δέ εἰσιν, οἳ καὶ παρὰ τὴν αὐτὴν (Εὐρώπην) ὠνομάσθαί (φασιν) τὴν ἤπειρον, καθάπερ καὶ* Καλλίμαχος, Ζηνόδοτος δὲ ἐξ αὐτοῦ. Id quum iam olim coniecissem in Neue Jenaer Literaturzeit. 1848 p. 873, Carolus Dilthey in Anal. Callim. p. 10 noluit me dixisse Callimacheorum hypomnematon Zenodoti librum fuisse epitomam, hac contra me usus argumentandi ratione: nam haec excerpta (Zenodoti)

quae iterum excerperentur parum hercle apta fuerunt. perinde quasi ego bis esse hic epitomatorem grassatum contenderim. Sed Diltheyo probabilius videtur, Zenodotum in suis commentariis, qui Ἐπιτομαί vocati sint, non Callimachum solum, sed alios quoque auctores excerpsisse, singulisque hypomnematon articulis auctorum mentionem praeposuisse. In cuius sententiam tametsi concedo non minus recte quam in nostram intelligi posse et Athenaei l. l. verba (*Καλλίμαχος ἢ Ζηνόδοτος*) et scholiastae Euripidei (*Καλλίμαχος, Ζηνόδοτος δὲ ἐξ αὐτοῦ*), tamen Diltheyi causa magnopere optandum erat, ut aliquem alium praeter Callimachum scriptorem allatum haberemus qui eodem modo cum Zenodoto contenderetur. nunc autem quum unus solus Callimachus isque bis ita nominetur, quidni veri similius sit, nova non proposita cum Diltheyo coniectura statuere alium omnino non fuisse praeter Callimachum quem Zenodotus excerpserit? quo concesso nihil profecto relinquitur nisi ut Zenodotum eo quo dixi modo Callimachi *Ὑπομνήματα* epitomavisse putemus. At Diltheyus etiam longius progressus est. nam quum in Athenaei loco III p. 95 F (n. 1) nullam causam se videre dicat, cur Callimachi testimonium de subus Veneri ab Argivis immolari solitis *Ὑπομνημάτων* potissimum reliquiis interponatur, *ἱστορικῶν ὑπομνημάτων* memoriam ibi a Callimacho arcet (quae ex aliquo alio libro afferri potuerit), sed ad solum Zenodotum revocat. qua in re levem quandam miror viri docti inconstantiam, ut qui paulo ante secundum Athenae. X p. 412 A Zenodoti libro inscriptum fuisse dicat *Ἐπιτομαί*, nunc autem *ἱστορικὰ ὑπομνήματα* eius libri titulum agnoscat. quamquam si ad utrumque scriptorem spectare hunc titulum Athenaeus voluit, non est profecto vituperandus, quoniam utriusque operi convenit. nam Zenodoti opus etsi *Ἐπιτομή* fuit, hypomnema tamen esse non desiit. Nihil igitur causae allatum video cur meae me poeniteat coniecturae olim propositae, Zenodotum (quem non posse Ephesium illum intelligi cum Wolf. in Prolegom. p. CCXV et Koepk. de Hypomn. p. 12, per se patet, sed intelligendus est aut Alexandrinus aliquis recentior, ut putat Duentzer. de Zenod. stud. Hom. p. 28, aut, quod ego olim commendavi l. l., Zenodotus Mallotes) *τῶν Ὑπομνημάτων* Callimachi epitomen fecisse, cui coniecturae tantum tribuo,

ut vel ex Zenodotea epitome de libri Callimachei ratione coniecturam facere audeam. De illa enim quum haec legamus ap. Athenae. X p. 412 A: *Ζηνόδοτος δὲ ἐν δευτέρῳ τῶν Ἐπιτομῶν*, quibus verbis addita est fabula de Hercule et Lepreo, non solum hanc Zenodotum debere puto Callimacho, sed apud hunc quoque narrationem libro secundo *Ὑπομνημάτων* intextam fuisse persuasum habeo. atque ista quidem res ad veterum fabulas pertinet, quas etiam alibi in *Ὑπομνήμασι* Callimachus attigisse videtur, ut certe factum n. 4. contra quod apud Athenae. III p. 95 F seq. (n. 1) de subus Veneri etiamnum immolari solitis traditur, id historicum est ut alibi in eo libro tractatae res, et quum in *ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν* locum habuisse narretur, etsi alibi libri titulus est simplex *ὑπομνήματα*, pronum est suspicari Callimachi opus simplicem habuisse titulum *ὑπομνήματα*, sed eius libri duas fuisse partes, priorem (cf. ad n. 5) historicas res complectentem, cui proprium titulum *ἱστορικῶν ὑπομνημάτων* ipse Callimachus praeposuisse videtur (ut praeter aliorum multorum fuerunt etiam Euphorionis *ὑπομνήματα ἱστορικά* cf. Mein. Anal. Alex. p. 26 seq. et Koepk. l. l.), alteram mythos referentem, cui si *μυθικὰ ὑπομνήματα* praescriptum titulum fuisse conicio, saltem hoc habeo commendationis, quod Silenum quoque Chium *μυθικὰ ὑπομνήματα* scripsisse scimus e schol. Hom. Od. I 75 (coll. Eustath. ad Od. p. 1871, 21), Eudoc. Violar. p. 312 et 349, Tzetz. ad Lycophr. 786), ubi Ulixis nominis rationem exponebat. Ceterum Callimachi hunc librum Athenaeus quidem non videtur nisi ex Zenodoti epitome cognovisse, qua tamen non puto effectum fuisse ut grandius Callimachi opus interiret, quod lexicographis et scholiographis quidem, certe vetustioribus illis unde Harpocration, scholiasta Apollonii Rhodii etc. hauriebant, ad manus etiamtum fuisse existimo integrum. Sed iam satis sit coniecturarum. nunc fragmenta huius libri videamus.

100[b].

1. „Athen. III p. 95 F seq.: *ὅτι δ' ὄντως Ἀφροδίτῃ ὗς θύεται μαρτυρεῖ Καλλίμαχος ἢ Ζηνόδοτος ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι γράφων ὧδε· Ἀργεῖοι Ἀφροδίτῃ ὗν θύουσι, καὶ ἡ ἑορτὴ καλεῖται Ὑστήρια.*“ Bentl. Hoc modo veterem

aliquem errorem suum tacite Callimachus correxit. cf. ad fr. 82 extr. — De re cf. Bernhardy. ad Dionys. Perieg. p. 760 seq.

2. „Harpocrat. s. *Ἀκή* (p. 9, 15 Bekk.): *Ἀκή· πόλις αὕτη ἐν Φοινίκῃ —, ἣν Νικάνωρ ὁ περὶ μετονομασιῶ γεγραφὼς καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι τὴν νῦν Πτολεμαΐδα καλουμένην φασὶν εἶναι· Δημήτριος δὲ ἰδίως τὴν ἀκρόπολιν τῆς Πτολεμαΐδος πρότερον Ἀκὴν ὠνομάσθαι φησίν.*" Bentl. Cf. Stephan. Byz. p. 538, 7: *Πτολεμαΐς, πόλις Φοινίκης· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἀκὴ ἀπὸ τῆς ἰάσεως τοῦ γενομένου δήγματος Ἡρακλεῖ ὑπὸ ὄφεως.*

3. „Schol. Apollon. Rhod. I 1116: *Ἀπολλόδωρος δέ φησι Νηπείας πεδίον ἐν Φρυγίᾳ· ὁ δὲ Καλλίμαχός φησιν ἐν Ὑπομνήμασι Νέμεσιν εἶναι τὴν τὸ πεδίον κατέχουσαν.*" Bentl. Rem Callimachus attigit etiam in Hecal. cap. VII. cf. fr. 45.

4. „Eustath. ad Hom. Odyss. p. 1714, 43: *ἰστέον δὲ καὶ ὅτι ἐπιρρεπὴς ὁ μῦθος εἰς τὰ κυνώδη φάσματα, ὃς καὶ τὴν Ἑκάβην ἀπεκύνωσε. καὶ τὴν Ἑκάτην δὲ κυνὸς κεφαλὴν ἔχουσαν πλάττει. καὶ Καλλίμαχος οὖν ἐν Ὑπομνήμασι τὴν Ἄρτεμιν ἐπιξενωθῆναί φησιν Ἐφέσῳ υἱῷ Καΰστρου, ἐκβαλλομένην δὲ ὑπὸ τῆς γυναικὸς τὸ μὲν πρῶτον μεταβαλεῖν αὐτὴν εἰς κύνα, εἶτ' αὖθις ἐλεήσασαν ἀποκαταστῆσαι εἰς ἄνθρωπον, καὶ αὐτὴν μὲν αἰσχυνθεῖσαν ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι ἀπάγξασθαι, τὴν δὲ θεὸν περιθεῖσαν αὐτῇ τὸν οἰκεῖον κόσμον Ἑκάτην ὀνομάσαι.*" Bentl. Caystrum eiusque filium Ephesum memorat Pausan. VII 2, 7, sed de huius uxore eiusque fatis nihil aliunde constare puto. Cur autem fr. 82[d] cum hoc *Ὑπομνημάτων* fragmento iungendum censeat Dilthey Anal. Alex. p. 8, idoneam causam non video. Hecaten denuo memorasse in *Ὑπομνήμασι* Callimachum puto fr. 556.

His fragmentis quae Bentleius collegit addimus novum hoc, non sine aliqua dubitatione tamen:

5. Schol. Genev. ad Theocrit. XVII 98: *περὶ τοῦ Νείλου Καλλίμαχος ἐν ἑνί που τῶν Ὑπομνημάτων φησὶν εἰρηκέναι τινάς, Μιλησίους κτίσαντας τὴν Ναύκρατιν προσαγορεῦσαι τὸν κατ' Αἴγυπτον ποταμὸν Νεῖλον ἀπὸ τοῦ κτιστοῦ Νείλεω θεμένους τὴν προσηγορίαν.* Pro *Καλλίμαχος* in codice siglum aliquod legitur paulo obscurius, quod primus edi-

tor intelligi posse putat *Κλείταρχος* vel *Κλέανδρος* vel *Καλλισθένης*, sed Ahrens. II p. 552 non dubitavit Callimachum agnoscere, cuius *Ὑπομνήματα* nota sint. quae speciosa sane coniectura mihi certe est, qui idem Callimachi opus a scholiasta Theocriti etiam ad II 12 (fr. 556) et ad XIII 25 (fr. 381) adhibitum non sine causa statuere mihi videar. Ceterum scholiasta si vere scripsit *ἐν ἑνί που τῶν ὑπομνημάτων*, ille *ἐν ἑνί* posuit pro *ἔν τινι* (cf. ad fr. 100 F n. 40). sed quaeri tamen potest scripseritne potius *ἐν πρώτῳ που τῶν Ὑπομνημάτων*. nam priorem libri partem historias complexam fuisse supra obtinuimus. — Praeterea non dubitamus, quin propter rationem, quam inter Callimachum et Zenodotum intercessisse antea diximus, iure huc rettulerimus quae sub Zenodoti nomine leguntur:

6. Athenae. X p. 412 A: *Ζηνόδοτος δ' ἐν δευτέρῳ Ἐπιτομῶν Καύκωνός φησι τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἀστυδαμείας τῆς Φόρβαντος γενέσθαι τὸν Λεπρέα, ὃν τὸν Ἡρακλέα κελεῦσαι δεθῆναι, ὅτε Αὐγέαν τὸν μισθὸν ἀπῄτει. Ἡρακλῆς δὲ ἐκτελέσας τοὺς ἄθλους ἔρχεται ἐπὶ Καύκωνος καὶ δεηθείσης Ἀστυδαμείας διαλύεται πρὸς τὸν Λεπρέα. καὶ μετὰ ταῦτα ὁ Λεπρεὺς Ἡρακλεῖ ἐρίζει δίσκῳ καὶ ὕδατος ἀντλήσει καὶ ὅστις ἀναλώσει θᾶττον ταῦρον, καὶ λείπεται πάντα. εἶτα θωρηχθεὶς προκαλεῖται Ἡρακλέα καὶ θνήσκει ἐν τῇ μάχῃ.* ubi narrationis tenor postulare videtur, ut verba *ἐκτελέσας τοὺς ἄθλους* transponantur post *ἀπῄτει*, tum autem pergatur: *Ἡρακλῆς δὲ ἔρχεται κ. τ. λ.* — Ob eundem autem Zenodoti cum Callimacho nexum sine ulla haesitatione huc revocari poterat frag. 558, et praeterea plura sunt incertae sedis fragmenta, quae maiore probabilitate statuas *Ὑπομνήμασιν* quam alii libro olim inserta fuisse: frag. 371. 373. 376. 381. 401. 403. 415. 416. 457. 556. 558. 559. 560. 561. Atque etiam ex fragmentis quae ad Ibin Bentleius et alii referebant, unum et alterum fortasse pertinet ad *Ὑπομνήματα*. Sed quod de Gaudo quoque, Corcyra et Scheria Callimachum ibi egisse statuunt Bernhardy et Naeke (cf. ad frag. 38 extr.), minus mihi quidem probabile. —

Atque hi quidem quos novimus a Callimacho editi libri fuerunt, unde quae sumpta esse fragmenta certo testimonio constabat, Bentleio duce huic disputationi interposuimus. nunc

eodem duce Callimachi fragmenta ea afferemus quae unde petita sint non constat scriptorum testimonio.

101.

Ἀλλ' ἐνὶ δὴ φλοιοῖσι κεκομμένα τόσσα φέροιτε
γράμματα, Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι καλήν.

„Schol. Aristoph. Acharn. 144: ἴδιον ἐραστῶν ἦν τὰ τῶν ἐρωμένων ὀνόματα γράφειν ἐν τοῖς τοίχοις ἢ δένδροις ἢ φύλλοις οὕτως· ὁ δεῖνα καλός· καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ· ἀλλ' ἐνὶ δὴ φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φέροιτε κ. τ. λ., ubi notandum φύλλοισι, quam lectionem tutatur ipse scholiastes. si enim apud hunc quoque legeris δένδροις ἢ φλοιοῖς, bis eandem rem dixeris. idem quippe est inscribere arboribus ac corticibus. Bona tamen grammatici huius venia liceat nobis restituere φλοιοῖσι (quod scribebant φλυοῖσι) pro φύλλοισι. Quis enim amator adeo insulsus, ut amatae nomen perituris foliis inscribat? Foliis tantum ne nomina manda, ne turbata volent rapidis ludibria ventis, Aeneae sunt preces ad Sibyllam (Vergil. Aen. VI 74). contra quae corticibus incisa sunt nomina tam diu mansura sunt quam ipsae arbores. Certum est in silvis, inter spelaea ferarum malle pati tenerisque meos incidere amores arboribus. crescent illae, crescetis amores (Vergil. Eclog. X 53). Lucianus in Ἔρωτες (cap. XVI): ἤδη δὲ πλέον αὐτῷ τοῦ πάθους ἐρεθιζομένου τοῖχος ἅπας ἐχαράσσετο καὶ πᾶς μαλακοῦ δένδρου φλοιὸς Ἀφροδίτην καλὴν ἐκήρυσσεν. Glauci epigr. in Anthol. libr. I (Anthol. Palat. IX 341, 3): ναί, ναί, Πὰν συρικτά, καὶ εἰς αἴγειρον ἐκείναν σοί τι κατὰ φλοιοῦ γράμμ' ἐκόλαψε λέγειν.“ Bentl. Addere Bentleius, qui ex Cydippe (cf. p. 103) hoc fragmentum petitum esse intellexit, Theocrit. XVIII 47 poterat: γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται, nec debebat dubitare, quin etiam scholiasta φλοιοῖς et in fragmento dederit et in suis ipsius verbis scripserit, in quibus quod δένδροις negotium Bentleio facessivit, mihi non dubium est quin id corruptum sit, etsi legitur etiam apud Suid. II 1 p. 53 et 1061 una quidem voce auctiorem: ἐν τοῖς τοίχοις ἢ δένδροις ἢ φύλλοις δένδρων. mirum enim esset nisi θύρας quoque cum ipso Aristophane

Vesp. 98 (cf. ibi schol.) memoravisset. itaque veterem grammaticum, cuius copiis schol. Aristoph. cum Suida sua debent, sic scripsisse puto: — γράφειν ἐν τοῖς τοίχοις ἢ θύραις ἢ φλοιοῖς δένδρων. Quod autem maximum est, φλοιοῖσι Callimacho aperte vindicat Aristaenet. I 10. is enim, quod saepe fecit in ea epistola, Callimachi verba in usum suum convertit dum scribit: εἴθε, ὦ δένδρα, καὶ νοῦς ὑμῖν γένοιτο καὶ φωνή, ὅπως ἂν εἴπητε μόνον „Κυδίππη καλή"; ἢ γοῦν τοσαῦτα κατὰ τῶν φλοιῶν ἐγκεκολαμμένα φέροιτε γράμματα, ὅσα τὴν Κυδίππην ἐπονομάζει καλήν, quem locum primus huic fragmento admovit Pierson. Verisimil. p. 99. Jure igitur Bentleianum placuit omnibus praeter Bergk. Anth. lyr. II n. 29, qui et ipse tamen I n. 27 φλοιοῖς probabat, sed qui φύλλοισι defenderet in Callimacho unus tantum inventus est Carolus Dilthey, vir multis alioquin nominibus mihi laudandus, de Cydipp. p. 82, qui multo convenientius et pulcrius fingi dicit cupiisse Acontium (nam hunc illa dixisse certissimum est), ut singulis foliis illa inscripta legerentur. Cui ne hoc opponam, temerarium esse si quis statuere velit, Aristaenetum (quem et ipsum scripsisse φλοιοῖς concedit) Callimacheae sententiae consulto substituisse aliam, neve hoc moneam, voci φύλλοις parum convenire verbum κόπτειν, — quis neget, id si dicere voluisset poeta, aliquanto eum aliter loquuturum et prae voce γράμματα potius elaturum fuisse φύλλα, velut in hunc fere modum: φύλλα ὅσα φορεῖτε, ἐγκεκομμένοις γράμμασι πάντα ἐροῖεν „Κυδίππην καλήν". Quod autem ad convellendum φλοιοῖσι etiam hoc addit: tam vulgare hoc erat (ut corticibus nomina Graeci inscriberent) et cuivis factu facile, ut tuo iure quaeras: cur tandem Acontius, si Cydippae nomen arborum corticibus insculptum legi voluit, non insculpsit ipse? — vereor ne Buttmanni verbis, Mytholog. II p. 126, in errorem inductus Callimachi mentem parum assequutus sit, qui sine dubio hoc sibi voluit: in corticibus incisas literas tot *modo* feratis, quot Cydippam dicunt pulchram, quo vetat ne alius cuiusquam pulchri hominis inscriptio in corticibus legatur praeter Cydippae omnesque iubet arbores unam celebrare Cydippam. Itaque persuasum habeo, gravissimum Bentleianae emendationi φλοιοῖσι

pondus accedere ex verbis Aristaeneti, unde certe sententiam quoque, quae Callimachi fragmento praecedebat, cognoscimus hanc: utinam mentem atque linguam habeatis, o arbores, ut solum dicatis: *Κυδίππη καλή*, cuius sententiae quum verba restitui nequeant, id tamen inde perspicitur, ad *φέροιτε* intelligendum esse *ὦ δένδρα*, id quod vel sine Aristaeneto facile pro se quisque intelligat, tum *ἀλλά* esse at *certe*. Praeterea Aristaenetus firmat etiam *φέροιτε*, a scholiasta quoque suppeditatum, cui cur Bentleius tacite substituerit *φορεῖτε* nec ipse dixit, nec ego video quo modo sententiae ab Aristaeneto indicatae conveniat. Sed quod etiam *φλοιοῖς κεκολαμμένα* ex Aristaeneto Pierson. l. l. reducere malebat pro *φλοιοῖσι κεκομμένα*, postea ipse hoc improbavit (cf. Valcken. Eleg. p. 211), etsi aliis placere non desiit ut Bergk. Anth. lyr. II p. 145 n. 29, iniuria. nam *ἐγκολάπτειν* quum hac in re verbum sit fere proprium (cf. Unger. in Bergk. Diar. 1845 p. 408), quidni putemus, Aristaenetum quidem solito more, quo Callimachi sententiam non immutavit, loqui voluisse, Callimachum autem praetulisse minus tritam aliquam vocem? Postremo *ἐρέουσι* pro praesenti tempore esse et significare dicunt, iam diximus ad fragm. 67, et agnoscit hoc etiam Aristaenetus *ἐπονομάζει* vertens, etsi id Cobetus in Mnemos. IX p. 152 *ἐπονομάσει* corrigi iubet nescio an contra scriptoris mentem. — Ubi in Aetiorum libro tertio locum fragmentum habuerit supra indicavimus p. 103. Diltheyo est n. XII, Rauchio in Aet. n. 73.

102.

*Πολλοὶ καὶ φιλέοντες Ἀκόντιον ἧκαν ἔραζε*
*οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.*

„Schol. Aristoph. Pac. 1244: *κότταβος Ἀθήναιος ἐν τῷ ιε΄ φησίν, ὅτι Σικελική τις ἐστὶ παιδιὰ πρώτων εὑρόντων Σικελῶν, — ὅτι δὲ τῶν ἐρωμένων ἐμέμνηντο ἀφιέντες ἐπ' αὐτοῖς τοὺς λεγομένους κοττάβους, δῆλον ποιεῖ Ἀχαιὸς ἐν Λίνῳ καὶ Καλλίμαχος· πολλοὶ δὲ φιλέοντες ἀκόντιον ἧκαν ἔραζε οἰνοπότησι κενὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.* Sic editio Frobenii, sed Aldina: *οἰνοπότη Σικελάς*, quae emendanda sunt ex Athen. XV p. 668 B: *καὶ Καλλίμαχος δέ φησι· πολλοὶ καὶ φιλέοντες ἀκόντιον ἧκαν ἔραζε οἰνοπόται Σικελὰς*

*ἐκ κυλίκων λάταγας.* Animadverte errorem Casauboni et aliorum, qui *ἀκόντιον* hic iaculum sive humorem eiaculatum interpretantur. scribendum enim *Ἀκόντιον*. qui Acontius erat amator Cydippae, ut ex Epistolis Ovidii (XX et XXI) vel pueris notissimum. Multi, inquit, qui ephebum Acontium amabant, inter pocula ludebant cottabis, ut augurarentur, an unquam voti compotes futuri essent. quare sine dubio hoc fragmentum ad Cydippen poema referri oportet." Bentl. In Cydippe locum suum fragmento assignavi p. 102, secundum Dilthey. l. l. p. 35 seq. cf. Valcken. Eleg. Call. p. 213, Rauch. n. 69, Bergk. I n. 25 = II n. 27. Bentleius autem addere etiam hoc debebat, eundem Athenae. paulo post XV p. 668 E dicere: *οὐκ ἀπεικότως οὖν οὐδ' ὁ Καλλίμαχος Σικελὴν τὴν λάταγα προσηγόρευσε.*

103.

*Καί μιν Ἀλητιάδαι πουλὺ γεγειότερον*
*τοῦδε παρ' Αἰγαίωνι θεῷ τελέοντες ἀγῶνα*
*θήσουσιν νίκης σύμβολον Ἰσθμιάδος,*
*ζήλῳ τῶν Νεμέηθε. πίτυν δ' ἀποτιμήσουσιν,*
*ἣ πρὶν ἀγωνιστὰς ἔστεφε τοὺς Ἐφύρῃ.*

„Plutarch. Symp. V 3: *ἡ μὲν πίτυς ἦν στέμμα τῶν ἀγώνων (τῶν Ἰσθμιακῶν) πάτριον, ἐκ δὲ Νεμέας κατὰ ζῆλον ὁ τοῦ σελίνου ξένος ὢν ἐπεισῆλθε δι' Ἡρακλέα, καὶ κρατήσας ἠμαύρωσεν ἐκεῖνον ὡς ἱερὸν ἐπιτήδειον· εἶτα μέντοι χρόνῳ πάλιν ἀνακτησαμένη τὸ πάτριον γέρας ἡ πίτυς ἀνθεῖ τῇ τιμῇ. Ἐγὼ οὖν ἀνεπειθόμην καὶ προσεῖχον, ὥστε καὶ τῶν μαρτυρίων ἐκμαθεῖν πολλὰ καὶ μνημονεύειν· Εὐφορίωνα μὲν οὕτω πως περὶ Μελικέρτου λέγοντα·* [Mein. Anal. Alex. p. 80] —, *Καλλίμαχον δὲ μᾶλλον διασαφοῦντα· λέγει δὲ ὁ Ἡρακλῆς αὐτῷ περὶ τοῦ σελίνου· καί μιν Ἀλητίδαι κ. τ. λ.* Pro *Ἀλητίδαι* legendum *Ἀλητιάδαι*, hoc est Corinthii, ab Alete notissimo illo Corinthi rege et conditore. unde Pindarus eos appellat Aletae filios, Olymp. XIII 14 *ὔμμιν δέ, παῖδες Ἀλάτα*, ubi scholiastes: *παῖδας Ἀλήτου τοὺς Κορινθίους λέγει ὡς αὐτοῦ ἀπογόνους.* Recte autem *γεγειότερον*. Suidas (II 1 p. 1076): *γέγειαι βόες, αἱ ἀρχαῖαι.* Etym. Magn.: *γέγειος, ὁ ἀρχαῖος, παρὰ Ἑκαταίῳ, καὶ καλῶν ἦρ' ὅτι, τῶς ὁ γέγειος ἔχει λόγος· καί, ἠχεῖ γέγεια ἄνθεα μήκωνός τε.*

ubi illud non praetermittendum: ex Hecataeo, qui historias scripsit oratione pedestri, minime petita esse ista testimonia, quippe quae fragmenta sunt versuum [fr. Callim. 252]. legendum itaque: *γέγειος, ὁ ἀρχαῖος, παρὰ Ἑκαταίῳ. καὶ Καλλίμαχος* (scriptum erat compendiose *καλῳ*) *ἢ ῥ' ὅτι τὼς ὁ γέγειος ἔχει λόγος — καί· ἧχι γέγεια ἄνθεα μήκωνός τε —.* Quae coniectura inde firmatur, quod eandem vocem hic usurpat Callimachus: *πουλὺ γεγειότερον*. Porro apud Plutarchum in versu postremo legitur *ῇ* casu dativo et *Ἐφύρη* recto. sed vicissim emendandum est *ἡ* recto et *Ἐφύρῃ* dativo. *Ἡ πίτυς ἔστεφε τοὺς Ἐφύρῃ ἀγωνιστάς.* sic in Pallad. Lavacr. 18: *οὐδ' ὅκα τὰν Ἴδᾳ Φρὺξ ἐδίκαζεν ἔριν,* ubi vide quae adnotavimus. Ephyre hic est Corinthus, Corinthii autem erant Isthmiorum *δικασταὶ καὶ ἀθλοθέται*, ut Olympiorum Elei." Bentl. Verissimae sunt Bentlei emendationes, quamquam *Ἀλητίδαι* tenet etiam qui et ipse ad Callimachi hunc locum respicere videtur Etym. Magn. p. 61, 51 (coll. Et. Gud. p. 34, 44 et quae huic adiecta sunt p. 618, 21 ex Orione excerpta): *Ἀλήτης ὁ Ἡρακλέους ἀπόγονος, ὁ τῆς Κορίνθου βασιλεύς, υἱὸς δὲ Ἱππότου, ἀφ' οὗ καὶ οἱ Κορίνθιοι Ἀλητίδαι.* nam quod metrum flagitat etiam grammatica ratio non deserit, cf. Lobeck. Prolegom. Pathol. p. 479 et 503. In secundo autem versu Bentleius nollem intactum reliquisset *Αἰγειῶνι*. Poseidon enim (nam alius intelligi nequit deus) *Αἰγαίων* dicitur, cuius cognominis sat multa exempla extant (cf. Schoemann. ad Aeschyl. Prom. p. 105, ubi adde Lycophr. 135 cum schol., Philostrat. vit. Apollon. IV 6 et Eudoc. Viol. p. 29, quae ex schol. Apoll. Rhod. I 1165 hausit: *Αἰγαίων ὁ Ποσειδῶν*), etsi *Αἰγαίων* multo saepius unum de Centimanis significat, saepe etiam mare Aegaeum (cf. Lobeck. Elem. Path. I p. 333), sed nunquam quantum scio Helium, quod affirmat Etym. Magn. p. 28, 2. Et *Αἰγαίων* firmat eiusdem dei sive nomen sive cognomen *Αἰγαῖος* (cf. Pherecyd. apud schol. Apollon. Rhod. I 831, Strab. IX p. 405, Sophocl. ap. Herodian. Monad. p. 28, 19 Lehrs. coll. Etym. M. p. 546, 47), quae eadem lege variant atque *Ὕβλος* et *Ὕβλων* (Steph. Byz. p. 439, 10 et p. 645, 12), *Ἀνταῖος* (*Ἀνταιούπολις*) et *Ἀνταίων* (Steph. Byz. p. 97, 14), cui normae cum *Καδμεῖος Καδμείων*, *Ἀργεῖος Ἀργείων* ipsum nostrum *Αἰγαῖος Αἰγαίων* subicit Choerobosc. Dictat. p. 72, 11

(Herod. II p. 725 Lentz.), sive Posidonem sive mare (Steph. Byz. p. 38, 5) intellexit. Contra *Αἰγειῶνα* quo modo defendam non exputo. Atque *Αἰγαίων* primus hic legit Bachmann. ad Lycophr. 135, tum etiam Welcker., Goetterlehre II p. 879, item commendavit vir doctus in Thesaur. Paris. Vol. I p. 893 A et quamquam dubitanter Hecker. Comm. Call. p. 111 *Αἰγαιῶνα* scribens parum recte, nam *Αἰγαίων* postulat Theognost. Can. p. 29, 1 (Herodian. I p. 21, 19). vulgatum tamen *Αἰγειῶνα* cum Bentleio custodiverunt Bergk. Anal. lyr. I n. 73 = II n. 76 et Rauch. de Aet. n. 90. — Versu tertio *νίκης* — *Ἰσθμιάδος* respicere videtur Stephan. Byz. p. 338, 12: *Κορίνθου Ἰσθμός, ἐν ᾗ Ἴσθμος Ποσειδῶν. καὶ νίκη Ἰσθμιάς.* — Versu quarto Meinekio in Fleckeisen. Annal. LXXXI p. 53 et ad Callim. p. 210 necessarium videbatur *τῶν Νεμέηθι*, quod tametsi etiam Bergk. Anth. lyr. II Praef. XIV et Rauch. l. l. probarunt, equidem tamen recipere dubitavi. nam si *Σαπφὼ Λεσβόθεν* recte dicitur Sappho Lesbia (Plat. in Anthol. Pal. IX 506), *ἀπ' Ἀρκαδίης Ἀταλάντη* Arcadia oriunda Atalante (Musae. 53 ubi cf. Schrader.) aliaque similia saepe dicuntur (cf. ad Nicandr. p. 95), quidni putemus recte dici potuisse *οἱ Νεμέηθε* pro *οἱ Νεμεαῖοι*? atque *Νεμέηθε* abiecta litera finali *ν* habet aliquid Callimacheum. nam vide Hym. in Del. 197 *Εὐβοίηθε*, ibid. 284 *Δωδώνηθε*, frag. 217 *Κυπρόθε*, quamquam reliquorum quoque poetarum Alexandrinorum idem usus est. cf. Lobeck. Elem. Path. II p. 148, ubi adde Quint. Smyrn. V 549 *Φθοίηθε*. Et ne quid omittam quod ad crisin pertinet, Arthurius Ludwich, de Hexametr. poet. graec. spondiac. p. 19, Antimachi hoc fragmentum esse existimabat, non Callimachi, qui neque in Lavacri neque in Epigrammatum distichis unquam admiserit hexametrum spondiacum. at is poeta ubi solis utebatur hexametris quum huius generis versus fecerit multos (cf. Ludwich. p. 137 seqq.), cur eius modi hexametros aversatus sit quando pentameter accedebat? et si vel unicum nunc in suo genere exemplum est, non minus singularis nunc modulus nobis videtur versus in Hym. in Jov. 41: *υἱωνὸς πίνουσι Λυκαονίης ἄρκτοιο.* — Quod autem ad interpretationem fragmenti attinet, ex Plutarchi verbis perspicitur ipsum Herculem haec loqui, qui interfecto leone Nemeaeo de renovandis in Archemori me-

moriam ludis eorumque praemio, apio, quod postea etiam ad Isthmia transiturum sit, vaticinatur. cf. Aet. I 9.

104.

*Οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρου σχάσσαντες ἐρετμὰ*
*λᾶα πάρα ξανθῆς Ἁρμονίης ὄφιος*
*ἄστυρον ἐκτίσσαντο, τὸ μὲν „Φυγάδων" τις ἐνίσποι*
*Γραικός, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.*

„Strab. I p. 46: *λέγεται πολλὰ τεκμήρια τῆς Ἰάσονος στρατείας — καὶ τῶν ἐπιδιωξάντων Κόλχων καὶ μέχρι τῆς Κρήτης καὶ τῆς Ἰταλίας καὶ τοῦ Ἀδρίου, ὧν ἔνια καὶ ὁ Καλλίμαχος ἐπισημαίνεται — λέγων — περὶ τῶν Κόλχων· οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρου σχάσαντες κ. τ. λ.* et libr. V p. 216. *Πολα — κτίσμα ἐστιν ἀρχαῖον Κόλχων τῶν ἐπὶ τὴν Μήδειαν ἐκπεμφθέντων, διαμαρτόντων δὲ τῆς πράξεως καὶ καταγνόντων ἑαυτῶν φυγήν· τό κεν Φυγάδων μὲν ἐνίσποι Γραικός (ὡς Καλλίμαχος εἴρηκεν), ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.* Isaacus Tzetz. ad Lycophr. 1022: *Πόλαι πόλεις εἰσὶν Ἠπείρου ὑπὸ Κόλχων κτισθεῖσαι* (leg. *πόλις* et *κτισθεῖσα*) *τῶν καταδιωξάντων τὴν Μήδειαν καὶ μὴ καταλαβόντων αὐτὴν καὶ διὰ φόβον Αἰήτου κατοικησάντων καὶ κτισάντων τὴν πόλιν, ἥτις Κολχίδι φωνῇ Πόλαι καλεῖται. τὸ δὲ Πόλαι Κολχικῶς φυγάδας σημαίνει, ὥς φησι Καλλίμαχος. Ἄστυρον* est urbs quaevis, ut supra in libro II *Αἰτίων* (fr. 19): *ἄστυρον εἰσανέβη.* Urbs, inquit, Colchico vocabulo *Πόλαι* dicta, quod graece verteris *πόλις φυγάδων.* Sed in versu secundo vix opus est ut moneam *τὸ ὄφιος* esse depravatum. Non sum nescius Harmoniam et Cadmum in angues mutatos esse, ut in fabula est. verum in hoc loco, ubi flavam Harmoniam nominasset (quod formae muliebri convenit), quam ineptum fuisset serpentem memorare! Sine dubio legendum: *λᾶα παρὰ ξανθῆς Ἁρμονίης τάφιον. λᾶα τάφιον* plane ut in Epigramm. de cippo quodam (in Anthol. Pal. VII 40) *λίθον ταφίην. Τύμβον* etiam *Ἁρμονίης* hunc tumulum appellant Apoll. Rhod. (IV 517) et Dionysius in *Περιηγήσει* (391)." Bentl. Verba *ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας* leguntur etiam in Excerpt. ex Strabon. in Hudson. Geogr. min. Vol. II p. 44. Versu primo Meinek. Vindic. Strab. p. 5 *Ἰλλυριοῖο* malebat propter codicis A scri-

pturam *ἰλλυριίῳ*. tum *σχάσαντες* primus emendavit Hecker. Com. Call. p. 45, quod Blomf. et Boissonad. scribentes *σχήσαντες* etiam magis depravabant. cf. Pind. Pyth. X 51 *κώπαν σχάσον*. De Bentlei autem emendatione *τάφιον* pro *ὄφιος* scribentis, quam verissimam Mein. l. l. dicit, non tam certa res est quam Bentleio visa. sane si constaret *λᾶα* (quam formam plane singularem a Callimacho sumpsisse videntur Philipp. in Anthol. Pal. IX 708, 5 et Anonym. in Anthol. Planud. p. 711 Jacobs., in eadem versus sede usi et ob eandem metri necessitatem), si igitur constaret *λᾶα* de sepulchro intelligendum esse, sane ea vox quo recte intelligeretur postulabat ut aliquid tale adderetur, quale Bentleius coniecit. Sed ita cur unam aliquis defendat memoratam Harmoniam, sed omissum Cadmum, qui in uno tumulo coniuncti erant et iure nominantur ambo ab Apollon. Rhod. et a Dionysio Periegeta ll. ll. At *λᾶα* etiam aliter intelligi potest. Fuerunt enim qui Cadmum et Hermionam ibi non solum in dracones conversos, sed simul hos in lapides mutatos esse dicerent. cf. Nonn. Dionys. XLIV 116: — *παρ' Ἰλλυρικοῖο δρακοντοβότου στόμα πόντου Ἁρμονίη καὶ Κάδμος ἀμειβομένοιο προσώπου λαϊνέην ἤμελλον ἔχειν ὀφιώδεα μορφήν* coll. ibid. XLVI 367: *οἷς χρόνος ἕρπων ὤπασε πετρήεσσαν ἔχειν ὀφιώδεα μορφήν*. atque has *πετρηέσσας μορφὰς ὀφιώδεις* non dubito quin Dionys. Perieg. l. l. indicare v. 395 voluerit, ubi postquam Cadmum et Hermionam in serpentes versos esse narravit, statim addit: *ἔνθά σφιν τέρας ἄλλο θεοὶ θέσαν· ἀμφὶ γὰρ αἶαν κείνην ἀμφοτέρωθεν ἐρηρέδαται δύο πέτραι, αἵ τ' ἄμφω συνίασι δονεύμεναι, εὖτέ τις ἀρχὴ γίνεται ἐνναέτῃσι κυλινδομένοιο κακοῖο*, quae *πέτραι* apud Tzetz. Chiliad. IV 707 *τάφοι* audiunt, sed *Κύλικες* appellatae fuisse videntur. hoc enim nomen in Illyria habuisse *τόπον, πολλοῖς διαβόητον, παρ' ᾧ ἐστὶ τὸ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας μνημεῖον* ex Phylarcho refert Athenaeus XI p. 462 B, iusto illic taciturnior. Jam si hanc rem indicatam esse a Callimacho putaveris, et facile intelliges cur solam Hermionam nominaverit, quoniam propior urbi Polis hic locus fuisse videtur quam alter, et concedes a Bergk. An. lyr. I n. 42 = II n. 44 iure servatum esse *ὄφιος*, qui simul *πάρα* edere debebat, non *παρά* cum prioribus. nam Polas poeta conditas dicit prope saxum flavae Harmoniae in serpentem

conversae. ubi quod flavam Hermionam nominatam esse licet memorato serpente Bentleius mirabatur, aliter iudicabit qui Lobeck. Paralip. p. 330 not. contulerit. — De Γραικός cf. frag. 160 coll. Bursian. Geograph. Graec. I p. 2 not. — Ceterum fragmentum ex Aet. II 5 sumptum puto.

105.

*Οὔπω Σμίλιον ἔργον εὔξοον, ἀλλ' ἔτι τεθμῷ*
*δηναιῷ γλυφάνων ἄξοος ἦσθα σανίς·*
*ὧδε γὰρ ἱδρύοντο θεοὺς τότε· καὶ γὰρ Ἀθήνης*
*ἐν Λίνδῳ Δαναὸς λιτὸν ἔθηκεν ἕδος.*

„Plutarch. ap. Euseb. Praep. Evangel. III 8: *ἡ τῶν ξοάνων ποίησις* [*οὐκ* addit Valcken. Diatrib. in Eurip. p. 216 A] *ἀρχαῖον ἔοικεν εἶναί τι καὶ παλαιόν, εἴ γε ξύλινον μὲν ἦν τὸ πρῶτον εἰς Δῆλον ὑπὸ Ἐρυσίχθονος Ἀπόλλωνι ἐπὶ τῶν θεωριῶν ἄγαλμα, ξύλινον δὲ τὸ τῆς Πολιάδος ὑπὸ τῶν αὐτοχθόνων ἱδρυθέν, ὃ μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι διαφυλάττουσιν. Ἥρας δὲ καὶ Σάμιοι ξύλινον εἶχον εἶδος* (lege *ἕδος*), *ὥς φησι Καλλίμαχος· οὔπω σκέλμιον ἔργον κ. τ. λ.* Apponam hic verba Isaaci Vossii ad Catull. p. 259: Callimachus *ἄνα* dixit pro *ἄνασσα* in versibus quos adscribemus prout emendandos esse existimavimus, idque eo libentius, quod viri docti eos admodum difficiles esse crediderint:

*οὔπως κλείνιον ἔργον ἔης ξόαν', ἀλλ' ἐπὶ τεθμοῦ*
*δὴν δηναιογλύφου, ὦ ἄνα, ἦσθα σανίς.*
*ὧδε καθιδρύοντο θεοὺς τότε· καὶ γάρ Ἀθήνης*
*ἐν Λίνδῳ Δαναὸς λιτὸν ἔθηκεν ἕδος.*

*τεθμοῦ* idem est quod *θεσμοῦ*. nequaquam, inquit, praeclarum opus fuisti, o statua, quippe tu, o dea, super struem ligneam antiqui et simplicis operis fuisti aliquando asser seu pluteus, ut de hac Samia dea habet Arnobius. Haec Vossius. sane, si fas est dicere, nihilo melius quam docti illi qui difficilem locum esse crediderunt. neque enim *κλείνιος*, praeclarus, a quoquam usurpata vox est. solus Hesychius post *κλινίδιον* habet *κλείνιος, ἔνδοξος*, sed locus est depravatus et scribendum *κλινός*, hoc est *κλεινός*. nam apud hunc *ει* et *ι* ubique fere confunduntur.

Idem alibi: *κλεινός· ὡραῖος, ἔνδοξος, ὀνομαστός.* Illud quod sequitur, *ὦ ξόαν'*, portentum plane est. quis enim vel fando audivit *ὁ ξόανος* pro *τὸ ξόανον*? *Τεθμός*, inquit, est *θεσμός*, hoc est strues lignorum. sane *τεθμός* est *θεσμός*, quum hoc legem significat et institutum, non alias. neque vero crediderim vel ipsum *θεσμός* notare congeriem lignorum. solus enim hoc prodidit Hesychius (II p. 310), auctor exigua fide quique ex mendosis codicibus infinita desumsit, ut in hoc ipso loco *θεσμούς* posuit pro *θωμούς*. Postremo *ὦ ἄνα*, o rex, de Junone dici opinatur Vossius, quod quam inficetum et prorsus inauditum sit nihil opus est dicere. Videamus an haec nobis melius succedant:

*Οὔπω Σκέλμιος ἔργον εὔξοον, ἀλλ' ἐπὶ τεθμοῦ*
*δηναιοῦ γλυφάνῳ ἄξοος ἦσθα σανίς.*
*ὧδε γὰρ ἱδρύοντο θεοὺς τότε. καὶ γὰρ Ἀθήνης*
*ἐν Λίνδῳ Δαναὸς κίον' ἔθηκεν ἕδος.*

Sententia est: nondum, o Juno Samia, statua eras in humanam formam effigiata, opus Scelmis statuarii (ut nunc es), sed rudis et indolatus asser. Scelmis, ut conicio, nomen artificis, qui Junonem Samiam fecit. ita apud Pausaniam de hoc vel illo simulacro passim legas *Φειδίου ἔργον, Ἐπειοῦ ἔργον, Πολυκλείτου ἔργον* etc., ut hic *Σκέλμιος ἔργον*. sic apud Plinium opus Praxitelis etc. Alii quidem artificem hunc, qui hic Scelmis vocatur, Euclidem appellant. Clemens in Protrept. (p. 41 Pott.): *τὸ δὲ ἐν Σάμῳ τῆς Ἥρας ξόανον σμίλῃ τῇ Εὐκλείδου πεποιῆσθαι Ὀλύμπιχος ἐν Σαμιακοῖς ἱστορεῖ.* sed hoc leve est. nam quoties in rebus huius modi diversa prodiderunt auctores! Bene vero *σανὶς γλυφάνῳ ἄξοος*, asser scalpro non rasus, bene etiam *ἐπὶ τεθμοῦ δηναιοῦ*, more antiquo. Clemens in Protrep. (p. 40 Pott.): *ἐν Ἰκάρῳ τῆς Ἀρτέμιδος τὸ ἄγαλμα ξύλον ἦν οὐκ εἰργασμένον* (lignum indolatum, ut vertit Arnobius libr. VI 11) *καὶ τῆς Κιθαιρωνίας Ἥρας ἐν Θεσπίᾳ πρέμνον ἐκκεκομμένον· καὶ τὸ τῆς Σαμίας Ἥρας, ὥς φησιν Ἀέθλιος, πρότερον μὲν ἦν σανίς, ὕστερον δὲ ἐπὶ Προκλέους ἄρχοντος ἀνδριαντοειδὲς ἐγένετο.* Arnobius ibidem: atque ut Aethlius memorat, ante usum disciplinamque fictorum (a recto: fictores) pluteum Samios coluisse

pro Junone. Tertullianus contra gentes (I 12): Ceres farrea, quae rudi palo et informi ligno prostat. Sic in Oedipo Coloneo Sophocles de luco Eumenidum loquens (v. 101): *κἀπὶ σεμνὸν ἑζόμην βάθρον τόδ' ἀσκέπαρνον.* Schol.: *ἀσκέπαρνον, ἄγλυφον καὶ ἀπελέκητον καὶ ἄξυστον, οὐκ εἰργασμένον.* Recte autem, ut opinor, in versu ultimo emendatum *κίον' ἔθηκεν ἕδος.* priscis enim temporibus columnae pro deorum simulacris positae sunt. Clemens ibid. (p. 40): *οἱ ἔτι παλαιότεροι ξύλα ἱδρύοντο περιφανῆ καὶ κίονας ἵστων ἐκ λίθων.* idem Strom. I (p. 418 Pott.): *πρὶν γοῦν ἀκριβωθῆναι τὰς τῶν ἀγαλμάτων σχέσεις κίονας ἱστάντες οἱ παλαιοὶ ἔσεβον τούτους ὡς ἀφιδρύματα τοῦ θεοῦ.* vide plura ibi ex scriptoribus *Φορωνίδος καὶ Εὐρωπίας.* Denique hic ipse Danaus, de quo loquitur Callimachus, Jovi et Dianae columnas posuisse dicitur pro statuis: Pausan. Corinth. (II 19, 7): *Δαναὸς ταῦτά τε ἀνέθηκε καὶ πλησίον κίονας ἐκ * * Διὸς καὶ Ἀρτέμιδος ξόανον.* — Poteris etiam legere: *οὔπω Κέλμιος ἔργον*, vel *Κέλμιον. Κέλμις* unus ex Idaeis Dactylis, ferri inventor, unde proverbium *Κέλμις ἐν σιδήρῳ.* vide Zenobium (Cent. IV, 80). memorat etiam Clemens Strom. I (p. 362 Pott.): *Κέλμις δ' αὖ καὶ Δαμναμενεὺς οἱ τῶν Ἰδαίων Δάκτυλοι πρῶτοι σίδηρον εὗρον ἐν Κύπρῳ, ὁ δὲ ἄλλος Ἰδαῖος εὗρε χαλκοῦ κρᾶσιν.* sententia erit: nondum eras statua ferrea sive aerea ex materia quam Scelmis invenit, vel nondum fabricata eras instrumentis ferreis statuariorum. Atque haec quidem, ut pro certis venditare nolim, Vossianis saltem non deteriora esse ausim polliceri." Bentl. En egregia Bentleianae sagacitatis et doctrinae documenta, quibus si non contigit viro eximio ut ubique Callimachi manum restitueret, tamen viam certe aliis monstravit qua ad verum propius accederent. Velut in *σκέλμιον* quum verissime iudicasset latere nomen proprium, nescio quo casu factum sit ut in Clementis quem afferebat loco, Protrep. p. 41, eum fugerit, *ἐν Σάμῳ τῆς Ἥρας ξόανον Σμίλιδι Εὐκλείδου πεποιῆσθαι* legendum esse, quod post Kühn. ad Pausan. VII 4, 4 et Wesseling. in Probab. p. 312 ex Pausan. VII 4, 4 et Athenagor. Legat. XLI docuit Valcken. Diatrib. in Eurip. Reliq. p. 215 seq. (add. Toup. Emend. in Suid. III p. 92 seq. Oxon.), unde *Σμίλιδος* vel *Σμίλιον* vel

*Σμίλιον* vel (quod placuit Forstero in Program. Vratislav. 1868 p. 22) *Σμιλικόν* Callimachi fragmento restituendum esse omnes uno ore confessi sunt praeter unum Meinekium, qui spreto quod Bentleius commendaverat nomine proprio ad Callim. p. 131 *σκαλμίδος* corrigere tentavit, ubi *σκαλμίς* idem esse dicit quod *σκαλμή*, cultellus, scalprum, nec diversum a *γλυφάνῳ*. in qua coniectura etsi alia omnia concesseris, vix tamen tibi persuadeas tam pauperem poetam fuisse, ut sententia parum variata bis loqueretur hoc modo: nondum fuit opus scalpro bene politum, sed scalprum non expertus axis. atque Meinekiano simillimum est *σμιλίου* (a *σμίλη*, *ἐργαλεῖον*), quod praeter *Σμίλιδος* commendavit Toup. l. l., ob eandem rationem parum probabile. Mox de *ἐύξοον* nemo Bentleio non assentietur nec dubitabit quin in altera quoque versus parte recte viderit aliquid antiquo more factum praedicari, quamquam propter phrasis insolentiam, ut videtur (nam *ἐπὶ τεθμοῦ*, quod Bentleius scripsit, ea significatione dici non solet, sed exspectandum erat aliquid quod simile esset vulgi locutionibus *κατὰ νόμον* vel *νόμῳ*), non persuasit nec Valckenario, qui ad Vossiana cogitandi vestigia reversus *ἐπὶ βαθμοῦ δηναιοῦ* coniecit l. l., neque Bergkio Anth. lyr. I n. 77 = II n. 80 aut Meinekio l. l., quorum ille *ἔτι τεθμὸν δηναιόν*, hic autem *ἔτι τεθμῷ δηναιῷ* scribendum censebant. horum ego Meinekium sequi malui, nam accusativum *τεθμόν* vix satis defendas similis sane significationis accusativis *πρόφασιν*, *δίκην*, *δέμας* etc. — In secundo versu certissimae sunt Bentlei emendationes, nisi quod ad codicum lectionem (*δὴ νεόγλυφον ὦναξ θεᾶς*) magis accedere videtur quod post Toup. l. l. et Blomf. ad h. l. tum Gaisford., Bergk., Rauch. de Aet. p. 25 ediderunt: *γλυφάνων ἄξοος*. nec praestat Meinekii *γλυφάνοις*, cui Bentleianum *γλυφανῷ* propter hiatum offensionem non habere facile concedimus. — In tertio versu quod edebatur *ὧδε γὰρ καθιδρύοντο* recte esse a Bentleio omisso *καθ* correctum docet antiquissimi codicis A scriptura, quam Gaisford. reduxit et Bergkius quoque et Rauchius dederunt, sed cui Meinekianum (ad Callim. p. 188) *ὧδε καθιδρύοντο* non praefero. — At solo in ultimo versu a vero Bentleium aberrasse, sed Vossium verum vidisse censeo. quamquam enim quod olim edebatur *λεῖον ἔθηκεν ἕδος* propter sententiam ferri non

potest, quae contrariae potius significationis vocem, ἄξοος significantem, postulat, tamen ubi templum vel statua a Danao vel eius filiabus Lindi consecratum memoratur (Herod. II 182. Strab. XIV p. 655. Diogen. Laert. I 6, 1. Apollodor. II, 1, 4. Diodor. V 58, Marm. Par. IX), numquam κίονα pro simulacro deae positum ibi esse narratum video, qua una re apparet futurum fuisse ut Bentleianae coniecturae violentia aliquo modo excusaretur. Quod autem e coniectura Toupii ad Longin: XL (add. eundem in Emend. in Suid. l. l.) non solum Gaisford. in Euseb. l. l. edidit, sed etiam Bergk. et Rauch. dederunt, λᾶαν ἔθηκεν, id nec ipsum scriptorum narrationibus firmatum est et a sententia parum praesidii habet, quae non tam simpliciter lapidem, sed lapidem nativum omnique arte carentem nominari iubet. nam re vera lapides quidem etiam summi artifices diis simulacra ponebant. Itaque ne omissum sit quod gravissimum est, minime artificiosam fuisse Athenae Lindiae statuam (nam hoc aperte significat ἕδος. cf. Ruhnk. ad Timae. p. 93), sive σανίς sive κίων fuit, praestaret emendare τοῖον ἔθηκεν ἕδος (i. e. qualis Herae Samiae γλυφάνων ἄξοος σανίς erat), nisi videretur propius accedi ad codicum scripturam posse. inter quos antiquissimus Parisinus A, quem hic quoque sequitur Venetus H, habet λίθον, in quo quis neget latere idem illud quod coniectando Vossius invenerat, λιτόν? id quo modo in vulgatum λεῖον mutari potuerit, facile perspicies, si, quod saepe factum esse ex grammaticorum admonitione (cf. Herodian. Vol. II p. 546, 10) colligi potest, λειτόν a quopiam male scriptum fuisse concesseris. Atque hoc Vossii λιτόν, quod ille quidem sola coniectura invenit, Jacobsius quoque in Anthol. Palat. III p. 166 probabat, qui prius in Animad. in Epigr. Anthol. gr. Vol. IX p. 385 φλοῖνον illi praetulerat et Vossianum λιτόν repudiaverat, quod hoc vocabulum nimis generalem notionem haberet. in quo errasse virum optimum arbitror, ut errare videntur omnes qui certae materiae statuam hic nominari oportere putant. mihi enim Callimachus ultimum distichum eam tantum ob causam addidisse videtur, ne quis veterum hominum in statuendis deorum signis illiberalitatem miraretur. nam ut Samii Herae statuam posuerint rem vilissimam, ἄξοον σανίδα, ita etiam Danaum

dixit Athenae Lindiae vilem statuam posuisse, quamquam is, ut a Lindiis benigne receptus nec adversario traditus, liberaliori modo gratiam referre debuisset. — Ceterum hoc fragmentum ad Aetia pertinere concedit Rauch. p. 25. equidem aptissimum fuisse locum in Aet. eleg. II 9 monui, ubi coniunctis cum fragmento Callimachi Plutarchi verbis quae proxime antecedunt (*Σάμιοι ξύλινον εἶχον ἕδος*), quoniam et ipsa pentametrum redolent, sic poetam dixisse statuo: iam tum, quum Argonautae Samum venerunt, te, o Hera, colebant [οἱ] *Σάμιοι· ξύλινον* [δ'] *εἶχον ἕδος* [τὸ τεόν]. axis enim tum eras vilis, qualis vetus mos erat, ut etiam Danaus Lindi vilem Minervae statuam posuit. sed tum Argonautae templum tibi consecraverunt statuamque Argis advectam posuerunt, Smilidis opus (cf. Pausan. VII 4, 4).

106.

*Καὶ γὰρ ἐγὼ τὰ μὲν ὅσσα καρήατι τῆμος ἔδωκα*
*ξανθὰ σὺν εὐόδμοις ἄκρα λίπη στεφάνοις,*
*ἄπνοα πάντ' ἐγένοντο παραχρῆμ', ὅσσα τ' ὀδόντων*
*ἔνδοθι νειαίρην τ' εἰς ἀχάριστον ἔδυ,*
*καὶ τῶν οὐδὲν ἔμεινεν ἐς αὔριον· ὅσσα δ' ἀκουαῖς*
*εἰσεθέμην, ἔτι μοι μοῦνα πάρεστι τάδε.*

„Extat apud Stobaeum Flor. tit. LXXXI 8. versum secundum sic emendat magnus Grotius: *ἄνθε' ἐν εὐόδμοις ἀκραλιφῆ στεφάνοις*, *ἀκραλιφῆ* autem unguentata interpretatur, tamquam ab *ἄλειφαρ*, ut *πισσαλιφής*, *νηλιφής* et similia. Paucis, ni fallor, arridebit haec coniectura. nihil tamen in mentem venit quod mihi veri simile videatur.“ Bentl. Nunc omnibus verissime emendasse videtur Valcken. Eleg. Callim. p. 231: *ἁβρὰ λίπη*, Ernestio, Blomfieldo, Boissonadio, Heckero, Com. Call. p. 104, Bergkio I n. 14 = II n. 14, atque tacite ita in Stobaeo nuper Mein. edidit vol. III p. 113, quod sane Toupiano *ναρδολιπῆ* in Emend. Suid. II p. 75 proposito multo praestat. ego tamen sequi Valckenarium propterea dubitavi, quoniam id ipsum quod codices habent, *ἀκραλιπῆ*, verum videtur, modo verba male conglutinata dirimas: *ἄκρα λίπη*, ubi *ἄκρα* pro adverbio est et *ἔξοχα* significat (cf. ad Nicandr. Alex. 544 et Jacobs. ad Anthol. Pal. Vol. III

p. 205 seq.) atque cum *εὐόδμοις* iungendum est, in postposito autem voci suae adverbio non magis quisquam offendet quam in *λίην*, *ἄγαν*, *πάνυ* similibusque vocibus eandem transpositionem vel in prosa oratione saepissime passis. Sed *ξανθά* in eodem versu Valcken. l. l. attrectare non debebat, *Ξάνθε* scribens. atque apte vulgato Hecker. Com. Callim. p. 104 admovit Anaxil. ap. Athen. XII p. 548 C: *ξανθοῖς τε μύροις χρῶτα λιπαίνων*. — V. tertio Naek. de Choeril. p. 214 et de Hecal. p. 105 correxit *παρὰ χρέος*, nescio an vere, ut Meinekius quoque ad Callim. p. 240 iudicabat, qui tamen in Stobaeo edendo nihil mutavit. neque Naekio obsequutus est Bergkius. — V. quarto cur Meinekius *νειαίραν* de suo ediderit (debebat saltem *νείαιραν*), non exputo, nam in Hom. Jl. XVI 465 et Nicandr. Al. 270 *νείαιραν* adiectivum est. sed substantivum *νειαίρη* etiam ex Hippocrate produxit Lobeck. Paralip. p. 307 not. — V. quinto *ἀκουάς* Codd., quod in *ἀκουαῖς* tacite mutavit Bentleius et edidit Meinekius. illud retinet Bergkius. — Praeterea autem ipsius Joannis Stobaei verba, quibus Callimachi fragmentum produxit, novas turbas cient, quibus componendis ut operam demus oportet Callimachi causa. In titulo enim ubi scriptorum locos affert qui *γράμματα* laudant, ut *μνήμην ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάνην*, Callimachi quoque fragmentum posuit hac usus commendatione: *Καλλιμάχου δεύτερον*, quae quin corrupta sint nemo dubitabit qui Joannis in citandis scriptorum locis usum probe cognoverit. is enim ubi operis cuiusdam ex quo excerpta daturus est plures sunt libri, in hunc modum, siquidem accuratius loqui nec in solo scriptoris aut operis nomine acquiescere malit, dicere solet *Πλάτωνος Νόμων β'* vel *Ξενοφῶντος* (*ἐν*) (*τῷ*) *α'* (*τῶν*) *Ἀπομνημονευμάτων*, quae in ingenti locorum citatorum copia tam constans est citandi ratio, ut, si quando nominativus *δεύτερον* subrepat, quod et hic factum est et in Tit. CXV 11 (*Καλλιμάχου αἰτίων πρῶτον* — frag. Call. 11), aut genetivus, quem nunc legimus in Tit. XLVIII 46 (*Δημοσθένους Ὀλυνθιακῶν δευτέρου*), id a communi norma non auctoris consilio, sed scribarum errore recedere putandum sit. Atque nominativum, quem ipsa quoque ratio minime commendat, nemo defendere velit eius modi locis, ubi, quum plures operis partes non fuerint, simplex tituli nomen non

solum in genetivo et dativo apponitur (*Εὐριπίδου Ὀρέστου*, *Εὐριπίδου Οἰδίποδι*), quod longe frequentissimum additis etiam interdum praepositionibus *ἐξ* vel *ἐν*, sed etiam in nominativo, ut dicitur *Εὐριπίδου Ἑλένη* LXXXIX 2, ubi quum quae afferuntur verba ipsa Helena loquatur, recte nominativus locum habet. quamquam ab hoc tenui initio profectus nominativus etiam alibi legitur, ubi paulo aliter res habet (ut ubique nisi fallor Stobaeus dicit *Ἰσοκράτης Νικοκλῆς ἢ Κύπριοι*), nonnumquam sine dubio a librariis demum illatus, quos *Ἑλένη* et *Ἑλένῃ*, *Ἑκάβη* et *Ἑκάβῃ* et similia permutare inter se facillimum erat. Sed dum *δεύτερον* et *δευτέρου* ll. ll. Joannem Stobaeum scripsisse nego, fortasse ne scribae quidem erroris accusandi sunt, sed ipsi editores, qui numerorum signa *α' β' γ'* (vel *ᾱ*, *β̄*, *γ̄*, ut veteres scribebant, cf. Bast. Comm. palaeograph. p. 850 seq.) primi non constanter quidem, sed certe nonnumquam in numerorum vocabula transformabant, in quo negotio si in tribus illis locis *β'* voluerunt esse *δευτέρου* vel *δευτέρῳ*, non minus a Stobaei usu aberrarunt quam ubi I 93 ediderunt *Πλάτωνος ἐν Πολιτείᾳ πέμπτῃ* pro — *ἐν Πολιτείᾳ ε'* vel *πέμπτῳ*, aut CIV 8 *Ἰλιάδος ταῦ* (quod est etiam in Meinekiana) pro *τ'* et XXVII 16 *Ξενοφῶντος ἐν τῇ Κύρου ἀναβάσει βιβλίον β'* pro *βιβλίῳ β'*, nisi ibi *βιβλίον* quod magis credo abiciendum est totum. Quodsi in eo quem cummaxime tractamus loco scribi iubemus *Καλλιμάχου β'* revera nihil mutamus nec quicquam culpae imputamus librariis. at iidem gravissime culpandi sunt, ut qui operis Callimachei, cuius secundus intelligendus liber sit, omiserint. nam Stobaeum ipsum non omissurum fuisse consuetudo eius docet. Non constat igitur, quo in carmine Callimachi illud fragmentum olim locum habuerit. quamquam ubi meminerimus, huius poetae disticha si quando libri nomine non addito memorentur, prae ceteris de Aetiis cogitandum esse, id quod et supra aliquoties monuimus, et postea in hac ipsa nostra de his fragmentis incertae sedis disputatione etiam saepius apparebit, pronum erit suspicari excidisse in Stobaei titulo: *Αἰτίων*, quod etiam CXV 11 (frag. 11) additum est. atque ad *Αἰτίων* librum secundum rettulisse fragmentum etiam Bergkium l. l. video, quem sequi tamen Rauch. de Aet. p. 9 veritus est, ex Epigrammatis petitum existimans, quod opus in plures fuisse

libros divisum nemo veterum dixit. dubitasse autem de Aetiis Rauchius ob eam solam causam videtur, quod non invenit cuinam fragmento ex Aetiis petito adnecti posset aut quidnam ei inesset *αἰτιῶδες*. quasi vero de omnibus *Αἰτίων* argumentis et de cuiusque argumenti tractatione certo constet. nam ita demum in Rauchiana argumentandi ratione aliquam vim fore apparet. Nunc autem cur negemus sententiam fragmenti aptissimam esse Aetiorum prologo, in quo poeta dixerit, prae conviviis gratum sibi esse *γραμμάτων* studium et nova dignaque cognitu vel inde discendi vel ab aliis audiendi cupiditatem —? Sed huic coniecturae dicet aliquis obstare, quod prologum primae Aetiorum elegiae praepositum fuisse credibile sit, nostrum autem fragmentum Stobaeus affirmet ex *Καλλιμάχου β'* petitum esse. Verissimum hoc. at nemo, puto, nimis me temerarium dicet, si hic quoque *α'* male esse in *β'* mutatum a scribis coniecero, qui cur utramque literam saepe male permutaverint, etiam ubi numerorum signa erant, commode exposuit Bastius ad Gregor. Corinth. p. 349. — Heckerus l. l. p. 70 fragmentum olim cum frag. 109 coniunctum censebat.

## 107.

*Αἴθε γὰρ ὦ κούροισιν ἐπ' ὄμμασι λίχνα φέροντες*
*Ἑρχίος ὡς ὑμῖν ὥρισε παιδοφιλεῖν,*
*ὧδε νέων ἐρόῳτε· πόλιν κ' εὔανδρον ἔχοιτε.*

„Lucian. Amor. XLIX: *καὶ ἔγωγε τὸ Καλλιμάχειον ἐπὶ τέλει τῶν λόγων ἥδιστα προσθείην ἂν ἅπασι κήρυγμα· αἴθε γὰρ κ. τ. λ.*“ Bentl. Iste *Ἑρχίος* (sic enim nomen scribi convenit, non *Ἕρχιος*, coll. Herodian. I p. 126, 12 atque Theognost. Can. p. 58, 26, et Mein. ad Steph. p. 282, 9) quis fuerit quum non constet certo, non mirum ad inutiles coniecturas quosdam confugisse (*Ἑρξίας* Ruhnk., *Αἴσχριος* Herzberg), Gesnerum autem de Xenophonte, *Ἑρχιᾶθεν τὸν δῆμον*, cogitasse. Praestabat illum intelligere *Ἑρχίον*, unde demus *Ἑρχιά* nomen accepit (cf. Saupp. de dem. urban. p. 6), quem Cererem hospitio excepisse Stephan. Byz. p. 282, 9 memorat, sed de cuius *περὶ παιδοφιλίας* praeceptis nihil aliunde constat. — De primo versu Naek. Opusc. I p. 248 monet, Gregorium Nazianz. hinc sumpsisse Carm. LXIII 29 *ἀλλοτρίῳ*

λίχνα φέρουσαι. In secundo versu nescio an praestet scribi ἡμῖν, sed hoc certo scio, in tertio versu codicum scripturas ἐρόωντε vel ἐροῶντε suadere ut non ἐράοιτε scribatur, quod ab omnibus factum video, etiam a Bergk. Anth. lyr. I n. 112 = II n. 121, sed ἐρόῳτε, ut ὁρόῳτε legitur in Hom. Jl. IV 347. cf. Lobeck. Rhem. p. 183. Cur autem in versu ultimo Valckenario in Eleg. Call. p. 217 magis placuerit πόλιν τ' εὖ, quod probavit Heckero Com. Call. p. 71, nemo facile dicat. Ceterum quum de commodis sermo sit quae ex nobili παιδοφιλίᾳ oriantur, fragmentum rettuli ad Aet. I 3, cuius elegiae fragmento XI proximum locum habuisse (adde fragm. 256) Meinek. iam in Anal. Alex. p. 404 monuit.

108.

Τῇ μὲν ἀρισκυδὴς εὖνις ἀνῆκε Διὸς
"Αργος ἔχειν, ἴδιόν περ ἐὸν λάχος, ἀλλὰ γενέθλῃ
Ζηνὸς ὅπως σκοτίῃ τρηχὺς ἄεθλος ἔοι.

„Schol. Pindar. Nem. X 1: ὁ νοῦς ὅλος· τὴν τοῦ Δαναοῦ πόλιν καὶ τῶν πεντήκοντα θυγατέρων αὐτοῦ, φημὶ δὲ τὸ "Αργος, ἥτις πόλις Ἀργείων οἰκητήριον θειωδέστατόν ἐστι τῆς Ἥρας, ὑμνήσατε, ὦ Χάριτες· εὖ δὲ παρὰ τὸ Ὁμηρικόν· ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολὺ φίλταταί εἰσι πόληες, "Αργος τε Σπάρτη τε καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη (Jl. IV 51). καὶ Καλλίμαχος· ταὶ μὲν ἀρισκυδὴς κ. τ. λ. Recte hic locus et emendatus et explicatus est a viro ingenioso Andrea Dacierio." Bentl. Dacierii coniecturae, quae leguntur in ed. Ernest. p. 346, τοῖς pro ταί in initio fragmenti et ἔχειν pro ἔθειν v. 2, quamvis reliquorum omnium plausum tulerint, ego tamen de priore dubito, ubi in ταί potius τῇ quam τοῖς latere videtur, significatione ab ea quam Dacierius voluit non diversa. nam Heraclidas intellexit, de quibus quo minus cogitetur τῇ non vetat, modo praecessisse statuas Ἡρακλῆος γενεή. Atque de Heraclidis loqui poetam etiam Müller. Dor. I p. 81 not. putabat, item Rauch. de Aet. p. 32, qui peculiarem Aetiorum elegiam finxit de Heraclidis Athenas receptis. At maiore certe iure, quum titulum aliquem testimonio confirmatum ad hoc fragmentum applicare liceat, equidem de tota Jus subole loquutum poetam arbitror, cui Hera irata Argos suum, postquam Danaus eo venit, concessisset non aliam ob causam nisi ut

huic generi, quod Jovis spurium esset, asperum certamen et perpetua bella existerent. itaque ad Ἰοῦς ἄφιξιν fragmentum revocavi. nihil decernit Bergk. An. lyr. I n. 46 = II n. 49. — Praeterea monendum, adiectivum ἀρισκυδής alibi non lectum Callimachum videri, ut Ἥρην σκυζομένην ex Hom. Jl. VIII 483 significaret, finxisse ad similitudinem adiectivi ἐρικυδής. nam ut hoc ad κῦδος referendum est, sic illud descendit a σκῦδος (sic enim legendum esse patet, non σκύδος), quod solus habet Orion. Etym. p. 28, 4, unde derivat σκύζομαι et σκυδμαίνω (adde σκυθρός) atque λοιδορία interpretatur, Larcherus autem ad servandam etymologiae rationem excogitatum solum ab Orione censet, nescio an iniuria, praesertim si verum est quod Lentz. ad Herod. fragm. 634, II p. 373, coniecit, Orionis locum ab Herodiano profectum esse.

## 109.

*Καὶ γὰρ ὃ Θρηΐκίην μὲν ἀπέστυγε χανδὸν ἄμυστιν*
*ζωροποτεῖν, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ.*
*τῷ μὲν ἐγὼ τόδ' ἔλεξα περιστείχοντος ἀλείσου*
*τὸ τρίτον.*

„Athen. XI p. 477 C: *Καλλίμαχος* δ' ἔοικε διαμαρτάνειν ἐν τῇ συγχρήσει (vel συγχύσει, ut Casaub.) τῶν ὀνομάτων λέγων ἐπὶ τοῦ οἰκείου ξένου τοῦ παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ Πόλλιδι συνεστιαθέντος αὐτῷ. καὶ γὰρ ὃ Θρηΐκίην μὲν ἀπήνατο κ. τ. λ. ὁ γὰρ λέγων ἄλεισον τὸ αὐτὸ καὶ κισσύβιον τὴν ἀκριβῆ θέσιν τῶν ὀνομάτων οὐ διαφυλάττει. Castigat Callimachum Athenaeus, quod in his versibus idem poculum κισσύβιον vocaverit et statim ἄλεισον, quum inter se plane diversa sint. Sed pace dicam Athenaei, non est huius culpae affinis Callimachus. non enim ἄλεισον illud, quo in illo convivio utebantur, vocat κισσύβιον, sed ait, hospitem illum alias parvo κισσυβίῳ bibere solitum, utpote hominem vitae siccae et sobriae. Imo etsi in ipso illo convivio etiam κισσυβίῳ bibisse dicas, nihilo tamen minus aliud κισσύβιον, aliud ἄλεισον, quippe ἄλεισον circumibat reliquis convivis commune, κισσύβιον autem proprium erat solius hospitis. — Pro ἀπήνατο apud Athenaeum recte corrigunt ἀνήνατο. sed alibi apud Athenae. X p. 442 F habetur: πάντες οἱ Θρᾷκες — πολυπόται. διὸ καὶ *Καλλίμαχος* ἔφη· καὶ γὰρ ὁ Θρηΐκίην

*μὲν ἀπέστυγε χανδὸν ἄμυστιν οἰνοποτεῖν, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ*. quae melior lectio est. sic Hymno in Del. 223: *ἄλλαι μὲν πᾶσαί μιν ἀπέστυγον οὐδ' ἐδέχοντο*, et in Hecale (frag. 52): *ἑσπέριον φιλέουσιν, ἀτὰρ στυγέουσιν ἑῷον*). Laudat haec Callimachi etiam Macrob. Saturn. V 21: et *Callimachus* meminit huius poculi: *καὶ γὰρ ὁ Θρηϊκίην μὲν ἀπήνατο χανδὸν ἄμυστιν ζωροποτεῖν, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ*." Bentl. — *Ἀπέστυγε* cum Bentleio ex altero Athenaei loco recepi, quoniam exquisitius altero videbatur atque aliquanto etiam fortius est, quod huic rei magis convenit. sed Valckenar. Eleg. Callim. p. 249 unice commendat *ἀνήνατο*, negans *ἀποστυγεῖν* cum infinitivo construi. qua in re doctissimum virum memoria fefellit. nam Herodot. VI 129 dixit: *ἀποστυγέων γαμβρόν οἵ ἔτι γενέσθαι Ἱπποκλείδεα*, quae phrasis reperitur etiam in Parthenii Erot. XX. Sed quum praeter Athenaeum etiam Macrobius *ἀπήνατο* habeat, nescio an expulsa vocula *μέν* scribendum potius sit: *καὶ γὰρ ὁ Θρηϊκίην ἀπανήνατο*. Mox *χανδόν* a Callimacho sumpsisse Nonnum et Gregorium Nazianzen. monuit Naek. Opusc. I p. 245. — V. 2 verbo *οἰνοποτεῖν*, quod est in altero Athenaei loco, aliquam prae *ζωροποτεῖν* speciem conciliare Athenaeum XI p. 781 D (*ἐλευθέριον δέ φησι καὶ ἐμμελὲς ἐν οἴνῳ διάγειν μὴ — Θρακίῳ νόμῳ ἄμυστιν οἰνοποτεῖν*) Heckero Com. Callim. p. 70 non crediderim. nam *ζωροποτεῖν* Thracio mori magis convenit quam generalius *οἰνοποτεῖν*. Proxima quae sequuntur quattuor verba saepius afferunt grammatici: Etym. Florent. p. 187 (*ὀλίγῳ δ' ἥδεται κισσυβίῳ*), Etym. Gud. p. 323, 18 (*ὀλίγῳ δήσεται κισσύμῃ*), Etym. Paris. cod. 346 ap. Sturz. pone Etym. Gud. p. 920 (*ὀλίγῳ δ' εἴσεται κ.*), Zonar. p. 1214 (*ὀ. δ' εἴσεται κ.*), schol. Theocrit. I 27 (*ὁ δ' εἴσεται κ.*, ut fere est etiam in Ambrosian. 222 apud Ziegler. p. 8), qui omnes non e Callimacho, sed ex Hesiodo desumpta verba uno ore affirmant, sed ista errorum communione satis ostendunt ex uno omnes se grammatico hausisse qui Hesiodum et Callimachum confuderit aut cuius verba scribae depravaverint cum Callimachi nomine male omittentes aliquem alium versum qui Hesiodi fuerit. prius praetulit Nauck. in Hall. Litteraturz. 1848 p. 519. Quod autem Ahrensius ad schol. Theocrit. p. 466 ex corrupta horum grammaticorum lectione

Callimacho ἤσατο restituendum arbitratur, ego imperfectum multo censeo aptius esse. — V. 3 pro τόδ' vide praestetne τότ' scribere. — Ceterum ex Athenaei verbis apparet, scripsisse haec (puto in Epigrammatis) Callimachum in hospitem aliquem quocum apud Pollidem convivaretur. De quo Athenaei loco, qui cum Callimachi historia coniunctissimus est, quum non uno modo dubitari possit, veniam facile impetraturum me scio, si quae Augustus Meinekius olim ad me scripsit paulo fusius quam in Analect. crit. ad Athenae. p. 221 factum, ipsius desideratissimi viri verbis huc transferam: „non ingratum tibi fore existimavi, si de Athenaei loco quodam ad Cyrenaei poetae carmen aliquod spectante meam aperiam sententiam. In Athen. XI p. 477 C verbis primum mirabar ego hospitem illum Callimachi, quicunque fuerit, appellari οἰκεῖον, quod quo sensu dictum esset quum nullo pacto perspicerem, non iniuria de vitio suspectum habebam. Tum vero non offensione carere mihi videbatur Attici hominis nomen Πόλλις, cuius nullum, quoad scio, apud Athenienses exemplum extat. at frequens huius nominis usus est in Doricis Aeolicisque civitatibus, apud Smyrnaeos, Syracusanos, Argivos. Corrigendum igitur existimo Θηβαίῳ, quod nomen frequente et proclivi errore in alterum abiit. Hoc si vere coniectum est, eadem opera Callimachum praeter alias Graeciae urbes, quas peregrinando obiit, etiam Thebas adiisse ibique aliquantum temporis commoratum esse intelligitur. Pro οἰκείου autem vix dubitari posse videtur quin Κείου scribendum sit, cui coniecturae egregie favent quae Callimachus in subiecto carmine de abstinentia Cei hospitis ab immodico vini usu praedicat. Nosti quae passim veteres scriptores de morum institutorumque apud Ceos severitate memoriae prodiderunt. — Habes meam de Athenaei loco sententiam, qua uteris ut tibi libuerit, neque amplius te morabor, ubi hoc unum addidero, Callimachi mihi versum videri quem tacito auctoris nomine servavit schol. Aeschyl. Prom. 400 οἴχηται (sic leg.) τὸ κλέπος αὐτὸς ἔχων. Vale."

110.

*Τοὔνεκα καὶ νέκυες πορθμήϊον οὔ τι φέρονται*
*μούνῃ ἔνι πτολίων, ὅ τε τέθμιον οἰσέμεν ἄλλους*
*ἐν στομάτεσσι νεὼς Ἀχερουσιάδος ἐπίβαθρον*
*ἀνθρώπους δανάκην.*

„Etymol. Magn. p. 247, 41: *Δανάκης νομίσματός ἐστιν ὄνομα βαρβαρικόν, πλέον ὀβολοῦ, ὃ τοῖς νεκροῖς ἐν τοῖς στόμασιν ἐτίθεσαν. Καλλίμαχος· τοὔνεκα καὶ κ. τ. λ.* quem locum sicuti edimus restituit Casaubon. ad Theocrit. c. 4 (p. 75 Reisk.): *τοὔνεκα καὶ νέκυες πορθμήϊον οὔτι φέρονται μούνῃ ἐνὶ πτολίων, ὅ γε τέθμιον οἴσεμεν ἄλλοις ἐν στομάτεσσι, νεὼς Ἀχεροντείας ἐπίβαθρον.* Suid. II 2 p. 367: *πορθμήϊον, ὁ μισθὸς τοῦ ναύτου. Καλλίμαχος· τοὔνεκα καὶ νέκυες πορθμήϊον οὔτι φέρονται. Ἐν Αἰγιαλῷ γὰρ καταβάσιόν ἐστιν ᾅδου, εἰς ὃ ἀπελθοῦσα ἡ Δημήτηρ ἔμαθε παρὰ τῶν περιοίκων περὶ τῆς κόρης. καὶ ἐδωρήσατο αὐτοῖς, ὡς λέγει, ἄφεσιν τοῦ πορθμηΐου.* Idem I 2 p. 915: *Ἀχερουσία ἐστὶ λιμὴν* (lege *λίμνη*) *ἐν ᾅδου, ἣν διαπορθμεύονται οἱ τελευτῶντες, τὸ νόμισμα, ὅπερ δανάκη καλεῖται, τῷ πορθμεῖ διδόντες* [hanc glossam Bernhardy. expulit, ut ex *Δανάκη* fabricatam]. Idem I 1 p. 1171: *Δανάκη· τοῦτο νομίσματός ἐστιν ὄνομα, ὃ τοῖς νεκροῖς ἐδίδοσαν πάλαι συγκηδεύοντες νεὼς Ἀχερουσίας ἐπίβαθρον.* Pollux IX 6: *καὶ μὴν καὶ τὴν δανίκην εἶναί τινές φασι νόμισμά τι Περσικόν.* recte cod. ms. Is. Vossii *τὸν δανάκην.*“ Bentl. Accuratissime fragmentum tractavit Naek. de Hecal. p. 208 seqq. ad Hecalem referens (cuius supra vide cap. VI) et testimonia veterum (etiam Natalis Comitis, p. 218 seq.) acute expendens. quem sequor nisi quod v. 2 *ἔνι* et *ὅτε τέθμιον*, et v. 3 *Ἀχερουσιάδος* scripsi pro Naekianis *ἐνί* — *ὅγε* — *Ἀχεροντείας*. et in *Ἀχερουσιάδος* producta ultima syllaba facile excusabitur longiore voce et nomine proprio. cf. Mein. ad Call. p. 221. De *δανάκης* praeter Naekium vide Lobeck. Prolog. Path. p. 312 n. 9 et Schmidt ad Hesych. I p. 459.

111.

*Ἔνθ' ἀνέμων μεγάλων κῦμα διωλύγιον*
* * * * * * * * * * * * * * *
*τρισμάκαρ· ἦ παύρων ὄλβιός ἐσσι μέτα,*
*ναυτιλίης εἰ νῆιν ἔχεις βίον· ἀλλ' ἐμὸς αἰὼν*
*κύμασιν αἰθυίης μᾶλλον ἐσωκίσατο.*

„Locus hic, sed valde corruptus, extat apud Stobaeum Serm. LIX 10, 11. Grotius *ναυτιλίῃσιν ἣν ἔχεις βίον* sic legit: *ναυτιλίης ἀπάνευθ' ὃς ἐ. β.*, nos, nisi fallor, et elegantiorem lectionem et vulgatae propiorem exhibuimus, *ναυτιλίης ὃς νῆιν*, ignaram, expertem maris. Dionysius de situ orbis (194): *νήϊδες ἀσταχύων καὶ ἀπευθέες ἀμήτοιο.* Et Apollonius II 417: *πῶς αὖτε τόσην ἁλὸς εἶμι κέλευθον νῆις ἐὼν ἑτάροις ἅμα νήισιν.* Quid vero est *μέγα παύρων ὄλβιος*? *μέγα ὄλβιος* recte quidem dicitur ut *μέγα εὐδαίμονες* apud Xenophontem (Cyrop. V 1, 28) et passim similia apud poetas, sed de *παύρων* quid tum fiet? legerim *παύρων — μέτα*, cum paucis, aut *παύροις — μέτα*, inter paucos, vel fortasse *τρίσμακαρ ἢ 'ν παύροις ὄλβιός ἐστι μέγα.* Pars huius fragmenti habetur etiam apud Arati scholiastem v. 294: *καὶ Καλλίμαχος· ἀλλ' ἐμὸς ἐὼν κύμασιν αἰθυίης ἐσῳκίσατο,* quae corrigenda sunt ex ante dictis.“ Bentl. In reliquis Meinekium potissimum sequor, ad Callim. p. 297, nisi quod cur initio *εὖτ'* cum Valcken. ad Call. Eleg. p. 267 et Ernest. corrigere voluerit non intelligo. nec *ἀνέμῳ μεγάλῳ* conicienti Meinekio crediderim speciosius quam verius defendi posse vulgatum Homerico (Jl. II 396) *κύματα παντοίων ἀνέμων.* sed recte fecit quod a Dacierio pro *κῦμα* coniectum *πνεῦμα* sprevit, a Carolo quoque Dilthey. Anal. Call. p. 16 probatum. Tum *τρισμάκαρ* cum veteribus editionibus retinui, nisi scribendum potius fuit *τρὶς μάκαρ*, cuius ista accentus ratio index est cf. Lobeck. Elem. Path. I p. 585 seq. In eodem versu *ἐσσί* debetur Jacobsio in Lect. Stob. p. 101 (quod necessarium propter codicum lectionem *ἔχεις*, male cum Grotio a Bentleio in *ἔχει* mutatam), *ναυτιλίης εἰ* autem Nauckio in Zeitschrift für die Alterthumsw. 1855 p. 118, quod Bergk. in Anth. lyr. II n. 125 (aliter atque in *προεκδόσει* n. 114) ita probavit, ut in antecedentem quoque versum inferret scribens:

*τρὶς μάκαρ, εἰ παύρων ὄλβιός ἐσσι μέτα, ναυτιλίης τ' εἰ.*
— V. quarto pro *ἐσῳκίσατο*, quod explicat Valcken. l. l. p. 270, Meinekius ad Stob. vol. II p. XXX *ἐσῳκίδαται*, cui profecto ne locus quidem est, si nautam quum haec diceret iam mortuum fuisse mari putaveris. itaque certe *ἐσῳκίδατο* scribi oportebat, quamquam cur in eandem sententiam *ἐσῳκίσατο* dici negemus nulla causa est. Postremo monendum, quae nunc putantur eiusdem carminis esse duo frustula hiatu dissita, ea a Stobaeo tamquam duo diversa fragmenta sub suo utrumque lemmate proferri (*Καλλιμάχου. ἔνθ' ἀνέμων — διωλύγιον. Τοῦ αὐτοῦ. τρισμάκαρ — ἐσῳκίσατο*). sed vel sic ad idem carmen referri licet quae; quum satis longo interiecto spatio disiuncta essent, tamquam diversorum carminum frustula insigniri poterant, praesertim quum prius plenam atque integram sententiam continere videretur hanc, *ἔνθ'* (i. e. in mari) a diversis ventis excitatum *κῦμα* esse *διωλύγιον* ideoque maxime periculosum. Totum autem illud carmen cum aliis puto epigramma fuisse e longioribus aliquod, quo poeta induxerit nautae mercatoris umbram ita fere loquentem: parvis opibus quas fortunae beneficio debebam non contentus ego mercator quaestus faciendi causa per maria vagabar, *ἔνθ' ἀνέμων μεγάλων κῦμα διωλύγιον* partas divitias mihi rapuit meque ipsum submersit et huc in terram eiecit infelicissimum. utinam mare fugissem et quem ad modum Tu in terra mansissem, ubi vitam degere poteram prae illa *τρισμάκαρ. ἦ κ. τ. λ.* Conferri potest Propert. III 7, 43 seqq. In lacuna autem illa num olim etiam frag. 516 locum habuerit, quae Caroli Dilthey sententia est l. l. p. 16, nec affirmare pro certo nec praefracte negare audeo.

## 112.

*Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη,*
*μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης.*

„Strab. XVII p. 837: *ἔστι δὲ* (*Κυρήνη*) *Θηραίων κτίσμα, Λακωνικῆς νήσου, ἣν καὶ Καλλίστην ὠνόμαζον τὸ παλαιόν, ὥς φησι καὶ Καλλίμαχος· Καλλίστη κ. τ. λ.* Idem VIII p. 347: *τῶν Μινυῶν — τινες μετὰ Θήρα τοῦ Αὐτεσίωνος — πλεύσαντες εἰς τὴν μεταξὺ Κυρηναίας καὶ τῆς Κρή-*

της νῆσου, Καλλίστην τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρην, ὥς φησι Καλλίμαχος." Bentl. Adde schol. Pind. Pyth. IV 459: Καλλίστην τὴν Θήραν φησὶ Καλλίμαχος. Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη, unde patet Strabonem altero loco scribentem Καλλίστην et Θήρην Callimachi verba ad suam orationem accommodasse. Eius locum tertio Strabo X p. 484 attigit: λέγει Καλλίμαχος — τότε τῆς Θήρας μνησθείς· μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης. Fragmentum aperte haustum ex Argonautarum historia. cf. quae dixi de Aet. II 8. Bergkio est I n. 38 = II n. 40. Εὐίππου Callimachus fortasse debet Pindaro Pyth. IV, 2 εὐίππου βασιλῆϊ Κυράνας, Callimacho Dionys. Perieg. 213 Κυρήνη εὔιππος, Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν.

113[a] et [b].

*Αἰγλήτην Ἀνάφην τε Λακωνίδι γείτονα Θήρῃ. —*

*Ἄρχμενοι, ὡς ἥρωες ἀπ' Αἰήταο Κυταίου*
*αὖτις ἐς ἀρχαίην ἔπλεον Αἱμονίην.*

„Strab. I p. 46: λέγεται πολλὰ τεκμήρια τῆς δὲ Ἰάσονος στρατείας καὶ τῆς Φρίξου· τῆς δ' Ἰάσονος καὶ τῶν ἐπιδιωξάντων Κόλχων καὶ μέχρι τῆς Κρήτης καὶ τῆς Ἰταλίας καὶ τοῦ Ἀδρίου, ὧν ἔνια καὶ ὁ Καλλίμαχος ἐπισημαίνεται, τοτὲ μὲν „Αἰγλήτην Ἀνάφην τε Λακωνίδι γείτονα Θήρῃ" λέγων, „ἄρχμενος ὡς ἥρωες ἀπ' Αἰήταο Κυταίου κ. τ. λ. Loci emendationem Casaubono debes." Bentl. Addere debebat Strab. X p. 484: περὶ δὲ τὴν Κρήτην εἰσὶ νῆσοι, Θήρα μέν, ἡ τῶν Κυρηναίων μητρόπολις, ἄποικος Λακεδαιμονίων, καὶ πλησίον ταύτης Ἀνάφη, ἐν ᾗ τὸ τοῦ Αἰγλήτου Ἀπόλλωνος ἱερόν. λέγει δὲ καὶ Καλλίμαχος τοτὲ μὲν οὕτως· Αἰγλήτην Ἀνάφην τε, Λακωνίδι γείτονα Θήρᾳ, τοτὲ δὲ τῆς Θήρας μνησθείς· μήτηρ κ. τ. λ. (fr. 112), quae non assentior Meinek. Vindic. Strab. p. 180 conicienti ex altero Strabonis loco a docto aliquo lectore alteri loco esse in margine apposita indeque in verborum ordinem male illata. nec probare me quae de priore Strabonis loco ibidem p. 5 vir doctissimus disputat supra dixi p. 79, ubi de Aetiorum libro secundo disserui. nam huic libro sine dubio utrumque fragmentum ascribendum est (II 1 et 8). — Ἄρχμενος post

Coraen reposuit Blomfield. cf. ad Hym. in Dian. 4 (p. 197) coll. Herodian. I p. 471 et II p. 190, p. 252 Lentz. *Αἰήταο Κυταίου* fortasse hinc habet Apollon. Rhod. II 1094. *Αὖτις* Kramer. edidit (cf. vol. I p. 330), *ἀρχαίην* idem post Heckerum Com. Call. p. 34. Fragmenta apud Bergk. leguntur Anthol. lyr. I n. 36 et 37 = II n. 38 et 39.

114.

*Ἁ ναῦς ἃ τὸ μόνον φέγγος ἐμὶν τὸ γλυκὺ τᾶς ζοᾶς*
*ἅρπαξας, ποτὶ τὲ Ζανὸς ἱκνεῦμαι λιμενοσκόπω.*

„Anthologia Epigrammatum mscta (i. e. Anthol. Pal. XIII 10): *τοῦ αὐτοῦ* [praecedit fragm. 115 cum lemmate *Καλλιμάχου*]. *τετράμετρον ἑκκαίδεκα συλλαβῶν· οὐδὲ τοῦτο τέλειον* [nempe ut quod praecedit fr. 115]· *ἁ ναῦς ἄτομον φέγγος ἐμεὶν τὸ γλυκὺ τᾶς ζοᾶς ἁρπάξας ποτὶ τὲ Ζηνὸς ἱκνεῦμαι λιμενοσκόπω.* Haec recte ni fallor emendavimus. legere etiam poteris: *ἁ ναῦς, ἀμίτομον — ἁρπάξασα, ποτὶ Ζανὸς κ. τ. λ.* *Ἁμίτομον* ut Horatius de Virgilio (I 3, 8): et serves animae *dimidium* meae. sed illud verius." Bentl. In Palatino est *ἀνυσάτομον*, in quo fortasse latere Doricum *νᾶς* (cf. Herodian. I p. 400, 1. II p. 553, 12. p. 555, 27) suspicatur Bergk. Praef. Anth. lyr. p. XVIII, quod etiam Meinekius suaserat ad Theocrit. p. 171. sed *ἁ ναῦς* vel *ὦ ναῦς* inutilis Blomfieldi coniectura est, qui certe accentum in Bentleiano *ἁρπάξας* emendare debebat, quod Jacobsius demum fecit. Idem Blomfieldus foede erravit *ποτί τυ* scribi iubens. cf. Mein. ad Theocrit. I 5. in Palatino est *ποτιτεζηνος*. — Fragmentum videtur epigrammatis esse, quo poeta navem precatur ut dilectissimum sibi virum, quem abstulerat, incolumem in portum reducat. In Bergk. Anth. lyr. est n. 166 (I) = n. 193 (II).

115.

*Ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διατμήξας ἀπ' οἰνηρῆς Χίου*
*ἀμφορεύς, πολὺς δὲ Λεσβίης ἄωτον νέκταρ οἰνάνθης ἄγων.*

„Anthologia Epigr. inedita (i. e. Anthol. Pal. XIII 9): *Καλλιμάχου τετράμετρον βακχικόν. ἔστι δ' οὐ τέλειον τὸ ἐπίγραμμα. ἔρχεται κ. τ. λ.*, ubi pro *τετράμετρον βακχικόν* dixisse oportuit *πεντάμετρον τροχαϊκόν*. Hephaest. de metro trochaico (p. 38 Gaisf.): *καὶ τῷ πενταμέτρῳ δὲ καίπερ*

*ὄντι ὑπερμέτρῳ πολλοὺς κεχρῆσθαι συμβέβηκεν, οἷόν ἐστι καὶ τὸ Καλλιμάχου· ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διανήξας ἀπ' οἰνηρῆς Χίου.* Nota *διανήξας*, pro quo in Anthologia *διατμήξας*, sententia eadem, voce magis poetica." Bentl. *Διανήξας* habet etiam qui primum versum laudat totum Arsen. in Violar. ap. Leutsch. Paroem. II p. 419, sed eundem versum bis apponens schol. Hephaest. p. 187 *διατμήξας* scribit. contra idem scholiasta p. 186 citat *ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διανήξας*, qui ibidem alio loco solum *ἔρχεται πολύς* memorat. — *Αἴγαιον* Palatinus habet secundum Paulssenum apud Jacobs. p. 77, cui scripturae non multum tribuo, etsi *Αἴγαιον* Suidas I 2 p. 8 appellat *ἀττικώτερον*. nam cf. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. 461. vocem *οἰνηρός*, quae amphorae magis quam insulae convenit, notavit Lobeck. Proleg. Path. p. 265. ac similiter Hermann. Opusc. V p. 142 Aeschylum *πόντον* dixisse *δελφινηρόν* putat. *Λεσβίην* Palatin. — *'Αμφορέα* in hoc epigrammate intelligi eum quem Chii Atheniensibus misissent ob palmam Joni Chio datam supra p. 22 suspicabar. quod si verum est, Chii vini huius amphorae aliam addiderunt vini Lesbii. — Fragmentum ap. Bergk. est Anthol. lyr. I n. 165 = II n. 192.

116.

*Ἔνεστ' Ἀπόλλων τῷ χορῷ· τῆς λύρης ἀκούω·*
*καὶ τῶν Ἐρώτων ᾔσθόμην· ἔστι κἀφροδίτη.*

„Hephaest. p. 98 Gaisf. II: *τὸ καλούμενον Εὐριπίδειον τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον· οἷον παρὰ μὲν αὐτῷ Εὐριπίδῃ —, παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ· ἔνεστ' Ἀ. κ. τ. λ.*" Bentl. Idem fragmentum habet Arsen. ap. Leutsch. Paroem. II p. 404, ubi *ἔστι δ' Ἀφροδίτα* editur, utrumque non melius, quamquam *'Αφροδίτα* etiam Bergk. Anth. lyr. I n. 163 = II n. 190 edidit.

117.

*Ἑρμᾶς, ὅ περ Φεραῖος αἰνέαι θεός,*
*ἐμμὶ τῷ φυγαίχμα.*

„Hephaest. p. 39 Gaisf. II: *οἱ δὲ μετὰ ταῦτα καὶ ἐπήγαγον αὐτὸ (τὸ Ἰθυφαλλικὸν) ἰαμβείῳ, ὥσπερ ὁ Καλλίμαχος· Ἑρμᾶς ὅπερ Φεραῖος αἰνέει κ. τ. λ.*" Bentl., qui

nihil fragmento lucis attulit. Ernest. vertit: quod Mercurius deus Pheraeus laudat, sum viri imbellis, Boissonadius autem et Bergkius ne locum quidem in sylloge sua concesserunt. Mihi certum videtur Ἑρμᾶς pro vocativo esse, cui sententiae accommodavi quod codices praebent αἰνέει, in αἰνέαι mutans, i. e. αἰνέεσαι, ut μυθέαι dicitur in Hom. Od. II 202. cf. Lobeck. Elem. Path. II p. 127. iam igitur vertendum: o Hermes, qui deus Pheraeus *vocaris*. nam hoc αἰνεῖν significat etiam apud Aeschyl. Agam. 98: λέξασ' ὅ τι καὶ δυνατὸν καὶ θέμις αἰνεῖν, coll. v. 1450, cui poetae etiam in sequenti versu Callimachum φυγαίχμας (Aeschyl. Pers. 995) debere existimo. quum autem Φεραῖος (de quo parum proficit Ungeri nota de Sinid. p. 133) ad Hadem pertineat (cf. Müller. Proleg. Mythol. p. 306 et ad Aeschyl. Eumen. p. 142 n. 10) et Χθόνιον significare videatur, pronum est suspicari fragmentum esse carminis ἐπιτυμβίου, in quo ipse τύμβος dixerit ἐμμὶ τῶ φυγαίχμα. ubi quum articulus de homine aliquo omnibus noto cogitari iubeat, fortasse Callimachus ita Archilochum ῥιψάσπιδα significabat. cf. Bergk. ad Archiloch. fr. 6 p. 684.

## 118.

Ἡ παῖς ἡ κατάκλειστος,
τὴν οἵ φασι τεκόντες
εὐναίους ὀαρισμοὺς
ἔχθειν ἶσον ὀλέθρῳ.

„Hephaest. p. 121 Gaisf.: καίπερ κατὰ κόμμα γεγραμμένα κατὰ στίχον γεγράφθαι φαμέν· ἡ παῖς ἡ κατάκλειστος, τὴν οἵ φασι τεκόντες εὐναίους ὀαρισμοὺς ἔχειν ἶσον ὀλέθρῳ. id. p. 114: ἡ παῖς ἡ κατάκλειστος, τὴν οἵ φασι τεκόντες." Bentl. Sententia primi versus, ut ex Hephaestione a Bentleio et Bergkio Anal. lyr. I n. 164 = II n. 191 editus est, imperfecta apparet esse nec unde expleretur habere potuit in antecedentibus, nam initium carminis Hephaestionem apposuisse credi par est. ac ne in sequentibus quidem post versum 4 demum satis apte fieri potuisse crediderim ut sententia expleretur. itaque iure mihi videor absolutam reddidisse sententiam scribendo (coll. quae ad Lav. Pall. 83 disputata sunt) ἡ παῖς ἡ κατάκλειστος, virgo, pro! claustris occlusa

est, quam (i. e. nam eam) parentes eius dicunt venereas confabulationes morte peius odisse. quae verba videntur esse iuvenis, qui frustra conatus erat puellam amatam a se adire. De virginibus *κατακλείστοις* praeter Ruhnkenium ap. Ernest. ad h. l. vide Hemsterhusium ad Lucian. Timon. XVII. — In secundo versu articulus a nomine suo diremptus adeo singularis visus est Schaefero ad schol. Apollon. p. 227, ut sanum locum esse negaret, quod Meinekius quoque fecit in Anal. Alex. p. 227 *τὴν δή φασι* corrigens. Sed eidem Meinekio postea ad Callim. p. 235 *οἱ* demonstrativum esse putanti nihil corrigendum videbatur idque etiam Naek. de Hecal. p. 71, Hecker. Com. crit. in Anthol. (I) p. 76, Mehlhorn. in Anthol. lyr. p. 94, Hermann. ad Mosch. p. 94, alii negabant, quamquam quae ad defendendum attulerunt exempla parum sunt similia, ut non mirer quod Bernhardy in Synt. p. 314 dixit *οἵ φασι τεκόντες* gravem esse Callimachi errorem. Sed fortasse magis est ad defendendum aptum, quod quae hic vocabula arcte cohaerentia disiungit enclitica vox *φασί* idem facit in Hom. Il. XI 831: *ἐσθλὰ τά σε προτί φασιν Ἀχιλλῆος δεδιδάχθαι.* Si quis autem *οἱ* putans esse pronomen personale scribendum censeat *τήν οἵ φασι*, quod memini commendatum esse, ita *οἱ* non minus violenter a voce sua divulsum esset, quod parum excusaret Hom. Il. XVII 324: *κήρυκ' Ἠπυτίδῃ, ὅς οἱ παρὰ πατρὶ γέροντι κηρύσσων γήρασκε.* — De *εὐναίους ὀαρισμούς* confer anonym. poet. in Anthol. Pal. IX 362, 15: *πολλάκι δ' εὐναίων ὀάρων βεβιημένος ὁρμῇ.* — *Ἔχθειν* pro *ἔχειν* a Scaligero ad Catull. p. 73 Bentleius accepisse videtur. — Si quis autem quaerit, unde sumptum hoc fragmentum putem, non dubitandum est, quin ex Epigrammatum libro manaverit. mirum enim esset, ni ad hoc fragmentum respiceret Aelius Fortunat. sive Caesius Bassus de Metris in Keilii Gramm. lat. vol. VI p. 261 (cf. infra frag. 571): quarta divisio est hendecasyllabi talis: *castae quas veneramur o sorores.* nam priore commate *Callimachus* in Epigrammatibus usus est.

119.

*Πρῶτος ἐπεὶ τὸν ταῦρον ἐκαίνισεν, ὃς τὸν ὄλεθρον*
*εὗρε τὸν ἐν χαλκῷ καὶ πυρὶ γιγνόμενον.*

„Scholiast. Pindar. Pyth. I 185: *τὸν δὲ τοῦ Φαλάριδος ταῦρον οἱ Ἀκραγαντῖνοι κατεπόντωσαν, ὥς φησι Τίμαιος. τὸν γὰρ ἐν τῇ πόλει δεικνύμενον μὴ εἶναι τοῦ Φαλάριδος, καθάπερ ἡ πολλῶν κατέχει δόξα, ἀλλ' εἰκόνα Γέλα τοῦ ποταμοῦ. κατασκευάσαι δὲ αὐτόν φασι Περίλαον καὶ πρῶτον ἐν αὐτῷ κατακαῆναι. καὶ Καλλίμαχος· πρῶτος κ. τ. λ.* Recte ὅς· et sane aliud agebat ingeniossima interpres, quum reponeret οἱ." Bentl., qui Annam Fabri intelligit. vid. p. 346 ed. Ernest. Recte autem primus Ruhnk. Epist. crit. II p. 182 fragmentum hoc coniungens cum fr. 194 et fr. 25 ad Aetiorum librum secundum rettulit. sequuti sunt Bergk. Anth. lyr. I n. 16 = II n. 18, Rauch. p. 31. cf. supra de Aet. II 4. De *καινίζειν* cf. Aeschyl. Agam. 1030, Choeph. 487.

120.

*Χαῖρε βαρυσκίπων, ἐπίτακτα μὲν ἑξάκι δοιά,*
*ἐκ δ' αὐταγρεσίης πολλάκι πολλὰ καμών.*

„Schol. Pindar. Nem. III 42: *διηρεύνησέ τε ἰδίᾳ· ἀντὶ τοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ, οὐκ ἐπιτάξαντος Εὐρυσθέως, ἀλλὰ κατὰ τὸ φιλόπονον αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἠρεύνησεν, ὅθεν ἦν δυνατὸν ἐπανελθεῖν τινας. Καλλίμαχος· χαῖρε κ. τ. λ.* Pro *αὐτ' ἀγρεσίης* lege *αὐταγρεσίης*. *Αὐτάγρετος* est *αὐθαίρετος*, unde *αὐτηγρεσίη*. sed *ἀγρεσίη* nihil nisi venatio est, quae nullum hic locum habet." Bentl. Ex Hymno in Herculem petitum iudicabat Hemsterh. ap. Ernest., sed certissimum videtur ex Aetiis esse, quod post Naek. de Hecal. p. 273 statuimus in Proleg. in Aet. (cf. ad Aet. I 9), probantibus Rauch. p. 46 et Dilthey de Cydipp. p. 106. Bergkio est Anth. lyr. I n. 61 = II n. 64. De vocis *ἐπίτακτα* accentu, si quidem librorum manu scripforum fide nititur, cf. Lobeck. Paralip. p. 491.

121.

*Ἔλλατε νῦν, ἐλέγοισι δ' ἐνιψήσασθε λιπώσας*
*χεῖρας ἐμοῖς, ἵνα μοι πουλὺ μενοῦσιν ἔτος.*

„Schol. Pind. Nem. IV 10: *ἐάν γε χωρὶς Χαρίτων γράφηται ὁ λόγος, ἀπόλωλε καὶ ἔσβεσται, ἐὰν δὲ μετὰ Χα-*

*ρίτων, μένει πρὸς αἰῶνα εὔδια. καὶ Καλλίμαχος· ἐλλᾶτε νῦν, ἐλέγοισι δ' ἐνιψήσασθε, λιπώσας χεῖρας, ἵνα μοι πολὺ μένουσιν ἔτος.* Legendum arbitror: *μένει πρὸς αἰῶνα. διὸ καὶ Καλλίμαχος.* Et pro *ἐλλᾶτε* lego *ἔλλετε*, hoc est *ἔρρετε*, abite in malam rem. sic noster infra (fr. 292) ex Eustathio: *ἔλλετε βασκανίης ὀλοὸν γένος. Ἐνιψήσασθε* autem compositum a *ψάω, ψῶμαι.* versiculum posteriorem non possum restituere. Manus abstergere elegis, tamquam si essent annales Volusi, cacata charta (Catull. XXXVI 1 et 20). Horatius (Epist. II 1 extr.): cum scriptore meo capsa porrectus aperta deferar in vicum vendentem thus et odores et piper et quicquid chartis amicitur ineptis.“ Bentl. Concepta semel de malis versibus hoc loco a poeta notatis opinio et in emendandis et in explicandis singulis verbis Bentleium transversum egit, cui iure Hemsterhusius apud Ernest. p. 489 adversatus est monens poetam Gratias invocare, ut Elegis suis manus fragrantes abstergant, quo conciliata venustate cunctis probati per multum tempus in honorem suum durent. Itaque primum *ἔλλετε*, abite in malam rem, legi hic non potuit, sed debebat aliqua vox locum hic habere quae faveatis significaret. eam quum Valcken. de Call. Eleg. p. 276 *εἰ δ' ἄγε*, Wakefieldus autem in Silv. crit. I p. 10 et Porson. Not. brev. ad Toup. Emend. p. 472 *ἵλατε* esse sibi persuasissent, tandem id quod omnes veritatis numeros habet feliciter est a quattuor viris eodem fere tempore inventum, a Bernhardy, Grundlinien zur Encyclop. der Philol. p. 92, Naek. de Hecal. p. 168, L. Dindorf. in Thesaur. Paris. Vol. III p. 193 A, Schneidew. ad Simonid. p. 104, qui Choerobosci Orthograph. in Cramer. Anecd. Oxon. II p. 224, 16 (= Bekker. Anecd. p. 1366): *οἱ Αἰολεῖς ἔλλαθι λέγουσι* coll. ibid. p. 275, 22 (ubi *τὸ ι εἰς πέντε τρέπεται* male editur pro *τὸ ι εἰς ε τρέπεται*) et Etym. Gudian. p. 566, 33 attestantes pro *ἐλλᾶτε* reducendum esse *ἔλλατε* i. e. *ἵλατε* pro se quisque perspexerunt, quod merito probarunt Bergk. in Zimmermanni Diar. 1835 p. 31 et in Anthol. lyr. I n. 111 = II n. 120, Meinek. Anal. Alex. p. 224, Hecker. Com. Call. p. 53, Lobeck. Rhemat. p. 137, Ahrens. de dial. Aeol. p. 284, quorum quem ultimo loco nominavi *ἔλλαθι* cum Homerico *οὖλε* cohaerere putat. — *Ἔλλατέ νυν* Bergk. — De

*ἐνιψᾶσθαι χεῖρας* Hemsterhusius contulit Theocrit. XVII 36: *τὰ μὲν Κύπρον ἔχοισα Διώνας πότνια κῶρα κόλπον ἐς εὐώδη ῥαδινὰς ἐσεμάξατο χεῖρας*, et Crinagor. in Anth. Plan. IV p. 708 Jacobs.: *αὐτός σοι Φοίβοιο πάϊς λαθικηδέα τέχνης ἰδμοσύνην, πανάκῃ χεῖρα λιπηνάμενος, Πρηξαγόρῃ, στέρνοις ἐνεμάξατο.* — In altero versu lacunam feliciter explevit Toup. Emend. in Suid. II p. 192: *χεῖρας ἐμοῖς*. ita enim habet Pindari codex Va[2], unde in editione altera Anthologiae lyricae Bergkius edidit. hinc igitur aliorum concidunt coniecturae, Hemsterhusii *χεῖρας ἵν' εὔφημοι* vel *εὔοδμοι*, Jacobsii et Meinek. *χ. ἵν' ἀκμαῖοι*, Schneidew. Exerc. crit. IV p. 17 *χεῖρας ἵν' ἀέναοι*, Peerlcampii ad Horat. Od. I 32, 1 *χεῖρας, ἵνα μή μοι.* Eiusdem Toupii est *μενοῦσι*, cuius loco codices habent *μένουσι*, nunc apud Valckenarium, ut videtur, scribitur *μένωσι*. sed defendi posse Futurum videbatur, quum *ἵνα* — *μενοῦσι* explicari possit: ubi (i. e. quo facto) per longum tempus manebunt, ut Bentleius quoque interpretatur. In eius modi autem locis grammatici quum *ἵνα* consilium notare putarent, de Futuro dubitaverunt iniuria (cf. Schoemann. ad Isae. p. 386). et in Theocrito quoque XXVII 12: *δεῦρ' ὑπὸ τὰς κοτίνως, ἵνα σοί τινα μῦθον ἐνίψω*, quis non putaverit consilium indicari conferens v. 14: *δεῦρ' υπὸ τὰς πτελέας, ἵν' ἐμὰς σύριγγος ἀκούσῃς*, quamquam ibi quoque prius *ἵνα* ubi significat. — Ex Aetiorum prologo fragmentum esse nemo facile negabit. cf. supra p. 116.

122.

*Καὶ γὰρ Ἀθηναίοις πάρ' ἐπὶ στέγος ἱερὸν ἧνται*
*κάλπιδες, οὐ κόσμου σύμβολον, ἀλλὰ πάλης.*

„Schol. Pindar. Nem. X 64: — *διὰ τούτου σημαίνει τοὺς τὰ Παναθήναια νενικηκότας· τίθενται γὰρ ἐν Ἀθήναις ἐν ἐπάθλου τάξει ὑδρίαι πλήρεις ἐλαίου. διὸ καὶ Καλλίμαχος· καὶ παρ' Ἀθηναίοις γὰρ κ. τ. λ.*" Bentl. Meinekii iussu, ad Callim. p. 297, vocularum *παρ'* et *γάρ* sedem permutavi. neque enim credibile videbatur Callimachum ita sine ulla causa *γάρ* ab initio retraxisse. praeterea in *καλπίδες*, quod omnes editiones occupavit, accentus corrigendus fuit secundum praeceptum Herodiani I p. 97, 25, quod firmari patet accusativo *κάλπιν*, quem habemus apud Hom. Od. VII 20,

Apoll. Rhod. I 1234, Meleagr. in Anthol. Pal. XII 74, 4, Quint. Smyr. XIII 446, Nonn. Dionys. III 87. XIV 430. XXXVII 147. XLVII 394. Joann. Gazae. Ecphras. II 121 etc. Locum fragmento fuisse in Aet. I 6 puto, Bergk. An. lyr. I 39 = II 41 posuit inter *Ἄργους οἰκισμοί.*

123.

*Νηφάλι' αἶ καὶ τῇσιν ἀεί, μελιηδέας ὄμπας,*
*λήτειραι καίειν ἔλλαχον Ἡσυχίδες.*

„Schol. Sophocl. in Oed. Colon. 489: *Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ περὶ θεῶν ιξ περὶ τοῦ τῶν Ἡσυχίδων γένους καὶ τῆς ἱερᾶς* (lego *ἱερείας*, sacerdote) *φησί· καὶ Καλλίμαχος· νηφάλιαι καὶ τῇσιν ἀεὶ μελιηδέας ὄμπας λήτειραι καίειν ἔλλαχον Ἡσυχίδαι.* Pro *Ἡσυχίδαι* sine dubio legendum *Ἡσυχίδες*. erant enim feminae sacerdotes, *λήτειραι*, *Ἀπὸ τοῦ Ἡσύχου* patronymicon masculinum *Ἡσυχίδης*, faemininum *Ἡσυχίς*, ut *Πρίαμος Πριαμίδης Πριαμίς* etc." Bentl. Qui cum Bentleio codicis lectionem *νηφάλιαι καὶ τῇσιν* tenent Bergkius Anth. lyr. I n. 81 = II n. 84 et Rauch. de Aet. n. 182, non intelligo quo modo aliter verba explicare potuerint atque Ernest. fecit: abstemiae etiam illis semper mellitas fruges Hesychides sacrificare sortitae sunt. quae sententia mira visa est Naekio Opuscul. I p. 60, quoniam non illud quaesitum esset in his sacris ut sacerdotes abstemiae et sobriae, sed hoc ut sacra sobria essent i. e. *ἄοινα*, mihi autem non mira solum, sed portentosa videtur. quasi vero propterea quod sacerdotes abstemiae essent, etiam Eumenidibus *μελιηδέας ὄμπας* i. e sacra *ἄοινα* sacrificassent. quae sententia permutato potius ordine ita enuntiari debebat: quum *νηφάλια* Eumenidibus earum sacerdotes offerrent, et ipsae sacerdotes *νηφάλιαι* erant. Merito igitur huic interpretationi diffisus Naekius l. l. aliam excogitavit hanc, ut *νηφάλιαι* essent *θυσίαι*, post *νηφάλιαι* autem graviter interpungeretur sic *νηφάλιαι· καὶ τῇσιν*, cui non iniuria Reisigius in Enarrat. Oed. Colon. p. LXXXIII obmovit, certe ita non cogitasse scholiastam, quia praeter opinionem et morem apposuisset id quod Naekius segregari velit. nam profecto scholiasta Callimachi locum non aliam ob causam apposuit nisi ut Hesychides fuisse sacerdotes doceret, qua in re *νηφαλίων* memoria careri poterat, nec

vocem νηφάλιαι addidisset, si ad aliquam aliam sententiam pertinuisset. Atque ipse Naekius ibidem paulo post p. 63 huius argumenti vim sensit, ubi in fragm. 124 ob similem interpunctionem versum primum εἴδεος· ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν κ. τ. λ. sanum esse negabat. accedit quod praegressis verbis θυσίαι — Εὐμενίδων | νηφάλιαι (nam secundam quoque vocem praecessisse apparet ex τῇσι) nemo facile perspexerit quo modo apte a poeta adici potuerit: et his (vel etiam his) Eumenidibus μελιηδέας ὄμπας offerre Hesychides sortitae sunt. Certum igitur videtur, vocem νηφάλιαι ad ipsius quem inchoat versus sententiam pertinere, quod tamen hucusque docti viri non potuerunt nisi paululum immutantes vocem efficere (nam Heckeri sententia in Comm. Callim. p. 104, τῇσι relativum esse, nihil proficitur). Atque Hemsterhusius, quem Boissonadius sequitur, νηφαλίας scribens cum ὄμπας hoc coniunxit, iniuria quidem notatus a Naekio propterea, quod ita coniunctio καί loco posita esset non suo. nam Hemsterhusius ne verbo quidem significavit καί sibi videri et, nihilque impedit quo minus eum etiam significare voluisse putemus. Reisigius autem l. l. νηφαλίαις corrigi iussit et de ipsis Eumenidibus intellexit (ieiunis his quoque), cui demonstrandum erat ipsas quoque deas appellari νηφαλίους vel νηφαλίας, non solum θυσίας vel σπονδάς quaeque cum his arcte cohaerent ξύλα νηφάλια (cf. Phylarch. ap. schol. Sophocl. Oed. Col. 100 et schol. A ad Hom. Il. I 420) et εὐχωλαὶ νηφάλιαι (Apollon. Rhod. IV 712), a quibus distat οὐ μάλα νηφάλιον μέλος, quod in via canit homo vino gravis in Oppian. Hal. II 413. nec Apollinem νηφαλιῆα in Anthol. Pal. IX 525, 14 Eumenidibus νηφαλίαις quicquam auxilii laturum crediderim, cuius alia vis est. Sed νηφάλιαι ut ad ipsius in quo legitur versus sententiam trahi queat ita videtur effici posse, ut nihil fere mutetur. ipsis enim non mutatis literarum ductibus vocem in duas partes divellimus male conglutinatas scribendo: νηφάλι' αἵ, quo sententia evadat haec: quae νεφάλια etiam iis sacrificare sortitae sunt, ubi nomini νηφάλια appositionis loco additum est μελιηδέας ὄμπας, nam ab his νηφάλια non sunt diversa, siquidem νηφάλια alibi dicuntur μελίκρατα (cf. Preller. ad Polemon. p. 74). simili autem ratione relativo pronomini αἵ

adiectum est explicandi causa: λήτειραι Ἡσυχίδες, de qua Attica gente sacerdotali cf. Meier. de gentilit. Attic. p. 45. Videtur autem fragmentum a fragm. 268 olim non procul afuisse et cum fragm. 449 adeo arcte cohaesisse cumque iis locum habuisse in Aet. eleg. III 4. quod si est, sic crediderim Callimachum loquutum esse, de diis disputantem, quibus in libationibus vinum non oblatum sit: vinum etiam in Eumenidum sacris eae non debent offerre sacerdotes, quae his quoque νηφάλια i. e. μελιηδέας ὄμπας offerre sortitae sunt, λήτειραι Ἡσυχίδες, i. e. sacerdotes Eumenidum Atticae. qua in re quod addit καὶ τῇσι, *etiam* illis, id propterea factum, quod etiam aliis diis νηφάλια esse (de qua re cf. Preller. l. l.) indicare volebat. Et ad Aetia fragmentum etiam Rauchius p. 76 referebat cum frag. 449 coniunctum, quod tamen male explicavit de Daedalo. Müller. l. l. ex epigrammate sumptum putabat. — In primi versus fine codex habet ὄπας, Triclinius ὄμπας, quod Bentleius recepit, sed cum Hemsterhusio Brunckius, Naek. Op. I p. 59, Bergkius, Rauchius ὄμπνας dederunt ex fragm. 268, si quidem certa ibi lectio. Sed longe gravius est, quod Hesychius, qui ex eodem sine dubio hoc fragmento II p. 293 Ἡσυχίδες et III p. 20 λήτειραι citat, etiam hanc glossam habet literarum ordine tutam, III p. 206: ὄμπαι, θύματα καὶ πυροὶ μέλιτι δεδευμένοι, quas hic quoque intelligendas esse extra dubium ponit additum in Callimachi fragmento adiectivum μελιηδής. accedit quod eadem referunt grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 287, 20 et Etym. Magn. p. 625, 53 (ὀμπή· πυροὶ μέλιτι περικεχρισμένοι, μεμελιτωμένοι, ubi vitiosa tantum scriptura ὀμπή est, quae legem violat ab Herodian. I p. 338, 14 Lentz. propositam), item schol. Nicandr. Alexipharm. 450 (ὄμπαι οἱ μέλιτι δεδευμένοι πυροί), ut nemo iam fidem habere velit Tzetzae ad Lycophr. 621: ὄμπνη πυρὸς μέλιτι βεβρεγμένος. atque in Photii quoque Lex. II p. 16 Nab.: ὄμπνην· Ἀθηναῖοι ὅταν τὸν νεὼν ἱδρύωνται πυροὺς μέλιτι δεύσαντες — συντελοῦσι τὰ ἑξῆς· χρῶνται δὲ τούτῳ καὶ πρὸς ἄλλας ἱδρύσεις καὶ θυσίας προσαγορεύοντες ὄμπνην, codex bis habet ὄμπην, cui utroque loco novissimus editor alterum praetulit iniuria, et ὄμπη ex optimis codicibus etiam in Nicandr. Alex. 450 restituendum erat, ubi apium favi vocantur πολυωπέες

ὄμπαι. Contra ὄμπνη Hesychio alio loco est τροφή (add. Etym. Gudian. p. 428, 26 et schol. Nicand. Alex. 7) et εὐδαιμονία (i. e. ni fallor, larga τροφή). ab hac voce vel ab ὄμπνος (i. e. ὁ Δημητριακὸς καρπός), quod soli memorant grammatici, Etym. Magn. p. 625, 48, Gudian. p. 428, 17, Orion. p. 115, 15, praeter alia adiectiva venit ὄμπνιον ἔργον, i. e. agricultura, in fragm. 183, et ὄμπνιος i. e. πλούσιος καὶ εὐδαίμων, quam Cyrenaeorum vocem fuisse Philetas refert in schol. Apollon. Rhod. IV 989 coll. Etym. Magn. p. 625, 48, et ipsa Demeter inde audiebat Ὄμπνια. Hinc quum apparere videatur, ὄμπνας fruges esse in universum, ὄμπας autem fruges in sacrorum usum mellitas, utrum et hoc loco et in fragm. 268 praeferendum sit non iam dubium erit. — Ex schol. Sophocl. Natalis Comes III 10 fragmentum hoc novit.

124.

Ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν
μεμβλωκὸς πίλημα περίτροχον ἄλκαρ ἔκειτο
ἴδεος ἐνδίοιο.

„Schol. Sophocl. Oed. Colon. 314: περισσοὶ ἦσαν οἱ Θεσσαλικοὶ πῖλοι, ὡς καὶ Καλλίμαχος· εἴδεος ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν μεμβλωκὸς πίλημα πέτρου ἄλκαρ ἔκειτο. Ibid. ὅτι δὲ πλατεῖς ἦσαν οἱ Θεσσαλικοὶ πῖλοι, καὶ Καλλίμαχος λέγει, εἴδεος ἀμφὶ κ. τ. λ. — Πέτρου ἄλκαρ, munimentum adversus lapidis ictum. Thessalicus hic pileus dictus est κυνῆ, ut hic apud Sophoclem: κρατὶ δ' ἡλιοστεγὴς κυνῆ πρόσωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει, et apud Hesych. (II p. 554) κυνῆ Βοιωτία. Κυνῆ vero idem quod κόρυς. utrumque enim Hesychio (II p. 520 et p. 554) est περικεφαλαία. atqui κόρυς apud Homerum est πέτρου ἄλκαρ, Il. XX 288: ἔνθα κεν Αἰνείας μὲν ἐπεσσύμενον βάλε πέτρῳ ἢ κόρυθ' ἠὲ σάκος, τό οἱ ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον. Tamen, si huic scholiastae fides, τὸ πέτρου hic stare non potest. nam ex hoc Callimachi testimonio probat Thessalicos pileos fuisse latos. atqui si legeris πέτρου, inde potius crassos quam latos, παχεῖς quam πλατεῖς fuisse colligas. Viderint autem qui hic πέτρον solem interpretantur: in Lycophronis quidem carminibus, quod dedita opera tenebricosum fecit auctor, tolerari potest, sed in hoc loco κακόζηλον esset et

Lexiphane quam Callimacho dignius. Legerim potius ex sententia scholiastae: *εἴδεος· ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν μεμβλωκὸς πίλημά τι ὑετοῦ ἄλκαρ ἔκειτο.* Illud autem *εἴδεος* huc pertinere conicio, ut novum pileum iste induerit et formae causa et ad defendendam pluviam. Apollon. Rhod. II 1073 magistrum suum Callimachum imitatus videtur: *ὡς δ' ὅτε τις κεράμῳ κατερέψεται ἑρκίον ἀνήρ, δώματος ἀγλαΐην τε καὶ ὑετοῦ ἔμμεναι ἄλκαρ*, sicut alibi integrum versum ei suffuratus est notante scholiasta: *καὶ τὰ μὲν ὡς ἤμελλε μετὰ χρόνον ἐκτελέεσθαι* (fr. 212)." Bentl. Suid. II 1 p. 776 hinc habere videtur *μεμβλωκός*. Bentlei emendationi succurrere conabatur Gerhard. Lect. Apollon. p. 138 commendans — *ἀμφίδεεν κεφαλῇ* — *μεμβλωκὸς πίλημ', ὅ οἱ ὑετοῦ ἄλκαρ ἔκειτο* (ubi *ἀμφίδεεν* plane inutiliter coniectum apparebit conferenti Hom. Il. XVIII 205: *ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ*), frustra. quis enim dubitet quin verum sit quod Toup. Emend. in Suid. vol. II p. 77 coniecit *μεμβλωκὸς πίλημα περίτροχον*, ingeniose huc referens Suid. II 2 p. 274 *πίλημα περίτροχον· περιφερὲς σκέπασμα* (sic enim vulgatam olim interpunctionem *πίλημα· περίτροχον, περιφερὲς σκ.* feliciter corrigit). prae qua Toupii coniectura altera eiusdem viri suspicio sordet, ibid. III p. 470 *Σειρίου ἔμμεναι ἄλκαρ* legendum esse. Sed non minus ingeniose Naek. Opusc. I p. 67 *εἴδεος* (quod Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 344 B frustra in *εἴλης* mutaverat probantibus multis, Toupius autem ab initio fragmenti ad finem felicissime revocaverat) viderat respici ab Hesych. II p. 24 *εἴδεος ἐνδίοιο· καύματος μεσημβρινοῦ*, unde iure Naekium fragmentum Callimachi una voce auxisse arbitramur corrigentem simul Hesychii scripturam *εἴδεος* in *ἴδεος*, qui non infrequens fuisse error videtur. cf. Lentz. ad Herodian. II p. 497 extr. Aperte ex Hecale ductum fragmentum posui in cap. III.

125.

*Ἔπρεπέ τοι προέχουσα καρῆς εὐρεῖα καλύπτρη,*
*ποιμενικὸν πίλημα, καὶ ἐν χερὶ χαῖον ἔχουσα.*

„Schol. Apollon. Rhod. IV 972: *χαῖόν ἐστι καμπύλη βακτηρία, ᾗ οἱ ποιμένες χρῶνται. Ἀμερίας δὲ ψιλὴν ἀπέδωκε ῥάβδον. Καλλίμαχος· ἔπρεπέ τοι προέχουσα κάρης κ. τ. λ.*

Bentl. Pro ἔπρεπέ τοι nescio an praestet ἔπρεπέ οἱ, sed pro κάρης certissime scribendum fuit καρῆς. cf. ad frag. 35[b]. De χαῖον cf. etiam Steph. Byz. p. 281, 16. Fragmentum ad Hecalen primus revocavit Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 344 B, quem sequuti sunt Eldik. Susp. specim. cap. IV, Naek. de Hecal. p. 110, Hecker. Com. Call. p. 88, alia illi Callimachi fragmenta adiungentes. cf. Hecal. cap. IV.

126.

*Δέσποιναι Λιβύης ἡρωΐδες, αἳ Νασαμώνων*
*αὔλια καὶ δολιχὰς θῖνας ἐπιβλέπετε,*
*μητέρα μοι ζώουσαν ὀφέλλετε.*

„Schol. Apollon. Rhod. IV 1322: περὶ τῶν νυμφῶν (Λιβύης) μέμνηται Καλλίμαχος οὕτω λέγων· δέσποιναι Λιβύης ἡρωΐδες, αἳ Νασαμώνων αὖλιν κ. τ. λ. Stephan. Byz. p. 470, 8: Νασάμωνες, ἔθνος ἐν Λιβύῃ, ὡς Καλλίμαχος.“ Bentl. De ἡρωΐδες, quod non proprium est nec litera maiore scribi debebat, cf. Apoll. Rhod. IV 1323: εἰμὲν — ἡρῷσσαι Λιβύης τιμήοροι ἠδὲ θύγατρες. Pro αὖλιν Ruhnken. ap. Ern. ad h. l. monet Wesselingium in Dissert. Herod. p. 14 correxisse Αὔγιλα. sed quum omnem mediterraneam Libyae regionem intelligi pateat ex oppositis ei δολιχαὶ θῖνες, non de uno aliquo loco cogitari posse apparet. eademque causa fuit, cur unam aliquam Nasamonum αὖλιν memorare poeta non potuerit. itaque Ruhnkenium recte arbitror coniecisse αὔλια, quod Scaligerum quoque in Coni. ad Varron. de L. L. p. 106 (p. 172 Bipont.) dedisse monet, qui centies non admonito lectore veterum auctorum locos emendatius scriptos exhibuerit quam vulgentur. In tertio versu Valcken. Call. Eleg. p. 13 sq. ὀφείλετε scribens ipsam Callimachi matrem intellexit, quam, quum ad filium invisendum Alexandriam venisset, domum navi revehendam poeta voto prosequutus esset elegia in honorem carissimae sibi matronarum scripta. quam sententiam etsi etiam Hemsterhusius ap. Ernest. proposuit et unice probat Hecker. Com. Call. p. 10, admodum tamen incerta est, quum etiam in frag. 112 Callimachus Theram μητέρα πατρίδος ἡμετέρης obiter dicat. quidni igitur hic quoque obiter poeta nymphas precetur, ut vigentem patriam suam etiam magis augeant? Has autem nymphas

quum memorandi aptus locus fuerit in Aetiis, in earum II 7 fragmento olim locum fuisse arbitror. Apud Bergkium est I n. 116 = II n. 127.

127.

*Ἄρνες τοι, φίλε κοῦρε, συνήλικες, ἄρνες ἑταῖροι*
*ἔσκον, ἐνιαυθμοὶ δ' αὖλια καὶ βοτάναι.*

„Stobae. Flor. LXXVI, *Περὶ νηπίων* 1, haec Callimacho tribuit: *ἄρνες τοι, φίλε κοῦρε, ὁμήλικες, ἄρνες ἑταῖροι ἔσκον· ἐνήριθμοι δ' αὖλια καὶ βοτάναι*, sed ibi vitiose scriptum est *δαύλια*. Legendum vero *δ' αὖλια*. Loquitur de infante quodam ruri inter pastores enutrito. *Ἐνήριθμοι* idem quod *φίλοι, ἑταῖροι*. Hesych. (II p. 86) *ἐναρίθμια· φίλα, συνήθη.* et alibi (I p. 181) *ἀναρίθμιον· ἐχθρόν*. quae loca frustra sollicitant viri docti, nam ex hoc ipso fragmento apparet, recte se ista habere.“ Bentl., quem in ultimo versu errasse docent quae in Etym. Magn. p. 342, 35: *ἐνιαυθμός παρὰ τὸ ἐνιαύω, τὸ ἐνδιατρίβω, ἐνιαυσμὸς καὶ ἐνιαυθμός* post ultimam vocem Gaisfordus ex cod. D et P addidit: *οἱ δὲ λ' αἱ λικαὶ βοτάναι· Καλλίμαχος* (quae nuper admodum paulo integriora edita sunt ex cod. Florentino p. 113: *ἐνιαυθμοὶ αἱ ὑλικαὶ βοτάναι*), unde primus verum restituit Bergk. Anal. lyr. I n. 11 = II n. 11, post eum Rauch. Act. p. 14 et Mein. ad Stobaei Floril. vol. III p. 86 ut iam cedere debeat etiam *ἀνήριθμοι*, quod Valcken. de Eleg. Call. p. 288 coniecit, Blomfieldo probatum. Nec fuit cur *καύλια* magis placeret Heckero Com. crit. de Anth. (I) p. 200, cum vulgato confer Oppian. Hal. II 524: *ποίην δὲ καὶ αὖλια πάντα λιπόντες*. In primo versu *κοῦρε ὁμήλικες* quo modo corrigendum esset primus vidit Wernick. ad Triphiod. p. 41, cuius coniecturae si non addiceret codicis A scriptura (*κουρεοῦ νήλικες*), hiatum defendi putarem vel loco Hom. Il. XX 20: *ἔγνως, ἐννοσίγαιε, ἐμὴν ἐν στήθεσι βουλήν*. iure igitur Wernickium sequuti sunt Boissonadius, Bergkius, Rauchius, Meinekius. Ceterum quum Ruhnkenius apud Ernest. p. 493 fallaci fragmentorum 26 et 169 affinitate adductus ad fabulam de Cydippe Callimachi haec verba rettulisset, primus Hecker. l. l. sat multorum de Lino puero fragmentorum memor ad

Elegiarum librum secundum revocavit, cuius iudicium merito probarunt Bergk. et Rauch. l. l. cf. Aet. I 5.

128.

*Καὶ κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχειν, ἀνιῶντος ἐδεστοῦ,*
*κἠγώ, Πυθαγόρης ὡς ἐκέλευε, λέγω.*

„Aul. Gellius IV, 11: opinio vetus falsa occupavit et convaluit, Pythagoram philosophum non esitavisse ex animalibus, item abstinuisse fabulo, quem Graeci *κύαμον* appellant. ex hac opinione *Callimachus* poeta scripsit: *καὶ κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχεν ἀνίωντον ἔδεσθαι, κἀγὼ, Πυθαγόρας, ὡς ἐκέλευε, λέγω.* Versiculum priorem ita poteris emendare: *καὶ κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχειν, ἀβίωτά τ' ἔδεσθαι. Ἀβίωτα* hic intelligo *ἄψυχα*. sane hanc sententiam efflagitant verba Gellii: et non esitavisse ex animalibus. Suidas (I 2 p. 20): *ἀβίωτος, ὁ μὴ ζῶν*. ergo *ἀβίωτα* non viventia, non animalia. Rara quidem, fateor, est ea verbi significatio, sed quis nescit Callimachum fuisse maximum novatorem?“ Bentl., qui hanc suam coniecturam contra Jacobum Gronovium defendit ad Horat. Art. poet. 441 extr., sed quem sat scio aliter emendaturum fuisse, si satis cognovisset veterum codicum lectiones, ex quibus novissimus editor 1853 ita edidit: *καὶ κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχων ΑΝΙΩΝΤΟΣ ΕΔΕΣΤΟΥΣ.* nam in ultimis duobus vocabulis fere consentire vetustissimos codices mihi significavit amicissimus Hertzius. Sed iam antea Hecker. in Com. crit. in Anthol. (I) p. 269 acute perspexerat, *ἔχειν ἀνιῶντος ἐδεστοῦ* restituendum esse, quod a codicum optimorum lectione non differt nisi una literula omissa, quae addi a librariis facile poterat, quum semel ab *ὁ ἐδεστής*, non a *τὸ ἐδεστόν* vocem derivassent. Prae hac autem coniectura vix est quod aliorum referamus, interpretum ad Gellium l. l., Fabri (p. 344 Ernest.), Toupii in Emend. in Suid. II p. 124, Valcken. ad Callim. Eleg. p. 291, aliorum. Atque Heckerianum iure recepit Bergk. Anth. lyr. I n. 31 = II n. 33. quod autem Heckerus in vulgato *ἔδεσθαι* Bentleio ceterisque hoc exprobrat, quod vitiosum sit quum tantum futurum esse possit, illi sine dubio sententiam suam tuebantur Hesychii loco II p. 15 *ἔδεται· ἐσθίει*, et iterum sede non sua II p. 14: *ἔδεαι· ἐσθίεις*,

ubi tamen si Hom. Jl. XXIV 129 grammaticus respicit, quae Mauricii Schmidt sententia est, quaeri potest num recte Homeri locum interpretatus sit. sed vel sic praesens ἔδεσθαι in suspicionem vocari non posse videtur (cf. Lobeck. ad Buttm. Gr. gr. II p. 185 et 488), praesertim quum etiam praesens πίομαι in Theognid. Eleg. 1129 habeamus. add. Lobeck. Rhemat. p. 18 extr. At ex hoc quidem loco praesens ἔδεσθαι libenter codicum meliorum lectioni gratificamur, in qua ἀνιῶντος ἐδεστοῦ conferimus cum δαιτὸς ἀνίη in Hom. Od. XVII 446 coll. I 133. — In altero etiam versu κἠγώ et Πυθαγόρης scribendum duxi cum Heckero, qui recte quoque cum disticho nostro fragmentum 27 iungens ad Aetiorum librum tertium revocavit, sequente etiam Bergkio. ubi quo modo in III 1 locum habuerit conieci p. 101. Valckenarium ad Elegias, Naekium (de Hecal. p. 91) ad Epigrammata rettulisse monuit Heckerus.

## 129.

*Λαθρηδὸν δὲ παρ' Ἡφαίστοιο καμίνοις*
*ἔτραφον, αἱράων ἔργα διδασκόμενοι.*

„Etym. Magn. p. 38, 36: αἶρα, ἡ σφῦρα· Καλλίμαχος· οἷον· λάθρη δὲ παρ' Ἡφαίστοιο καμίνοις ἔστρεφον αἱράων ἔργα διδασκόμενοι. Eustath. ad Odyss. X 75, p. 1648, 10: αἱ σφῦραι ὅτε μὲν ῥαιστῆρες κοινότερον, ὅτε δὲ αἶραι ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἐθηλώθη οὗ χρήσεις ἐν τῷ· αἱράων ἔργα διδασκόμενοι.“ Bentl. Adde Etym. Gud. p. 21, 20: — Καλλίμαχος· αἱράων ἔργα διδασκόμεθα. Orion. Et. p. 18, 1: — Καλλίμαχος· αἱράων ἔργα διδασκόμενος. Codex Paris. Etym. 2630 ap. Koes. pone Orion. p. 185, 10 ubi eadem extant, sed ultima syllaba compendiose scripta est, ut quid fuerit certo dici nequeat. Praeterea cod. Leidens. apud Ruhnk. ad h. l. et Valcken. frag. Eleg. p. 292 (i. e. cod. Vossianus A. cf. Gaisf. ad Etym. Magn. p. 2466) habet λαθρη i. e. λαθρηδόν, cui aliquid auctoritatis conciliat Apollon. Dysc. de Adverb. p. 611, 9, saepe ille voces Callimacheas afferens. deinde Gaisford. ex suis codicibus ἔτρεφον edidit, quod Ruhnk. ad h. l. correxit ἔτραφεν i. e. ἐτράφησαν, Meinekius autem ad Callim. p. 6 in ἔτραφον (i. e. nutriti sunt. cf. ad Vol.

I p. 154), cui assensus est Bergk. Anth. lyr. II n. 86 (aliter in Anth. lyr. I n. 83). Sed pro λαθρηδὸν δέ, quod et ipsum Meinekius recepit, λαθρηδά reponendum esse putavit Bergkius Praef. p. XV. Fragmentum ad Aet. I 14 revocandum censui. et de Aetiis quidem etiam Rauch. p. 51 n. 109 cogitavit, de Dionysio Zagreo interpretans a Curetibus nutrito, quibus Callimachus Idaeos Dactylos substituerit.

130.

Ἀλλ' ἐπὶ τόξου
αὖτις ὁ τοξευτὴς ἄρδιν ἔχων σφετέρου.

„Etym. Magn. p. 137, 49: ἄρδις, ἡ ἀκὴ τοῦ βέλους. Καλλίμαχος· ἀλλ' ἀπὸ τόξου αὐτὸς ὁ τοξευτὴς ἄρδιν ἔχων ἑτέραν. assentior Sylburgio qui pro ἀπὸ τόξου emendat ἐπὶ τ." Bentl. In reliquis cum Etym. Mag. consentientia cetera Etymologica, Sorbon. ap. Gaisf., Gudian. p. 73, 9, Angelic. in Ritschel. Op. I p. 682, Etym. Paris. 2630 ap. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 902, Etym. Paris. 2636 apud eundem Bastium (nisi quod hunc codicem ἑτέρου habere dicit Cram. Anecd. Paris. IV p. 60) praebent non ἑτέραν, sed ἑτέρου, quod nescio ex quo Parisino proferat Ruhnken. ad h. l. Iidem libri consentiunt in ἀπὸ τόξου praeter Paris. 2636, ex quo ὑπὸ Cramerus l. l. notavit. nec in αὐτός inter se dissentiunt. Praeter Sylburgianum ἐπὶ ego αὖτις et σφετέρου olim commendavi in Proleg. Aet. p. XIV, quod etiamnum probo, etsi a Meinekio in Bergk. Diar. phil. 1845 p. 1066 et ad Callim. p. 285 not. coniectum ἀλλ' ἀπὸ τόξου αὖτις ὁ τοξευτὴς ἄρδιν ἑλὼν ἑτέρου (quod de Hercule dici putat duos arcus secundum Herodot. IV 10 gestante) — a Bergkio An. lyr. II n. 86 (nam in I n. 84 Bentleianum retinuerat) receptum video. — In Aetiorum I 9 olim fragmentum lectum fuisse conieci. et ad Aetia certe etiam Rauch. n. 82 pertinere putabat, quae sententia egregie firmatur eo, quod secundum Etym. Magn. l. l. totus locus sumptus est ex Epaphrodito, Callimachi Αἰτίων commentatore.

131.

Ἴθι, πρηεῖα γυναικῶν,
τὴν ὁδόν, ἣν ἀνίαι θυμαλγέες οὐ περόωσιν.
πολλάκι σεῦ καί, μαῖα, φιλοξείνοιο καλιῆς
μνησόμεθα· ξυνὸν γὰρ ἐπαύλιον ἔσκεν ἅπασιν.

„Etym. Magn. p. 442, 38: θάνατος ἐτυμολογεῖται παρὰ τὸ ἄνευ ἄτης τὸν τεθνεῶτα εἶναι· θάνατος γὰρ ἀνδρὶ ἀνάπαυσις. παρὰ τὴν ἄτην τὴν βλάβην ἄνατος καὶ θάνατος. ὁ ἄνευ βλάβης μένων ἀποθανών, — ἴθι, πρηεῖα γυναικῶν, τὴν ὁδόν, ἣν ἀνίαι θυμοφθόροι οὐ περόωσι, Καλλίμαχος." Bentl., qui haec scribens immemor erat fragmentum duobus versibus auctius legi apud Suid. I 2 p. 358: ἐπαύλιον δὲ μονή. περὶ Ἑκάλης θανούσης· ἴθι, πρηεῖα γυναικῶν, τὴν ὁδόν, ἣν ἀνίαι θυμαλγέες οὐ περόωσιν. πολλάκι σεῖο μαῖα φ. κ. μνησόμεθα κ. τ. λ. Duo autem priores versus producunt etiam Etym. Orion. p. 72: Καλλίμαχος· ἴσθι πριεῖα γυναικῶν τὴν ὁδόν, ἣν ἀνίαι θυμοφθόροι οὐ περόωσιν, et Meletius de Natur. hom. in Ritsch. Opusc. I p. 700 (nam in Cramer. Anec. Oxon. III p. 138 Callimachi fragmentum omissum est, etsi iam prius notum erat ex Petrei versione latina. cf. Naek. de Hecal. p. 277): ἴθι πρηεῖα γυναικῶν τὴν ὁδόν, ἣν ἀνίαι θυμοφθόροι ὑπερορώωσιν. Sed hi quod cum Etym. Mag. praebent, θυμοφθόροι, nimis grave videtur quam quod huic loco conveniat, unde cum Naekio praetuli a Suida suppeditatum. Ab eodem autem Naekio dissentio affirmanti lacunam, quae est in tertio versu Bentleium apud Kuster. ad Suid. l. l., correctione longe facillima explevisse scribendo πολλάκις σεῖ' ὦ μαῖα. nam etsi forma apostropho insignita, cuius in locum alia integra (σεῦ) succedere poterat quae ab usu non abhorreret, ferri fortasse potest, quod cum aliis negat Bekker. Homer. Blaett. p. 42, tamen coniectura eius modi formas inferre poetis metuo. Atque accedit aliud, quod non recte ita expletum versum esse doceat. nam postquam mulieri mortuae, quam Hecalen fuisse Suidae credimus, poeta vel Theseus valedixit, quidni in posterum quoque eius imprimis se memorem fore promittat? nunc autem casae tantum eius hospitalis saepe se recordaturum dicit, ipsam autem anum, quam imprimis nominare debebat, non nominat nisi implicite

casae facta mentione. praeterea si a mulieris mentione in v. 2 ad aliud poeta transiret v. 3, ad casam eius hospitalem, vereor ut ita copulandi particula carere potuerit, cuius omissae non aliam causam video nisi hanc, quod in tertio quoque versu de eadem muliere dicere directis verbis poeta perrexerit. Haec me permovebant, ut πολλάκι σεῦ καί, μαῖα, φιλοξείνοιο καλιῆς scribendum censerem, in quibus σεῦ Werneckio ad Triphiod. p. 399 debetur. Aliorum coniecturae sunt, Toupii ap. Gaisf. ad Suid. l. l. πολλάκι καὶ σέο, μαῖα, et Bekkeri in Homer. Blaett. p. 73 πολλάκι σοί, ὦ μαῖα. Jacobsio autem ad Anthol. Pal. III p. 1043 A in σεῖο, μαῖα litera o ante μ producta defendi posse videbatur. Ad φιλοξείνοιο καλιῆς respici a Crinagora in Anth. Pal. IX 545 celebranti Callimachum monuit Toupius: ἀείδει δ' Ἑκάλης τε φιλοξείνοιο καλιήν. et fortasse etiam Gregorii Nazianzeni animo Callimachi locus obversabatur quum Tom. III p. 582 Mig. scriberet ἴθι πρόφρων τὴν ὁδόν. In Hecale carmine ubi fragmentum sedem habuerit suam supra coniecturam protulimus Hecal. cap. IX coll. Naek. de Hecal. p. 277 seqq.

132.

ὅστις ἀλιτροὺς
αὐγάζειν καθαραῖς οὐ δύναται λογάσιν.

„Etym. Magn. p. 572, 36: λογάδες. ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ λευκά. Καλλίμαχος, ὅστις — δύναται λογάσιν. De deo dictum, sententia et verbis plane iisdem, quibus illa Habacuci I 13: καθαρὸς ὁ ὀφθαλμὸς τοῦ μὴ ὁρᾶν πονηρά, καὶ ἐπιβλέπειν ἐπὶ πονηροὺς οὐ δυνήσῃ.“ Bentl., qui λοχάδες et λοχάσι edidit, nunc a Gaisfordio correctum. ac dudum corrigi poterat ex Hesych. III p. 46 et schol. Nicand. Ther. 292 (add. Orion. p. 92, 7). sed firmissima postea accessit auctoritas Meletii de Corp. hum. in Cram. Anecd. Oxon. III p. 69, 6 (cf. Ritschel. Op. I p. 699): ὁ δὲ Καλλίμαχος· οὔτις εὐλήρους αὐγάζειν καθαραῖς οὐ δύναται λογάσι. Fragmentum interpretatus sum de Minerva oculos avertente quum Aiax Cassandram in eius templo vitiaret, quod in Actiis Callimachum monuisse e frag. 13[d] constat. cf. Aet. I 14, de quo quod Dilthey de Cydipp. p. 69 not. dubitat, quoniam ὅστις de dea non aptum sit, quidni poetam iudicemus paulo gene-

ralius loquutum esse de quovis daemone, postquam unam Minervam memoravit? Apud Bergkium fragmentum est I n. 124 = II n. 135. Ceterum hoc fragmentum inter eos locos est, quibus Valckenar. in Diatrib. de Aristobulo p. 125 probaturus erat, Callimachum Foederis Antiqui libros graece versos evolvisse, unde quaedam expressisset.

133.

*εἴ σ' ὁ Προμηθεὺς*
*ἔπλασε, καὶ πηλοῦ μὴ 'ξ ἑτέρου γέγονας.*

„Clemens Alexandr. Strom. V p. 708 Pott.: *Καλλίμαχος δὲ διαρρήδην γράφει ἦν κεῖνος οὑνιαυτὸς κ. τ. λ.* (fr. 87) — *πάλιν τε αὖ ὁ αὐτός, εἴ σ', ἔφη, ὁ Προμηθεὺς ἔπλασε κ. τ. λ.* Extat etiam apud Euseb. Praep. evang. XIII 13 (III p. 329 Gaisf.).“ Bentl. Ex Clemente cur Bentleius noluerit scribere *εἴ σ' ὁ Προμηθεύς*, sed *εἴ σε Προμ.* ex Eusebio praetulerit non intelligo. idem hoc tenuit Bergk. An. l. I n. 117 = II n. 128. Aptum fuisse fragmento in Aet. II 6 locum supra docui.

134.

*Οὐχ ὧδ' ἐμόγησαν*
*ἐλπίδες, ὥστ' ἐχθρῶν συμμαχίας καλέσαι.*

„Athenae. XIII p. 571 A *οὐχ ὧδ' κ. τ. λ. φησὶν ὁ Καλλίμαχος.*“ Bentl. Ex carmine, cui *Ἐλπίδες* inscriptum erat, petitum putabant Rauch. p. 8 not. 23 et Lincke de Callim. vit. et script. p. 37, qui ad causam suam tutandam afferre poterant, quod etiam Diotimus in Anthol. Pal. VII 420 in *Ἐλπίδας* epigramma scripsit. Sed non desunt alii loci quibus commode memorare spes hominum poeta potuit, velut in *Ἰοῦς ἀφίξει.* Apud Bergk. legitur An. lyr. I p. 118 = II p. 129.

135.

*Ἀλλὰ θεόντων,*
*ὡς ἀνέμων, οὐδεὶς εἶδεν ἁματροχιάς.*

„Porphyrius in Homericis quaestionibus III: *οὐ δεῖ δυσχεραίνειν, εἰ τοὺς πολλοὺς τῶν νῦν παιδευτῶν* [*εὐπαιδεύτων* lege cum Cobet. Mnemos. vol. X p. 400]

*λανθάνει τινὰ τῶν Ὁμηρικῶν, ὅπου καὶ τὸν δοκοῦντα εἶναι ἀκριβέστατον καὶ πολυμαθέστατον Καλλίμαχον ἔλαθεν ἡ διαφορὰ τῆς ἁρματροχιᾶς, ἣν ἔχει πρὸς τὴν χωρὶς τοῦ ρ λεγομένην ἁματροχιάν. ἔστι δὲ ἁματροχιὰ τὸ ἅμα τρέχειν καὶ μὴ ἀπολείπεσθαι, οἷον ὁμοδρομία τις οὖσα. τροχοὺς γὰρ τοὺς δρόμους ἔλεγον. ἁρματροχιὰ δὲ τῶν τροχῶν τὸ ἴχνος. ἀγνοήσας δὲ ταῦτα ὁ Καλλίμαχός φησιν· ἀλλὰ θεόντων κ. τ. λ. βούλεται μὲν γὰρ εἰπεῖν ὡς οὐδεὶς εἶδεν ἴχνος διὰ τὸ θεῖν ὡς ἀνέμους. ἁματροχιαὶ δὲ οὐ δηλοῦσι τὰ ἴχνη τῶν θεόντων ἁρμάτων, ἀλλ' αἱ μετὰ τοῦ ρ λεγόμεναι ἁρματροχιαί.* Non iniuria culpat Callimachum, quod *ἁματροχιάς* dixit pro *ἁρματροχιάς*. quem tamen et alii secuti sunt. vid. Hesych. (I p. 140: *ἁματροχιάς· τὰς χαράξεις τῶν τροχῶν. καὶ ὁμοδρομίας*, coll. I p. 286: *ἁρματροχιαί· αἱ τῶν τροχῶν ἐν τῇ γῇ ἀποχαράξεις*) et Etym. Magn. (p. 79, 37: *ἁματροχιὰ παρ' Ὁμήρῳ ἡ τῶν τροχῶν σύγκρουσις, παρὰ τοῖς νεωτέροις δὲ ὁ τῶν τροχῶν ἐν γῇ τύπος*)." Bentl. Porphyrii locum etiam schol. codicis B in Hom. Jl. XXIII 422 excerpsit, a Bentleio autem citatis Hesychio et Etym. Magn., qui demonstrent *ἁματροχιά* nonnunquam pro *ἁρματροχιά* ab aliis etiam esse positum, adde Suid. I 1 p. 265 *ἁματροχιά· ἡ ἁρματροχιά* et schol. Nicandr. Ther. 263 *ἁματροχιῇσιν· ἀντὶ τοῦ ἁρματροχιαῖς· λέγει γὰρ ταῖς χαράξεσι τοῦ τροχοῦ ταῖς γενομέναις εἰς τὴν γῆν*, ubi Nicandrum certe, dum *ἁματροχίαν* voluit esse orbitam, cum Callimacho recessisse apparet ab Homeri usu (de quo exponunt etiam Ammon. de Different. p. 12, Eustath. ad Jl. p. 1313, 22 coll. p. 1309, 11, Etym. Magn. p. 79, 36 et p. 145, 14), a quo multo etiam magis deflexit Manetho IV, 108 *ὧδε μὲν ἀπλανέων τε πλανητάων τε κέλευθα ῥόμβηδον περὶ κόσμον ἁματροχίῃ πεφόρηται*, de cursu in universum vocem intelligens. Justam Porphyrii vituperationem esse agnovit Cobet. l. l., sed a veteris critici calumnia poetam defendunt Meinek. ad Callim. p. 153 et Lobeck. ad Buttmann. Gram. graec. II p. 424, quorum ille Callimachum *ἁματροχιά* derivasse sibi persuasit a casco substantivo *ἅμα*, quod *ἅρμα* significasset, ut ibi *ἁματροχιά* fuisset *τῶν ἁρμάτων τροχιαί*, alter autem *ἁματροχιά* pro *ἁρματροχιά* dictum esse eadem ratione censet qua *φατρία* pro *φρατρία*, *δρύφακτος* pro *δρύφρακτος*. qui

num satis Callimachum a crimine defenderint dum alii disquirent, ego interim omnem culpam a Callimacho in ipsum Porphyrium transferre audeo. certe quo modo poetae fragmentum produxit, nihil inde proferri poterit quo erroris ego convincar negans Callimachum ἁματροχιάς aliud esse voluisse atque ipsum illud ἁματροχιαί in Jl. XXIII 423: τῇ ῥ' εἶχεν Μενέλαος ἁματροχιὰς ἀλεείνων, i. e. concursum rotarum. An inepte loquutus esset et ad rem parum accommodate, si tale quid cecinisset: aurigas non imperitos ad certamen prodeuntia ἅρματα habebant, sed dum currunt ea celeritate qua venti solent, nemo vidit in cursu collidi rotas. nam ad θεόντων subintelligendum esse ἁρμάτων ipse bis indicat Porphyrius, unde efficitur, ut ὡς ἀνέμων sit idem quod ὡς ἄνεμοι θέουσιν, ubi quum verbum finitum propter verborum consensum omissum esset, ἄνεμοι principali subiecto, quod est in (ἀνέμων) θεόντων, accommodandum erat, quod attractionis genus inde ab Homero frequentissimum est, ut Jl. XXII 26 τὸν — ἴδεν ὀφθαλμοῖσιν, παμφαίνονθ' ὥς τ' ἀστέρ', ἐπεσσύμενον πεδίοιο. ibid. XXI 282 νῦν δέ με — εἵμαρτο ἁλῶναι ἐρχθέντ' ἐν μεγάλῳ ποταμῷ, ὡς παῖδα συφορβόν, et alibi saepissime. non intellexit tamen hoc Valcken. Diatrib. p. 112 C et Eleg. Callim. p. 293, qui ἰσανέμων corrigi iussit. Ita autem formata sententia Callimachus aurigarum virtutem non ob eam solam causam laudat quod currus habuerint celerrimos, sed propterea quoque, quod in currendo concursum rotarum vitaverint, neque quicquam patet poetae verbis inesse, quod in suam potius sententiam Porphyrium cogere debuerit, quamquam facile concedo eum in illam delabi potuisse putantem de sola celeritate agi, quae tanta fuerit, ut rotae solum paene non attingentes vestigia ei fere non impresserint. Quum autem de curru sermo fuerit, non potest de Zethe et Calaide locus intelligi cum Mein. in Bergk. Diar. 1845 p. 1066, sed cogitandum est de curruum certamine, fortasse Olympiaco, ut statuere video etiam Rauch. de Aet. n. 30. cf. Aet. I 8. apud Bergk. est Anth. lyr. I n. 119 = II n. 130. — De accentu vocis ἁματροχιά, qui saepe in editionibus fluctuat, cf. Herodian. I p. 301, 1 et schol. A ad Jl. XXIII 422.

136.

*Ἔκλυ᾽ ἑτῶν· τῶν μηδὲν ἐμοὺς δι᾽ ὀδόντας ὀλίσθοι,*
*Πηλεύς.*

„Schol. Pind. Nem. V 25: οἶδεν οὖν ὁ Πίνδαρος τὸν Φώκου θάνατον, ἀλλ᾽ ἐκτρέπεται εἰπεῖν. μήποτε δὲ καὶ τὸ παρὰ Καλλιμάχῳ, ἔκλυε, τῶν μηδὲν ἐμοὺς δ᾽ ὀδόντας ὀλίσθῃ, Πηλεύς —, οὕτως ἀποδοτέον, ὅτι αἱ γυναῖκες ὠνείδιζον αὐτῷ τὸν Φώκου θάνατον. Adde τοι et scribe ὀλισθῇ pro ὀλίσθῃ." Bentl. Ultimum male coniecit Bentleius accentum inferens quem saepe in hac forma etiam novissimae editiones contra legem ponunt velut Oppian. Hal. I 289 et III 105 (cf. Bekker. Homer. Blätt. p. 70, 35), sed coniunctivo substituendus erat optativus, ut fecit Bergk. An. lyr. I n. 62 = II n. 65. idem in priore editione cum Bentleio scripsit ἔκλυέ τοι (cui δή praetulit Mein. ad Callim. p. 143), sed in altera dedit ἔκλυε, τῶν μηδέν ποτ᾽ ἐμοὺς κ. τ. λ. ego tenui quod olim in Prol. Aet. p. XVI (i. e. in Aet. I 12) conieci, ut facilius. Et ad Aetia etiam Rauch. n. 142 fragmentum revocavit, sed aliam elegiam excogitans. De re cf. Müller. Aeginet. p. 22.

137.

*Εἰ θεὸν οἶσθα,*
*ἴσθ᾽ ὅτι καὶ ῥέξαι δαίμονι πᾶν δυνατόν.*

„Plutarch. de Placit. philos. I 7: ἀναιρείσθω γάρ, φησίν, ὁ ποιητικὸς λῆρος σὺν Καλλιμάχῳ τῷ λέγοντι, εἰ θεὸν οἶσθα — δυνατόν. οὐδὲ γὰρ ὁ θεὸς δύναται πᾶν ποιεῖν· ἐπεί τοί γε, εἰ θεός ἐστι, ποιείτω τὴν χιόνα μέλαιναν κ. τ. λ." Bentl. Meinek. in Bergk. Diar. 1845 p. 1066 cur οἶσθ᾽ ὅτι καὶ ῥέξαι praeferendum iudicet causam non video. Sententiam ubi poeta protulerit, aptum locum invenisse mihi videor in Aet. III 4. cf. Bergk. An. lyr. I n. 120 = II n. 131.

138.

*Καὶ τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον*
*ἠνεκὲς ἀείδω δειδεγμένος.*

„Schol. Pindar. Nem. II 1: τοὺς ῥαψῳδοὺς οἱ μὲν ῥαβδῳδοὺς ἐτυμολογοῦσι διὰ τὸ μετὰ ῥάβδου δηλονότι τὰ

Ὁμήρου ἔπη διεξιέναι. Καλλίμαχος· καὶ τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ — ἠνεκὲς ἀείδω δεδεγμένος. Scribe δειδεγμένος. Hesychius post δεῖγμα (I p. 466): δεδέχατο· ἐδεξιοῦντο, ἐφιλοφρονοῦντο. Δεδεγμένοι· δεξιούμενοι. lege δειδέχατο ex Homero et δειδεγμένοι. Eustath. principio Jliados (p. 6, 18): ὅτι δὲ καὶ παρὰ τὴν ῥάβδον ἡ ῥαψῳδία εἴρηται, οἱονεὶ ῥαβδῳδία τις οὖσα, φασὶ καὶ τοῦτο οἱ παλαιοὶ ἀκολουθοῦντες τῷ Καλλιμάχῳ εἰπόντι· τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον." Bentl. Meinek. ad Callim. p. 272 not. malebat ζηνεκὲς ἀείδω — δεδιδαγμένος, ex carmine aliquo haec petita putans quo poeta sese in omni poesis genere versatum esse dixerat, coll. fragm. 223 et 460. At primum, etsi Callimachus fragm. 287 habet διηνεκές, tamen apud Homerum quoque similiter variant ὄχα et ἔξοχα, et ἠνεκές inde ab Empedocle (426 Stern.: αἰθέρος ἠνεκέως τέταται, quod adverbium habet etiam Apollinarius CXI 15) usi sunt Arat. 445, Nicand. Alex. 517 et 592, Maxim. Catarch. 64 et 530, fortasse etiam Apollonius Rhod. IV 1374 ex emend. Merkelii, quorum paucioribus tantum Meinekianum ζηνεκές restitui potest. et agnoscit vocem Hesych. II p. 282, ac tuetur analogia (cf. ad Nicandr. p. 247). Deinde Bentlei δειδεγμένος, quod Meinekiano illi facilitate sua multum praestat, explicatum habet facilem, sive cum Hecker. Com. Call. p. 50 explendum putas δειδεγμένος [ἐννέα Μούσας], sive, quod magis credo, δειδεγμένος [οἶμον Ὁμήρου], ut hic quoque carmen epicum denotetur. Poterat autem hoc distichon legi in Prologo Aetiorum, ubi si recte de huius fragmenti cum ceteris nexu disputavi p. 116, concidit causa ob quam ex epigrammate in Homerum scripto petitum putabat Dilthey de Cydipp. p. 26. idem p. 163 monet Bendorfium putare maluisse in Hesiodum quam in Homerum epigramma illud scriptum fuisse. Cf. Bergk. Anth. lyr. I n. 109 = II n. 117.

139.

*Καὶ τριτάτη Περσῆος ἐπώνυμος, ἧς ὀρόδαμνον*
*Αἰγύπτῳ κατέπηξε.*

„Schol. Nicand. Alex. 101 (Bussem.): τῶν ἄλλων ἱστορούντων τὴν περσείαν καταφυτεῦσαι τὸν Περσέα ἐν Αἰγύπτῳ, ὡς καὶ Καλλίμαχος· καὶ τριτάτη Περσῆος ἐπώ-

*νυμος κ. τ. λ., ὁ Νίκανδρός φησιν ἐν Μυκήναις καταφυτευθῆναι.*" Bentl. *Περσεῖος* edidit Bergk. An. lyr. I n. 85 = II n. 88. cf. ad fragm. 87; sed hic codices non addicunt. Fragmentum Hecker. in Philol. IV p. 479 ad Hecalae coenam pertinere putabat, in qua praeter reliquos fructus Theseo in secundis mensis appositos etiam malum Persicum fuisse sibi persuasit. sed ille malum Persicum, quod sane *ἐν δευτέραις τραπέζαις* fuisse scimus (cf. Clearch. ap. Athen. XIV p. 649 A) confudit cum *περσίας* sive *περσέας* (*περσείας, περσίου, περσείου*) arboris fructu. nam haec arbor quae Aegyptiaca erat et a Perseo ibi Memphide sata (Plin. Nat. hist. XV 46) et Isidi sacra habebatur (Plut. de Is. et Osir. 68), in totum alia est atque Persica arbor, ut dicit Plin. XV 45 eiusque fructus medici tantum appetisse videntur, nec extra Aegyptum fructum ferebat (Theophrast. Hist. pl. II 2, 10 coll. III 3, 5). qui igitur Hecale *περσίας* fructum Theseo apponere potuit? Nec ad puros Hecalae hexametros ut referatur fragmentum ulla satis gravis causa est. cf. proleg. in Aet. p. III et quae de Jus adventu diximus p. 35.

140.

*Ἀμφί τε κεβλὴν*
*εἰργμένος ἀγλίθων οὖλον ἔχει στέφανον.*

„Schol. Nicandr. Alex. 433: *κεβληγόνου· τῆς ἐν τῇ κεφαλῇ τὸν γόνον ἐχούσης, ὅ ἐστι τὸ σπέρμα· συγγενὲς γὰρ τὸ β τῷ φ· καὶ Καλλίμαχος ἀμφί τε κεβλὴν εἰργμένος κ. τ. λ.* Pro *εἰργμένος* scholiasta alter habet *εἱρμένος*. parum refert, utro modo legas." Bentl. Non dixerim perinde esse utrum legatur. sed *εἱρμένος* si verum est, non potest nisi ad *στέφανον* referri secundum illud Pindari Nem. VII 77 *εἴρειν στεφάνους ἐλαφρόν*, ut *εἱρμένον* scribendum sit cum Bergk. An. lyr. I n. 87 = II n. 90, quamquam is *ἑρμένον* utrobique legit et praeterea in Praef. ed. I p. VI *ἡρμένον* scribendum coniecit, sine causa. nam cf. Bredow. Quaest. crit. de dial. Herod. p. 305. At *εἱρμένος* qua auctoritate nitatur nescio, certe nec J. G. Schneiderus p. 60 memorat nec Bussemakerus p. 214 et p. 415 (mihi ipsi enim ad scholia in Alexipharmaca emendanda codices non praesto erant et iniuria Bergk. in Anthol. lyr. II p. XV mihi obiecit critica subsidia

me invidisse doctis hominibus), et *εἱργμένος* videtur commode explicari posse, modo statuas, tam larga aliquem corona redimitum fuisse, ut paene conclusus fuerit. qui autem is sit frustra quaerimus, nisi quod recte Valcken. de Eleg. Call. p. 289 de rustico quodam cogitare videtur. nam *ἄγλιθες* alibi inter flores coronarios non comparent et hic rustici paupertati deberi videntur. quodsi recte Valcken. coniecit, poterit intelligi Molorchus vel potius eius aries quem immolaturus ad aram duxerit. cf. Aet. I 9 et fragm. 6. sed ita fortasse *ἔχεν* legendum. Pro *τε* de suo *δέ* scripsit Bentleius.

141.

*Ἐγὼ δ' ἤντησα Λυκείου*
*καλὸν ἀεὶ λιπόωντα κατὰ δρόμον Ἀπόλλωνος.*

„Schol. Sophocl. Oed. tyr. 919: *Λύκειον γυμνάσιόν ἐστιν Ἀθήνησιν, ἔνθα Ἀπόλλων τιμᾶται. καὶ Καλλίμαχος· ἐγὼ δ' ἤντησα κ. τ. λ.*" Bentl. Mira Linckii suspicio est, fragmentum ex epigrammate aliquo Callimachi sumptum esse quod ad eius Athenis commorationem pertineat. cecinisse autem poetam hoc epigrammate doctum aliquem virum quocum prope Lyceum congressus facetum habuisset sermonem de parte quodam literarum. At vellem alia indicasset Callimachi epigrammata quae puris hexametris scripta fuissent. nunc autem quum puri hexametri fere ad Hecalen nos rapiant, multo veriorem puto Naekii opinionem esse, de Hecal. p. 231, fragmentum aliquo modo cum Hecalae historia cohaerere. quod quo modo fieri potuerit, coniecturam protuli in Hecal. VI, Theseum Hecalae narrasse, nuntio qui opem adversus taurum Marathonium peteret obviam se factum esse prope Apollinis Lycei stadium, pulchrum illud semperque unguento madidum, quod et ipse aditurus fuisset. nam *δρόμον λιπόωντα* confero cum Theocriteo *λιπαρᾶς ἔκτοσθε παλαίστρας* II 51, ubi vide interpretes.

142.

*Τὸ δὲ σκύλος ἀνδρὶ καλύπτρη*
*γιγνόμενον, νιφετοῦ καὶ βελέων ἔρυμα.*

„Schol. Sophocl. Aiac. 26: *καὶ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζῴων τὸ σκυλεύειν. Καλλίμαχος ἐπὶ τῆς λεοντείας δορᾶς· τὸ*

*δὲ σκύλον κ. τ. λ.* Eadem habet Suidas in *κατηναρισμένος*, II 1 p. 167." Bentl. Sed Suidas habet *σκύλος*, quod utique praeferendum fuit, ut praeferebant Valckenar. in Call. Eleg. p. 290, Brunck. ad schol. Sophocl., Boissonadius, Bergk. Anth. lyr. I n. 56 = II n. 59, et est etiam in schol. Soph. codice Laurentiano atque firmatur Ambrosiani quoque codicis E scriptura apud Dindorf. schol. Sophocl. II p. XI hac: *τὸ σκῦτος ἀνδρὶ — ἔρυσμα*. ita non iam opus est ut Callimachum *σκῦλον* priore correpta syllaba usurpasse putemus, quod sane Nicander fecit Ther. 422 *πλαδόωντα περὶ σκύλα καὶ δέρε' ἵππων*, ad normam tamen ille rediens frag. 106 (Anth. Pal. VII 526) *δοῦλα καταγράψας σκῦλα κατ' Ἰναχιδᾶν*. idem etiam *τὸ σκύλος* habet Alex. 270, quod Callimacho restituendum est atque invenitur etiam in Theocrit. XXV 142, Leonid. Tarent. Anth. Pal. VI 35, 2, Phalaec. ibid. VI 156, 2. Ceterum Valcken. interpungi voluit *καλύπτρη γιγνόμενον νιφετοῦ, καὶ βελέων ἔρυμα,* sed merito sectatores non invenit. atque absolute *καλύπτρη* dicitur etiam in Nonn. Dionys. IX 186: *δαιδαλέην ἐλάφοιο φέρων ὤμοισι καλύπτρην*, ex hoc fortasse loco ductum. Primus autem Eldikius in Suspicion. spec. p. 23 voluit de pelle leonis Nemeaei fragmentum dictum esse quem Hercules humeris gestavisset. cf. Aet. I 9 et Rauch. de Aet. n. 85.

## 143.

*Ὅς ῥ' ἔφυγεν μὲν*
*Ἀρκαδίην, ἡμῖν δὲ κακὸς παρενάσσατο γείτων.*

„Schol. Aristoph. Nub. 508, de Trophonio et Cercyone: *ὁ μὲν Κερκύων καταφεύγει εἰς Ἀθήνας, ὡς Καλλίμαχος· ὅς ῥ' ἔφυγεν κ. τ. λ.*" Bentl. Hos versus ad Hecalen referendos esse cui Theseus suam cum Cercyone pugnam narraverit, primus vidit Ruhnken. Ep. crit. II p. 183. cf. Naek. p. 183 et quae de Hecal. cap. VI supra disputavimus. De *παρενάσσατο* cf. Apollon. Rhod. II 520 *λίπεν δὲ — Φθίην, ἐν δὲ Κέῳ κατενάσσατο*. id. IV 988 *Δηὼ γὰρ κείνῃ ἐνὶ δή ποτε νάσσατο γαίῃ*. Alexandr. Aetol. p. 233 Mein.: *ἔνθα Δολίων — νάσσατο*. Nicand. Alex. 7 *ἄρκτον ὑπ' ὀμφαλόεσσαν ἐνάσσατο*. Dionys. Perieg. 1032 *ἐν λασίῃσι νεναsμένοι εἰαμενῇσι*. Nonn. Dionys. XIII 278 *Μεροπηΐδι νάσσατο νήσῳ*.

id. XL 287 ἀντὶ δὲ πάτρης — ἀθαλπέι νάσσατο γαίῃ. quae propterea attuli, ne quis continuo assentiatur Naekio p. 184 affirmanti νάσσατο (et propterea etiam παρενάσσατο) poetis Callimacho aequalibus esse transitivum, quod est sane multis, velut in simili re Arato 134 de Dice loquenti quae terra relicta posthac in coelo habitabat: ταύτην ἄρα νάσσατο χώρην, et Nonn. Dion. XIII 528 δῶμα λιπὼν — Πρίασος Ἀονίης μετενάσσατο κόλπον ἀρούρης. add. Callim. in Del. 15.

144.

Ἠρνεόμην θανάτοιο πάλαι καλέοντος ἀκοῦσαι,
μὴ μετὰ δὴν ἵνα καὶ ἐπὶ σοὶ [λιγέ'] ἀποθάνοντι
θρηνήσω.

„Suid. II 1 p. 821: μὴ τὸ ἀπαγορευτικὸν ἀντὶ τοῦ οὐ κεῖται παρὰ Καλλιμάχῳ· ἠνεόμην θανάτοιο πάλαι καλέοντος ἀκοῦσαι, μὴ μεταδήν, τουτέστιν· οὐκ ἀπέθανον πρὸ τούτου, ἵνα οὐ ματαδὴν καὶ ἐπὶ σοὶ θρηνήσω ἀποθανόντος. Lege ἀποθανόντι.“ Bentl. Mirum est neque Bentleium neque alium quemquam vidisse, fragmento quae desunt verba apertissime apud Suidam extare, quae quum ad firmandam eius sententiam plane necessaria essent omittere non debebat, nisi mox in Callimachi explicanda sententia ipsius poetae verbis usus esset non aliter mutatis nisi ut versus vincula solveret, siquidem ipse Suidas, non librarii potius transpositionis rei sunt. certe transpositis tantum duabus vocibus statim prodit hexametri modulus hic: ἵνα καὶ ἐπὶ σοὶ * * ἀποθανόντι | θρηνήσω, ubi omissam vocem, quam ad summam sententiae nihil rettulisse patet, apte nobis videmur restituisse interponendo λιγέ'. Et vocem ἵνα Suidam apud ipsum Callimachum invenisse eo apparet, quod aliter μή non simplicem negationem putasset, sed coniunctionem, ut aperte erraverit Naekius de Hecal. p. 238 in Callimachi exemplo affirmans secundum Suidae quidem interpretationem μή non esse pro οὐ, sed pro ἵνα οὐ. Nec dignus erat Suidas quem magno cum stupore in hoc loco versatum esse Hecker. in Com. Call. p. 123 diceret. nam quum ille non multo post significandum esse vidisset, quod non differt a simplici notione mox, putabat οὐ μετὰ δήν dicendum fuisse, etiamsi post ἵνα posita illa verba essent, nedum si ante ἵνα. Sed paulo aliter Callimachus, qui quae in initio

enuntiationis ponenda fuit particula ἵνα (ἵνα μὴ μετὰ δήν), propter metrum postposuit non mutans in hac transpositione particulam μή, ut par erat. atque similiter in Quint. Smyr. II 622 video codices omnes habere αὐτὰρ ἐμοὶ στονόεσσα μετ' οὐρανὸν εὔαδεν ὄρφνη, μὴ ἵνα σεῖο φονῆι φάος περὶ σῶμα βάλοιμι, idque editiones omnes dedisse, donec Koechly falsum esse pronuntiaret, μὴ δή scribens, quum constanter Quintus dixisset ἵνα μή. verum quidem hoc, sed differunt reliqui quos vir ingeniosus attulit Quinti loci ab hoc uno, in quo ἵνα in initio versus collocari oportebat, sed propter metrum non potuit, ut alii voci de principatu cedere deberet. neque aliter Thucydides ubi dicit VI 18: τὸν προὔχοντα οὐ μόνον ἐπιόντα τις ἀμύνεται, ἀλλὰ καὶ μὴ ὅπως ἔπεισι προκαταλαμβάνει, quis neget hoc dicendum fuisse ὅπως μή —? Quamquam autem profecto plane incredibile est, re vera Hecalem (nam hanc loqui certissimum) olim mori noluisse, ut mox Theseum mortuum lugeret, monendum coniunctionum finalium ἵνα et ὄφρα eum saepe usum esse, ubi de alicuius quadam ratione agendi sermo est, ex qua tam certo eventu aliquid sequitur, ut id ille consilio summoque studio appetisse videatur. Non fugit hoc veteres interpretes, velut Eustath. ad Hom. Jl. p. 1271, 64: ὅτι πολλάκις ὁ ποιητὴς τὰ ἐκ τύχης ὡς ἐξ αἰτίας τινὸς ἀποτελούμενα λέγει καὶ ἐκ προνοίας βουλευτικῆς, οἷον· ἦλθε δ' ἐπὶ Νότος —, ὄφρ' ἔτι τὴν ὀλοὴν ἀναμετρήσαιμι Χάρυβδιν (Od. XII 428), quem locum cum aliis profert Spitzner. ad Jl. XXII 329. adde Nitzsch. ad Odyss. vol. III p. 122, et ne ipse quoque plane ἀσύμβολος abeam, Colluth. 8 seq.: τί δαὶ χρέος ἔπλετο νηῶν ἀρχεκάκων, ἵνα πόντον ὁμοῦ καὶ γαῖαν ὀρίνῃ βουκόλος; ὠγυγίη δὲ τίς ἔπλετο νείκεος ἀρχή, ὄφρα καὶ ἀθανάτοισι θεμιστεύσωσι νομῆες; ac vide Wyttenbach. ad Plut. Moral. Tom. VI p. 517. — Jam non habeo quod de fragmento Callimachi moneam nisi haec, ἠρνεόμην — ἀκοῦσαι Apollinarium in Psalm. LXXVI in usum suum convertisse scribentem ἠρνεόμην — παρηγορέοντος ἀκοῦσαι, deinde iure Naekium disiunctam scripturam μετὰ δήν praetulisse videri coniunctae μεταδήν (cf. Lobeck. Elem. Path. I p. 623 seq.), tum in ultimis dubitari posse, num Bentleio rectius in Suidae verbis Bernhardy II 2 p. 1839 correxerit ἔτι σοῦ — ἀποθανόντος, quo concesso etiam in

Callimachi fragmento corrigendum erit: *ἵνα καὶ ἔτι σεῦ — ἀποθανόντος*, postremo nec *καί* sua vi carere, quum longaeva mulier iam alios multos viderit morientes, velut parentes suos, nec in coniunctivo post imperfectum *ἠρνεόμην* ullam esse offensionem saepius iam monuimus. In Hecalae autem carmine, ad quod primus fragmentum Naekius revocavit p. 237, ubi mihi sedem habuisse videatur (paululum enim a Naekii sententia recedo) dixi in Hecal. cap. VII.

[145.

*Ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ καί οἱ τετύκοντο ἅπαντα.*
*καὶ πάλιν·*
*Ἑβδόμη εἰν ἀγαθοῖσι, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ γενέθλη.*
*καί·*
*Ἑβδόμη ἐν πρώτοισι, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ τελείη.*
*καί·*
*Ἑπτὰ δὲ πάντα τέτυκτο ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι*
*ἐν κύκλοισι φανέντ' ἐπιτελλομένοις ἐνιαυτοῖς.*

„Clemens Alexandr. Strom. V § 108 p. 713 Pott.: *ἀλλὰ καὶ τὴν ἑβδόμην ἱερὰν οὐ μόνον οἱ Ἑβραῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἕλληνες ἴσασι, καθ' ἣν ὁ πᾶς κόσμος κυκλεῖται τῶν ζωογονουμένων καὶ φυομένων ἁπάντων. Ἡσίοδος μὲν οὕτως περὶ αὐτῆς λέγει —, Ὅμηρος δέ — ναὶ μὴν καὶ Καλλίμαχος ὁ ποιητὴς γράφει· ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ κ. τ. λ.* In versu primo legitur apud Clementem *τετύκοντα*, pro quo Sylburgius *ἐτέτυκτο*. sed legendum *τετύκοντο*. Hesych. (IV p. 149) *τετύκοντο· ἡτοιμάζοντο*. in versu ultimo nescio quid sit *ἐπιτελλομένοις ἐνιαυτοῖς·* nemo enim quod sciam sic locutus est, sed *περιτελλομένοις*. Equidem non invitus sic legerim: *ἐν κύκλοισι φανέντα, περιπλομένων ἐνιαυτῶν* et ita latine reddidi: in orbitis apparentia, annis volventibus." Bentl. Non debebat his versibus locum inter fragmenta Callimachi Bentleius concedere. nam qui eadem atque Clemens dat Eusebius Praep. Ev. XIII 12 p. 318 Gaisf., ex Aristobulo se omnia haec descripsisse fatens p. 310 et p. 318, non Callimachum, sed Linum dicit auctorem esse, eundemque pro Callimacho nominat Arsen. in Viol. p. 237 Walz., ut vel ipse Clemens *Καλλίμαχος* scribens *καὶ Λίνος* in *Καλλίμαχος*

errore mutaverit vel librarii eo modo erraverint. Et si vel certissima esset in Clemente lectio, novimus hodie Valckenarii industria, Aristobulum testimonia sua male finxisse. cf. Valck. Diatrib. de Aristob. p. 123. Si quis autem vel sic noluerit corruptos versus legere, primum moneo apud Eusebium et Arsenium sic legi: *ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ τετελεσμένα πάντα τέτυκται*. et in ultimo versu Eusebii quidem et Arsenii codices firmant vulgatum *ἐπιτελλομένοις ἐνιαυτοῖς*, in quo iure Bentleium offendisse arbitror. nam *ἐπιτέλλεσθαι* ut saepe de sole et luna reliquisque sideribus recte atque accommodate legitur, ita de annis dici non posse videtur. sed possumus fortasse Bentlei spreta coniectura in vulgata acquiescere scriptura, modo quae male in unum coierunt sic divellamus: *ἐπὶ τελλομένοις ἐνιαυτοῖς*. nam similiter Apollon. Rhod. I 688: *τελλομένου ἔτεος στάχυν ἀμήσονται*, i. e. *περιτελλομένου ἔτεος*. nisi praestat corrigere *ἐνὶ τελλομένοις ἐνιαυτοῖς*, coll. Ephor. fragm. 55 Mein.: *πλομένῳ ἐνὶ ὥρῳ*, i. e. *περιπλομένῳ*.]

146ᵃ, ᵇ, ᶜ.

*Ἀγέτω θεός, οὐ γὰρ ἐγὼ δίχα τῷδ' ἀείδειν*
* * * * * * * * * * * * * * *
*νύμφα, σὺ μὲν ἀστερίαν ὑπ' ἅμαξαν ἤδη*
* * * * * * * * * * * * * * *
*φιλωτέρα ἄρτι γά οἱ Σικελὰ μὲν Ἔννα.*

„Hephaest. p. 54 (Gaisf. II): — *καλεῖται μὲν οὖν Ἀρχεβούλειον —, γέγραπται δὲ καὶ Καλλιμάχῳ· ἀγέτω θεός, οὐ γὰρ ἔχω δίχα τῶνδ' ἀείδειν. τοῦτο μὲν οὖν ἀπὸ ἀναπαίστου· ἀπὸ δὲ σπονδείου· νύμφα, σὺ μὲν ἀστερίαν ὑφ' ἅμαξαν ἤδη. ἀπὸ δὲ ἰάμβου· φιλωτέρα ἄρτι γὰρ οἱ Σικελὰ μὲν Ἔννα.* In versu primo reposui *δίχα τῷδ'* i. e. *τούτου*. nam Doricum poema fuisse constat ex sequentibus. Omnia ex eodem carmine citantur, in quo raptum Proserpinae cecinisse videtur." Bentl. Eosdem tres versus affert schol. Hephaest. p. 193 Gaisf., primum etiam, sed sine Callimachi nomine, auctor tractat. metr. Harleianus apud Gaisf. ad Hephaest. p. 327 extr. et Arsen. Viol. p. 15, sed is addens Callimachum, cuius nomen iterum omittit Atil. Fortunatianus in Arte p. 2696 = VI p. 292 Keil., *τῶν δ'* scribens. Admodum autem probabilis Bentlei opinio est,

tria haec fragmenta ex uno carmine desumpta esse in quo poeta Proserpinae raptum cecinisset. Addo, videri hymnum fuisse quem Syracusanis vel Ennensibus scripserit (quem ad modum Lavacrum Palladis scripsit Argivis) ut uterentur in pompa ducenda Proserpinae nuptias deae celebraturi. hinc Apollinem (i. e. choros musicos) pompae praeire iubet (cf. Welcker. Goetterl. II p. 371 extr.) versu primo, in quo ἐγώ pro ἔχω ex Gaisfordii codicibus restitui (add. tractat. de metr. Harl. p. 327 et cod. Mosquens. Arsenii l. l.). Secundum autem versum ex eo carminis loco desumptum arbitror, ubi poeta dixerat Proserpinam in pompa prodeuntem eo tempore quum iam in coelo plaustrum conspiceretur. ubi ὑπ' ἅμαξαν ex iisdem illis Gaisfordii codicibus dedi, quod etiam Bergkius Anth. lyr. II p. XVIII prae vulgato ὑφ' ἅμαξαν commendavit. nam illud, si quid Pindaro et Theocriteo ἀμαξιτόν (II 76) dandum, magis Doricum fuisse videtur. cf. Ahrens. de dial. Dor. p. 37. sed ἀστερίαν mutare non ausus sum, etsi ἀστερίαν ἅμαξαν suspectum habet Lobeck. Paralip. p. 216, qui tamen sine vitii suspicione citat in Elem. Path. I p. 451. Solent sane poetae ubi res humanas inter sidera collocatas memorant, ἀστερoέσσας eas dicere (cf. locos in Thesaur. Paris. Vol. I 2 p. 2243 B), sed Callimachus illud dixisse videtur ad Arati normam 695 ἀστερίη νύξ, quamquam ibi quoque de ea voce dubitari video (cf. Voss. p. 122). Ultimus versus petitus videtur ex historia raptus, quem prope Ennam factum esse multos narrasse constat. in quo versu Hermann. Elem. doctr. metr. p. 419 Callimachum φιλιωτέρα scripsisse, Hephaestionem autem scripturae vitio in errorem inductum esse putat. Sed tametsi comparativum φιλώτερος alibi non legimus nisi analogia ad explicandum φίλτερος fictum ab Etymol. Magn. p. 795, 11, tamen superlativum φιλώτατος bis agnovit Hesych. IV p. 246, et Callimachum vel sine aliorum auctoritate eius modi fetum procreasse non est sane prorsus incredibile. ac fortasse frustra de vocis integritate quaerimus, si recte Mein. coniecit ad Stephan. p. 667 et ad Callim. p. 227, poetam alloqui Φιλωτέραν, Ptolemaei Philadelphi sororem (a qua etiam καστανατα Φιλωτερίδες appellatae eidem videntur in Philol. XII p. 627), ut interpungendum sit Φιλωτέρα, ἄρτι. quod si est, aut omittenda illa de fragmento hoc ad raptum

Proserpinae referendo toto opinio erit, quod aegre quis ferat, aut demonstrandum erit, quo modo Philoterae memoria huic de Persephona vel de Enna narrationi inseri potuerit, quod non video quibus artibus aliquis effecturus sit. praeterea quum in *φιλωτέρα ἄρτι* parum suavem hiatum inesse Ernestius imperite sibi persuasisset, malebat *φιλωτέρ' ἄπαρτι*. Mox in *ἄρτι γάρ οἱ* recte offendit vocis *γάρ* productio Hermann. ad Orphic. p. 788, qui *γὰρ ἅ* coniecit probatum Meinekio l. l., cui coniecturae aliquid commendationis accedere videtur ex scholiastae lectione p. 193 *γὰρ ἡ Σικελά*. sed praetuli *γά*, quod aptissimam vim particulae *ἄρτι* addit. — Apud Bergkium fragmenta sunt I n. 167 seq. = II n. 195 seq.

147.

*Τῷ περὶ δινήεντ' Ἀκμονίδην ἔβαλεν.*

„Etym. Magn. p. 49, 48: *ἄκμων σημαίνει τόν τε σίδηρον, ἐφ' οὗ οἱ χαλκεῖς τύπτουσι, καὶ τοῦ Οὐρανοῦ τὸν πατέρα· οὕτω γὰρ αὐτὸν γενεαλογοῦσι. Καλλίμαχος· τῷ περὶ δινήεντι ἀκμονίδην ἔβαλεν.* corrige *τῷ περιδίνηεντ' ἀκμονίδην ἔβαλεν.*" Bentl. *Ἄκμονα Οὐρανοῦ πατέρα* esse et *Ἀκμονίδην* Uranum vocari etiam alii praeter Callimachum testes sunt, primus Alcman (nam huius esse, non Hesiodi quem appellat schol. ad Simmiae Al. ap. Jacobs. ad Anthol. Pal. III p. 824, versum illum *Γαῖα μὲν Ἄκμον' ἔτικτ', ἀπὸ δ' Ἄκμονος Οὐρανός* recte videtur Hermann. Opusc. VI p. 271 contendisse), tum Antimachus in frag. 42 Stoll. adde Epimerism. Hom. in Crameri Anecd. Oxon. I p. 74, Hesych. I p. 100 et Lexic. in Bekk. Anecd. I p. 367 (*Ἀκμονίδης, ὁ Χάρων* (?). *καὶ ὁ Οὐρανός· Ἄκμονος γὰρ παῖς*), Eustath. ad Jl. p. 1154, 26, Eudoc. Violar. p. 26, Cornut. de Deor. nat. 1 p. 140 Gal., Tzetz. in Homer. p. 277: *αὐτίκ' ἄρα μέγαν οὐρανὸν ὦρσε φερέσβιος Ἥρη, Ἔκμονος* (corrige *Ἄκμονος* cum Lobeck. ad Sophocl. Aiac. p. 361 extr.) *ἀκαμάτοιο ἑὸν γόνον ἐμπεδόμοχθον*. quod autem Eustath. p. 1150, 58 etiam *Κρόνου πατέρα Ἄκμονα* appellatum testatur, error videtur grammatici esse, qui quum Cronum alicubi *Ἀκμονίδην* dici vidisset, *Ἀκμονίδην* non intellexit ibi papponymicum potius, quam patronymicum esse, ut *Οὐρανίδαι* quoque omnes *Ἀκμονίδαι* dicti sunt secundum eundem Eustath. p. 1154, 25. Hic autem ipsum

Uranum intelligendum esse certo Etymol. Magni testimonio constat, unde non probo quod Bergk. in Anth. lyr. I n. 21 = II n. 22 edidit *περιδηνήεντ'* (a Rauchio n. 30 non intellectum). id enim epithetum *Κρόνῳ ἀγκυλομήτῃ* potius quam Urano convenit. contra Urano aptissimum est epitheton **δινήεις**, quod etiam in Quinto Smyrn. V 10 legi videtur: *ὁππόσα δινήεντα κατ' οὐρανὸν ἀμφιφέρονται*. nec offendit quod *δινήεις* coeli potius quam dei nomini aptum est. nam cf. Orph. Lithic. 644 *μηδ' Οὐρανοῦ ἀστερόεντος θυμὸν ἀνιήσας Κρόνος οὐρανὸν εἰσέτι ναίῃ* et quae supra disputavimus. Quid autem hic dicatur Urano factum esse etsi nec ex ipsis verbis nec aliunde constat, non dubito tamen quin recte perspexerit Rauch. de Aet. p. 23 de illo *δρεπάνῳ* cogitandum esse quo genitalia Urano Cronus absciderit. quamquam quo id pacto a Callimacho istis verbis exprimi potuerit non indicavit, et dubitabunt plerique, qui in ea re narranda Callimachum non verbo *ἔβαλεν* usurum fuisse clamabunt, sed potius **ἔταμεν** vel simili (cf. Lucian. de Sacrif. V: *Κρόνος — τάχιστα ἐξέτεμε τὸν πατέρα*). at in *περιδινήεντ'*, quod cum Bentl. Rauchius tenuit, si cum codicibus *περί* a sequenti voce quacum male coaluit separamus et per tmesin a *βάλε* divulsum esse statuimus, ad verum perveniri facilius posse videtur. iam enim licebit ita statuere, memorasse poetam, Cronum **δρεπάνῳ** vel *ζάγκλῳ* suo (*τῷ* i. e. quo) Uranum nota illa ignominia affecisse. nam ita dici **περιβάλλειν τινὰ κακῷ** (Eurip. Orest. 906), *ἀτιμίᾳ*, *αἰσχύνῃ*, *ἐπιτιμίοις* etc. notissimum est (cf. Bähr. ad Plut. Flam. 19 p. 124). quodsi praeterea nobis dabitur, Callimachum haec non tam in Aetiorum elegia de Junone Samia dixisse, quae Rauchii sententia fuit, sed potius eo loco quo fragmentum 172 i. e. in Eleg. II 4, ubi Drepanae insulae nomen a Demetris *δρεπάνῃ* derivavit, sed obiter memorare poterat, non Croni falcem huic insulae nomini ansam dedisse, — certe quasi per transennam aspici potest poetae sententia: [**δρέπανον δ' οὐκ ἦε** *Κρόνοιο*], *τῷ περὶ δινήεντ' Ἀκμονίδην ἔβαλεν* [*λώβῃσιν* **κείνῃσι**].

148.

*Φοιτίζειν ἀγαθοὶ πολλάκις ἠίθεοι.*

„Helladius in Chrestomathia (ap. Phoh. in Biblioth. p. 532, 10 B): τὸ φοιτάζειν δὲ Καλλίμαχος παραλόγως εἶπε φοιτίζειν φάμενος ἀγαθοὶ πολλάκις ἠίθεοι. Etym. Magn. p. 63, 31: ἀλίαστος —, ἀλῶ ἀλίζω, ὡς φοιτῶ φοιτίζω. Καλλίμαχος· φοιτίζειν ἀγαθοὶ πολλάκις θεοί. corrigenda sunt ex Helladio.“ Bentl. Plus sine dubio fidei debetur Helladio quam Etymol. Magno, in quo Sylburgius coniectans πολλάκις εἰσὶ θεοὶ ipsam Callimachi manum restituisse sibi videbatur. quamquam ne Helladii quidem locus sine omni labe evasit. an mirum non sit quod Helladius dicit, pro φοιτάζειν Callimachum dixisse φοιτίζειν, quum verbi φοιτάζειν nusquam ullum vestigium extet, contra eo, quod Helladius vituperat ut παραλόγως dictum, praeter Callimachum (qui Valckenario de Eleg. Callim. p. 293 potius φροντίζειν scripsisse videbatur) usum esse videamus auctorem hymni Homer. XXVI 8 Herm.: δὴ τότε φοιτίζεσκε, et Apollon. Rhod. III 54: λίην φοιτίζουσαι. itaque mihi Helladius scripsisse videtur: τὸ φοιτᾶν δὲ Καλλίμαχος παραλόγως εἶπε φοιτίζειν. nam φοιτάζειν Callimacho dicendum fuisse putabat, qua quidem in re egregie falsus est. cf. Lobeck. Rhemat. p. 229, qui tamen in Helladii verbis nihil vitii odoratus est. Ceterum fragmentum ad Cydippae elegiam (Act. III 1) referendum esse post Buttmann. Mythol. p. 123 vidit Dilthey. de Cydipp. p. 164. atque, ut credo, φοιτίζειν ἀγαθοὶ πολλάκις ἠίθεοι [εἴλοντ'], ubi Acontium sciebant versari. Incredibilia consectatur Riese in Mus. Rhenan. XXI p. 507. — Conf. Bergk. Anth. lyr. I n. 136 = II n. 150.

149.

*Ἄλλικα χρυσείῃσιν ἐεργομένην ἐνέτῃσιν.*

„Etym. Magn. p. 68, 34: ἄλλιξ σημαίνει κατὰ Θετταλοὺς τὴν χλαμύδα. Καλλίμαχος· ἄλλικα κ. τ. λ.“ Bentl. Ruhnk. in Ep. crit II p. 177 addit Suid. s. ἄλλικα, I 1 p. 219, ubi sine Callimachi nomine versus legitur, et s. ἐνετῆσι, I 2 p. 252, ubi item ἀνονύμως extat χρυσείῃσιν ἐεργομένην ἐνετῆσιν. His testibus adicio Zonar. p. 125, ubi item Calli-

machi nomine omisso versus legitur, sed *ἐρχομένην ἐνέτησι* scribitur. praeterea Etymol. Florent. p. 24 habet — *χρυσείην ἐπερχομένην*, et Etym. Parisin. 2720 in Cram. Anecd. Paris. IV p. 5: *ἄλληκα χρυσείην ἐπεργόμην ἐνέησιν* (cf. Albert. ad Hesych. s. *ἄλληκα*). Sed quod hic et alibi, ut apud Hesychium, scribitur *ἄλληκα*, inde colligere non debebat Spitzner. de prosod. graec. p. 48 olim *ἄλληξ* formam in usu fuisse et fortasse Callimachum media in eo vocabulo producta syllaba scripsisse *ἄλλῑκα χρυσέῃσιν κ. τ. λ.* Mox *ἐνέτῃσιν* testes habent omnes praeter Suid. I 2 p. 252 qui *ἐνετῇσιν* dat, ut in Hom. Jl. XIV 180, unde vocem habere Callimachus videtur, silentibus quidem de accentu grammaticis scribitur. cf. Lobeck. Paralip. p. 475. — Ad Hecalem fragmentum pertinere intellexerunt Naeke. p. 86 et Hecker. Com. Call. p. 87. cf. Hecal. cap. III.

150.

*Πολλάκι, καὶ κανθῶν ἥλασας ὦρον ἄπο.*

„Etym. Magn. p. 117, 15: *ὦρος καὶ ἄωρος, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ α μηδὲν πλέον σημαίνοντος. ὦρος γὰρ ὁ ὕπνος. Καλλίμαχος· πολλάκι καὶ κανθῶν ἥλασα ὦρον ἄπο. καὶ Σαπφώ· ὀφθαλμοῖς δὲ μέλας χύτ' ἄωρος.*" Bentl. Sapphus fragmentum est n. 57 Bergk., in Callimachi autem fragmento Hemsterhusius voluit *ἥλασ' ἄωρον* vel *ἥλασεν ὦρον*, quorum ultimum probavit Valcken. de Call. Eleg. p. 293, *ἥλασαν* vel *ἥλασας* Dilthey. de Cydipp. p. 71. atque alterum hoc etiam Bergk. in Anthol. lyr. II n. 151 (non item in I n. 137) edidit, quod firmatum video et principis editionis et codicis Dorvilliani scriptura ap. Gaisf. l. l. (quibus adde Marcianum ap. Gaisf. p. 2467), quae talis est: *ἡλάσσασα ὦρον*. In Cydippe elegia hoc dixisse poetam post Buttmann. Myth. p. 124 statuit Rauch. p. 41, sed obsequi noluit Dilthey p. 71 ob causam, ut mihi videtur, parum gravem, quam praeterea interpunctione post *πολλάκι* posita removisse me puto. cf. Aet. III 1.

151.

*Δειλαίοις Ἀσινεῦσιν ἐπὶ τριπτῆρας ἀράξας.*

„Etym. Magn. p. 154, 8: *Ἀσινεῖς, οἱ Δρύοπες οἱ τὴν Ἀσίνην κατοικοῦντες. Καλλίμαχος· δειλαίοις Ἀσινεῦσιν*

ἐπὶ τριπτῆρες ἁρπάσας. Videat cui lubet coniecturas Sylburgii, ego nihil hic praestare possum. Quod ad historiam attinet vide Etym. et Apollonii scholiastem I 1216. verba etiam infra in Fragmentis exhibentur (fragm. 410)." Bentl. Nihil auxilii ferunt Gaisfordii codices, quorum D. habet τριπτῆρος, Marcianus autem (cf. Gaisf. p. 2468) ἐπιτριπτηρος ἀρπήσ (ας). Sed Sylburgii coniecturis Bentleio plus puto tribuendum fuisse, ἐπὶ τριπτῆρ' ἐσαράξας vel ἐπὶ τριπτῆρας ἀράξας, quarum alteram probabat Hermann. in program. de Call. hym. in Del. (1847) p. 4, nosque ipsi probamus reiecto Heckeri in Com. Call. p. 74 conamine δ. Ἀ. ἐπιχρίμπτεσκεν Ἄρηα, item Rauchii Aet. p. 38 ἐπιχρίμπτεσκεν ἀραιούς, et Müller. Dor. I p. 43 not. ἐπιτριπτῆρας ὀπάσσας, quorum hoc quidem minus aequo grave est. Dryopes autem quum Hercules in Peloponnesum traduxerit (cf. Diodor. IV 37), Asinaeis eos quasi τριπτῆρας (i. e. qui illis κακὸν ἐντρίψουσιν) infligens, ad Aetia fragmentum refero cum Rauch. n. 64, sed in Aet. I 3 locum habuisse existimo.

152. 153.

*Ἡ μὲν ἀπ' Ἀσσυρίων ἡμεδαπὴ στρατιή.*

*Ἥμισυ μὲν Πέρσαι, ἥμισυ δ' Ἀσσύριοι.*

„Etym. Magn. p. 158, 3: Ἀσσυρία ἡ ἐγγὺς τῆς συρείσης γῆς οὖσα, ἥτις ἐστὶν ἡ Σινώπη. παρὰ τὸ μὴ σύρεσθαι. Ἀσσύριοι τὸ ἔθνος. Καλλίμαχος· ἡ ἀπ' Ἀσσυρίων ἡμεδαπὴ στρατιή, καὶ· ἥμισυ μὲν Πέρσαι, ἥμισυ δ' Ἀσσύριοι. εἴρηται παρὰ τὸν Ἀσσάρακον τὸν τοῦ ἔθνους ἐπικρατήσαντα, ἐκβολῇ τοῦ κ Ἄσσαρος, καὶ τροπῇ Ἄσσυρος, καὶ παραγωγῇ Ἀσσύριος. ὡς μάθω μῦθος. Ἀσσυρίους τοὺς ἐν τῷ Πόντῳ. παρὰ τὸ μηκέτι Σύρους εἶναι, ἵν' ἡ Ἀσύριος." Bentl. Prius fragmentum quae foedat lacuna removetur ope Etym. Florent. p. 49: ἡ μὲν ἀπ' Ἀσσυρίων ἡ. στ., quod divinaverat Wernicke ad Triphiod. p. 42, inter ἡ μέν et ἡ γάρ fluctuans. unde iam corruunt coniecturae quas critici proposuerunt, Vulcanius ἡ ἀπὸ Ἀ., Porsonus Advers. p. 309 ἥτ' ἀπ' Ἀ., Blomfieldus ἥτ' ἐπ' Ἀ., Heckerus in Com. crit. de Anthol. (I) p. 77: αἶψ' ἡ ἀπ' Ἀ., Bergkius in Anth. lyr. I n. 100 =

II n. 107 *ἦγεν ἐπ' 'Α.*, qui omnes ad Comam Berenicae referebant fragmentum, ita scilicet a Catullo v. 12 expressum: qua rex tempestate novo auctus hymenaeo vastatum finis iverat Assyrios, cui rei ut fidem facerent, plerique simul *ἀπ' 'Α.* in *ἐπ' 'Α.* mutare coacti erant. sed ea mutatione supersederi posse Heckerus quidem putabat si Callimachi verba ad Catulli v. 36 referrentur: me — pollicita est, si reditum tetulisset. is haut in tempore longo captam Asiam Aegypti finibus addiderat. at magnopere vereor ne cuiquam Callimachi verba ullo modo similia videantur Catullianis, ubi apte de uno tantum rege sermo est reduce postquam Asiam Aegypti finibus addiderit, quum in Callimachi fragmento non sit nisi de exercitu reduce sermo, cui si regem quoque feliciter redeuntem Callimachus ibi addidisset, Catullus statuendus esset illius narrationem in breviorem contraxisse summam quam statui licet. Et cur tandem factum putemus ut post Annam Fabri (p. 351 Ernest.) omnes praeter Boissonadium p. 202 suae editionis et Naek. de Hecal. p. 163 consentiant ex Coma Berenicae fragmentum petitum esse? satisne hoc commendet quod Assyrios Catullus quoque memorat? neque enim longius similitudo extenditur. atque non iniuria Boissonadium putamus monuisse, duo illa quae grammaticus apposuerit fragmenta ex eodem carmine petita esse, quorum quum secundum nullo modo ad Comam Berenices revocari possit, ne prius quidem ex eo carmine sumptum putari posse. At multo etiam gravius nobis et validius contra istam criticorum opinionem argumentum in promptu est. nam ex Etym. Magni loco luce est clarius, Callimachum de illis Assyriis loquutum esse, qui prope Sinopam habitabant et *Λευκόσυροι* quoque vocabantur vel *Καππάδοκες* (cf. Bernhardy ad Dionys. p. 739). ac ne quis dubitet, ab Etymologo paulo ante citantur hi versus: *αὐτίκα δ' 'Ασσυρίης ἐπέβαν χθονός, ἔνθα Σινώπην θυγατέρ' 'Ασωποῦ*, qui sunt Apollonii Rhodii II 946. Praeterea tenendum, in Etym. Magn. l. l. codices Voss. et Sorbon. ap. Gaisford. et cod. Paris. 2630 ap. Bekker. in adnotat. ad Etym. Magn. p. 767 (add. Etym. Magn. p. 87, 42) post *μάθω μῦθος* (quae aperte sunt post *τροπῇ "Ασσυρος* transponenda) addere: *οὕτως 'Επαφρόδιτος*, cuius viri memoria continuo nos rapit

ad Callimachi Aetia, ab Epaphrodito commentariis illustrata (cf. supra p. 37), et ad Argonautas, in quorum historia Assyriam illam Apollonius quoque Rhodius memorat II 946 et 964. et quum Iris fluvius in Apollonii altero loco memoratus (v. 963) etiam a Callimacho (frag. 324) nominatus sit, non iam videtur dubitari posse, quin non ex Coma Berenices, ubi de aliis cogitatur Assyriis, sed ex Aetiis certe prius Callimachi fragmentum sumptum sit, ubi in secundi libri elegia prima poeta in fine dixit: ad Istri ostia vecta est *ἡ μὲν ἀπ' Ἀσσυρίων ἠμεδαπὴ στρατιή*, quo alia via venerunt Colchi. — Secundo fragmento, quod et ipsum in Aetiis fuisse crediderim, quem ibi locum assignem non invenio nec libet nunc hariolari. hoc autem certo scio, hiatum in *Πέρσαι, ἥμισυ* non esse reformidandum, quum idem inveniatur in frag. 197 *Ἐργῖνος Κλυμένου ἔξοχος ἐν σταδίῳ*, quamquam video quo modo utrique loco succurri facili remedio possit (cf. Mein. ad Callim. p. 131). sed revera in huius modi hiatu non magis quicquam offensionis est quam ubi in eadem hexametri sede longa syllaba, quae vocali clauditur, ictu elata post se vocalem habet, ut *δῶρ' ἀποαιρεῖσθαι*, *ὅς* (*τις σέθεν ἀντίον εἴπῃ*) vel *ὀτρύνουσ' ἰέναι. ἐν* (*δὲ σθένος ὦρσεν ἑκάστῳ*), cuius generis exempla plurima sunt. in pentametri autem loco eodem etsi concedo rariora exempla esse, quorum multa scio nunc partim librorum manu scriptorum ope remota esse (cf. Friedemann. dissertat. de med. syllab. pentam. graecorum eleg. p. 280 seqq.), restant tamen satis antiqua quae omnem medelam respuunt, ut Theogn. 478 *οὔτε τι γὰρ νήφω, οὔτε λίην μεθύω*, Demodoc. frag. 3 *κάτθανε, γευσαμένη αἵματος ἰοβόλου*, Simonid. frag. 96, 2 *κυάνεον θανάτου ἀμφεβάλοντο νέφος*, Aristotel. Pepl. 39 *γαῖα πατρὶς κώμη ἠδ' Ἐφύρα κατέχει*, in quibus omnibus Bergkius iure nihil mutat, qui Callimachi quoque locum sine nota dimisit in Anthol. lyr. I n. 88 = II n. 91.

[ 154

quod Bentleio fragmentum fuit, nobis est 13[a], ubi Bentleiana apposuimus.]

155.

Ἐν δὲ Πάρῳ κάλλεά τε καὶ αἰόλα βεῦδε' ἔχουσαι.

„Etym. Magn. p. 195, 47 (Herodian. II p. 174, 11): βεῦδος Καλλίμαχος· ἐν δὲ Πάρῳ, καλά δε καὶ αἰόλα βεῦδε' ἔχουσαι. σημαίνει δὲ τὰ ποικίλα ἢ πορφυρᾶ ἱμάτια. Lege καλαί τε pro καλά τε, hoc est mulieres pulchrae. Sic alius: ἐν δὲ Πάρῳ ψυχρὸν μὲν ὕδωρ καλαὶ δε γυναῖκες." Bentl. Is quem citat versum paroemia est a schol. ad Aristoph. Vesp. 1189 producta, sed recte ibi hodie legitur ἐν Παρίῳ ψυχρόν κ. τ. λ., ut, quarum causa haec verba Bentleius attulit, virgines in Paro insula pulchrae iam e manibus nobis elabantur. nisi forte aliquis in Callimachi quoque loco ἐν Παρίῳ legendum censuerit, quem ad modum ipsos iam veteres Parum insulam et Parium urbem interdum commutasse constat ex Athenae. XIV p. 644 B. Sed aliud quoque est, cur καλά non recte esse a Bentleio in καλαί correctum nobis videatur. nam ne dicam καλαί vix potuisse vel a parum docto aliquo homine in καλά mutari, etiam hoc offendit, quod βεύδεα ab Etym. Magno explicari video τὰ ποικίλα ἢ πορφυρᾶ ἱμάτια, ut facit etiam Zonar. p. 384: βεύδεον (sic) τὸ ποικίλον ἱμάτιον ἢ τὸ πορφυροῦν. contra Hesych. I p. 373 βεῦδος interpretatur ἱμάτιον γυναικεῖον et in Parthen. frag. 32, 6 Mein. βεύδεα non sunt purpurea, sed usitata virginum vestimenta, et imprimis advertit animum, quod πορφυρᾶ ἱμάτια veteres grammatici affirmant fuisse non τὰ βεύδεα, sed τὰ κάλλη, ut ipse alibi affirmat Etym. Magn. p. 486, 43: κάλλη — τὰ πορφυρᾶ ἱμάτια, quae iisdem paene verbis extant in Etym. Gud. p. 294, 28, Etym. Angel. in Ritschel. Opusc. I p. 687, grammat. in Cramer. Anecd. Oxon. II p. 455, Hesych. II p. 398, Suid. II 1 p. 39, Poll. VII 63. Haec me movent ut hic quoque Etymologum putem per πορφυρᾶ ἱμάτια interpretatum esse non βεύδεα, sed quod praeter hanc vocem in Callimachi versu legebat, κάλλεα. sic enim si scriptum fuisse olim concesseris, simul depravandi causam fuisse apparet, nam κάλλεα officere versui videbatur. At Callimachus synizesis ope vocem versui habilem reddi voluit, ut in eadem versus sede eodem modo reddidit Homerus in Jl. XI 282: ἄφρεον δὲ στήθεα, ῥαίνοντο δὲ νέρθε κονίῃ, quem etiam in fine

hexametri dixisse novimus Jl. XXIV 7 *ἠδ' ὁπόσα τολύπευσε σὺν αὐτῷ καὶ πάθεν ἄλγεα.* Ipsam autem vocem *κάλλη* Callimachus assumere ex Aeschyl. Agam. 890 potuit. Ceterum suspicor fragmentum non multum afuisse a fragm. 491 et cum eo pertinere ad Aet. IV 3. poterat sane Callimachus narrare in Paro insula mulieres pulchre vestitae et coronis ornatae quum Gratiis sacrificaturae essent, supervenisse Minoem et sacrorum participem fuisse, tum autem nuntium de Androgei morte advenisse. cf. Bergk. Anth. lyr. I n. 51 = II n. 54.

156.

*Ἐξ ἁλὸς οὐδ' ὕκην ἀνέρα Βουχέτιον*
*ἕλκειν·*

„Etym. Magn. p. 210, 38: *Βούχετα ἢ Βουχέτιον, ἔστι δὲ πόλις τῆς Ἠπείρου· — μέμνηται δὲ τοῦ ἐθνικοῦ καὶ Καλλίμαχος, οἷον· ἐξ ἁλὸς οὐ δίκην ἀνέρα Βουχέτιον ἕλκειν.* Sententia perspicua, cuius tamen ratio nunc latet. sic alibi Callimachus in epigrammate (fragm. 72) *θεὸς δέ οἱ ἱερὸς ὕκης.* de pisce qui *ὕκης* dicitur vide Athenaeum (VII p. 327 A seq.).“ Bentl. Probat Bentlei emendationem Meinek. ad Callim. p. 113 et locum ad idem pertinere epigramma arbitratur, cuius pars fuerit frag. 72, quod quo pacto factum esse videatur ad frag. 72 indicavi. Interim Meinekius etiam *οὐδ' ἵκτην* scribi posse putat, ut Buchetii ne supplicem quidem ex mari in litus trahere dicantur. Rauchius ad Aetia revocari posse autumat p. 80. nihil decernit Bergk. Anth. lyr. I p. 53 = II p. 56.

157.

*Οἵους βωνίτῃσιν ἐνικρύπτουσι γυναῖκες.*

„Etym. Magn. p. 218, 21: *βωνίτης σημαίνει τὸν βουκόλον. Καλλίμαχος· οἵους βωνίτῃσιν ἐνὶ κρύπτουσι γυναῖκες.* Lege *ἐνικρύπτουσι.* quod de panibus subcineritiis accipiendum, nam id est *ἐγκρύπτειν,* unde *ἄρτοι ἐγκρυφίαι* passim apud scriptores, et *ἔγκρυπτος, πεμμάτων εἶδος,* apud Hesychium (II p. 10).“ Bentl. Cyrillus in Cram. Anecd. Paris. IV p. 180, 20 Callimacho tribuit *βωνήτισιν ἐνῇ κρύπτουσιν γυναῖκες,* sed poeta non nominato. Et scripturam *βωνίτῃσιν* (pro *βουνίτῃσιν*) firmant certe etiam Hesych. I p. 408,

Zonar. p. 413, Choerobosc. Orthogr. p. 184, 29, Etym. Gud. p. 118, 33, aliorum, ut videtur, respicientes locos, ut frustra J. G. Schneiderus in Lex. graec. s. v. pateat βωλίτῃσιν coniecisse. — Ad Hecalen fragmentum pertinere perspexerunt Naek. p. 145 et Hecker. Com. Call. p. 97. cf. Hecal. cap. V.

158.

*Γαιοδάται καὶ σπάρτα διηνεκὲς εὖτε βάλωνται.*

„Etym. Magn. p. 223, 17: γαιοδόται, οἱ ἀρχιτέκτονες ἢ οἰκονόμοι. παρὰ τὸ δεῖν, ὃ σημαίνει τὸ μερίζειν, οἱ τὴν γῆν διαμερίζοντες τουτέστι διαγράφοντες εἰς οἰκήματα. Καλλίμαχος· γαιοδόται καὶ σπάρτα κ. τ. λ. Atqui τὸ δεῖν minime est μερίζειν, sed τὸ δαίειν. proinde, si huic interpretationi fides habenda, legendum est γεωδαῖται τὰ σπ., unde γεωδαισία. ut in epigram. Callimachi (VII): Κρεωφύλου πόνος εἰμί κ. τ. λ. sed et Suid. habet (I 1 p. 1075): γαιοδότης, ὁ ἀπεμπολῶν τὴν γῆν. ergo a δίδωμι." Bentl. Mihi non dubium, quin non solum Bentleius recte emendaverit δαίειν (qui etiam a nemine hucusque, quod mirere, attentatum ἀρχιτέκτονες ἢ οἰκονόμοι in ἀρχ. ἢ οἰκοδόμοι corrigere debebat), sed etiam Sturzius ap. Gaisf. probe intellexerit γαιοδάται corrigendum esse, quod probare video etiam Meinek. ad Callim. p. 271, etsi eadem quae Etym. Magn. habet apud Zonaram quoque p. 417 sine Callimachi fragmento leguntur, a quibus qui differt a Bentleio indicatus Suidas aperte aliam analogiam sequitur, quae conspicitur in κρεοδότης, οἰνοδότης, σιτοδότης, χαριδότης, χαριτοδότης etc. Sed Callimachus quin a δαίειν vocem derivarit Etymol. Magni verba non sinunt dubitari. hinc autem formaturus nomen eius qui μερίζει non potuit, sive nominum κρεοδαίτης, ἰσοδαίτης, χρηματοδαίτης etc. analogiam sequebatur, sive ad nomen νάστης (coll. δέδασμαι, δασμός) similitudinem se applicabat, aliud nomen procudere nisi δαίτης vel δάστης, quorum tamen neutrum versui adaptari sine aliqua mutatione poterat. Et Bentleio quidem, qui γεωδαίτης commendavit, id ut trisyllabum esset, assentiri nolim. nam si semel prior vocis pars immutanda erat, quidni putemus Callimachum praelaturum fuisse γηδαίτης, ut γηπονεῖν dicitur —? Atque omnino initium vocis immutare vereor, ne illa cum γαιοδότης similitudo quae Etymologum

transversum egit, pereat. Itaque nihil restat nisi ut cum Sturzio et Meinekio scribamus *γαιοδάται*, in quo quod *δάτης* suum amisit *σ* intermedium, ante omnia excusabimus Aeschyleo adiectivo *δατήριος* Sept. 692 (*πατρῴων χρημάτων δατήριοι* coll. 710: *κτεάνων χρηματοδαίτας πικρός*), deinde admonebimus substantivorum *ἐργάτης* et *πελάτης*, quae item isto *τοῦ σ* defectu laborant. et ne ipse Callimachus eius modi analogiam sprevisse videatur, teneri volumus pro Homerico *ὀνοστός* (ab *ὠνόσθην*) Callimachum in Del. 20 cum Pindaro dixisse *ὀνοτός*, et *τρίλλιστος* quidem adhibuisse in Cer. 139, sed *πολύλλιτος* in Apoll. 80 et in Del. 316. adde aliorum *ἀκόρετος*, *ἀδάματος*, *ἀγατός* etc. — Quod autem praeterea Sylburgius *τὰ σπάρτα* malebat scribi non puto necessarium esse. nihil enim impedit quominus praecessisse putemus similis atque *σπάρτα* significationis vocem, velut *μέτρον* (coll. Hom. Jl. XII 422). — Ad instrumenta rerum quum fragmentum spectet, videtur ad Aetiorum librum tertium retrahendum esse. cf. supra p. 110.

## 159.

*Καὶ γλαρίδες σταφύλη τε καθιεμένη τε μολυβδίς.*

„Etym. Magn. p. 233, 5: *γλαρίς, λιθοξοϊκὸν ἐργαλεῖον. Καλλίμαχος· καὶ γλαρίδες κ. τ. λ.*" Bentl. *Καθισμ* habet Dorvillianus i. e. *καθισμένη*, quod praebat etiam Etym. Flor. p. 77. Hinc Hesych. IV p. 72 habere videtur *μολυβίς* (corr. *μολυβδίς* coll. III p. 118 n. 89) *ἡ καθιεμένη*. De *σταφύλης* et *μολυβδίδος* diversa significatione cf. Valcken. Animad. ad Ammon. p. 206. Ceterum hoc quoque fragmentum ut antecedens locum habuisse putamus in Aet. III, 7. Apud Bergk. est I n. 49 = II n. 52.

## 160.

*Γραικοὶ καὶ γαίης ἡμετέρης ἀδαεῖς.*

„Etym. Magn. p. 239, 15. *Γραικός· Καλλίμαχος· Γραικοὶ καὶ γῆς ἡμετέρης ἀδαεῖς. παρὰ τὸ ῥαῖσαι Ῥαικός καὶ Γραικός. διὰ γὰρ τὴν κατὰ πόλεμον ἀνδρείαν οὕτως οἱ Ἕλληνες ἐκαλοῦντο. Ἢ ἀπό τινος Ἕλληνος Γραικοῦ, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἕλλην Ἕλληνες. καὶ Γραικιστί, Ἑλληνιστί.*" Bentl.,

qui pro γῆς ab Etym. Gudian. quoque p. 128, 54 et Etym. Angelic. apud Ritschel. Opusc. I p. 684 subministratum, tacite reposuit γαίης, nunc confirmatum Etymol. Florent. p. 79. Bergkius An. lyr. I n. 69 = II n. 71 γλώσσης substituere malebat. Callimachi fragmentum omittit Zonar. p. 451 qui eadem fere de nomine Γραικός refert, de quo vide etiam Steph. Byz. p. 212, 15 (ubi de accentu quoque monitum convenienter Herodiano I p. 147, 31) et Eustath. ad Jl. p. 890, 14 (qui praeter Sophoclem et Lycophronem etiam Callimachi fragmenta duo — hoc et fragm. 104 — et Alexandr. Aetol. fr. apud Mein. Anal. Alex. p. 225 nominare poterat) et Boeckh. ad Marmor. Par. p. 312. Eosdem Γραικούς etiam Ῥαικούς appellatos fuisse memorat Etym. Magn. p. 701, 14 coll. Eustath. l. l. Aptissimum autem fragmento locum fuisse in Aet. Eleg. II 6 supra monui. paulo aliter Rauch. p. 34.

161.

*Ξεῖνος Ἐχιδναῖον νέρθεν ἄγων δάκετον.*

„Etym. Magn. p. 245, 31: *δάκετον· θηρίον ἑρπετόν. παρὰ τὸ δάκνω, δάκνετον καὶ δάκετον, καὶ δάκετος. Καλλίμαχος.*“ Bentl. *Ξεῖνον* Herculem esse (Orci, opinor, quo descendit ad Cerberum debellandum), *Ἐχιδναῖον δάκετον* autem Cerberum, et fragmentum ex Aetiis depromptum esse intellexit Hemsterhus. ad Lucian. II p. 512 Bip. cf. Aet. II 6 coll. Rauch. p. 45 n. 86, Bergk. Anth. lyr. I n. 60 = n. 63, qui in secunda editione *δακετόν* scripsit, quam scripturam etsi scio alibi inveniri (cf. Jacobs. ad Anthol. Palat. vol. III p. 451), hic tam ennon video codicibus firmari. itaque Herodiani legem (I p. 218, 32 coll. II p. 77, 10) sequar.

162.

*Τῶν ἔτι σοι δεκάφυια φάτο ζωάγρια τίσειν.*

„Etym. Magn. p. 254, 14: *δεκάφυια τὰ δεκαπλάσια. Καλλίμαχος· τῶν ἔτι κ. τ. λ.*“ Bentl. De grammaticorum doctrina cf. Lobeck. Parerg. p. 494 et Elem. Path. II p. 30. Locus esse fragmento potuit in Cydipp. cf. Aet. III 1.

163.

*Ἐν Δίῃ· τὸ γὰρ ἔσκε παλαίτερον οὔνομα Νάξῳ.*

„Etym. Magn. p. 266, 44: *Δία ἡ Νάξος οὕτως πρότερον καλουμένη. Ὅμηρος· Δίῃ ἐν ἀμφιρύτῃ* (Od. XI 325).

ἀπὸ τῆς Διός γενικῆς, διότι ἐν αὐτῇ ἐτράφη ὁ Ζεύς. Καλλίμαχος· ἐν Δίῃ κ. τ. λ. Schol. Apollon. Rhod. IV 425 Δίῃ· ἐν τῇ Νάξῳ. Καλλίμαχος· ἐν Δίῃ κ. τ. λ.“ Bentl. Fragmentum ad Aet. IV, 4 referendum videtur. et ad Aetia pertinuisse putat etiam Rauch. p. 55 (n. 120), qui de Ariadne relicta agi sibi persuasit. Ex Etymol. Magn. autem si quid colligi licet, Callimachus simul nomen insulae a nutrito ibi Jove derivaverat. Riesius autem quid de hoc loco hariolatus sit, legas si lubet in Mus. Rhenan. XXI p. 506. Video tamen Callimachum illa verba proferre potuisse etiam in carmine cui Γλαῦκος inscriptum erat. — Cf. Bergk. An. lyr. I n. 68 = II n. 70.

164.

Ἀλλὰ θεῆς, ἥτις με διάκτορον ἔλλαχε Παλλάς.

„Etym. Magn. p. 268, 20: διάκτορος παρὰ τοῖς ἄλλοις ποιηταῖς ἁπλῶς ἐπὶ τοῦ διακόνου τίθεται. Καλλίμαχος ἐπὶ γλαυκὸς τὸ ἐπίθετον· ἀλλὰ θεῆς κ. τ λ.“ Bentl. Ἔλλαχε est nacta est ἐν τῇ διανεμέσει τῶν πτηνῶν (de qua loquitur schol. ad Jl. VIII 247), ubi Minerva accepit noctuam. quam διάκτορον vocans Callimachus Homeri usum deseruit fortasse primus, quamquam imitatores habuit Antipatrum Sidonium in Anthol. Pal. VII 161 et Phaedimum ibid. XIII 2, qui de aquila Jovis ave dicunt. De forma θεῆς cf. ad Hym. in Jov. p. 146. Fragmentum referri potest ad Aet. I 4. Bergkio est Anth. lyr. II n. 93.

165.

Μηδ' ἀπ' ἐμεῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδήν.

„Etym. Magn. p. 279, 47: διφῶ σημαίνει τὸ ψηλαφῶ. Ἰλιάδος π' (747) τήθεα διφῶν, ζητῶν, ἐρευνῶν. Καλλίμαχος· μὴ δ' κ. τ. λ. In hanc plane sententiam Ovidius (Rem. 381): Callimachi numeris non est dicendus Achilles.“ Bentl. Fragmentum, quod Bergkio est Anth. lyr. I n. 106 = II n. 114, Naek. p. 29 ad Hecalae prologum revocavit probante Heckero, Comm. Call. p. 51. ego potius ad prologum Aetiorum rettulerim. cf. p. 116. Ingeniose autem hoc fragmentum Dilthey in Anal. Call. p. 5 olim cum fragm. 490 coniunctum fuisse conicit, quae admodum proba-

bilis suspicio est. Valckenarius contra in Callim. Eleg. p. 281 hoc fragmentum eidem atque fragm. 292 carmini assignat, quod mihi secus videtur. Verbum *διφᾶν* a Callimacho sumpserunt imitatores, Nonnus et Gregorius Nazianz. cf. Naek. Opusc. I p. 242.

166.

*Καὶ δόνακι πλήθοντα λιπὼν ῥόον Ἀστερίωνος.*

„Etym. Magn. p. 283, 1: *δόναξ· ὁ κάλαμος. Καλλίμαχος· καὶ δόνακι κ. τ. λ.*“ Bentl. Depravavit fragmentum Etym. Flor. p. 91 qui *πλήθουσι* habet. Asterion autem quum Argolidis fluvius sit, attingere hunc in itinere suo Theseus potuit quum Hermione Athenas proficisceretur, quod rectissime perspexisse Naek. p. 173 sq. arbitror. cf. Hecal. cap. VI.

167.

*Δύπται τ' ἐξ ἁλὸς ἐρχόμενοι*
*εὔδιοι καύηκες.*

„Etym. Magn. p. 291, 18: *δύπτης· δύπται λέγονται αἱ αἴθυιαι. καὶ ὁ δύπτης· Καλλίμαχος· δύπται τ' ἐξ ἁλὸς ἐρχόμενοι ἐν δῖοι καύηκες.* Schol. Apoll. Rhod. I 1008: *δύπτειν ἐστὶ τὸ δύνειν, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· δύπται δ' ἐξ ἁλὸς ἐρχόμενοι.*“ Bentl., qui ea quoque addere debebat quae apud scholiastam Apollonii proxime sequuntur: *πρότερος δὲ Ἀντίμαχος· ἥντέ τις καύηξ δύνῃ ἐς ἁλμυρὸν πέλαγος* (quod fragmentum apud Stollium extat n. 77 et post aliorum coniecturas a Stoll. l. l. enumeratas, quibus accedat Bergkii in Anthol. lyr. ed. III p. 612, ita corrigendum videtur: *ἥντέ τις καύηξ [δύπτῃ πολλῇ ὑπὸ] δίνῃ ἁλμυρὸν ἐς πέλαγος*). hinc enim clarissime apparet Callimacho quoque *καύηκας* fuisse *δύπτας*, non *αἰθυίας*, ut Etym. Magn. l. l. dicit, qui si vera narraret, in Callimachi fragmento *δύπται* per se staret, mox autem in aliqua plurium avium enumeratione *καύηκες* tamquam novum aliquod genus sine copula adderentur (cf. Muetzel. de Hesiod. Theogon. p. 96). nam *αἴθυιαι* et *καύηκες* diversas esse aves cognoscitur vel ex Euphorionis frag. 88: *τῆς οὐδ' αἴθυιαι οὐδὲ κρυεροὶ καύηκες.* At Etymologus tamen dum easdem aves esse putabat, aliorum sententiam sequutus est, quam propositam habemus in schol. ad Hom. Odyss. XV 479 (*ἄντλῳ δ' ἐνδούπησε πεσοῦσ' ὡς εἰναλίη κήξ*): *ἔνιοι δὲ λάρον αὐτὸν*

(τὸν καύηκα) λέγουσιν, οἱ δὲ αἴθυιαν, et apud Hesych. II p. 476: κὴξ ὁ λάρος κατὰ Ἀπίωνα. λέγεται δὲ καὶ καύηξ. τινὲς δὲ καὶ αἴθυιαν ἀποδιδόασιν· οἱ δὲ κέπφον· οἱ δὲ διαφέροντα ἀλλήλων. In Hesychii autem verbis imprimis hoc memorabile est, quod etiam κέπφους nonnullis visos καύηκας fuisse contendit. ita enim certissima inventa via est qua ad Callimachi fragmentum apte interpretandum perveniri posse videatur. nam Aratus 913 seqq. ubi exponit aves marinae qua ratione ventum portendant, etiam haec habet: καὶ δ' ἂν ἐπὶ ξηρὴν ὅτ' ἐρωδιὸς οὐ κατὰ κόσμον ἐξ ἁλὸς ἔρχηται φωνῇ περίαλλα λεληκώς, κινυμένου κε θάλασσαν ὕπερ φορέοιτ' ἀνέμοιο. καί ποτε καὶ κέπφοι, ὁπότ' εὔδιοι ποτέονται, ἀντία μελλόντων ἀνέμων εἰληδὰ φέρονται. ubi quem non advertat illud ἐξ ἁλὸς ἔρχηται et doceat, Callimachum suum ἐξ ἁλὸς ἐρχόμενοι hinc expressisse? praeterea quis negaverit apud Aratum κέπφους εὐδίους eosdem esse qui ἔνδιοι (sic enim corrigunt) καύηκες sint Callimacho, ut quantocius huic ex illo restituendum sit εὔδιοι καύηκες (i. e. dum serenum etiam est)? nam ἔνδιοι quo pacto apte explicem non invenio. Simul autem hinc cognoscitur, Callimachum ibi plures aves enumerasse qui tempestatem portenderent, qua in enumeratione non dubito quin δύπται τ', ab Etymologo suppeditatum, aliquanto melius sit altero, δύπται δ', quod Apollonii scholiasta habet. nec dubium mihi, quin in Aetiorum libro III locum habuerit fragmentum, quod Bergkio est I n. 138 = II n. 152.

## 168.

*Εἰνατίην ὁμόδελφον ἐπ' ὠδίνεσσιν ἰδοῦσα.*

„Etym. Magn. p. 302, 12: *Εἰνατία, ἐπίθετον τῆς Εἰλειθυίας. Καλλίμαχος Εἰνατίην ὁμόδελφον ἐπ' ὠδίνεσσιν ἰδοῦσα. Εἴρηται οἷον Κρητική· Εἴνατος γὰρ τόπος Κρήτης, ἔνθα ἐτιμᾶτο ἡ Εἰλείθυια.* Pro *Εἰνατίην* (ipsa enim Lucina nunquam peperit) lege *Εἰνατίης, ἐν ὠδίνεσσιν Εἰνατίης.* sic Virgilius (Georg. IV, 340): altera tum primos Lucinae experta labores. Huc refer illa Stephani p. 261, 17: *Εἴνατος, πόλις Κρήτης — τινὲς δὲ ὄρος καὶ ποταμός, ἐν ᾧ τιμᾶσθαι τὴν Εἰλείθυιαν Εἰνατίνην.* lege *Εἰνατίην.*“ Bentl., cuius coniecturam non magis necessariam puto quam Heckeri in Com. Call. p. 98 (*Εἰνατίην ὁμοδέλφου ἐπ' ὠδί-*

*νεσσιν ὑδοῦσα*) aut Meinekii ad Callim. p. 198 (*Εἰνατίη ὁμόδελφον ὑπ' ὠδίνεσσιν ἰδοῦσα τειρομένην*) conamina, sed sana est librorum scriptura, modo recte interpreteris. nam hoc dicit poeta: Hera Alcmenam proximam videns partus doloribus, Einatiam, Martis sororem, ab ea arcet, ut prior in lucem edatur Eurystheus quam Hercules. Res nota est vel ex Homeri Il. XIX 98 seq., ubi quod v. 119 legitur: *σχέθε δ' Εἰλειθυίας*, hoc loco exprimendum sibi sumpsisse Callimachus videtur, ita ni fallor scribens: [*ἔσχεθε δ' αἶψ' Ἄρεος*] *Εἰνατίην ὁμόδελφον, ἐπ' ὠδίνεσσιν ἰδοῦσα.* nam in singulari collocatione appositionis non haerendum. cf. Vol. I p. 320. Potuit autem haec Callimachus in Aet. I 8 proferre. add. quae dicemus ad fr. 175. Et ad Aetia referenda verba esse etiam Rauchius vidit p. 79, de sententia tamen tacens.

## 169.

*Μέμβλετο δ' εἰσπνήλαις, ὁππότε κοῦρος ἴοι*
*φωλεὸν ἠὲ λοετρόν.*

„Etym. Magn. p. 306, 22: *εἰσπνήλης ὁ ἐρώμενος· Καλλίμαχος· μέμβλετο δ' εἰσπνήλαις, ὁππότε κοῦρος ἴοι. ὁ ὑπὸ τοῦ ἔρωτος εἰσπνεόμενος· Λακεδαιμόνιοι γὰρ εἰσπνεῖν φασι τὸ ἐρᾶν. ἢ παρὰ τὸ ἕπεσθαι τοῖς ἐρωμένοις, ἐπνήλης τις ὢν καὶ εἰσπνήλης.* Lege *εἰσπνήλης*, *ὁ ἐρῶν* vel *ὁ ἐραστής*. Scholiast. Theocrit. XII init. *εἴσπνιλος ὁ ἐραστής, ἀΐτης ὁ ἐρώμενος.* et ipsum Etymologicum alibi (p. 43, 32) *ἀΐτης ὁ ἐρώμενος — εἰσπνήλας καλοῦσι τοὺς ἐραστὰς παρὰ Λάκωσι.*" Bentl. Tribus vocibus plenius fragmentum habent Zonaras p. 628 et codex Nanianus ap. Gaisf. eaedemque nuper etiam ex Etym. Flor. p. 104 innotuerunt, nisi quod ubique *ἢ* legitur pro *ἠὲ* quod Tittmannus restituit. *Κοῦρον* esse Acontium et fragmentum ad Cydippe carmen pertinere post Ruhnken. apud Ernest. plures monuerunt, Valcken. Eleg. Call. p. 215, Bergk. Anth. lyr. I n. 24 = II n. 26, Rauch. de Aet. n. 68. pluribus rem exornavit Dilthey de Cydipp. p. 34. Cf. Aet. III 1.

170.

*Τοὺς αὐτῷ σκοτίους ἐμπελάτειρα τέκεν,*
*καί τε τέκεν γυνὴ * * **

„Etym. Magn. p. 336, 1: *ἐμπελάτρεια* (leg. *ἐμπελάτειρα*) ἡ ἑταίρα ἀπὸ τοῦ ἐμπελάζειν πᾶσι. Καλλίμαχος· τοὺς αὐτῷ σκοτίους ἐμπελάτειρα τέκεν γυνή. Aut aliquid desideratur inter *τέκεν* et *γυνή*, aut legendum *εὐνῇ*. et quidem τὸ ν ἐφελκτικὸν significat vocalem sequi." Bentl. Contra Anna Fabri p. 355 Ernest. et Toup. Emend. in Suid. II p. 522, Valcken. Call. Eleg. p. 394, Bergk. An. lyr. I n. 97, alii *γυνὴ* a scribis esse ad interpretandum *ἐμπελάτειρα* adiectum putarunt, quamquam cur ista interpretatione uti voluerint nemo facile dicat. melius Reisk. ad Theocrit. p. 160 commendavit *ἐμπελάτειρα τέκεν, | οὐ γυνή*. At alio modo locum corruptum esse docent codices. nam Vossianus habet *ἐμπελάτειρα ὥς τ' ἔτεκεν γυνὴ* (quod Ruhnkenius legit *ἐ. οὔ τ' ἔτεκεν γυνή*), et ex Etymol. Flor. p. 110 nuper enotatum *ἐ. καὶ ἔτεκε γ.*, unde mihi certum est poetam *τέκεν* bis posuisse in hunc fere modum *τοὺς αὐτῷ σκοτίους ἐμπελάτειρα τέκεν | καί τε τέκεν γυνὴ [υἷας ἰθαιγενέας πολύδωρος]*. Ita voci *ἐμπελάτειρα* postea opponitur coniux quae legitimos liberos edidit. Longe autem alia est Meinekii sententia ad Callim. p. 144 not., qui *τοὺς αὐτῷ σκοτίους ἐμπελάτειρ' οὐκ ἔτεκεν γυνὴ* poetam scripsisse putabat metro Asclepiadeo usum, probavitque hoc Bergkio in Anth. lyr. II n. 194, nisi quod is edidit *τοὺς αὐ. σκ. ἐμπελάτειρ' οὐδ' ἔτεκεν γυνά*. Ex Aetiis verba esse concedit etiam Rauch. p. 80, etsi locum ubi habuerint non indagavit, qui mihi videtur fuisse in Aet. I, 13, ubi Callimachum de multis Priami liberis exposuisse puto. — De *ἐμπελάτειρα* cf. Blomf. ad Aeschyl. Prom. 927 coll. Lobeck. Elem. Path. p. 237.

171.

*Υἷα Διώνυσον Ζαγρέα γειναμένη.*

„Etym. Magn. p. 406, 46: *Ζαγρεύς, ὁ Διόνυσος παρὰ τοῖς ποιηταῖς. δοκεῖ γὰρ ὁ Ζεὺς μιγῆναι τῇ Περσεφόνῃ, ἐξ ἧς χθόνιος ὁ Διόνυσος. Καλλίμαχος· υἷα Διώνυσον κ. τ. λ."* Bentl. De fabula Dionysi Zagrei Callimachus obiter mentionem

fecisse videtur in Aet. I 2, non propriam inter Aetia elegiam scripsisse, quae Rauchii sententia est p. 50 seq. n. 107 coll. Lobeck. Aglaoph. p. 552, qui fusius de ea fabula egit p. 547. add. Preller. de Demetr. et Perseph. p. 53 seq. *Ζαγρέα γειναμένη* hinc habere videtur Nonn. Dionys. VI 165. Cf. Bergk. An. lyr. I n. 98 = II n. 105.

172.

*Κέκρυπται Βύνῃ ζάγκλον ὑπὸ Χθονίῃ.*

„Etym. Magn. p. 406, 51: *Ζάγκλον· τὸ δρέπανον, ὥς φησι Καλλίμαχος· κέκρυπται γυνὴ ζάγκλον ὑποχθονίῃ.* Vir eruditissimus Sylburgius corrigit *σκηνῇ ζάγκλον ὑπὸ χθονίῃ*. sed nos, ni fallor, aptius emendavimus *βύνῃ* (— *ὑποχθονίῃ*), quod Etymologico (p. 217, 9) et Hesychio (I p. 405) est *θαλάμη*. *θαλάμη* autem est *τρώγλη, κατάδυσις.*" Bentl. Callimachi fragmentum suppresso eius nomine iisdem cum vitiis habet etiam Zonar. p. 951. Sed primum Bentlei *βύνῃ* certissimam emendationem esse non negassent, sat scio, viri docti alias proferentes coniecturas, Toupius in Emend. in Suid. II p. 461 (cuius *γ' εὐνῇ* Valcken. ad Adoniaz. p. 251 A probabat) et Ruhnkenius Ep. crit. II p. 184 (*γύπῃ* coll. Hesych. I p. 450: *γύπη· κοίλωμα γῆς· θαλάμη. γωνία*, et ibidem: *γύπας· καλύβας, καὶ θαλάμας, οἱ δὲ — σπήλαια*, coll. Hesych. II p. 556: *κύπη· τρώγλη*), nisi Bentleium Hesychii quem citat locus corruptus fefellisset, ubi nunc restitutum *βύνη· θάλασσα* ex Etym. Magn. p. 564, 45 et Etym. Gud. p. 117, 8. nescio autem an potius litera maiuscula *Βύνῃ* scribendum sit, quod etiam Leucotheae sive Inus nomen fuisse constat (cf. Mein. ad Euphor. fr. 91, ubi adde Lycophr. 107 et Choerobosc. Dictat. p. 328, 24), ut *Βύνη* eadem ratione de mari dictum sit qua *Νηρεύς, Τηθύς*, alia deorum marinorum nomina (cf. Vol. I p. 147). Ne autem incommoda videatur maris memoria, moneo cogitandum esse de eo *ζάγκλῳ* sive *δρεπάνῃ*, quam Demeter condidit *εἰς τὸ παραθαλάσσιον μέρος τῆς νήσου* (Corcyrae), ut narrat Aristoteles in schol. ad Apollon. Rhod. IV 984, qui quidem poeta quum et ipse ab ea drepane vetustum insulae nomen derivarit (v. 987), vix dubium mihi, quin hoc quoque Apollonius ex Callimacho sumpserit isque eam rem narraverit in Aet. II 4. Et Apol-

lonius l. l. etiam ultimae in Callimachi fragmento voci corruptae certam medelam subministrat: *ὑπὸ Χθονίῃ* i. e. ab Cerere. nisi *χθονίῃ* scribendum, cui in sequenti versu addebatur *Δηοῖ*, ut factum ab Apollonio: *Δηοῦς | κλείουσι χθονίης καλαμητόμον ἔμμεναι ἅρπην*. Qui et ipse ad Aetia fragmentum post Ruhnk. l. l. revocavit Rauch. n. 31, de Croni falce locum intellexit et *γύπῃ — ὑποχθονίῃ* edidit cum Bergk. Anth. lyr. I n. 22 = II n. 23.

173 et 174.

*Ὁ δ' ἠλεὸς οὔτ' ἐπὶ σίττην*
*βλέψας.*

*Ἠλεὰ μὲν ῥέξας, ἐχθρὰ δὲ πεισόμενε.*

„Etym. Magn. p. 425, 47: *ἠλεός· μάταιος, μαινόμενος, μωρός. Καλλίμαχος· ὁ δ' ἠλεὸς κ. τ. λ. καὶ οὐδετέρως ἠλεὰ μὲν κ. τ. λ.*" Bentl. Corrupta haec leguntur in Etym. Flor. p. 147, ubi in primo fragmento scribitur *οὔτ' ἐπὶ γῆν*, in altero *δεπεχω* pro *δὲ πεισόμενε*, in quibus cave putes exquisitius aliquid latere. De primo fragmento Mein. ad Choliambogr. p. 122 monuit *σίττην* avem felix augurium amantibus fuisse et *οὐδέ τι σίττην* commendavit. priore autem summi viri observatione usus Dilthey de Cydipp. p. 164 sq. Callimachi fragmentum ad Aet. III 1 referri posse perspexit. quod probo. apte enim Acontius dici potest neque quae in proximo erat *σίττην* neque aliam quandam avem quae et ipsa faustum amanti augurium erat conspicatus totum se in quaerelas effudisse. Ceterum autem fragmentum post Valckenarium ad Ibin plures rettulerunt (cf. p. 283), etiam Bergk. An. lyr. I n. 105 = II n. 112, qui tamen in Praef. II p. XVI ad Aetiorum librum primum revocare et cum frag. 11 et 107 coniungere malebat. Sed cogitari de aliis quoque locis potest, velut de Aet. III 3.

175.

*Τὸν οὐκ ἔπλησε φέρουσα*
*μήτηρ ὡς ὤδιν' ἐννέα μῆνας.*

„Etym. Magn. p. 428, 10: *ἠλιτόμηνος καὶ ἀλιτήμερος. σημαίνει δὲ τὸν ἑπταμηνιαῖον γεννηθέντα παῖδα, ὥς φησι*

*Καλλίμαχος·* τὸν οὐκ ἔπλησε φέρουσα μήτηρ οὓς ὤδινε μῆνας. Qui locus est mendi manifestus. neque enim versus sano pede incedit neque sententia. certe non dicitur mulier gravida ὠδίνειν tot menses, sed κύειν. quid si legamus: μήτηρ οὓς ἐκύει μῆνας sed haec incerta sunt." Bentl. Nihil auxilii subministrant nec Gaisfordii codices, quorum Sorbon. habet δύο ὤδυνεν, nec Etym. Gudian. p. 242, 30, ubi legitur τὴν οὐκ ἔπλησε μήτηρ φέρουσα οὓς ὤδινε μῆνας. Etymologus interpretatur Homeri locum XIX 118, ubi cur Eurystheus ἠλιτόμηνος dicatur, Callimachi apposito loco non aliter probare potuit nisi si hic quoque ut Homerus de Eurystheo loquutus fuisset. et suum illud ἑπταμηνιαῖον Etymologus aperte sumpsit ex Homeri vers. 117 ὁ δ' ἕβδομος ἑστήκει μείς. Simul autem ex tota Homeri narratione colligere nobis videmur fragm. 175 olim arcte cohaesisse cum fragm. 168, quocum in Aet. I 8 ita fere coniunctum esse potuit:

[ἔσχεθε δ' αἶψ' Ἄρεος]
Εὐνατίην ὁμόδελφον, ἐπ ὠδίνεσσιν ἰδοῦσα
['Αλκμήνην, Σθενέλου δ' ἐς φάος υἷα φίλον]
[ἤγαγεν, Εὐρυσθῆα], τὸν οὐκ ἔπλησε φέρουσα
μήτηρ, ὡς ὤδιν', ἐννέα μῆνας [ἑούς].

Comparari potest Nonn. Dionys. XLI 158: καὶ δρόμον ἐννεάκυκλον ἀναπλήσασα σελήνης φόρτον ἐλαφρίζει. sed Callimachus dixit, matrem, ubi Eurystheum ediderit, gestantem filium nondum novem iustos annos complevisse. Sprevi autem in fragmento constituendo conamina Lennepii ad Colluth. p. 129 Lips. qui μήτηρ εὔωδιν legi iussit, et Wakefield. in Silv. crit. II p. 115, cui placuit μητρὸς ἑοὺς ὠδὶν μῆνας, qua coniectura meliorem nunc se non nosse fatetur Naek. Opusc. I p. 245. sed quid tandem desit coniecturae Blomfieldi, raro sane aliquid exquisitius in Callimacho proferentis, quam non dubitavi recipere, etsi reiectam video ab Heckero in Com. crit. in Anthol. (I) p. 186, ubi praeoptavit μήτηρ, οὐδ' ὤδιν', ἐννέα μῆνας, et οὐδ' ὤδιν' loco non suo quidem, sed excusabili tamen positum putavit. atque Heckerum sequutus est Bergk. An. lyr. I n. 44 sive II n. 46 collocationem illam excusans etiam in Poet. lyr. p. 515 (ed. III) et in fine fragmenti supplens ὅλους. Non magis autem probabile mihi

videtur, quod Bergkius de Baccho fragmentum interpretatur et ad Semelen carmen rettulit.

176.

*Εἰδυῖαν φάλιον ταῦρον ἰηλεμίσαι.*

„Etym. Magn. p. 463, 4: — ἰαλεμῆσαι τὸ θρηνῆσαι, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· εἰδυῖαν φάλιον ταῦρον ἰηλεμῆσαι. Scholiastes Theocriti Id. IV, 28 φάλιον λέγεται τὸ λευκόν. η δὺ ἂν φάλιον ταῦρον, ubi haec ex illis corrigenda esse acute vidit Is. Casaubonus [Lect. Theocrit. p. 74 Reisk.]." Bentl. Et ἡδὺ ἂν φάλιον est etiam in codice Theocriti Ambrosiano 222 p. 35. sed Etym. Florent., quod sub φαλακρόν fragmentum addit p. 298, habet εἰδυωνηνι φαλίων ταύρων (vel εἰδυωφαλίων ταύρων testante Duebn. p. 463 extr.). In Etymol. Magn. quod utroque loco erat ἰηλεμῆσαι cum Sylburgio tacite correxit Bentleius. Tibulli locum I 7, 28: Memphitem plangere docta bovem comparavit Ernestius. Fragmentum cum fragm. 445 aliquo modo coniunctum fuisse recte statuit Hecker. Com. Call. p. 8 not. Et potuit utrumque fragmentum esse in Ἰοῦς ἀφίξει. Apud Bergkium est An. lyr. I n. 96 = II n. 104.

177.

*Οὐ γὰρ ἐπηθήσει πάντα γ' ἐμὴ κίβισις.*

„Etym. Magn. p. 512, 54: κίβισις· σημαίνει κιβωτὸν ἢ πέραν. Καλλίμαχος· εἰ γὰρ ἐπιθήσει πάντα ἐμὴ κίβισις. Emendat ingeniosa interpres [p. 356 Ern.] ἐπισχήσει. ego praeterea εὖ legerim pro εἰ, εὖ γὰρ ἐπίσχησει. Notum proverbium πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται, etiam Callimacho memoratum (frag. 360). vide Zenobium (V 66)." Bentl., cuius emendationes ita probabat Meinek. in Bergk. Diar. 1843 p. 1166, ut εὖ γὰρ ἐπισχήσει πάντας ἐ. κ. scribendum putaret, πάντας interpretans ἄρτους. Quibus ego mihi videor paulo felicior in coniectando fuisse. Ita enim statuo, turbas hic motas esse itacismo, cui ἐπιθήσει et ἐπηθήσει eadem sunt. Notum autem est Aristophanem in Ran. 943 (χυλὸν διδοὺς στωμυλμάτων ἀπὸ βιβλίων ἀπηθῶν) verbo ἀπηθεῖν ita usum esse, ut Euripidem dicentem faceret χυλὸν στωμυλμάτων ex libris petitum Aeschyli tragoediis se quasi

stillatim addidisse. nam quod scholiasta *ἀπηθῶν* interpretatur *ἐκλέγομενος*, in universum quidem a vero non aberravit, sed imaginis rationem parum cepit. ac similiter verbo *ἐπηθεῖν* (nisi potius *ἀπηθεῖν* scripsit) Callimachum arbitror usum fuisse in Aetiorum prologo, ubi dixerit non omnia se, quae a Musis acceperit, quasi stillatim cum lectoribus communicaturum esse nec *σπείρειν ὅλῳ τῷ θυλάκῳ*. nam pro *εἰ* quod *οὐ* dedi, non infrequens est haec commutatio (cf. Bast. Comm. palaeograph. p. 760), et *γ'* post *πάντα* ut adderetur vel hiatus flagitabat, eaque particula nihil hic aptius est.

178.

*Αὖτις ἀπαιτίζουσαν ἑὴν εὐεργέα λάκτιν.*

„Etym. Magn. p. 555, 18: *Λάκτιν· σημαίνει ἡ λέξις σκυτάλην, τορύνην. Καλλίμαχος· αὖθις ἀπαιτίζουσαν ἔκνον εὐεργέα λάκτιν.* nescio an legendum sit *αὖθις ἀπαιτίζουσα νέην εὐεργέα λάκτιν*, novam truam. Notandum autem *τὸ εὐεργέα. Λάκτις* enim sive *τορύνη* dicebatur et *εὐέργη*. vide Pollucem (X 97), Etym. Magn. (p. 762, 34) et Hesych. (?).“ Bentl. Nihil nisi *εὐεργέα λάκτιν* sine Callimachi nomine citat Suid. II 1 p. 493. In Etymol. autem Florent. p. 203 legitur *ἑήν* pro *ἔκνον*, unde cognoscitur Casaubonum in Lect. Theocrit. p. 75 Reisk. ipsum illud *ἑήν* restituentem in coniectando felicem fuisse solum. nam Anna Fabri (p. 356 Ernest.) commendaverat *ἔγνων*, Ruhnken. in Epist. crit. II, 185 *ἐτνῶν*, Toupius in Emend. Suid. III p. 182 *ἐτνοῦς*, Naek. de Hecal. p. 140 *ἀπαιτίζουσ' ἀκέων* (qui *αὖτις* iure restituit), Hecker. Com. Call. p. 91 *ἐνῶσ'* (i. e. *ἐνοήσατο*), Rauch. de Aet. p. 70 not. *κνέωρ'* (coll. Hesych. s. *κνέωρον* atque *βαθύμαλλον* et Creuzer. Symb. IV p. 375). Et Rauchius quidem fortasse ad Elegiam qua de Cerere Thesmophoria instituente agebatur fragmentum putabat referendum esse, reliqui autem post Toupium l. l. ex Hecale verba desumpta censebant aptissime. cf. Hecal. cap. V.

179.

*Αἰεὶ τοῖς μικκοῖς μικκὰ διδοῦσι θεοί.*

„Etym. Magn. p. 587, 36: *μίκκος σημαίνει τὸν μικρόν· Καλλίμαχος· τοῖς μίκκοις μίκκα διδοῦσι θεοί.* Artemi-

dorus Oneirocrit. IV, 84: *ὀρθῶς γοῦν καὶ τὸ Καλλιμάχειον ἔχει· αἰεὶ τοῖς μικροῖς μικρὰ διδοῦσι θεοί.*" Bentl. Ut Etymolog. Magn. (etiam omisso *αἰεί*) versum dant Etym. Flor. p. 217 et Zonar. p. 1361, et sine Callimachi nomine Epimer. Hom. in Cram. Anecd. Ox. I p. 263, 17 (= Herodian. I p. 149, 2), ubi tamen legitur *μικκοῖς μικκά*, quem accentum flagitari ipse ibi grammaticus monet, et monet etiam Eustath. ad Il. p. 610, 25, et suadent codices non solum Callimachi in Hym. Cerer. 111, sed etiam Theocriti non uno loco, ut recte *μικκοῖς μικκά* restituisse videatur Bergk. An. l. I n. 133 = II n. 147. quod si tamen postea idem grammaticus Crameri p. 325, 24 scripsisse *μίκκος* dicitur, vereor ne hoc quidem loco *Μίκκος* potius litera maiuscula exarandum fuerit Lentzio in Herodian. II p. 306, 30. Contra cum Artemidoro *μικροῖς μικρά* dant qui et ipsi versum Callimacho ascribunt Stobae. Flor. XCVI 12, Apostol. Cent. I 40ª, Arsen. Viol. p. 23, nisi quod duo ultimi etiam *ἀεί* habent. Fragmentum inter Callimachi fragmenta Elegiarum posuit Valcken. l. l. p. 294. equidem de Molorcho apte dici potuisse et in Act. I 9 locum habuisse putaverim.

## 180.

*Ἔστιν μοι Μάγνης ἐννεάμυκλος ὄνος.*

„Etym. Magn. p. 594, 21: *μύκλος καλεῖται ἡ ἐν τῷ τραχήλῳ τῶν ὄνων ὑποδίπλωσις. μύκλους οὖν εἶπεν (ὁ Λυκόφρων) ἐνταῦθα τοὺς μνηστῆρας, διὰ τὸ ἀδηφάγον καὶ κατωφερές, ὡς καὶ Καλλίμαχος· ἔστιν μοι Μ. κ. τ. λ.* Tzetz. ad Lycophr. 771: *μύκλος καλεῖται κυρίως ἐν τῷ τραχήλῳ τῶν ὄνων καὶ τῶν βοῶν ὑποδίπλωσις. μύκλους δὲ νῦν τοὺς μνηστῆρας λέγει, διὰ τὸ ἀδηφάγον καὶ κατωφερὲς εἰς λαγνείαν· ὡς καὶ Καλλίμαχος· ἔστιν μοι κ. τ. λ.* Magnesia et asinis et equis insignis erat." Bentl. *Ἐννεάμυκλος ὄνος* solum ex Antimacho citare Herodian. in Philetaer. (cf. nunc Moerid. Pierson. p. 439) primus monuit Ruhnken. Ep. crit. II p. 185, cuius grammatici auctoritatem potiorem habuerunt Bergk. in Zimmerm. Diar. antiq. 1835 p. 301 et Stoll. ad Antimach. fragm. 119, quamquam Bergkius postea fortasse Archilocho ascribendum fragmentum cen-

sebat in Poet. lyr. p. 729 (ed. III), sed in Anth. lyr. II n. 154 non dubitabat vindicare Callimacho. Et profecto quod facile ad Antimachum alicuius animum abripiat nobilissimum Herodiani nomen, non huius esse *Φιλέταιρον*, sed recentioris grammatici hodie constat (cf. Lehrs. Herodian. script. III p. 421), et multo maior auctoritas veterum in Lycophronem commentariorum (nam iis usum esse Etymologum Magnum ipsius eius verba docent), quorum sine dubio auctor erat Theo vel ipso Herodiano antiquior. Callimachus autem ubi illa dixerit difficile est ad affirmandum, imprimis propter praesens *ἔστι* et primam personam *μοί*. sed si hariolari licebit haec vel ipsum Apollinem vel aliquem eius templo vicinum hominem dixisse, locus fragmento esse potuit in Aet. II 2.

181.

*Καί ῥα κατὰ σκαιοῖο βραχίονος ἔμπλεον ὄλπιν.*

„Etym. Magn. p. 623, 3: *ὄλπις. Καλλίμαχος· καί ῥα παρὰ σκαιοῖο κ. τ. λ. σημαίνει δὲ ἡ λέξις τὴν λήκυθον.*“ Bentl. Parum ab his discedit Zonar. p. 1444, ubi *καί ῥα περὶ σ. β. ἐ. ὀ.* legitur. sed neutra praepositio vera videtur, sed *κατά*, quam Meinek. ad Callim. p. 188 restituendam censebat. Jam olim autem fragmentum cum fragm. 125 iungendum putaverant Eldick. Suspic. spec. IV p. 196 et Boissonad. ad Callim. p. 203, quos secutus est Naek. p. 110 et ad Hecalen rettulit, quamquam *ἔμπλεος ὄλπις*, quam Etym. Magn. l. l. et alii, imprimis Athenae. XI p. 495 C, *λήκυθον* interpretantur, quo modo cum reliquo Hecalae habitu, qualis ex aliis fragmentis conspicitur, consociari possit non exposuit. Sed si tenebimus *ὄλπιν* etiam ad hauriendum vinum adhibitam esse (Jon. fr. 10 Nauck.) et Thessalis secundum Athenaeum l. l. *ὄλπιν* in universum fuisse *πρόχοον*, nihil intercedet quin mulierem pauperem *ὄλπιν* usurpasse etiam ad aquam hauriendam putemus. Paroxytonon esse *ὄλπις* monet Herodian. I p. 97, 25 et II p. 859, 36.

182.

*Αἴγυπτος προπάροιθεν ἐπ' ἐννέα κάρφετο ποίας.*

„Etym. Magn. p. 677, 52: *ποιά ἐστιν ὁ ἐνιαυτός· Καλλίμαχος· Αἴγυπτος — ποιάς.* Suidas II 2 p. 535:

*ποίη, ὁ ἐνιαυτὸς παρὰ Καλλιμάχῳ· παρὰ τὸ ἅπαξ καὶ μόνον ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τὴν βοτάνην φύεσθαι.*“ Bentl. Adde Etym. Gudian. p. 472, 17: *ποῖα, ὁ ἐνιαυτός· Καλλίμαχος· Αἴγυπτος προπάροιθεν ἐπ' ἐννέα κάρφετο ποίας.* eodem respicit Senec. Quaest. nat. IV 2, 15: per novem annos non ascendisse Nilum superioribus saeculis *Callimachus* auctor est, fortasse etiam Eustath. ad Od. p. 1851, 51: *ποίη καὶ ἡ κατὰ τὸ θέρος κατ' ἐξοχήν, ἀφ' ἧς καὶ τὸν ἐνιαυτὸν ποίην λέγει τῶν τις ποιητῶν*, etsi alios quoque praeter Callimachum voce ita usurpasse scimus, quos vide ap. Jacobs. ad Anthol. Palat. vol. III p. 412. Et ibi quidem *ποίας* scribitur, ut in Etymologi loco facit Etym. Gudian., non *ποιάς*, ut Etymologus Magnus exhibet l. l. et apertis verbis praescribit alio loco p. 705, 2. sed illam tonosin unice videtur Herodianus probasse I p. 302 cum not. Lentzii. *Ποιάς* tamen praeter Zonar. p. 1563 et schol. Eurip. 20 et Callimachi editores etiam Bergk. An. lyr. II n. 15 scribit. Primus autem hoc fragmentum cum frag. 119 et 194 iungendum vidit Porson. Advers. p. 308, sed debebat simul his admovere *fr. 25, unde patet his sedem fuisse in Aet. II 4, quo referunt Bergk. l. l. et Rauch. p. 30 n. 42.

## 183.

*Ἠ ἄφαρον φαρόωσι, μέλει δέ φιν ὄμπνιον ἔργον.*

„Etym. Magn. p. 788, 24: *φαρῶ — τὸ ἀροτριῶ — παρ' ὃ καὶ ἄφαρον τὴν λιπαρὰν γῆν καὶ τὴν πολλάκις ἀροτριωθεῖσαν. Καλλίμαχος· ἄφαρον φαρόωσι, μέλει δέ σφισιν ὄμπνιον ἔργον, τὸ Δήμητρος δηλονότι, ἢ ἄφαρον τὴν μηδὲν φέρουσαν.* Idem in *ἀφαυρός*, p. 175, 50: *ὀξύνεται δὲ τὸ φαρὸς* (*ἀφαυρός* Sylb.) *πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ παρὰ Καλλιμάχῳ εἰρημένου, οἷον ἢ ἄφαρον φαρόωσι. Ἄφαρον δὲ τὴν ἀγεώργητον γῆν, παρὰ τὸ φέρω.* Lege *φίν* pro *σφισιν*. Hesych. IV p. 246 *φίν, αὐτοῖς ἢ αὐταῖς.* Bentl. Solum *ἄφαρον φαρόωσιν* habet Callimachum nominans Meletius in Cramer. Anecd. Oxon. III p. 84 (Ritschel. Opusc. I p. 699), idemque sine poetae nomine dat Suidas I 1 p. 887: *ἄφαρον τὴν λιπαρὰν γῆν, τὴν πολλὰ μήπω ἀροτριωθεῖσαν. ἀφάρωσι δὲ ἀντὶ τοῦ ἀροτριῶσι*, quod correxit Toup. Rursus ex Suida corrigimus priorem Etymol. Magn. locum: *καὶ μήπω*

*πολλάκις ἀροτριωθεῖσαν*, in cuius altero loco in fine restituendum est *παρὰ τὸ φαρῶ*. In fragmenti initio *ἢ* pro *ἥ* ex libris suis, ut videtur, Gaisfordus dedit, qui etiam in *φιν* codicibus obsequutus est. quod autem Hecker. Com. Call. p. 90 *Ὀμπνίου ἔργον* scribere malebat Suidam II 1 p. 1118 antestatus, necessarium non putaverim. cf. ad fr. 123. De *ἄφαρον* cf. etiam fr. 82ᶜ. Idem Heckerus l. l. Hecalae carmini fragmentum tribuit, Riese autem in Mus. Rhenan. XXI p. 507 ex singulari aliquo carmine depromptum sibi persuasit nimis facile, quod converterit totum Catull. LXIV, et in fine fragmenti addito interrogationis signo aliquid vere Callimacheum verbis addidisse gloriatur. Rectius olim ad Aet. III 4 fragmentum reiecisse mihi videor assentientemque nactus sum Rauch. p. 70 n. 165.

184.

*Σκύλλα γυνὴ κατάκασσα καὶ οὐ ψύθος οὔνομ' ἔχουσα.*

„Etym. Magn. p. 819, 4: *ψίθυρ — κυρίως ἐπὶ τῶν ψευδομένων τὸ ψιθυρίζειν λαμβάνουσι, ἐγκειμένου τοῦ ψύθους. Καλλίμαχος· Σκύλλα γυνὴ κατακάσα καὶ οὐ ψύθος οὔνομ' ἔχουσα.* Suid. II 2 p. 1726: *ψύθος, ψευδές, ψεῦδος καὶ σὺ ψύθος οὔνομ' ἔχουσα, ἀντὶ τοῦ ψευδές, παρὰ Καλλιμάχῳ.* Male *καὶ σύ* pro *καί οὐ*." Bentl. Adde Etym. Gudian. p. 574, 20: *Καλλίμαχος· σκῦλα γυνὴ κατακῶσα καὶ οὐ ψίθος οὔνομ' ἔχουσα*, et p. 304, 1: *Καλλίμαχος· σκύλα γυνὴ κατακᾶσα καὶ οὐ ψύθος οὔνομ' ἔχουσα.* Philem. Osanni p. 210: *Καλλίμαχος· Σκύλλα γυνὴ κᾶσα καὶ οὐ ψύθος οὔνομ' ἔχουσα.* In scribenda voce *κατάκασσα* in locis quos apposui (add. Suid. II 1 p. 105, qui et ipse videtur Callimachi locum respicere: *κατακᾶσα, κατωφερής, ἢ ἀξία τοῦ κατακαυθῆναι· ἢ ὅτι κάσον τὸ σπέρμα τοῦ ἀνδρός. ὅθεν καὶ κασίγνητος*, et Hesych. II p. 424: *κατακάσαι· κακοδαίμονες* (num *κακοείμονες*? cf. *κάσσος — εἶδος ἱματίου* Herodian. I p. 208, 18) *καὶ αἱ διὰ τὰ ὀνείδη ὑπὸ αἰσχύνης ἐκ οἰκίας μένουσαι· ἢ ἀξίαι κεκαῦσθαι*) et codices et editiones variant. *κατακᾶσα* probat Dindorf. Thes. Par. IV p. 1083 D, sed *κατάκασσα* praeferunt Lobeck. Prol. p. 80 et Bergk. An. lyr. II n. 94. atque etiam in Lycophr. Cassandr. 131 scribi video: *λίποντα κάσσης ἐκβαλὼν πελειάδος*, ubi glossator

exponit τῆς κατωφεροῦς καὶ πόρνης, et in Etym. Magn. p. 493, 28 habemus κάσσα καὶ κασσαβάς, ἡ πόρνη, ἡ κατωφερής. Sed pro ψύθος ut ψυθές cum Hemsterhusio corrigatur, causam non esse monuit Hecker. Com. Call. p. 96 laudans Hom. Il. IX 115: οὔ τι ψεῦδος ἐμὰς ἄτας κατέλεξας (coll. Lobeck. Paral. p. 544), sed etiam similius est Plat. Apol. p. 34 D: τοῦτο τοὔνομα ἔχοντα εἴτ' οὖν ἀληθές, εἴτ' οὖν ψεῦδος. Et ψύθος Aeschyleum vocabulum est, Agam. 457, 966, 1048, vocemque notarunt etiam Heraclid. ap. Eustath. ad Il. p. 452, 22, p. 1562, 4, et Hesych. IV p. 314. Ceterum Naekius de Hecal. p. 62, quem Heckerus l. l. sequitur, ad Hecalem fragmentum revocare voluit, quamquam etiam de Aetiis cogitari posse concedit. ultimum hoc magis probaverim. cf. Aet. IV, 3 coll. Rauch. p. 55 n. 118.

185.

*Βριλήσου λαγόνεσσιν ὁμούριον ἐκτίσσαντο.*

„Galen. de Praesag. ex pulsibus III 6: μήτε τῶν λαγόνων, ὡς σύνηθες, ἀλλ' οὕτω δεῖν φάσκε λαγόνων ἀκούειν, ὡς ἐπὶ τοῦ ὄρους Βριλλήσου Καλλίμαχος εἴρηκε, Βριλλήσου λαγόνες εἰσὶ νόμον ὃν ἐκτήσαντο. quem locum a nobis recte emendatum esse nemo non fatebitur. Legere etiam poteris ἐκτίσσαντο, condiderunt. Pro Βρίλλησος alii scribunt Βρίλησσος, quae sane verior lectio est.“ Bentl. Βριλήσου scripsi ex Herodiani praecepto I p. 211, 18 coll. Lobeck. Elem. 411 seq., non Βριλλήσου cum Bentleio, cuius admodum ingeniosa coniectura est ὁμούριον. atque eius adiectivi usum multis Alexandrinorum poetarum locis, etiam Dionysii Periegetae et Nonni exemplis, firmavit Naek. de Hecal. p. 226, qui alteram quoque Bentlei coniecturam, ἐκτίσσαντο, iure praetulit verbo ἐκτήσαντο cum Blomf., Bergk. An. lyr. II n. 95, Rauch. de Aet. p. 176. Et Rauchius quidem de Pelasgis cogitabat in Atticam receptis et nescio quam urbem condentibus, sed mox in Lemnum insulam expulsis, quae probabilis suspicio est, unde tamen non sequitur, ut ex Aetiis sumptum fragmentum esse putemus, quae Rauchii et ut videtur Bergkii opinio fuit. ego facilius crediderim ex Hecale esse, quod Naekius l. l. sibi persuasit, etsi nullum ibi idoneum locum fragmento se excogitare posse ingenue pro-

fessus est. Sed quidni Callimachus regionem quam taurus Marathonius devastavit describens Pelasgos obiter memoraverit? quod ubi fieri potuerit coniecimus in Hecal. cap. II.

186.

*Εἰς Ἀσίνην Ἅλυκόν τε καὶ ἅμ πόλιν Ἑρμιονήων.*

„Stephan. Byz. p. 79, 16: *Ἅλυκος, πόλις Πελοποννήσου. εἰς Ἀσίνην Ἅ. κ. τ. λ. Καλλίμαχος.*" Bentl. Aetiorum putabat esse Hecker. Com. Call. p. 78 cum fragm. 151 iungens, quem sequitur Rauch. p. 38 n. 63. ego cum Naekio p. 208 seqq. ad Hecalen rettulerim. cf. Hecal. cap. VI.

187. 188.

*Φοῖβος Ὑπερβορέοισιν ὄνων ἐπιτέλθεται ἱροῖς.*

*Τέρπουσιν λιπαραὶ Φοῖβον ὀνοσφαγίαι.*

„Clem. Alex. Protrep. p. 25 Pott.: *Σκύθαι τοὺς ὄνους ἱερεύοντες μὴ παυέσθων ὡς Ἀπολλόδωρός φησι* (cf. Heyne p. 394) *καὶ Καλλίμαχος· Φοῖβος Ὑπερβορέοισιν ὄνων ἐπιτέλλεται ἱροῖς. ὁ αὐτὸς δὲ ἀλλαχοῦ· τέρπουσι λιπαραὶ Φοῖβον ὀνοσφαγίαι.* Scholiast. Pind. Pyth. X 49: *οἱ γὰρ Ὑπερβόρειοι ὄνους θύουσι τῷ Ἀπόλλωνι, ὡς καὶ Καλλίμαχός φησι, τέρπουσιν λιπαραὶ Φοῖβον ὀνοσφαγίαι.* Placet eorum coniectura qui pro *ἐπιτέλλεται* scribunt *ἐπιτέρπεται.* nisi sic potius interpretari velis, sacra illa fieri solita esse sub solis ortum. ergo *ἐπιτέλλεται* exoritur." Bentl. *Ἐπιτέλλεται* Anna Fabri p. 342 Ern. voluit esse adest propitius et favens, quod alienum est a verbi usu. sed qui *ἐπιτέρπεται* coniecit Tanaq. Faber ibid. videtur certe quid sententia flagitaret perspexisse, nam Bentlei interpretatio vix cuiquam placebit. nec placebat Carolo Dilthey in Anal. Call. p. 19, quamquam quod is coniecit legendum esse *ἐποφέλλεται* vereor ut quis probet. Atque minore negotio verum videtur restitui posse. Hesychii enim glossa est IV p. 139: *τέλθει· ἐν ᾠδῇ τέρπει*, quam agnoscunt Suid. II 2 p. 1063: *τέλθειν· ἐν ᾠδῇ τέρπειν*, et alio licet accentu Phot. Lex. II p. 204 Naber.: *τελθεῖν· ἐν ᾠδῇ τέρπειν*, quod qui ex *θέλγειν* corruptum putant, nimis incuriosum faciunt grammaticum doctissimum, cui sua Hesychius, Suidas, Photius debent. Unde facillima

mutatione scribimus *ἐπιτέλϑεται ἱροῖς*, i. e. in Hyperboreorum sacris asinorum Phoebus cum cantu exhilaratur. Longe aliter autem Lobeck. ad Buttmann. Gr. graec. II p. 305 egit, qui *ἐπιτέλλεται* sanum putabat, sed Callimachum his verbis expressisse censebat Pindari verba, Pyth. X 33: *κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας ἐπιτόσσαις ϑεῷ ῥέζοντας*. Dixi autem iam supra p. 84, nihil intercedere quo minus utrumque fragmentum ad idem carmen, Aet. II 2, referatur, etsi Rauchium video de diversis elegiis cogitantem p. 79 (ubi cum frag. 187 confert Antonin. Liberal. XX de Clinide narrantem qui et ipse Apollini asinos immolaverit, gratum ipsi apud Hyperboreos donum) et p. 50 n. 104, quo loco auctore Heckero in Com. Call. p. 143 cum frag. 188 coniunxit fr. 215, id quod etiam Bergk. fecit in An. lyr. II n. 83. At Meinek. ad Callim. p. 209 seq. frag. 215 et 187 in hunc modum consociavit: *Ῥιπαίου πέμπουσιν ἀπ' οὔρεος, ἧχι μάλιστα | Φοῖβος Ὑπερβορέοισιν ὄνων ἐπιτέλλεται ἱροῖς*, quae ex incerto aliquo Callimachi carmine petita censebat.

[189.

*Τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι ϑεοὶ διδόασιν μεινονᾶ.*

„Athenae. I p. 2 A: *τρὶς δ' ἀπομαξομένοισι κ. τ. λ., ὥς πού φησιν ὁ Κυρηναῖος ποιητής*. Lege *ἀπομαξαμένοισι*.“ Bentl., qui post Casaubon. ad Theophrast. Charact. p. 224 Cyrenaeum interpretabatur Callimachum. Sed recte monent, Callimachum isto modo nusquam denotari ab Athenaeo, quamvis saepe eum ad testimonium vocet, sed ubi item is *Κυρηναῖον ποιητήν* nominet versibus appositis p. 36 E, eos versus Eratostheni vindicare Stobaeum Floril. XVIII 3. Hunc igitur poetam hic quoque iure intelligemus, de cuius hoc fragmento cf. Bernhardy in Eratosth. p. 134 et Bergk. Analect. Alexand. II (1846) p. 18 atque in Diar. Antiq. 1850 p. 178 seq.]

190.

*Δείελον αἰτίζουσιν, ἄγουσι δὲ χεῖρας ἀπ' ἔργου.*

„Schol. ad Hom. Od. XVII 599: *ἔνιοι δὲ τὴν δειλινὴν τροφὴν αἰτῶν. καὶ Καλλίμαχός φησι· δείελον αἰτίζουσιν, ἄγουσι δὲ χ. ἀ. ἑ., τὴν πρὸς τῇ δειλινῇ τροφὴν*

*αἰτοῦντες.* Eustathius quoque habet ad eundem locum, p. 1832, 62: *οἱ δὲ ἐπὶ τροφῆς δειλινῆς τὴν λέξιν νοοῦντες προφέρουσι Καλλιμάχου τὸ δειελίην αἰτίζουσιν, ἄγουσι δὲ χεῖρας ἀπ' ἔργου.*" Bentl. Valckenarii suspicionem in Call. Eleg. p. 295, *ἔχουσι δὲ χεῖρας*, non minus reiectaneam esse quam Buttmanni ad schol. Odyss. l. l. prolatam coniecturam, ex Eustathii scriptura conicientis Callimachum dedisse *δειελίην αἰτοῦσιν*, Naek. de Hecal. p. 146 iure monuit, qui verissime ad Hecalen fragmentum rettulit, sed sine causa *αἰτίζουσι* et *ἄγουσι* pro participiis habebat p. 147. Cf. Hecal. cap. V.

191.

*Τόν με παλαιστρίταν ὀμόσας θεὸν ἑπτάκις φιλάσειν.*

„Hephaest. p. 93 (Gaisf. II): *τοῦτο παρὰ τοῖς νεωτέροις πολὺ τὸ μέτρον ἐστίν, ὥσπερ καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ· τόν με παλαιστρίτην ὀμόσας θεὸν ἑπτάκις φιλήσειν.*" Bentl. Ex suis codicibus Gaisfordius edidit *παλαιστρίταν*, cui etiam *φιλάσειν* accommodavi. quamquam magnopere vereor, ne in ea voce gravius vitium lateat. nam per palaestrarum deum (Mercurium, opinor,) iurasse quendam crediderim, non tam osculaturum se aliquem, quam afflicturum esse luctando, i. e. Callimachum potius scripsisse: *ἑπτάκι σφαλῆν σε* (i. e. *σφαλεῖν σε*) cf. Theocrit. XXIV 112 *ἀλλάλους σφάλλοντι παλαίσμασιν.* quod si recte conieci, putaverim in tumulo alicuius positam Mercurii statuam dicere: *palaestrarum Deum me testificatus* (nam cohaerent *ὀμόσας με, τὸν παλαιστρίταν θεόν*), *septies te afflicturum adversarium*, ipse luctatione periisti, — et epigrammatis *ἐπιτυμβίου* fragmentum esse.

192.

*Ἱερά, νῦν δὲ Διοσκουρίδεω γενεή.*

„Hephaest. p. 97 (Gaisf. II): *δεῖ τὸ ἐλεγεῖον τέμνεσθαι πάντως καθ' ἕτερον τῶν πενθημιμερῶν· εἰ δὲ μή, ἔσται πεπλημμελημένον, οἷον τὸ Καλλιμάχου· ἱερά, νῦν δὲ κ. τ. λ.*" Bentl. Blomfieldus, qui *ἱρά* scribendum esse hariolatus est, non vidit ita certe *ἱρή* scribi debuisse. et quidni putemus dixisse poetam, olim certae cuidam genti administranda fuisse dei cuiusdam sacra, nunc autem Dioscuridis genus eorum curam habere —? quae proferri in aliquo

Aetiorum loco poterant obiter, quamquam is qui fuerit non magis invenio quam Rauch. l. l. p. 80, qui tamen etiam de carmine inscripto *Ἀργοῦς* (sic) *οἰκισμοί* cogitari posse opinatur, sed rationem non addidit.

193.

*Ζηνί τε καὶ Νεμέῃ τι χαρίσιον ἕδνον ὀφείλω.*

„Schol. Pind. Olymp VIII 21: *ἡ Ὀλυμπία καὶ ἡ Νεμέα Διός. καὶ Καλλίμαχός φησι Ζηνί τε καὶ Νεμέῃ τι χάρισιν ἕδνον ὀφείλω.* Pro *χάρισιν* legendum *χαρίσιον*, et intellige *χαριστήριον ὕμνον*. Suid. II 2 p. 1602: *χαρίσιον, χαριστήριον. ταῦτα ἀναγεγράφθω μοι χαρίσια ὀλίγα ἀντὶ πολλῶν ἀποδιδόντι. Χαρίσιος* praeterea est placentae genus. Suidas ibidem: *καὶ χαρίσιος πλακοῦντος εἶδος. Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσι* (fr. 2 Bergk.): *πέμψω παλλακαῖς ἑσπέρας χαρισίους*, ubi pro *παλλακαῖς* legendum *πλακοῦντας*, nam iambus est senarius. Extat locus apud Athenaeum XIV p. 646 B, sed ibi etiam mendosus: *χαρίσιος· τούτου μνημονεύει Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσιν· ἐγὼ δὲ νῶν | πέμψω πλακοῦνθ' ἐς ἑσπέραν χαρίσιον.* ita versus est constituendus. Sequitur apud Athenaeum: *Εὔβουλος* (fr. 2 Mein.) *δ' Ἀγκυλίωνι, ὥσπερ ἄρτου ὄντος, οὑτωσὶ λέγει· ἐξεπήδησ' ἀρτίως πέττουσα τὸν χαρίσιον.* ita versum restitue qui trochaicus est. vide eundem XV p. 668 D. Nota, ex Eubulo idem colligi *χαρίσιον* esse *ἄρτον*, quia dicit *πέττουσα.* unde emendandus Hesychius IV p. 275: *χαρίσιον, εἶδος πλακούντων· οἱ δὲ ἄρτον ἀπὸ τῶν λημμάτων.* lege *ἀπὸ τῶν πεμμάτων.* Athenaeus ibidem: *διωνομάζετο τὰ πεμμάτια χαρίσια.*“ Bentl. Heckero Com. Call. p. 66 fragmentum videbatur initium epinicii elegiaci esse, quo Sosibii grammatici victoriam Callimachus celebravisset teste Athenae. IV p. 144 E, etsi is quibus in ludis victoriam Sosibius reportaverit non meminit. Mihi aliquanto probabilius videbatur verba esse Herculis quibus victo Nemeaeo leone gratum se Jovi et Nemeae praestare dicit donum (cf. Aet. I 9), quod probavi Rauchio p. 45 n. 87. In Bergkii An. lyr. habes n. 70 (I) = n. 73 (II). De *χαρίσιον* Gregorii Nazianz. imitationem notavit Naek. Opusc. I p. 245. adde Paul. Silentiar. Ecphras. I 208 *βασιλῆι χαρίσια δῶρα κομίζων*, coll. v. 215.

194.

*Τὴν κείνου Φάλαρις πρᾶξιν ἀπεπλάσατο.*

„Isaacus Tzetzes ad Lycophr. 717: *Φάληρος τύραννος Σικελίας —. μέμνηται τοῦ Φαλήρου καὶ Καλλίμαχος λέγων· τὴν ἐκείνου Φάληρος πρᾶξιν ἀπεπλάσατο.* In Msto. Oxoniensi legitur *κείνου* pro *ἐκείνου*. lege igitur *τὴν κείνου Φάλαρις πρᾶξιν ἀπεπλάσατο*. quem Callimachus cum aliis *Φάλαριν*, eum Lycophron *Φάληρον* appellat.“ Bentl. *Κείνου* cum aliis puto esse Busiridis. cf. Aet. II 4 coll. Rauch. p. 31 n. 44, Bergk. An. lyr. I n. 15 = II n. 17.

195.

*Μηκώνην, μακάρων ἕδρανον αὖτις ἰδεῖν.*

„Schol. Pind. Nem. IX 123: *οἰκείως δὲ ἱερὰν τὴν Σικυῶνα προσηγόρευσεν· ἡ γὰρ Μηκώνη ἐπ' αὐτῆς ἐστιν, ἐφ' ἧς οἱ θεοὶ διεδάσαντο τὰς τιμάς· Ἡσίοδος* (Theogon. 534)· *καὶ γὰρ ὅτ' ἐκρίνοντο θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι Μηκώνῃ. καὶ Καλλίμαχος· Μηκώνην μακάρων ἕδραν. ὃν αὖτις ἰδεῖν.* lege *ἕδρανον*. Vulgo hoc fragmentum Callimachi citatur *Μηκώνην μακάρων ἕδραν*, quasi sequentia verba alio pertinerent.“ Bentl. Locum interpretor de Cerere quae raptam filiam quaerens praeter alias regiones etiam Sicyonem post distributionem illam denuo viderit. Coniunxi autem iam olim in Schneid. Philol. VI p. 495 cum hoc fragmento distichon a Cobeto demum editum in schol. ad Euripid. Hecab. 467 (nobis frag. 465), qua in re mihi alii assensi sunt. cf. Aet. III 4. *Ἰδεῖν* pendere putaverim ab aliquo verbo quale est *ἔμελλεν*.

196.

*Ἀρσινόης ὦ ξεῖνε γάμον καταβάλλομ' ἀείδειν.*

„Schol. Pind. Nem. II 1: — *ὅτι δὲ καταβολὰς ἔλεγον τὰς ἀρχὰς οὑτινοσοῦν ἔπους, Καλλίμαχός φησιν. Ἀρσινόης κ. τ. λ.*“ Bentl. Ptolemaei Philadelphi cum sorore sua Arsinoe matrimonium a Callimacho celebratum esse carmine, cuius hoc initium fuerit, post Valcken. Eleg. Call. p. 104 statuit Hecker. Com. Call. p. 71, cui ad idem hoc carmen etiam frag. 453 et frag. anon. 357 olim pertinuisse videbantur. Quod si est, certe non ad ipsam Arsinoem hoc carmine poeta

se convertit, sed ad hospitem aliquem. nam ὦ ξεῖνε cur non esse o hospes, sed lector vel amice vel quisquis es Valckenar. velit causam non video. Ceterum ad idem hoc carmen referendum puto etiam fragm. 461.

197.

Ἐργῖνος Κλυμένου ἔξοχος ἐν σταδίῳ.

„Schol. Pind. Ol. IV 32 post [ante?] Ergini historiam: καὶ ὁ Καλλίμαχος· Ἐργῖνος κ. τ. λ. ἥτις διάπειρα τὸν Κλυμένου παῖδα ἀπέλυσε τῆς ἀτιμίας τῶν ἐν Λήμνῳ γυναικῶν. ἡ δὲ ἱστορία τοιαύτη κ. τ. λ." Bentl. Pro ἔξοχος Bergk. An. lyr. I n. 76 = II n. 79 malebat δεξιός, quod certe propter hiatum non est necessarium. cf. ad fragm. 153. Ceterum Rauch. p. 36 n. 51 fragmentum ad Argonautarum in Lemno insula certamen revocare malebat, cuius certe in secundo Aetiorum libro locus vix esse potuit (nam Argonautarum reditus tantum ibi celebrabatur). alia igitur sedes fragmento quaerenda erat, quam puto fuisse in primi Aetiorum libri elegia 11. sed quae olim cum hoc fragmento iungenda putabam fr. 281 et 253 nunc alio referre malim.

198.

ἱερὴν
Ἦλιν ἀνάσσεσθαι, Διὸς οἰκίον, ἔλλιπε Φυλεῖ.

„Schol. Pind. Ol. X (XI) 55: οἱ γὰρ Ἠλεῖοι ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησάμενοι τοὺς Πισάτας Ἦλιν τὴν Πίσαν μετωνόμασαν. — καὶ Καλλίμαχος δὲ τὴν Ἦλιν ἀντὶ τοῦ τὴν Πίσαν Διὸς οἰκίον εἶπεν· Ἦλιν ἀνάσσεσθαι κ. τ. λ." Bentl., qui male hic omisit quae statim scholiasta addit: ἱερὰν δὲ τὴν Ἦλιν ἀντὶ τοῦ τὴν Πίσαν, ille autem fragm. 322 demum posuit. apparet enim etiam ἱεράν (vel potius ἱερήν) in eodem hoc fragmento scholiastam legisse, unde hic iam olim fragmento addidi, qua in re assensum tuli Bergkii in An. lyr. I n. 58 = II n. 61 et Rauchii p. 60 n. 128. Ad institutos autem ludos Olympicos verba pertinere apertum est. cf. Aet. I 8.

199.

*Ἀρθμὸν δ' ἀμφοτέροις καὶ φιλίην ἔταμον.*

Erotian. Voc. Hippocrat. collect. (p. 122 Klein.): *συναρθμοῦται, συναρμόζεται καὶ συνενοῦται. ἀρθμὸς γὰρ λέγεται ἡ εὔνοια καὶ ἡ φιλία, ὡς καὶ Καλλίμαχός φησιν· ἀρθμὸν κ. τ. λ.* Bentl. Callimachi verba Rauch. p. 34 et n. 56 de pace intelligit inter Argonautas et Cyzicenos post pugnam nocturnam composita, de qua sane in Aet. I 11 poeta exposuit. Sed verba docent cogitandum esse de quibusdam, qui inter utrosque pacem et amicitiam conciliaverint, quales in illa fabula non memorantur. praestat igitur de Arete et Alcinoo Phaeacibus cogitare, qui inter Argonautas et Colchos pacem et amicitiam fecerint. cf. Aet. II 6. Apud Bergkium est in An. lyr. I n. 125 = II n. 136. De *ἀρθμός* cf. Hym. Hom. in Merc. 524: *ἐπ' ἀρθμῷ καὶ φιλότητι*, Aeschyl. Prom. 193 *εἰς ἀρθμὸν ἐμοὶ καὶ φιλότητα*, Nonn. Paraphr. ν, 140: *ἀλλήλων φιλίην ὁσίῳ σφρηγίσσατε θεσμῷ, ἀρθμὸν ὁμοφροσύνης ἀλύτῳ δήσαντες ὀχῆι.*

200.

*Κοῖτον, ὃς αἰζηῶν ἔγραε κηδεμόνας.*

Galen. in Lex. Hippocrat. (p. 546 Franz.): *πολυγράῳ, πολυφάγῳ· καὶ γόνος αἰρηῶν ἔγραε κηδεμόνα, Καλλίμαχος, ἀντὶ τοῦ κατέφαγε.* Etym. Magn. p. 219, 48: *γάγγραινα, πάθος διαβρωτικὸν σαρκῶν, παρὰ τὸ γράω, ὃ σημαίνει τὸ ἐσθίω. Καλλίμαχος· αἰζηῶν ἔγραε κηδόμενος, ἀντὶ τοῦ ἤσθιεν.* Idem p. 237, 44: *γόγγρος εἶδος ἰχθύος. παρὰ τὸ γρῶ, ὃ σημαίνει τὸ ἐσθίω, ἀφ' οὗ κλίνεται γράω* [pro *κλίνεται* ex suis codicibus Gaisford. edidit: *Καλλίμαχος*, post *γράω* autem in cod. Voss. additum monet: *ὃς αἰζηῶν ἔγραε κηδεμό*, quae ibidem leguntur etiam in Etym. Florent. p. 78 (sed *κηδεμόνος*) et in Lex. ms. Parisino apud Ruhnk. ad h. l., nisi quod ibi *κηδεμομόνη* scribitur]. *καὶ ἔγραεν ἀντὶ τοῦ ἤσθιεν.* Idem p. 239, 33: *γράστις ἡ χλωρὰ κριθή, παρὰ τὸ γράω ῥῆμα δηλοῦν τὸ ἐσθίω. Καλλίμαχος· ὃς αἰζηῶν ἔγραε κηδεμόνος.* [*ἐγράηκε δὲ μοῦνος* editio princ. et Gaisfordii codex D, item Etym. Flor. p. 79]. *ἄλλως δὲ εὗρον τὸν στίχον ἐγώ· οἷον· καὶ τόνος αἰζηῶν ἔγραε κηδόμενος.* Ex his apparet

versiculum hunc iam per saecula aliquot in mendo cubuisse ipso grammatico fatente. Levi tamen manu et opella sanavimus pro τόνος vel γόνος, quae nihili ad rem faciunt, legentes μόνος: καὶ μόνος αἰζηῶν ἔγραε κηδεμόνα vel κηδεμόνος, ut ἐσθίειν ἄρτου dicitur et ἐσθίειν ἄρτον. ἔγραε cum casu accusativo erit comedere, cum genitivo degustare. Κηδεμών vel tutor vel affinis. Verba et sententia bene constant, historia ignoratur. Sed notat ingratum animum adolescentis nescio cuius erga tutorem vel affinem." Bentl. Nihil iuvant quae Bentlei testimoniis nunc accedunt Etym. Gud. p. 117, 48: — παρὰ τὸ γράω ὃ σημαίνει τὸ ἐσθίω. Καλλίμαχος· αἰζηῶν ἔγραε κηδεμόνος. Etym. Angelic. in Ritschelii Opuscul. I p. 684: Καλλίμαχος· αἰζηῶν αἴγραε κηδεμόνος. Zonar. p. 446: τὸ γράω τὸ ἐσθίω. Καλλίμαχος· ὃς ἔγραε κηδεμόνα. Schol. Ven. Iliad. XXI 12: ἀκρίδες παρὰ τὸ κρᾶν, ὅ ἐστιν ἐσθίειν· ὃς αἰζηῶν ἔκραε κηδεμόνας (κηδεμόνος cod. Tovnleian. apud Heyne ad Hom. Tom. VIII p. 117). Feracissimum hoc fragmentum coniecturarum fuit, inter quas reiciendae eae sunt omnes, quae relativum ὃς plane negligunt firmatum illud ab iis, qui solum ὃς αἰζηῶν ἔγραε κ. afferunt. itaque praeter Bentleianum καὶ μόνος, probatum quidem Valckenario in Eleg. Call. p. 284, corruunt etiam Toupii, Em. in Suid. II p. 225, καὶ βίον (qui alius quoque coniecturam affert hanc: καὶ κύνες Ἀκταίων' ἔγραον ἡγεμόνα), Bernardi ad Synes. de Febr. p. 31 καὶ γάνος, Blomfieldi ad Aeschyl. Agam. 53 καὶ πόνος (quod probavit Rauch. de Aet. p. 56), Heckeri Com. Call. p. 59 καὶ στόνος, Lobeckii Paralip. p. 194 καὶ γόος. Certe ab hac parte non laborant et Jacobsii in Add. animadv. in Athenae. p. 314 κοῖκον ὅς, et Meinekii ad Menandr. p. 123 κλῆρον ὅς, et quae omnium lenissima est (καὶ τόν, ὅς) Bergkii in An. lyr. II n. 156, qui praeterea in Praef. p. XVII reliqua ita scribenda censebat: ὃς Ἀζειδῶν ἔγραε κηδεμόνα vel κηδεμόνας, id ut Callimachus de Tydeo Melanippi caput mordente dixerit, Melanippus autem uxorem ex Azidarum gente duxerit. Ac profecto si reliquis non mutatis Bergkii καὶ τόν, ὅς commode explicari non posset, quis illud negaret reliquis omnibus praestare? nunc autem etiamnum teneo quod olim conieci et ex Aet. I 14 depromptum esse suspicatus sum, κοῖτον,

ὅς — κηδεμόνας, in quo κοῖτος de lecto funebri intelligo ab Achille cum iuvenum caesorum cadaveribus rogi flammis imposito, ut λέχος, κλίνη, εὐνή saepe in ea re dicuntur. qua in re si quis potius κοίτη quam κοῖτος, quas voces distinguere grammatici solent (cf. Lobeck. Proleg. Path. p. 10 et p. 16) dicendum fuisse affirmaverit, monendum erit etiam nidum videri κοῖτος dici in Theocrit. XIII 12 ὀρτάλιχοι μινυροὶ ποτὶ κοῖτον ὁρῷεν (etsi κοίτη idem significat in Eurip. Jon. 155), et in Meleagri quoque epigr. in Anthol. Pal. V 172 (Ὄρθρε, τί μοι, δυσέραστε, ταχὺς περὶ κοῖτον ἐπέστης) pro κοίτη poni κοῖτος, quibus in locis metri necessitas alterum pro altero excussit, quem ad modum in Callimachi quoque loco factum esse reor. Ἔγρας autem figurate dictum arbitror ut saepe dicuntur ἐσθίειν (cf. Hom. θυμὸν ἔδοντες) et alia eiusdem significationis verba (cf. Hecker. Com. Call. p. 59), inter quae est etiam δάπτειν, restituendum illud fortasse in Maneth. I 196 ἑὸν ἦτορ ἀεὶ δάπτοντας ἀνίαις, ubi nunc legitur βλάπτοντας. In ultimo fragmento κηδεμόνας unus certe testis habet estque hoc ab aliis etiam commendatum. significantur autem necessarii, quibus cordi sunt non vivi solum (cf. Aeschyl. Suppl. 70), sed etiam mortui, unde mortuorum funus quoque faciunt in Hom. Jl. XXIII 163 et 674. — Qui ad Ibim fragmentum revocavit, Valcken. l. l., poterat comparare Ovid. Ib. 373, ubi de caesis et concrematis ab Achille hominibus sermo est. quos ego quidem hic quoque intelligendos esse censeo. nihilo tamen minus de Aet. (cf. p. 77) cogito, quod sua quisque ratione fecerunt etiam Lobeck. l. l. et Rauch. p. 55 et n. 122.

## 201.

*Πολλάκι δ' ἐκ λύχνου πῖον ἔλειξαν ἔαρ.*

„Schol. Nicandr. Alex. 87: εἶαρ τὸ αἷμα, τὸ λίπος, ὡς καὶ Καλλίμαχος· πολλάκι δ' ἐκ λύχνου πῖον ἔλειξεν (sic) ἔαρ. Alter scholiastes ibidem: εἶαρ ὑπὸ τῶν νεωτέρων τὸ αἷμα. καὶ Καλλίμαχος, ἐλαίας τὸ αἷμα τὸ δαῦον (lege ἔλαιον, τὸ αἷμα τοῦ λύχνου) εἶπε· πολλάκι δ' ἐκ λύχνου πῖον ἔλειξαν εἶαρ. Etymol. Magn. p. 380, 8: ἐρωδιός. ἔαρ σημαίνει τὸ αἷμα, ὡς παρὰ Κυρηναίῳ· αἷμα γὰρ λύχνου τὸ ἔλαιον. τὸ ἔλειξαν ἔαρ. Posteriora ex primo loco refingenda

sunt." Bentl. Ad hunc locum respicere videtur schol. Aglai. ap. Bussemacker. carm.-med. reliq. p. 98. *τὸ γὰρ αἷμα Καλλίμαχος ἔαρ λέγει, Νίκανδρος δὲ εἶαρ* (cf. Nicandr. p. 146). Difficultatem non amovet sed auget Etym. Gud. p. 210, 50: *εἶαρ, τὸ σημαῖνον τὸ αἷμα, ὡς παρὰ τῷ Κριναίῳ· αἷμα γὰρ λύχνος τὸ ἔλαιον τι ἔλεξεν.* Apparet autem, si Callimachi non plura verba fuerunt quam ista: *πολλάκι δ' ἐκ λύχνου πῖον ἔλειξαν ἔαρ*, nec scholiastae Nicandri nec Etymologorum orationem recte procedere. neque enim ita quod probaturos se promittunt probant, *ἔαρ* esse *αἷμα* (quod via et ratione probat Etym. Magn. p. 294, 48 alio apposito Callimachi loco, fragm. 247, ubi vide quae dicemus), sed *ἔαρ* esse *λίπος*. Itaque statuendum est, Callimachum in eodem loco oleum semel dixisse *αἷμα ἐλαίης*, semel *ἔαρ*, et Nicandri scholiastam quidem Callimachi alterum quoque locum apposuisse, ab Etymologo autem verbo indicatum esse, idem quod postea dixerit *ἔαρ* antea Callimachum dixisse *αἷμα*. ita demum apparet *αἷμα* et *ἔαρ* idem esse. Itaque Etym. Magn. et Gudian. ita corrigo: *ἔαρ ὃ σημαίνει τὸ αἷμα, ὡς παρὰ τῷ Κυρηναίῳ (αἷμα γὰρ εἶπε λύχνου τὸ ἔλαιον)· πῖον ἔλειξαν ἔαρ*, scholiastae autem Nicandrei verba sic refingo: *εἶαρ — τὸ αἷμα· καὶ Καλλίμαχος „ἐλαίης αἵματι δεῦον" εἰπὼν εἶπε· „πολλάκι δ' ἐκ λύχνου πῖον ἔλειξαν ἔαρ."* (certe *αἵματος* habet cod. Goetting.). nam quod Casaubonus ad Sueton. Octav. 76 putabat, scholiastam Nicandri dixisse *καὶ Καλλίμαχος ἐλαίας αἷμα τὸ ἔλαιον εἶπε· πολλάκι δ' ἐκ λ. κ. τ. λ.*, scholiastam loquentem facit (*αἷμα ἐλαίας*) quod nisi poetae concedi nequit, ut ausus est dicere Nicandr. Alex. 87: *ὀρχάδος εἶαρ ἐλαίης*. Atque alterum hic latere Callimachi fragmentum (quod nobis est 527) perspexit etiam Hecker. Com. Call. p. 10, quem in eo tamen errasse puto, quod et pessimam hanc finxit versus particulam *τὸ αἷμα τὸ δαῖον ἐλαίης* (quod vertit olivae sanguis qui flammam nutrit) et huic fragmento nihil cum altero versu commune esse affirmat. At quidni Callimachus iunctim dicere potuit:

*[πολλάκι μέν τε θρυαλλίδ'] ἐλαίης αἵματι δεῦον,*
*πολλάκι δ' ἐκ λύχνου πῖον ἔλειξαν ἔαρ*
*[οἱ μύες* * * * * * * * * * * *,

narrans saepe quidem quosdam ellychnium oleo irrigasse, sed saepe hoc ἔαρ e lucerna linxisse mures. nam mures intelligendos esse statuenti Sylburgio ad Etym. l. l., fidem habeo. Sed quo iure Schneidew. ap. Hecker. in Comm. crit. in Anthol. (II) p. 150 scribi iusserit *πολλάκι δὴ λύχνου* non video. Quum autem ex Plinii Nat. histor. VIII 104 constet, ex Gyara Cycladum insula incolas a muribus fugatos esse, videmur nobis invenisse qui ellychnium *ἐλαίης αἵματι δεῦον*, nimirum incolas Gyarae, cuius insulae mentionem Callimachus facere potuit, ubi de Minois imperio maritimo sermo fuit, i. e. in Aet. IV, 3. Et ad Aetia etiam Bergk. An. lyr. I n. 95 = II n. 103 fragmentum revocare videtur. nihil decernit Valcken. Eleg. Call. p. 295.

## 202.

*Ῥήγιον ἄστυ λιπὼν Ἰοκάστεω Αἰολίδαο.*

„Tzetz. ad Lycophr. 45: *τὸ δὲ Ῥήγιον Ἰόκαστος ἔκτισεν ὁ Αἰόλου, ὥς φησι Καλλίμαχος· Ῥήγιον ἄστυ λιπὼν Ἰοκάστου Αἰολίδαο.* id. ad v. 739: *τούτου δὲ τοῦ Αἰόλου υἱὸς ἦν Ἰόκαστος, ὃς τὸ Ῥήγιον ἔκτισεν, ὥς φησι Καλλίμαχος· Ῥήγιον κ. τ. λ.* Dionys. Perieg. paraphrastes nuper Oxonii editus [p. 353, lin. 1 Bernh.]: *Ἰόκαστος Ῥήγιον ἔκτισεν τὴν πρώην Ἐρυθρὰν καλουμένην, ὡς Καλλίμαχος· Ῥήγιον κ. τ. λ.*" Bentl. Adde schol. Hom. Od. X 2: *τούτου τοῦ Αἰόλου υἱὸς Ἰόκαστος, ὃς τὸ Ῥήγιον ἔκτισεν, ὥς φησι Καλλίμαχος· Ῥήγιον κ. τ. λ.*, et schol. Dionys. 476: *φασὶ δὲ Ἰοκάστῳ τῷ Αἰόλου παιδὶ χαριζόμενον Ποσειδῶνα Σικελίαν διατεμεῖν τῷ σιδήρῳ, πρότερον χερσόνησον οὖσαν, ὅπως ἔχῃ ταύτην πρὸς οἴκησιν. ὡς καὶ Καλλίμαχός φησι· Ῥήγιον κ. τ. λ.* Quaeri autem potest, num scholiasta Dionysii Callimachum eorum quoque testem citare voluerit, quae de Sicilia ab Italia ferro divulsa narrantur, id quod per se quidem incredibile non est, quoniam eadem res Rhegio nomen dedit (cf. etiam Eustath. ad Dionys. p. 190, 31), quod *αἴτιον* aliquod Callimacho esse potuit. Sed si hoc quoque poeta memoravit, obiter eum hoc fecisse crediderim nec de industria in rem inquisivisse. Rhegium enim eum attigisse puto in descriptione navigationis Argonautarum, Aet. II, 4. Aliter Rauch. p. 79 et n. 188, qui recte *Ἰοκάστεω*

(de qua declinandi ratione cf. Meinek. Anal. Alex. p. 210) scripsit cum Nauck. in Philol. vol. V p. 690 et cum Bergk. An. lyr. I n. 94 = II n. 102. codices enim omnes foedissimo illo hiatu (*Ἰοκάστου*) versum deformant. *Ἰοκάστεον* malebat Bernhardy ad Dionys. p. 1002. — Schneidewino ad Heraclid. p. 92, qui et ipse ad Aetia fragmentum pertinere censebat, *λιπών* dici videbatur Hercules quo tempore boves Geryonis abigens in Siciliam traiecit.

## 203.

*Αἱ δὲ βοηκρήνοιο παρ' ἄγκυλον ἴχνος Ἀραίθου.*

„Tzetz. ad Lycophr. 409: *Ἄραιθος ποταμὸς Ἠπείρου, οὗ καὶ Καλλίμαχος μέμνηται λέγων οὑτωσί· αἱ δὲ βουκρήμνοιο παραγγύλον ἴχνος Ἀραίθου.* Corrige *βοοκράνοιο παρ' ἄγκυλον.* Omnes fere fluvii capite taurino fingebantur, ut vel pueris notum. Sophocles Trachiniis de Acheloo (v. 13); *ἄλλοτ' ἀνδρείῳ τύπῳ βούκρανος, ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος κρουνοὶ διερραίνοντο κρηναίου ποτοῦ.*" Bentl. Cum Pottero ad Lycophr. *βαθυκρήμνοιο* Bergk. in Anth. lyr. I n. 48 edidit, sed in altera editione n. 51 (Praef. p. XIII) ad Bentleianum *βοοκράνοιο* rediit, quod L. Dindorf. in Thes. Paris. II p. 356 C potius *βοηκρήνοιο* ob codicum scripturam (*βόημοι κρήμνης* vel *βόημοι κρήμνοις*) scribendum censebat, cui non dubitavi obsequi. tametsi enim Hom. Il. VIII 84 *κρανίῳ ἐμπεφύασι* habet, non *κρηνίῳ*, et quae voces *βοηλασίη*, *βοηγενής* (Meleagr. in Anth. Pal. IX 363, 13), *βοηνόμος* (Theocrit. XX 41) extudit metri necessitas non satis excusat *βοήκρηνος*, quum *βοοτρόφος* (Dionys. Perieg. 558) quoque dictum sit, tamen *βοήκρηνος* eius modi est, ut Callimacho non indignum videatur. *Ἄραιθος* quoque singularis nominis forma est (cf. Kramer. ad Strab. vol. II p. 64 et Jahn. Annal. 1854 p. 546), firmata tamen Lycophr. v. 409. Ceterum *αἱ δέ* videntur *πόλεις* esse estque hoc fragmentum fortasse sumptum ex Aet. II 5.

## 204.

*Ῥάμφει καμψώδει τόργος ἔκοψε νέκυν.*

„Tzetz. ad Lycophr. 598: *ῥάμφος καλεῖται τὸ ἐπικαμπὲς χεῖλος τῶν ὀρνίθων, ὡς καὶ Καλλίμαχος· ῥάμφει*

*καθνώδει τόρνος ἔκοψε νέκυν.* Ita codex mstus Oxonii. nam in vulgatis libris haec non reperies. Pro *τόρνος* lege sine dubitatione *τόργος*, vultur. Hesychius (IV p. 166): *τόργος· γυπὸς εἶδος αἱματορρόφου. Καθνώδει* est vox nihili, neque difficile erit veram lectionem reperire. sed in praesentia nihil succurrit." Bentl., qui sine dubio recte intellexit requiri aliquod vocabulum quod aduncum significet. nam Tzetzes demonstraturus *ῥάμφει* aliquid esse *ἐπικαμπές*, Callimachum nominare non poterat, nisi in eius poetae verbis tale vocabulum fuisset. Ad hoc non attendit Ruhnkenius qui in Epist. crit. II p. 185 affirmabat veram lectionem esse *ῥάμφει ἀκανθώδει*, quod quid praeter spinosum vel spinae similem significare possit non video. nec magis probanda Bergkii ratio est qui in Anth. lyr. II Praef. p. XIV *κυθνώλη — νέκυν* coniecit coll. Zenob. Paroem. IV 83 (*Κυθνώλεις συμφοραί· τοῦτο εἰς παροιμίαν ἦλθε διὰ τὰ Κυθνίοις συμβάντα. φησὶ γὰρ Ἀριστοτέλης, οὕτως κακῶς αὐτοὺς διατεθῆναι ὑπὸ Ἀμφιτρύωνος, ὥστε τὰς μεγάλας συμφορὰς Κυθνώλεις καλεῖσθαι*) et Hesych. II p. 548 (*κυθνώλης· ἐξώλης· ἔνιοι δὲ πεποιῆσθαι τὴν λέξιν φασὶν ἀπὸ Κύθνου τῆς νήσου· ἀπολέσθαι γὰρ αὐτὴν ὑπὸ Ἀμφιτρύωνος*), quam coniecturam etiam Mauritius Schmidt. ad Hesych. IV p. 166 protulit, etsi is in Verisim. p. 32 etiam *κυθώδη* (Hesych. II p. 549 *κυθώδεος· δυσόσμου*) vel *λυθρώδη* legi posse putat. nec Muellerus ad schol. Lycophr. p. 691 in codicis Cizensis lectione *κυκνώδους* leviter mutata acquiescere et de aliquo Schwanenadler cogitare debebat. His autem omnibus coniecturis ob eam quam dixi causam praestat ab Hemsterhusio inventum, a Bergk. An. lyr. I n. 55 = II n. 58 receptum *ῥάμφει κανθώδει*, quod ille vertit incurvo vel adunco, de *κανθός* adire iubens Casaubonum ad Pers. Sat. V p. 71, ubi *κανθοί* demonstratur esse *ἐπίσσωτρα*. itaque Hemsterhusius putavisse videtur *ῥάμφος*, utpote *ἐπισσώτροις* simile, *κανθῶδες* dici potuisse. quod si verum esset, fortasse ne inverti quidem duas illas literas opus fuisset, ut iam omni mutatione esset abstinendum. nam pro *κανθός* dici potuit *καθνός* eodem modo quo *καχλαίνω* et *καλχαίνω* similiaque multa dicebantur, de quo metathesis genere vide Lobeck. Elem. Path. I p. 506. At mihi parum probabilis haec rostri cum *ἐπισσώτροις* comparatio videtur, ex qua *κανθώδης* vel

*καθνώδης* esse aduncus vix demonstrari queat. nec *κανθοί* Callimacho aliud quid significant atque oculos (cf. fragm. 150). Nisi igitur ex schol. Nicandr. Ther. 673 (*κανθὸν εἶπε τὸ κάτω τῆς ῥινὸς μέρος, ἤγουν τὸ ῥάμφος· καὶ τοῦ κανθοῦ τὸ μὲν πρὸς τὴν ῥῖνα μέρος ῥαντὴρ λέγεται, ὅτι ῥαίνεται τοῖς δάκρυσι, τὸ δὲ ἕτερον παρώτιον*) alicui contigerit ut melius quid extricet, quod mihi nego contigisse, aliunde videtur emendatio petenda esse. Atque Hesychii habemus glossam II p. 404: *καμψόν· καμπύλον*, quod significatione sua apprime rostro convenit, et forma quoque sua a *καθνώδει* minus etiam recedet, si pro *καμψός* fuisse *καμψώδης* quoque dictum concesseris, ut *γλισχρός* et *γλισχρώδης*, *νωθρός* et *νωθρώδης*, alia similia vix ullo discrimine dicuntur. cf. Lobeck. Elem. Path. I p. 459. Non dubitavimus igitur scribere *ῥάμφει καμψώδει*, ac vellem qua hoc fiducia affirmo eadem dicere possem, quo in loco Callimachus haec dixisset. nunc enim admodum incerta coniectura est, fragmentum pertinere ad Aet. III 3. Valckenarii autem suspicio, de Eleg. Call. p. 284, ad Ibin referendum esse, ex Ovid. Ib. 171 parum praesidii habet.

## 205.

*Καὶ κρῖμνον κυκεῶνος ἀποστάζοντος ἔραζε.*

„Tzetz. ad Lycophr. 607: *κρίμνον εἶδος κριθῆς· νῦν δὲ τὸ ἀπόστομα* (lege *ἀπόσταγμα*) *τοῦ κυκεῶνος λέγει ὡς καὶ Καλλίμαχος· καὶ κρίμνον κ. τ. λ.*“ Bentl. Addit Naek. de Hecal. p. 143 Etym. Magn. p. 538, 16: *κρῖμνον γένος κριθῆς· σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἀπόσταγμα τοῦ κυκεῶνος*, et docte explicatum fragmentum ad Hecalen revocavit (cf. Hecal. cap. V). quem sequutus sum, nisi quod *κρῖμνον* scripsi cum Etym. Magno et Lobeck. Paralip. p. 115 n. 42 extr.

## 206.

*Τόφρα δ' ἀνίσχουσα βλοσυρὸν λόφον ἔγρετο Τιτώ.*

„Tzetz. ad Lycophr. 941: *Τιτὼ λέγεται ἡ ἡμέρα διὰ τὸ ἀρχαιότερον ὥς φησι καὶ Καλλίμαχος· τόφρα δ' ἀνίσχουσι βοσσὸς λόφον ἑ. τ.* Codex Mstus *ἀνίσχουσα βοσσόν*. Collem illum *Βοσσόν* equidem nescio. an legendum *μέσσον*, medium? qui versant codices graecos manu scriptos, sciunt

*μ* et *β* non nisi minuto apice inter se differre. An *Βοσσὸς λόφος* idem qui *Φηγίου πάγος* apud Lycophronem (16), *ἠὼς μὲν αἰπὺν ἄρτι Φηγίου πάγον κραιπνοῖς ὑπερποτᾶτο Πηγάσου πτεροῖς, Τιθωνὸν ἐν κοίτῃσι τῆς Κέρνης πέλας λιποῦσα* —?" Bentl. *Ἀνίσχουσα — λόφον* non posse esse ascendere clivum, ut Bentleius statuit, docuit Ruhnk. ad h. l., qui, quando accusativus ei verbo addatur, id non esse oriri, sed in altum tollere monet recteque statuit *λόφον* esse cervicem, in corrupta autem voce *βοσσόν* latere epithetum quod nitidum, radians, splendens significet. id Dindorf. in Thesaur. Paris. I 2 p. 816 B tacite posuit *ῥόδεον*, Toupius autem, Emend. in Suid. II p. 253, putabat esse *βλοσυρόν*, probante Naekio de Hecal. p. 235, qui Nonni Dion. II 531 et Manethonis II 6 exemplis sententiam grammaticorum firmat, *βλοσυρός* etiam *λαμπρός* valere. Atque Naekio in eo quoque assentior, quod ad Hecalen fragmentum revocandum censuit (cf. Hecal. cap. VI). idem de nomine *Τιτώ* videndus p. 237, ubi adde Lobeck. Rhemat. p. 317. *Τόφρα* autem relativum esse puto.

## 207.

*Τὴν μὲν ὅ γ' ἐσπέρμηνεν Ἐρινύι Τιλφωσαίῃ.*

„Tzetz. ad Lycophr. 1225: *Δημήτηρ Ἐριννὺς τιμᾶται, ὡς καὶ Καλλίμαχος· τὴν μὲν ὅ γ' ἐσπέρμηνεν Ἐριννύι Τιλφωσσαίῃ.* Ubi pro *Τιλφωσσαίῃ* reponendum *Τελφουσσαίῃ*. Tilphossa enim in Boeotia est, sed hic urbs quaedam Arcadiae memoratur, ut ipse Tzetzes testatur. ea autem dicta est *Τέλφουσσα*. vide Stephanum (p. 613, 10). De Cerere Erinnye multa Pausanias in Arcadicis (VIII 25), apud quem *Θέλπουσα* urbs vocatur, quae Callimacho et aliis *Τέλφουσσα*, et ibi gentile *Θελπουσαῖος*, quod hic *Τελφουσσαῖος*. Quam procreavit ille, is est Neptunus. filiae vero nomen erat *ἐν τοῖς ἀπορρήτοις*. Pausanias ibidem (VIII 25, 5): *τὴν δὲ Δημητέρα τεκεῖν φασιν ἐκ τοῦ Ποσειδῶνος θυγατέρα, ἧς τὸ ὄνομα εἰς ἀτελέστους λέγειν οὐ νομίζουσιν.*" Bentl., quem fugit a Tzetze eundem locum respici ad v. 152, ubi tamen optimi codices (etiam Vaticanus ap. Bachmann. schol. vetust. in Lycophr. Rostock. 1848 p. 4) nihil habent nisi hoc: *Ἐριννύι Τιλφωσαίῃ*, quorum verborum ultimum non cum Bentleio

mutandum, sed servandum esse monuit Mein. ad Stephan. Byz. p. 613 et ad Callim. p. 201. De Cerere Telphusia vel Tilphossia vide Müller. ad Aeschyl. Eumen. p. 168 seqq. Verbum *σπερμαίνειν*, quod ex Hesiod. Op. 736 Callimachus habere videtur, ex nostro poeta aliquoties sumpserunt Nonnus et Gregorius Nazianz. cf. Naek. Opusc. I p. 244 extr. Praeter illam autem filiam Neptunus ex Cerere Tilphosaea eodem concubitu genuit Arionem equum, quo vectus in proelium postea Hercules Elin cepit, tum donavit Adrastum (cf. Pausan. l. l. et schol. Hom. Jl. XXIII 346). itaque fragmentum vel in Aetiorum Elegia, quae de institutis ludis Olympiis fuit, locum habebat, quod Rauch. p. 57 statuit, vel, quod magis credo, in Aet. I, 9, ubi Callimachus de servato huius equi opera Adrasto narravisse videtur. Apud Bergkium est in Anth. lyr. I n. 93 = II n. 101.

[208.]

[*Τευκρῶν ἡνίκα νῆες Ἀχαιίδες ἄστεα κήδειν.*]

[„Tzetzes ad Lycophr. 1302: *Τεῦκρος, ἀφ' οὗ καὶ Τεῦκροι οἱ ἥρεως* (lege *Τρῶες*), *ὡς καὶ Καλλίμαχος· Τεύκρων κ. τ. λ.* Fortasse legendum *κήδευν*, vexabant. nam et *κηδέω* ea significatione dicitur, si fides Hesychio (II p. 473 s. *κήδεεν*). an legendum *κῆαν*? an *δῄουν*?“ Bentl., quem frustra verba tentasse, quum versus sit ex superstite hymn. in Dian. 231, ad hunc locum monuit Ruhnkenius.]

209.

*Φωκαέων μέχρις κε μένῃ μέγας εἰν ἁλὶ μύδρος.*

„Schol. Sophocl. Antig. 264: *μύδρους αἴροντες ἐπαρῶνται μένειν τὰ ὅρκια, ἕως αὐτοὶ φανῶσι, καὶ ῥίπτουσιν αὐτοὺς εἰς θάλασσαν, ὅπως οὖν αἰώνια τὰ ὅρκια ὑπάρχῃ· ὡς καὶ Καλλίμαχος· Φωκείων κ. τ. λ.*“ Bentl. Ex scholiasta suffuratus est sua Natalis Com. p. 666. Callimachi autem menti haec dicentis obversabatur historia ab Herodot. I 165 narrata: *Φωκαιέες — μύδρον σιδήρεον κατεπόντωσαν καὶ ὤμοσαν μὴ πρὶν ἐς Φώκαιαν ἥξειν, πρὶν ἢ τὸν μύδρον τοῦτον ἀναπεφηνέναι*, ubi cf. interpretes. Hinc autem patet Valcken. ad Herodot. l. l. recte coniecisse, in Callimachi loco *Φωκαέων* (cf. Steph. Byz. p. 675, 22) corrigendum esse, quod iure

(cf. ad hym. in Dian. 205, p. 239) probaverunt Dindorf. Thes. Paris. vol. VIII p. 1184 B et Bergk. An. lyr. II n. 97, quorum hic in priore editione n. 97 scripsit *Φωκαίων*. Hecker. autem Com. Call. p. 60 *Φωκαιέων* praetulit, id ut *τρισυλλάβως* pronuntietur. Ceterum Valcken. ad Herod. l. l. ex Ibide petitum fragmentum putabat probante fere Hecker. Com. Call. p. 60, Linck. autem de Callim. vit. et script. p. 32 ex epigrammate aliquo in Apollonium composito. sed potuit etiam alibi locum habere, velut in Aet. III, 1, ubi Acontius iuraverit, suum in Cydippen amorem duraturum esse, quamdiu in mari iaceat *μύδρος*, i. e. in perpetuum.

210.

*Αὐτίκα τὸν τᾶλιν παιδὶ σὺν ἀμφιθαλεῖ.*

„Suid. II 2 p. 1025: *τᾶλις τάλιδος λέγεται παρὰ Αἰολεῦσιν ἡ ὀνομασθεῖσά τινι νύμφη. Καλλίμαχος· αὐτίκα τὴν τᾶλιν κ. τ. λ. καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἀντιγόνῃ* (629)· *μελλογάμου νύμφης τάλιδος ἥκει.* Eadem habet scholiasta ad hunc Sophoclis locum.“ Bentl. Repetii haec ut dederat Bentleius. sed nunc scimus, Suidae demum editorem Mediolanensem haec verba cum fragmento Callimachi invitis codicibus omnibus in Suidae lexicon ex scholiastà Sophoclis intulisse, unde iure ea in notarum latibula detrusit Bernhardy. Ipsum fragmentum post Buttmann. Mythol. II p. 127 ad Cydippen (Aet. III, 1) revocarunt Dilthey p. 96 et Rauch. n. 76. apud Bergk. est An. lyr. I n. 92 = II n. 100. De *ἀμφιθαλεῖ παιδί* praeter schol. Hom. Jl. XXII 496 et Ruhnken. ad Timae. p. 28, quos Blomf. laudat, vide Lobeck. Aglaoph. p. 648.

211.

*Θηρὸς ἀερτάζων δέρμα κατωμάδιον.*

„Schol. Apollon. Rhod. I 1243: *κυρίως οἱ ποιηταὶ τὸν λέοντά φασι θῆρα, ὡς καὶ Καλλίμαχος· θηρὸς κ. τ. λ.*“ Bentl. De Hercule intelligendum esse patet qui interfecti leonis Nemeaei exuvias postea humeris gestare solebat. vid. Aet. I, 9 coll. Rauch. n. 84, Bergk. An. lyr. I n. 57 = II n. 60. De *ἀερτάζειν* cf. Apollon. Rhod. I 738 *ἐπωμαδὸν ἠέρταξεν*, de *κατωμάδιον*, cf. quae hym. in Cer. p. 377 diximus.

212.

*Καὶ τὰ μὲν ὥς ἤμελλε μετὰ χρόνον ἐκτελέεσθαι.*

„Est versus Apollon. Rhod. I 1309, ubi scholiastes: Καλλιμάχου ὁ στίχος.“ Bentl. Cf. Gerhard. lect. Apollon. p. 8. et Callimachi esse versum, quem totum in suum opus Apollonius receperit, etiam Nonni docet imitatio, Dionys. XX 142: *καὶ τὰ μὲν ὥς ἤμελλε μετὰ χρόνον ὄψε τελέσσαι Βάκχος*, et V 211 (XXI 160): *καὶ τὰ μὲν ὥς ἤμελλε γέρων χρόνος ὄψε τελέσσαι.* Quamquam autem ubi illud Callimachus dixerit plures loci excogitari possunt, velut in Hecale, de qua cogitabat Naek. p. 63, ego tamen aptiorem nego inveniri posse quam in Aet. I 9, de quo mihi assensus est Rauch. n. 91.

213.

*Ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης Ἴμβρασε Παρθενίου.*

„Schol. Apoll. Rhod. II 867: *Ἴμβρασος ποταμὸς ἐν Σάμῳ ὁ πρότερον Παρθένιος καλούμενος, ὡς καὶ Καλλίμαχος· ἀντὶ γὰρ κ. τ. λ.* Idem ad I 187: *Ἴμβρασος ποταμὸς Σάμου, ὃς μετεκλήθη Παρθένιος διὰ τὸ ἐκεῖ παρθένον οὖσαν τετράφθαι Ἥραν. καὶ Καλλίμαχος μέμνηται.*“ Bentl. Adde schol. Pind. Ol. VI 149: *Ἥρα ἐν Εὐβοίᾳ Παρθένος ἐκαλεῖτο, καὶ ποταμὸς Παρθένιος, ὃς Ἴμβρασος ἐκλήθη. Καλλίμαχος· ἀντὶ γὰρ κ. τ. λ.* Parthenius cur Imbrasus vocatus sit alii alias causas protulerunt (cf. Stephan. Byz. p. 503, 22). mihi non dubium est quin factum sit ob Heram in Samo insula vel natam vel educatam, et fragmentum ad Aet. II, 9 revoco, quod etiam Rauch. p. 24 n. 29 statuere video. Apud Bergkium est in Anth. lyr. I n. 91 = II n. 99. De grammatica ratione quae in *Ἴμβρασε ἐκλήθης* perspicitur cf. Bernhardy Synt. p. 465 (coll. tamen Lobeck. ad Aiac. 694) et Herzberg. ad Propert. II 15, 2.

214.

*Ἄκαιναν,*
*ἀμφότερον, κέντρον τε βοῶν καὶ μέτρον ἀρούρης.*

„Schol. Apollon. Rhod. III 1323: *ἄκαινα δέ ἐστι μέτρον δεκάπουν Θεσσαλῶν εὕρεμα· ἢ ῥάβδος ποιμενικὴ παρὰ Πελασγοῖς ηὑρημένη. περὶ ἧς Καλλίμαχός φησιν· ἀμφό-*

τερον κ. τ. λ." Bentl. Verissime Meinekius ad Callim. p. 224 monuit apud Callimachum proxime praecessisse fragmento vocem ἄκαινα, quod quem fugit Hecker. Com. Call. p. 89 inter fragm. 125 et 181 hoc nostrum posuit et ad Hecalae habitus descriptionem rettulit. Atque ad Hecalem et ipsi putamus fragmentum retrahendum esse, sed longe aptiorem ibi locum invenisse verba arbitramur in descriptione tauri Marathonii Athenas acti. cf. Hecal. cap. VIII. Ceterum in scholiastae verbis ne Callimachus ἄκαιναν solam indicasse videretur ῥάβδον ποιμενικήν, post ηὑρημένη tacite punctum posuimus pro commate, quod est apud Keilium.

215.

*Ῥιπαίου πέμπουσιν ἀπ' οὔρεος, ἧχι μάλιστα.*

„Schol. Apollon. Rhod. IV 284: Ἴστρον φησὶν ἐκ τῶν Ὑπερβορέων καταφέρεσθαι καὶ τῶν Ῥιπαίων ὀρῶν. — Ῥιπαῖα δὲ ὄρη ἐν ταῖς ἀντολαῖς, ὡς Καλλίμαχος· Ῥιπαίου κ. τ. λ." Bentl. Mirus error est Meinekii ad Callim. p. 210 scholiastam Apollonii dicentis hallucinatum esse quum in oriente esse Rhipaeos montes affirmaverit. tota enim scholiastae oratio aperte docet non monere eum voluisse Rhipaeos montes esse ἐν ταῖς ἀντολαῖς τοῦ ἡλίου, sed dixisse ἐν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Ἴστρου esse, ut ἀντολάς vel ἀνατολάς fluminum etiam alii dicunt. cf. Dindorf. Thes. Paris. Vol. I 2 p. 592 C. Itaque etiam Callimachi fragmentum de Istro flumine intelligi debebat, non de Hyperboreorum sacris Delum missis, quae Meinekius a Callimacho hoc loco indicata putabat p. 209. qui vero quid de Rhipaeis montibus miserint nescire se fatetur Welcker. Goetterl. II p. 358 n. 63. ego non dubito quin Ἴστρου κρῆναι Ῥιπαίου ἀπ' οὔρεος miserint locusque pertineat ad Aet. II, 2. Aliter Rauch. p. 49 et n. 104, qui recte tamen cum Heckero Com. Call. p. 143 et Welcker. l. l. fragmenta 215 et 188 coniunxit, melius ille quam Meinekius. cf. ad fr. 188.

216.

*Σὺν δ' ἄμυδις φορυτόν τε καὶ ἴπνια λύματ' ἄειρεν.*

„Schol. Aristoph. Vesp. 836: ἴπνια τὰ ἀποκαθάρματα τοῦ ἰπνοῦ —. Καλλίμαχος δὲ τὴν κόπρον τῶν ζῴων, σὺν

δ' ἄμυδις κ. τ. λ. Eadem prorsus habet Suid. I 2 p. 1056. Haec accipio de Hercule Augiae stabulum purgante fluvio immisso." Bentl. Ex Suidae loco interpolatus est Zonar. p. 1118. Totum versum, sed sine Callimachi nomine habent etiam scholiasta Aristoph. Acharn. 927, indeque iterum Suid. II 2 p. 1531, ἀείρας scribentes. solum καὶ ἴπνια λύματ' ἄειρεν Callimacho non nominato afferunt etiam Suid. I 1 p. 126 et Zonar. p. 54, quorum ille male habet ἵππια λύματα, iure correctum a Toupio Emend. in Suid. I p. 268. Recte autem Bentleium de Hercule haec intellexisse puto, unde ad institutos ludos Olympicos referendum fragmentum censui cum Rauch. p. 59. n. 125. cf. Aet. I 8. Et de Hercule certe etiam Bergkius An. lyr. I n. 59 = II n. 62 cogitare videtur, si quid ex ordine quo fragmentum posuit colligi licet. At vero de Hecale focum purgante intelligenda Callimachi verba censebat Meinekius ad Callim. p. 146, quum nemo unquam ἰπνός vel ἴπνια pro κοπρών dixisse videatur, ut scholiastae Aristophanis dicenti ἴπνια — Καλλίμαχος τὴν κόπρον τῶν ζώων fides non habenda sit. qua in re vereor ne paululum erraverit vir egregius. nam quum Callimachus σὺν δ' ἄμυδις dicat, putandus est etiam aliud quid memorasse, quocum simul φορυτός et ἴπνια auferrentur. id autem cur negemus boum fimum sive sterquilinum fuisse, in quod quum etiam φορυτόν et ἴπνια abici solita fuisse credibile sit, non est sane mirandum et scholiastam Aristophanis de ζώων κόπρῳ loquutum esse, et ipsum Aristophanem in Cocali fragm. 9 (apud Hesych. II p. 364 et Polluc. V 91, quibus adde schol. ad Diogen. Epist. in Notices et Extrait. Tom. X p. 242) sterquilinum dixisse ἴπνον. Ceterum ἀείρειν teneo cum maiore testium numero nec probo ἀείρας. nisi forte hoc docet, ἀείρειν et ἀείρας utrumque corruptum esse ex ἀεῖραι, ut infinitivus pendeat ex aliquo imperandi verbo, cuius subiectum fuerit Augias.

## 217.

*Κυπρόθε Σιδόνιός με κατήγαγεν ἐνθάδε γαῦλος.*

„Schol. Aristoph. Av. 598: *γαῦλος Φοινικικὸν σκάφος, καὶ νῦν προπερισπωμένως, ἐπὶ δὲ τοῦ ἀγγείου ὀξυτόνως. Καλλίμαχος· Κυπρόθε κ. τ. λ.*" Bentl. De accentus vi-

cissitudine cf. Lentz. ad Herodian. I p. 156. Quem autem haec loquentem Callimachus fecerit non facile aliquis dicat. Valcken. in Eleg. Call. p. 296 ex elegiis sumptum fragmentum putabat, Rauch. p. 80 ex Aetiis, sed neuter iudicii sui causas afferre potuit. Etsi autem de Cadmo Sidonio cogitari a quopiam possit, cuius sane in Aetiis mentionem Callimachus fecit, non invenio tamen ubi haec et qua ratione Cadmus dixerit. Atque video etiam naufragi cuiusdam umbram ista loqui potuisse in epigrammate *ἐπιτυμβίῳ* quod ei Callimachus scripserit.

218.

*Οὐδ' ἔτι δὴν Φθίων εἶχεν ἀνακτορίην.*

„Ammon. de different. vocab. p. 143: *Φθῖοι καὶ Φθιῶται διαφέρουσι. Φθῖοι μὲν γὰρ οἱ ὑπὸ τῷ Πρωτεσιλάῳ —, Φθιῶται δὲ οἱ ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ —. ἠγνόησεν οὖν Καλλίμαχος εἰπών· οὐδέτι τὴν Φθίων εἶχεν ἀνακτορίην.* Callimacho id vitio vertit, quod *Φθῖοι* dixerit pro *Φθιῶται*, sed nostrum a culpa liberant Stephan. Byz. (p. 663 seq.: *Φθία — ὁ πολίτης Φθιώτης καὶ Φθιῶτις τὸ θηλυκόν, καὶ Φθιωτικὸς καὶ Φθῖος, ἀφ' οὗ Φθῖοι καὶ Φθῖες*) et alii.“ Bentl. Discrimen eodem modo exponunt schol. Hom. Jl. XIII 686, Choerobosc. Orthogr. p. 271, 28, Etym. Magn. p. 793, 10, sed nihil interesse etiam Herodian. I p. 402, 18 statuisse videtur. Dixi autem iam olim pro *τήν* esse *δήν* legendum, quod probavi Bergkio Anth. lyr. I n. 63 (qui in altera editione n. 66 *ἐπὶ δὴν* edidit), et de Peleo versum interpretatus sum, in quo mihi assensus est Rauch. n. 44, aliam tamen is Aetiorum elegiam excogitans, non Aet. I 14, ut ego feceram.

219.

*Τεθναίην, ὅτ' ἐκεῖνον ἀποπνεύσαντα πυθοίμην.*

„Schol. Aeschyl. Choeph. 438: *ἔπειτ' ἐγὼ νοσφίσας ὀλοίμαν. ἐκ τούτου εἴρηται τὸ Καλλιμάχου· τεθναίην κ. τ. λ.*“ Bentl. Aeschyli comparato loco (Choeph. 433 Herm.) patet Callimachum hic aliquem induxisse loquentem, libenter se ipsum mori velle, dummodo alium aliquem qui perniciosus esset audivisset mortuum. At parum huc attendit Rauch. p. 55 et n. 121, qui Aegeum hic loquentem audire sibi visus est curis excruciatum ob Theseum filium in Cretam

insulam missum. Quanto melius Hecker. Com. Call. p. 120, qui post Eldik. Susp. spec. IV p. 23 Hecalen haec dicere putabat. nihil enim aptius Hecalae de Theseo contra Marathonium taurum profecto sollicitae quam dicere: velim mori, quum taurum illum audiverim Thesei manu interfectum. Nam cur *ἐκεῖνον* esse taurum Marathonium parum probabile visum sit Naekio de Hec. p. 249 non intelligo. Alio referre videtur Unger. de Sinid. p. 95 not., sed ego obtineo in Hecal. cap. VII locum verba habuisse.

220.

*Χὴ Παλλάς, Δελφοί μιν ὅθ' ἱδρύοντο Προναίην.*

„Schol. Aeschyl. Eum. 21: *Παλλὰς Προναία· χὴ Παλλάς, Δελφοί νιν κ. τ. λ.*" Bentl. Pro *νιν* scripsi *μιν*, cf. ad Hym. in Jov. 4, *νυν* citat Dindorf. in Thes. Par. VI p. 1784 A. sed *ἱδρύσαντο* cur Bergk. An. lyr. I n. 89 = II n. 92 pro *ἱδρύοντο* ediderit, causam ipse non addidit, quam certe aliam suspicor fuisse atque hanc, quod in *ἱδρύοντο* contra vulgarem quidem usum *υ* productum legimus. nam idem videmus factum in Eurip. Heracl. 786: *νικῶμεν ἐχθροὺς καὶ τροπαῖ' ἱδρύεται.* atque etiam in *ἐρητύω* vel Homerum *υ* modo corripuisse, modo produxisse constat (Od. IX 493 *μειλιχίοις ἐπέεσσιν ἐρήτυον ἄλλοθεν ἄλλος* coll. ibid III 155: *ἡμίσεες δ' ἄρα λαοὶ ἐρητύοντο μένοντες*) idemque in aliis eius modi verbis alios fecisse, de qua re docte disputat Spitzner. Prosod. graec. p. 66. Postremo Meinek. ad Callim. p. 145 monuit *ὅθ'* non esse pro *ὅθι*, sed pro *ὅτε*, quod verum puto, si quidem hoc voluit poeta, praeter Apollinem sacra accepisse occasione aliqua etiam Palladem, hanc quoniam Delphi collocabant *Προναίην*, i. e. statuam Minervae ante Apollinis templum (cf. grammat. in Bekkeri Anecd. p. 299, 5: *Προναίη Ἀθηνᾶ ἀγάλματος ὄνομα ἐν Δελφοῖς πρὸ τοῦ ναοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱδρύμενον*, coll. ibid. p. 293, 26, Harpocrat. p. 158, 22, Suid. II 2 p. 452, Phot. lex. II p. 109 Nab., Etym. Magn. p. 700, 1). Et Delphi quidem ipsi *Προναίαν* hanc deam appellabant (de cuius nominis ratione cf. Lobeck. Elem. Path. II p. 35), ut patet ex inscriptionibus Delphicis ap. Curtium in Anecd. Delph. n. 43 et 45 (add. eundem in Mus. Rhenan. 1843 p. 116), alibi enim *Πρόνοια* audiebat.

cf. Bursian. Geograph. Graec. I p. 171 n. 2 coll. Welcker. Goetterlehre II p. 306 et Dindorf. in Thes. Paris. vol. VI p. 1783 D seq. Non incredibile autem Callimachum haec dixisse in Aet. IV, 1, ut statuit etiam Rauch. p. 50 n. 105.

221.

*Μέσφα Καλαυρείης ἦλθεν ἐς ἀντίδοσιν.*

„Schol. Aeschyl. Eum. 27: *τὴν Πυθῶ, τὴν πρώην Ποσειδῶνος, ὑπὲρ ἧς Καλαύρειαν ἐδέξατο. Καλλίμαχος μέσφα κ. τ. λ.* Vide proverbium *ἀντὶ Δήλου τὴν Καλαύρειαν.*" Bentl. Eundem Callimachi locum respiciunt Tzetz. in Lycophr. 617: *Ἀμοιβέα τὸν Ποσειδῶνα λέγει· οὕτω γὰρ ἐν Δελφοῖς τιμᾶται, ἐπεὶ ἠμείψαντο πρὸς ἀλλήλους ὁ μὲν Ποσειδῶν Καλαβρίαν* (leg. *Καλαυρίαν*, quae frequens est commutatio. cf. Bernhardy ad Dionys. II p. 656), *ὁ δὲ Ἀπόλλων Δελφούς, ὥς φησι Καλλίμαχος*, et Epimerism. Homer. in Cram. Anecd. Ox. I p. 370, 25: *Καλαύρια παρὰ μὲν Ἀπολλωνίῳ* (III 1243) *καὶ Καλλιμάχῳ διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται, παρὰ δὲ τῷ Διονυσίῳ* (Perieg. 498) *διὰ συνεσταλμένου τοῦ ι*, quae iisdem verbis repetita sunt in schol. Hom. Jl. codicis 2556 in Cram. Anecd. Par. III p. 137, 4, in Epimer. Hom. apud eundem Cramerum, Anecd. Par. III p. 351, 5, et schol. Tzetzae ad Jl. Hom. I 357 apud Matrang. p. 426, ubi item Callimachi mentio facta est, quae librariorum ut videtur incuria excidit in Choerobosci Orthograph. in Cram. Anec. Oxon. II p. 233 seq. eadem docentis. Egregie autem falsus est Ernestius, qui scholiastam Aeschyli pro Delphis Calauriam datam Neptuno affirmantem memoria lapsum putat. Ergo de hac re Ernestio sola nota erat memoria Strabonis VIII p. 373 seq. (unde sua hausit Eustath. ad Dionys. p. 196 Bernh.), qui sane Neptunum a Latone Calauriam pro Delo, ab Apolline autem pro Pytho Taenarum accepisse refert, unde etiam proverbium fluxisse videtur cuius Bentleius meminit, ego autem inter paroemiographos veteres testem non invenio, sed originem puto esse in verbis Eustathii ad Dionys. v. 498 v. 196 Bernh.: *λόγος παροιμιώδης ἐπὶ τῶν ἴσα ἀνθαιρουμένων καὶ ἀντικαταλλασσόντων ὡς αὐτοῖς βουλητόν· ἶσόν τοι Δῆλόν τε Καλαύριάν τε νέμεσθαι, Πυθώ τ' ἠγαθέην καὶ Ταίναρον ἠνεμόεντα.* At aliorum eam

quoque memoriam fuisse quam Callimachus hic attigit, Neptunum pro Delphis ab Apolline accepisse Calauriam, constat ex Pausan. X 5, 3, Tzetz. in Lycophr. 617, schol. Apollon. Rhod. III 1243. Callimachus igitur narraverit alios olim deos (cf. Aeschyl. l. l. et Pausan. l. l.) Delphicum oraculum habuisse, donec ad Apollinem venisset, ut ei remuneratio esset pro Calauria Neptuno data. Quae pertinent ad origines Delphorum et a poeta cum aliis puto exposita esse in elegia de institutis Pythiis (Aet. I, 2), etsi facile concedo eadem brevitate obiter memorari potuisse etiam in Aet. IV, 1, ut statuit Rauch. n. 101. infelix autem Heckeri coniectura videtur in Com. crit. de Anthol. graec. (I) p. 181, in Aetiorum prologo Callimachum fuse fabulam de Calauria cum Delphis ab Apolline commutata exposuisse. nihil, ut solet, decernit Bergk. Anth. lyr. I n. 90 = II n. 98.

222.

*Τεύχων ὡς ἑτέρῳ τις ἑῷ κακὸν ἤπατι τεύχει.*

„Eustath. ad Jl. p. 522, 15: *τὸ δὲ „οἷ τ' αὐτῷ“* (Jl. V 64) *ἀρχὴ γέγονε γνωμικοῦ, πρῶτα μὲν Ἡσιόδῳ, εἶτα καὶ Καλλιμάχῳ, τοῦ εἰπόντος, ὡς ὁ τεύχων ἑτέρῳ κακὸν ἑῷ ἤπατι τεύχει.* Unde verisimile est sic a Callimacho scriptum esse: *ὅς δ' ἑτέρῳ κακὰ τεύχει, ἑῷ κακὸν ἤπατι τεύχει,* nam Hesiodi est istud (Op. 265): *οἷ τ' αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων.*“ Bentl. Verissime quidem Hecker. Com. Call. p. 60 monuit, quae apud Eustathium tamquam Callimachi verba tractat Bentleius, non poetae nostri dici, quum grammaticus *εἰπόντος* dicens, non *εἰπόντι*, id ad *γνωμικοῦ* referri voluerit, ut in universum sententiam locorum Hesiodi et Callimachi indicare eum voluisse apertum sit. Nihilo tamen minus equidem putaverim, Eustathii quibus illud fecit verba magis ad Callimachi quam ad Hesiodi versus formam accedere. vix enim dubium mihi, quin quem sine auctoris nomine versum afferunt Aelian. Var. hist. VIII 9 et Suid. II 2 p. 5 hunc: *τεύχων ὡς ἑτέρῳ τις ἑῷ κακὸν ἤπατι τεύχει,* is ipse Callimachi locus sit quem in animo Eustathius habuerit, praesertim quum etiam Lucillo in Anthol. Pal. XI 183, 5 scribente *ὅς δ' ἄλλῳ κακὰ τεύχει, ἑῷ κακὸν ἤπατι τεύχει* (sine auctoris nomine citata a Plutarch. de ser. num. vind. IX)

non indigna sit Callimachi imitatio, cui imitationi etsi Bentleiana coniectura casu simillima est facta, tamen potius ab Aeliani et Suidae partibus standum fuisse patet. Potuit autem versus esse in Aet. II, 4, ubi de Phalaride et Perillo agebatur. quod Rauchium quoque n. 41 statuere memini. Valckenarii autem opinio, verba ὅς δ' ἑτέρῳ κακὰ τεύχει, ἑῷ κακὸν ἤπατι τεύχει cum fragm. 154 coniuncta in Ibide olim locum habuisse, vel levissimo fundamento caret.

223.

*Τοῦ με μεθυπλῆγος φροίμιον Ἀρχιλόχου.*

„Eustath. ad Jl. p. 629, 56: *βουπλὴξ — ὀξύνεται —. ἐν δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ εὕρηται καὶ ὀρθοπλὴξ ἵππος —. προφέρεται δὲ καὶ ἀκανθοπλὴξ καὶ νωτοπλὴξ καὶ οἰστροπλὴξ — καὶ μεθυπλήξ, ὡς Καλλίμαχος· τοῦ μεθυπλῆγος φροίμιον Ἀντιλόχου.* Si non libet inserere *τὸ τε*, sic versum constitues: *τοῦ μεθυπλῆγος | φροίμιον Ἀντιλόχου —.*" Bentl. *Ἀρχιλόχου* legendum esse primus coniecit Ruhnk. Epist. p. 117 Tittm., cuius ignari postea idem proposuerunt Meinek. Delect. epigr. p. 121 (coll. ad Call. p. 272 not.) et Hecker. Com. Call. p. 146, is simul docens frequentem esse nominum *Ἀντίλοχος* et *Ἀρχίλοχος* permutationem. Probarunt hoc Bergk. in An. lyr. I n. 123 = II n. 134 et Dilthey de Cydipp. p. 16, nisi quod hic alteram Bentlei coniecturam, in qua nihil iam mutari oporteat, praeferendam censet, sed non praeferebant nec Naek. de Hecal. p. 140 nec reliquorum quisquam. Etsi autem *τέ*, quod praeter Diltheyum omnes probarunt, facillime excidere poterat, tamen voci *μέ* etiam magis minabatur interitus, quam propter eam causam ego interposui ratus antecessisse *οὐδέ τι τέρπει* et recordatus *μέ* simili modo inter articulum et substantivum se insinuasse in Callim. Epigr. LVI 1. cf. ad Hym. in Cerer. p. 356 seq. *Φροίμιον* est carmen probrosum, ut in Aeschyl. Sept. 7, non dithyrambus, quem ad modum Hecker. l. l. voluit. Dixisse autem hoc in *Γραφείῳ* poeta videtur. Ceterum canonem quem propter vocis *μεθυπλήξ* accentum Eustathius profert, ex Herodian. (I p. 46, 31 coll. schol. A ad Jl. VI 135) habet una cum voce ista, quam notavi etiam ex Leonid. Tarent. in Anthol. Planud. p. 719 Jacobs. et ex Gregor. Nazianz. carm. iamb. p. 236.

224.

*Ἵππους καιετάεντος ἀπ' Εὐρώταο κομίσσαι.*

„Eustath. ad Hom. Od. p. 1478, 38: *κητώεσσαν δέ, ὡς μεγάλην, παρὰ τὸ κῆτος. τινὲς δὲ ὧν καὶ Ζηνόδοτος καιετάεσσαν γράφουσιν. ὅθεν παρὰ Καλλιμάχῳ τὸ ἵππους καιετάεντας ἀπ' Εὐρώταο κομίσσαι. — φασὶ δὲ λέγεσθαι καιετάεσσαν τὴν καλαμινθώδη.* Legendum *καιετάεντος* et *κομίσσαι.* Enimvero, cur equi dicantur *καιετάεντες* nihil comminisci poteris. at Eurotas *καιετάεις* eadem de causa, qua ipsa Lacedaemon *καιετάεσσα.* calamintha nascitur in locis humidis. vide Dioscoridem et alios. Nicander in Ther. (60): *ποταμοῖο πολυρραγέος κατὰ δίνας ὑδρηλὴν καλάμινθον ὀπάζεο.* —" Bentl. Eustathius ex veteribus in Homerum scholiis hausit, ubi ad Od. IV 1 nunc haec supersunt: *Ζηνόδοτος δὲ γράφει καιετάεσσαν ἀντὶ τοῦ καλαμινθώδη. δοκεῖ δὲ καὶ Καλλίμαχος ἐντετυχηκέναι τῇ γραφῇ δι' ὧν φησιν· ἵππους καιτάεντας* (sic) *ἀπ' Εὐρώταο κομίσαι* (sic), ubi certe Harleianus *κομίσσαι,* ut Bentleius coniecerat. Zenodotum autem potius *καιετόεντα,* et Callimachum *καιετόεντος* scripsisse putat Lobeck. Elem. Path. I p. 345 not., quod fortasse verum est, etsi *καιετάεσσαν* habent etiam Strab. VIII p. 367 Cas. et schol D in Homer. Jl. II 581. Nimium autem quam licebat hariolatus est Blomf. *χαιτήεντας* Callimachum scripsisse suspicans. Fragmentum ad Aet. I 12 pertinere supra conieci. aliter Rauch. n. 49. apud Bergk. in Anth. lyr. est I n. 67 = II n. 69.

225.

*Ἔσκεν ὅτ' ἄζωστος χἀτερόπορπος ἔτι.*

„Schol. Eurip. Hecub. 934: *αἱ Λακεδαιμόνιαι κόραι διημερεύουσιν ἄζωστοι καὶ ἀχίτωνες, ἱματίδιον ἔχουσαι πεπορπημένον ἐφ' ἑκατέρου τῶν ὤμων. καὶ Καλλίμαχος· ἔσκεν ὅτ' ἄζωστος κ. τ. λ.*" Bentl. Eadem sine Callimachi nomine, sed ita, ut facile communem fontem fuisse cognoscas, habet Aelius Dionysius apud Eustath. ad Jl. XIV p. 975, 37: *Αἴλιος Διονύσιος δωριάζειν φησὶ τὸ παραφαίνειν καὶ παραγυμνοῦν πολύ τι τοῦ σώματος. αἱ γὰρ κατὰ Πελοπόννησόν, φησι, κόραι διημέρευον ἄζωστοι καὶ ἀχίτωνες, ἱμάτιον μόνον*

ἐπὶ θατέρᾳ ἐπιπεπορπημέναι, unde in schol. Eurip. l. l. pro ἐφ' ἑκατέρου scribendum ἐφ' ἑτέρου patet. De virginum Doriensium hoc habitu vestium cf. Mueller. Dor. II p. 259 seqq. Intelligo autem de Helena quam in matrimonium heroes petebant, sed quae Menelai tandem facta est, ut fragmentum pertinuerit ad Aet. I 14. sed Heckerus Com. crit. in Anthol. (I) p. 77 de Berenice interpretatus ad Comam Berenicae verba rettulit ob Catulli locum 77: dum virgo quondam fuit. quodsi verum esset, Catullus parum Callimachi verba curasset. cf. Bergk. An. lyr. I n. 121 = II n. 132. — Ἔσκεν ἔτ' scribere malebat Boissonad.

226.

*Εἰμὶ τέρας Καλυδῶνος, ἄγω δ' Αἰτωλὸν Ἄρηα.*

„Schol. Eurip. Phoen. 134 (Dind.): Ἄρη δ' Αἰτωλόν· ὡς ἔχοντος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος τὸν περὶ τοῦ συὸς πόλεμον. Καλλίμαχος εἰμὶ κ. τ. λ. Τέρας Καλυδῶνος est aper ille Calydonius. Et legendum εἶμι pro εἰμί. Loquitur haec ut opinor Meleager Aetolus, qui venationi illi interfuit, et quidem praefuit.“ Bentl., qui cur de Meleagro cogitare voluerit, non de Tydeo, ad quem Euripidis et scholiastae verba ducunt non perspicio. Diligentiorem utriusque rationem Naekius habuit in Opusc. I p. 116, qui Tydei clipeo tamquam insigne cum hac inscriptione insculptum aprum (quem fortasse ἔρραον, fr. 335, Callimachus vocabat) Calydonium haec loqui coniecit, unde mihi enata coniectura est, fragmentum pertinere ad Aet. I, 9, quod probavi Rauchio n. 226. nam non ad Hecalen revocandum esse, quae Valckenarii Bentleiana omnia assensu suo probantis suspicio fuit ad schol. Phoeniss. l l., iure pronuntiavit Naek. l. l. Sed in alia omnia Meinekius abiit ad Callim. p. 112, qui ex Epigrammate aliquo verba Callimachi petita ratus clipeum loqui sibi persuasit a Calydonio artifice insigni arte elaboratum (τέρας Καλυδῶνος) et Aetolorum ducem se profitentem, quam sententiam vir egregius postea p. 296 ita reformavit, ut pro τέρας scribendum γέρας censeret et Calydonem ipsum ducis nomen putaret propter bellicam virtutem scuto donati. Atque Meinekius quoque non satis scholiastae rationem habuit, quem fragmentum non aliam ob causam attulisse putat nisi ut

*Αἰτωλὸν Ἄρηα* Callimachum quoque dixisse doceret. neque assentior Meinekio, *τέρας Καλυδῶνος* pro *τέρας Καλυδώνιον* dici posse neganti. quidni enim *τέρας Καλυδῶνος* significet miraculum *τῶν Καλυδωνίων* —? Bergk. fragmentum voluit esse in An. lyr. I n. 64 = II n. 67.

227.

*Μή σύ γε Θειογένης κόψῃς χέρα Κιλλικόωντος.*

„Suid. II 2 p. 358: *ἐπὶ πονηρίᾳ τεθρύλληται ὁ Καλλικῶν, ὃς προὔδωκε Μίλητον Πριηνεῦσι. πυνθανομένων δὲ πολλάκις αὐτοῦ τινων, τί μέλλει ποιεῖν, ἔλεγε πάντα ἀγαθά —. ὕστερον μέντοι παρὰ Θεαγένους τινὸς εἰσῆλθεν ὠνησόμενος κρέα. κἀκεῖνος ὑποδεῖξαι ἐκέλευσε, πόθεν κόψαι θέλει. προτείναντος δὲ τὴν χεῖρα ἀπέκοψε καὶ εἶπε· ταύτῃ τῇ χειρὶ οὐ προδώσεις πόλιν ἑτέραν. μέμνηται δὲ καὶ Καλλίμαχος· μή σύ γε, Θειόγενες, κόψας χέρα Καλλιφόωντος.* Legendum *Θειάγενες* pro *Θειόγενες* ex hoc ipso Suidae loco et altero voc. *Κιλλικῶν* (II 1 p. 255) et ex schol. Aristoph. Pac. 363. *Θειαγένης* autem secundam syllabam brevem habere constat ex Aristoph. Lysist. 63: *ἥ γ' οὖν Θεαγένους | ὡς δεῦρ' ἰοῦσα τἀκάτιον ἤρετο.* ubi posterior versus vitio laborat. emendandum *τοὐκάτειον*. Suid. I 2 p. 121: *Ἑκάτειον, Ἑκάτης ἄγαλμα. καὶ παροιμία· Θεαγένους ἀκάτειον, οὗ ἐπυνθάνετο πανταχοῦ ἀπιών.*" Bentl. Suidas ut solebat historiam una cum Callimachi fragmento ex schol. Aristoph. Pac. 363 descripsit ubi nunc ex codicibus editum *μή σύ γε, Θειόγενες, κόψῃς χέρα Κιλλικόωντος.* atque hinc non dubitavi pro Bentleiano *κόψαις χέρα Καλλιφοῶντος* recipere *κόψῃς χέρα Κιλλικόωντος*, quorum ultimum firmatur etiam altero illo Suidae loco (ubi Callimachi fragmentum desideratur) et ipsius Aristophanis versu, ut quod in priore Suidae loco Bernhardyus edidit, *Καλλικόωντος*, reiciendum videatur, etsi per se non improbanda forma *Καλλικῶν*. cf. Lehrs. ad Herodian. p. 27 coll. Euphorion. frag. 156. Quod autem Bentleius *Θειάγενες* pro *Θεόγενες* legendum edixit atque adeo in illo vocalem *α* corripi in Aristophanis versu demonstratum ivit, sine dubio lapsus est. nam etsi *Θεαγένης* magis altero in usu fuisse constat (cf. Lobeck. Parerg. p. 653 et Welcker. ad Theogn. p. XI n. 4) ac facile concedimus verum hominis nomen *Θεια-*

*γένης* fuisse, tamen minime incredibile est, metricas rationes in causa fuisse, ut Callimachus *Θειογ.* quam *Θειαγ.* virum vocare maluerit et recte scholiasta Aristophanis et Suidas dum historiam narrabant hominem *Θειαγένην* appellabant, sed ipsi sibi non videbantur parum constare, quod quum Callimachi versum afferebant, in eo *Θειογένης* cum poeta appellabant. Quamquam autem Bentlei coniecturae iure praeferimus codicum lectionem, tamen eam ab omni parte veram esse negamus. Ipsum enim Theagenem si Callimachus alloquebatur, non aliter hoc videtur facere potuisse nisi si totam eius historiam narraverit. id autem pernego factum esse. nam quoniam perfecta res erat, quae, si quis hoc forte nesciat, infecta reddi nequit, non *μὴ κόψῃς*, sed *εἴθε μὴ ἔκοψες* dicendum fuit. nec qui ipsi Theageni dixerit *μὴ κόψῃς* excogitari potest, sive alius quisquam fuerit, sive ipse poeta, quandoquidem, simulatque captum erat amputandi consilium, etiam perfectum est, ut non esset qui *μὴ κόψῃς* dicens intercedere posset. Quae me movent, ut a Callimacho Theagenis historiam ad alium potius aliquem hominem accommodatam censeam, cui suaserit, ne is tamquam alter quidam Theagenes manum novi cuiusdam Cillicontis abscidat. Quod si est, apparet vocativo non iam locum esse, sed requiri nominativum, unde *Θειογένης* rescribendum esse duxi. Et hoc quidem facillime me puto aliis persuasurum, illud autem difficillimum est excogitatu, cui ubi ista vel ipse Callimachus dixerit, vel alium fecerit dicentem, praesertim quum incertum sit, utrum proprie cuidam praeceptum sit ne ipse proditoris manum amputet, an communiter vetitum sit alicui grave delictum committenti incrudelem poenam inferre ipsum. Sed quum alius in Callimachi Aetiis fuisse locus videatur ubi amputatae manus memoratae sint, in Aet. III 3, ubi narratum puto, quod aliunde scimus, a Chorici filiis Mercurio manus abscisas esse, aptus ibi locus fuisse videtur ubi poeta lectorem monuerit, ne ipse tale quale Chorici filii facinus perpetrare velit.

228.

*Ἑρπετά, τῶν αἰεὶ τετράφαται λοφιαί.*

„Schol. Nicandr. Alex. 611: *περὶ τῆς σμίλου φησὶν Ἀνδρέας περὶ Αἰτωλίαν πληθύνειν καὶ τοὺς ἐγκοιμηθέντας*

*αὐτῇ ἀποθνήσκειν. ὁ δὲ Θεόφραστος* (Hist. pl. III 10, 2) *περὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν εἴρηκεν, αὐτὸ δὲ μόνον, ὅτι τὰ κολόφουρα τῶν ζώων γευσάμενα ἀποθνήσκει. κολόφουρα δ' εἰσι βόες, ἡμίονοι. Καλλίμαχο δέ· ἕρπετα, τῶν αἰεί τετρύφαται λοφίην.* Pro *κολόφουρα* scribendum *λόφουρα*, ut extat apud ipsum Theophrastum. ea sunt asini, muli, equi, boves etc. Aelianus de Animal. IX 27: *μισῶ μὲν σκορπίους, φιλῶ δὲ ἀνθρώπους. Καλλίμαχος δὲ ἄρα ἐν τῇ γῇ τῇ Τραχινίᾳ ᾄδει δένδρον τι φύεσθαι καὶ καλεῖσθαι σμῖλον, ᾧ τὰ ἑρπετὰ γειτνιάσαντα καὶ παραψαύσαντα ἀρχὴν εἶτα ἀποθνήσκειν.* Ubi notanda est negligentia Aeliani. dicit enim ex Callimachi sententia *ἕρπετα* serpentes smilum gustantes mori. atqui *ἑρπετὰ τῶν λοφίαι κ. τ. λ. περιφραστικῶς* sunt *ἑρπετὰ λόφουρα*, hoc est *τὰ λόφουρα τῶν ζώων. Ἑρπετά* enim poetis sunt animalia quaecunque. Hesych. (II p. 195): *ἑρπετά, τὰ ἄποδα. καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀλόγων ζώων, καὶ ἄνθρωποι. γήινα γὰρ καὶ ἐπίγεια πάντα.* Emendavimus autem *τεθράφαται* pro *τετρύφαται*, a *τρέφω, τέθραμμαι.*" Bentl. Non credo adeo negligentem fuisse Aelianum, ut a Callimacho nominata *ἑρπετὰ λόφουρα* confunderet cum serpentibus, quum illa quae essent cognovisset sine dubio ex Aristotele (cf. locos in Thes. Paris. Vol. V p. 401 D), quem saepe testem adhibuit. Quod autem maximum est, in priore Callimachi loco de smilo sive taxo dictum fuisse, finxit tantummodo Bentleius nec demonstrari potest, imo apparet scholiastam Nicandri locum Callimacheum non aliam ob causam attulisse nisi ut Theophrasti *λόφουρα* quae essent inde doceret, cui demonstrationi aptissimus locus erat, quoniam ibi nomen *λόφουρα* poeta *παρετυμολόγησε*, ut grammatici veteres loquuntur, i. e. eius significationem etymologice indicavit. plus autem si scholiasta apposito Callimachi loco demonstrare voluisset, non dubitandum est quin pleniorem apposuisset. nunc vero statuendum est, ne habuisse quidem prius Callimachi fragmentum *σμίλου* mentionem, unde efficitur, ut diversa duo fragmenta scholiastam Nicandri et Aelianum protulisse putandum sit. Atque secundum quidem iam supra p. 350 iure nobis *Θαυμασίων* libro vindicasse videmur, cui coniecturae ne quis dicat obstare quod Aelianus *ᾄδει* dixerit, *Θαυμάσια* autem prosa oratione conscriptus liber fuerit, teneri velim

Aeliano cum aliis (cf. Fixium in Thes. Paris. I. p. 717 B) ᾄδειν saepe nihil esse nisi λέγειν. cf. Jacobs. ad Aelian. II p. 447. In priore autem fragmento cur ἑρπετῶν λοφούρων mentionem Callimachus fecerit etsi incertum est, tamen ad inveniendam causam non omnis deest materia. Ex Aristotelis enim locis constat τῶν λοφούρων κοινὸν εἶναι ὕβριν (unde Hesychius III p. 51 λόφουρος explicat etiam ὑπερήφανος καὶ ὑψαύχην), et inter λόφουρα praeter alia esse ὄνον. atqui alicuius asini ὑβρίζοντος Callimachum in Aet. II 2 mentionem fecisse satis probabiliter coniecisse nobis videmur, ut hunc quoque locum eo referendum esse censeamus, ubi de asino aliquo superbiente narraturus poeta ita dicere poterat [ὑβριστικὰ δ' ἐστὶν ἅπαντα] ἑρπετά, τῶν αἰεὶ τετράφαται λοφιαί. Τετράφαται autem scribendum erat, non τεθράφαται cum Bentleio, praesertim quum codices habeant τετρύφαται vel τετρίφαται. nam Bentleianum canoni adversatur (cf. Lobeck. Paralip. p. 46), etsi nostrum ab altero τετράφαται, quod est a τρέπω et ab Homero usurpatum (cf. Herodian. II p. 223, 13), discerni nequit. Fragmentum Bergkius habet in Anth. lyr. II n. 153, sed τεθράφαται cum Bentleio scribit.

229.

*Λιρὸς ἐγώ· τί δέ σοι τόνδ' ἐνέθηκα φόβον;*

„Hesych. III p. 22: λειριόεντα διὰ τοῦ ε καὶ τοῦ ι γραπτέον. τὸ δὲ λῖρος ὃ δηλοῖ τὸν ἀναιδῆ, διὰ τοῦ ι. Καλλίμαχος· λῖρος ἐγὼ τίδες ὅταν δὲ ἐπέθηκα φόβον. Ubi Salmasius legit λῖρος ἐγὼ Τυδεῖ τόνδ' ἐπέθηκα φόβον. Huius an nostra (τί δέ σοι τόνδ' ἐπέθηκα φ.) emendatio concinnior sit alii iudicent. Tydeus opinor negaverit se unquam perterritum fuisse.“ Bentl. Multo parcior Apollon. Archib. p. 436 Toll.: λῖρος, ὃ δηλοῖ τὸν ἀναιδῆ, διὰ τοῦ ι. καὶ Καλλίμαχος· λῖρος ἐγώ· παρὰ τὸ λίαν, ubi accentus non minus falsus est quam apud Hesychium. certe λιρός unice probabat Herodianus (cf. I p. 191, 5 coll. II p. 448), atque etiam in Alexand. Aetol. fragmento ap. Mein. Anal. Alex. p. 220 recte scribitur λιρὰ νοεῦσα γυνή. Pro ἐπέθηκα autem elegantissima est coniectura Meinekii in Bergk. Diar. antiq. 1849 p. 416 (coll. ad Callim. p. 181): ἐπέσεισα φόβον, quam probarunt Schmidt. ad Hesych. l. l., Bergk. An. lyr. II n.

30 (nam in priore editione n. 28 ἐπέθηκα retinuit), Dilthey de Cydipp. p. 85, qui etiam frag. anon. 25 memorat: τοῖς δ' ἐπέσεισε φόβον. atque ad fidem huic coniecturae faciendam etiam aptius hoc est, quod in Apollonii quoque Rhodii loco I 129 pro μεγάλων ἀπεθήκατο νώτων Simplicium citasse Merkelius monet ἀπεσείσατο νώτων. Quamquam autem Meinekio libenter concedimus, μ. ἐπιθεῖναι φόβον non magis dici potuisse affirmanti quam latine imponere timorem pro incutere, nec quicquam tribuimus Xenophontis loco Cyrop. IV 5, 41 allato a Dilth.: φόβον ἐπιτίθεσθε τῷ μὴ ποιοῦντι τὰ παραγγελλόμενα, tamen in Callimachi fragmento maiore facilitate restituere nobis videmur ἐνέθηκα, quem ad modum etiam Xenophontis loco reddendum esse ἐντίθεσθε fidem faciunt eiusdem scriptoris verba in Anab. VII, 4, 1: ὅπως καὶ φόβον ἐνθείη καὶ τοῖς ἄλλοις, etsi ibi φόβον ἐνείη praefert Cobet. Nov. lect. p. 491. sed cf. Eurip. Hecab. 959: ταραγμὸν ἐντιθέντες. Primus autem Piersonus in Veris. p. 100 ex Aristaeneti verbis I 10: τί δέ σοι τοῦτον ἐπῆγον τὸν φόβον monuit Callimachi fragmentum ad Cydippen (Aet. III, 1) referendum esse, quem iure tum alii sequuti sunt, tum Dilthey l. l. et Rauch. n. 74.

230.

Ἁρμοῖ παρ Δαναῶν γῆς ἔπι βουγενέων.

„Hesych. I p. 388: βουγενέων, τῶν μελισσῶν. Καλλίμαχος· ἅρμενοι γὰρ Δαναοῦ γῆς ἐπὶ γενέας. Etym. Magn. p. 144, 52 ἁρμοῖ — παρὰ Καλλιμάχῳ „ἁρμοῖ γὰρ Δαναῶν γῆ ὡς ἀπὸ βουγενέως“ σημαίνει τὸ ἀρτίως ἢ ἁρμοδίως. Si his magistris habenda fides, recte se habent ἁρμοῖ et βουγενέων, cetera sunt incerta. apum terra Hybla fortasse vel Hymettus.“ Bentl. Fragmento prout iam olim emendavi locum fuisse dixi in Aet. I 7, ubi aliorum quoque conamina indicavi. Nobis assentitur Rauch. n. 181. sed Bergkius in prima Anthologiae lyr. editione n. 70 mecum scripserat ἁρμοῖ παρ Δαναῶν γῆς ἔπι βουγενέων, in altera editione n. 72 edidit ἁρμοῖ γὰρ Δαναοῦ γῆς ἄπο βουγενέος.

231.

*Ἡδομένη νεκάδεσσιν ἔπι σκυρθῶν πολέμοιο.*

„Hesych. III p. 146: *νεκάδεσσι, νεκυάδεσι, ταῖς τῶν νεκρῶν τάξεσι, νεκροῖς. ἐλέγχεται δὲ ὁ Καλλίμαχος, νεκάδας ψιλῶς τὰς τάξεις νενοηκώς. ἡδομένη νεκάδεσσιν ἐπισκυρῶν πολέμοιο.* Scribe *ἐπισκύρων.* nam *ἐπίσκυρος* eidem (II p. 168) est — *καὶ ἄρχων, βραβευτής. βοηθός. ἐπίσκοπος, ἔφορος, ἐπήκοος.* apud eundem alibi (II p. 171) vitiose: *ἐπισχύρους· ἐπικούρους, χ* pro *κ.* Intellige autem Minervam, ut Hym. Lav. Pall. 43: *ἔξιθ' Ἀθαναία περσέπτολι, χρυσεοπήληξ, ἵππων καὶ σακέων ἁδομένα πατάγῳ.* Bentl., cuius emendationem etsi sequuti sunt omnes, ego tamen assentiri dubito. nam sive *ἐπίσκυρος* est *ἄρχων* (quod indicare videtur etiam altero loco Hesychius: *ἐπισχύρους· ἐπικούρους,* si quidem recte ibi *ἐπιούρους* legendum esse conicio), sive est *βοηθός,* utrumque parum huic loco convenire videtur, quoniam dea aliqua (nam Minervam intelligendam esse quivis Bentleio concedat) non ordinibus ducum aut auxiliorum, sed militum in universum gaudere credibile est. Hinc quod olim in Prolegom. Aetiorum (cf. supra 61) conieci etiam nunc teneo: *ἡδομένη νεκάδεσσιν ἔπι σκυρθῶν πολέμοιο,* etsi Bergkium An. lyr. I n. 65 (in altera enim editione fragmentum omisit) *ἐπισκυρῶν* servantem et in Praef. p. VI *ἐπὶ πολέμοιο γεφυρῶν* commendantem video. quamquam propter *πολέμοιο* quidem non dubitandum est, praesertim si hunc locum statim sequebatur frag. 243 *ἐς δάιν — ἐρχομένων,* ut iam *πολέμοιο* pendeat a *δάιν,* ut dicuntur *πολέμου φύλοπις, ὑσμίνη, ἔρις, νεῖκος, μάχη, — ὑσμίνη δηιότητος, νεῖκος ἔριδος* aliaque similia. De nova autem vocis *νεκάδες* significatione similiter disputant etiam Etym. Magn. p. 600, 3, Gudian. p. 404, 55 (ubi in verbis *οἱ δὲ νεώτεροι τῶν ποταμῶν τάξεις οὕτω καλοῦσι* scribendum esse *τῶν ζωῶν* patet), Suid. II 1 p. 949, Schol. Hom. Jl. XV 118 (add. Merkel. Proleg. ad Apoll. Rhod. p. XXXIII), qui omnes eundem Callimachi locum respicere videntur, ut vix credam verum esse quod Lobeck. Prol. Pathol. p. 446 n. 19 coniecit, Callimachum videri non *νεκάδας,* sed *δεκάδας* nominavisse. Ceterum cum Heckero Com. Call. p. 142 hoc fragmentum

arcte iungendum esse cum fragm. 243 existimo et ad Aet. I 4 rettuli. atque de sede fragmenti mihi assentitur Rauch. p. 20, *ἐπισχύρων* tamen scribens.

232.

*Εἰκαίην, τῆς οὐδὲν ἀπέβρασε φαῦλον ἀλετρίς.*

„Suid. I 2 p. 757: *εἰκαία, ὀλίγη, ὡς ἔτυχε. Καλλίμαχος· τῆς εἰκαίης οὐδὲν ἀπέβρασε φαῦλον ἀλετρίς, τούτεστιν, ἧς τὰ ἀποβράσματα ἤγουν τὰ πίτυρα οὐκ ἀπέκρινεν, οὐδὲ ἀπεκάθηρεν ἡ μυλωθρός, ἀντὶ τοῦ ἄσειστον, τὸ ἄλευρον.* Idem I 1 p. 591: *ἀποβράσματα, τὰ πίτυρα παρὰ Καλλιμάχῳ· τῆς οὐδὲν ἀπέβρασε φαῦλον ἀλετρίς.* Idem I 1 p. 208: *ἀλετρίς, ἡ μυλωθρὸς παρὰ Καλλιμάχῳ.*" Bentl. Ex veteribus lexicographis haec Suidas deprompsisse videtur, non ex Schol. in Arist. Pac. 259, ubi hodie nihil exstat nisi hoc: *καὶ ἀλετρίς ἡ μυλωθρός παρὰ Καλλιμάχῳ.* Sed Suidam excerpsit Zonar. p. 250: *ἀποβράσματα· τὰ πίτυρα· παρὰ Καλλιμάχῳ τῆς οὐδὲν ἀπεβράσας φαῦλον ἀλετρίς.* De interpretatione assentior Naekio p. 142, qui iure ad Hecalen revocavit. cf. Hecal. cap. V. De *εἰκαίῃ* Naek. Opusc. I p. 242 confert Gregor. Naz. Carm. XLII 14.

233.

*Ἰπόν τ' ἀνδίκτην τε μάλ' εἰδότα μακρὸν ἀλέσθαι.*

„Julius Pollux X 156: *Μυάγρα· Ἀριστοφάνης ἐν Φοινίσσαις κέχρηται τῷ ὀνόματι. ἐν δὲ Πλούτῳ εἰπὼν τὴν μυάγραν καλεῖ. καὶ Καλλίμαχος δὲ ἔφη· εἰπόν τ' ἀνδίκτην τε μάλ' εἰδότα μακρὸν ἀλέσθαι, ὡς καὶ τὸν ἀνδίκτην ὄντα εἶδος μυάγρας.* Qui quidem locus, in vulgatis codicibus mendosissimus, recte ita emendatus est a viris eruditis fide Etym. Magn. p. 102, 10: *ἀνδίκτης*, inquit ille, *εἶδος παγίδος. ἀνδίκτην τε μάλ' εἰδότα μακρὸν ἀλέσθαι.* Sed praeterea est aliud mendum in eo loco Pollucis nondum animadversum. legendum enim: *ἐν δὲ Πλούτῳ εἶπον τὴν μυάγραν καλεῖ*, Aristophanes in Pluto muscipulum vocat *εἶπον*. Et ita sane codex Mstus qui fuit Jsaaci Vossii. Frustra tamen quaeres id vocabulum in ea fabula Aristophanis. Nimirum iam per saecula aliquot vox ea inde exulavit, nunc tandem mea opera ad sedem pristinam redi-

tura. Extat locus p. 815 ὁ δ' ἰπνὸς ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος. legendum inquam: ὁ δ' ἶπος, cum auctoritate Pollucis, tum ipsius sententiae causa, quae hoc pacto plus salis comici et plus ridiculi in se habet. τὸ ἰπνός tamen agnoscunt scholiastes et Suidas v. ἰπνός (I 2 p. 1057), qui exponunt μαγειρεῖον. Sed hoc parum refert. nam et in eadem fabula alia lectio mendosa a scholiaste illo ceu vera agnoscitur, v. 325: ἀσπάζομαι δ' ὁτιὴ προθύμως ἥκετε | καὶ συντεταγμένως κοὐ καταβεβλακευμένως. συντεταγμένως, ait ille, καθωπλισμένως μετὰ τάξεως. atqui illud συντεταγμένως in metri leges peccare liquido apparet. legendum: καὶ συντεταμένως κοὐ κ. τ. λ. —" Bentl. Heckerus, Com. Call. p. 119, qui ad Hecalen fragmentum referens Callimachi verba sic cum frag. 458 coniunxit: [γέντο δὲ χειρὶ] ἶπον ἀνδίκτην τε μάλ' εἰδότα μακρὸν ἀλέσθαι, ἐν δ' ἐτίθει παγίδεσσιν ὀλέθρια δείλατα δοιαῖς, apertum est εἰδότα ad ἶπόν τ' ἀνδίκτην τε rettulisse et fragmenti sententiam putasse absolutam esse. Sed ita quis non doceri ab Heckero sibi velit, muscipula quando et quo modo longos saltus faciat, quod de vivis tantum animalibus dici potest. itaque in vicinia fragmenti mures nominati esse videntur in hunc fere modum: ἶπόν τ' ἀνδίκτην τε μάλ' εἰδότα μακρὸν ἀλέσθαι [μῦν ἀγρεύοντας]. antecessisse autem proxime arbitror aliquid huiusce modi: — [εὗρεν ἐπισταμένως]. nam de inventore huis rei loquutum poetam fuisse conicio, ut fecit in Aet. III. cf. supra p. 110. De scriptura εἶπος, quam Bentleius praetulit εἶπον edens, cf. Lentz. ad Herodian. II p. 501 extr.

## 234.

Ἄνδρε νέοι Δεκελειόθεν ἀμπρεύοντες.

„Etym. Magn. p. 86, 30: ἀμπρεύω. ὁ μὲν Καλλίμαχος κυρίως ἐπὶ τοῦ ἕλκειν ἔλαβε τὴν λέξιν, οἷον· ἄνδρ' ἐλαιοὶ δ' ἐκ λειόθεν ἀμπρεύοντες. ἀμπρὸν γὰρ κυρίως καλεῖται τὸ σχοινίον τὸ ἕλκον τοὺς βόας. Locus sane corruptissimus quique et aliorum et maxime Casauboni ingenium elusit. In luxatis illis statim agnovi sanam lectionem Δεκελειόθεν, postea autem coniecturam nostram plane firmavit Stephan. Byz. p. 224: Δεκέλεια — τὸ τοπικὸν Δεκελειᾶθεν —, παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ Δεκελειόθεν. ad hunc ipsum locum digitum

intendit. Pro *ἄνδρ' ἐλαιοί* nihil in praesentia habeo quod reponam." Bentl. Nihil iuvat Zonar. p. 160: *ἀμπρεύων ὁ μὲν Καλλίμαχος κυρίως ἐπὶ τοῦ ἕλκειν ἔλαβε τὴν λέξιν.* Sed egregiam Bentlei coniecturam *Δεκελειόθεν* (quod ad *ἄνδρε* solum pertinet, non ad *ἀμπρεύοντες*) praeter Stephanum firmat etiam Apollon. Dyscol. de Adverb. p. 601, 30, qui Callimacho non nominato uberius de singulari ea forma disputat (cf. Meinek. ad Stephan. p. 527). etiam *ἀμπρεύοντες* in Suid. I 1 p. 288 ex Callimacho sumptum videtur. Sed initium fragmenti felicissime olim restituisse mihi videor in Proleg. Aetior. p. 42, ubi praeter Casauboni (Lect. Theocrit. p. 74 Reisk.) a Bentleio indicatam coniecturam aliorum nominavi pericula critica, quibus nunc accedant Sylburgii ad Etym. M. l. l. (*ἄνδρες δ' ἠλαιοὶ κὰκ λειόθεν ἀμπρεύοντες*, viri praedatores et ex praeda vitam trahentes), Vossii ad Catull. p. 123 (*ἄνδρες δ' Ἠλεῖοι Ἠλείαθεν ἀμ.*), Bergkii in Anth. lyr. I n. 6 = II n. 6, qui *ἄνδρες Ἀθηναῖοι* scripsit et cum fragm. 13[b] haec verba iungens Aetiorum libro I fragmentum vindicavit, cui de Aetiis quidem assentitur Rauch. p. 80, de loco nihil tamen definiens. Sed equidem non muto quam olim l. l. proposui sententiam, ad Hecalen pertinere, cuius in cap. VIII aptissimus ei locus fuit.

## 235.

*Δαίμων, τῇ κόλποισιν ἐνιπτύουσι γυναῖκες.*

„Schol. Theocrit. VI 39: *ὡς μὴ βασκανθῶ δέ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπω*]: *ποιοῦσι γὰρ καὶ μέχρι τοῦ νῦν μάλιστα τοῦτο αἱ γυναῖκες τὸ νεμεσητὸν ἐκτρεπόμεναι. Καλλίμαχος· δαίμων τί κόλποισιν ἐπιπτύουσι γυναῖκες.* Si versum integrum esse statuis, leges: *δαῖμον, τρὶς κ.*, sed profecto crediderim locum ita esse corrigendum: *Καλλίμαχος δ' Αἰτίων· τρὶς κόλποισιν κ. τ. λ.*" Bentl. Eodem quo vulgata scholia modo versum etiam schol. Ambrosian. 222 habet. in quo *δαίμων* quidem non fuit in *δαῖμον* (quod cum Toupio probat Valcken. Eleg. Call. 296) mutandum, pro *τί* autem, cui Heinsius demum *τοί* substituit, a Bentleio positum *τρίς* etsi aliquid commendationis habet a Theocriti versu, praestat tamen *τῇ* scribere cum Jacobs. Animad. in epigram. Anthol. graec. vol. II 3 p. 112, quod merito probarunt

Boissonad. p. 206 et Hecker. Com. Call. p. 121, atque nunc in schol. Theocrit. edidit Ahrensius. Idem autem Heckerus in Schneidewini Philol. IV p. 479 vere correxit ἐνιπτύουσι. nam in sinum conspuebant (εἰς τὸν κόλπον, Theocrit. XXII, Lucian. Navig. XV etc.) cf. Jacobs. l. l., Blomfield. gloss. Aeschyl. Prom. 1106, Jahn. ad Persii Sat. p. 126. Hecalae versum esse post Heinsium in Lect. Theocrit. p. 333 monuerunt etiam alii, sed a Naekio versum ei carmini denegatum esse video, quamquam convenit Hecal. cap. VII.

236.

Ἀλλ' ἔτ' ἀκουοὺς
οὐκ ἔσχεν.

„Etym. Magn. p. 51, 23: ἀκουός· Καλλίμαχος· ἀλλ' ἐπακουοὺς οὐκ ἔσχεν. ἐπακούοντας. καὶ ἀκοὸν ἐπήκοον καὶ ἀκουστικόν." Bentl. Miror in Callimachi hoc fragmento neque Bentleio neque alii cuiquam de voce ἐπακουούς suspicionem venisse. nam quum rarissimam vocem ἀκουός grammaticus firmare vellet, non poterat dicere Callimachum habere ἐπακουούς. accedit quod vocem ἀκουός simul cum ἐπακουός agnoscit Herodianus I p. 138, 2 Lentz., et Platonem adeo ἄκοος (sic) ἀντὶ τοῦ ἀκουστικῶς dixisse grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 368, 33 refert. Sed de ultimo quidem causa est cur dubitemus, at Herodiani loco satis putamus firmatam Etymologi memoriam, ut iam non intercedat quisquam si illud ἀκουός Callimacho quoque restituerimus scribentes ἀλλ' ἔτ' ἀκουούς. nam ἐπ' ἀκουούς, id ut esset vel ἐπέσχεν ἀκουούς vel in ea re audientes non habuit, commendare nolim. Ceterum hoc fragmentum in Cydippe locum habuisse dudum Buttmannus coniecit p. 127, quod tamen improbat Dilthey p. 88 seq., de Hercule potius Hylam quaerente vel de Phyllide cogitandum censens, sed probat Rauch. p. 41 n. 75, etsi quo pacto in Cydippe haec dici potuerint non indicavit, de quo recte me statuisse arbitror supra in Aet. III, 1 p. 104. qui et ipse de Aetiis cogitabat Hecker. Com. crit. de Anthol. (I) p. 269 cum fragm. 27 coniunxit et de Pythagora interpretatur qui assentatores non invenerit. De Riesii hariolatione in Mus. Rhenan. XXI p. 507 tacere praestat.

237.

*Τὸν μὲν ἐπ' ἀσκάντα κάθισεν.*

„Etym. Magn. p. 154, 30: *ἀσκάντης· κλινίδιον εὐτελές, ὃ ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν σκίμπους ὀνομάζεται. Καλλίμαχος· καὶ τὸν μὲν ἐπ' ἀσκάντα κάθισεν. καὶ Ἀριστοφάνης —, καὶ Πλάτων —.*" Bentl., qui *καί* tacite a fragmento seclusit. sed ex Naekii sententia de Hecal. p. 124 corruptum est ex *Ἑκάλῃ*, ego autem ante *Καλλίμαχος* transponendum censeo, ut referatur ad sequentia *καὶ Ἀριστοφάνης — καὶ Πλάτων*. Ne quis autem *καὶ* fragmento servaturus cum Sylburgio scribere malit: *καὶ τὸν μὲν ἐπ' ἀσκάνταο καθίσας* (*καθίσσας*?), moneo *ἀσκάντα* genetivi formam esse exquisitiorem quam quae Callimacho eripi debeat. cf. ad fragm. 361 et Epigramm. XVI *Ἀρίμμα*, Epigr. LXIII *Ἐχέμμα*. plura habet Hecker. Com.' crit. in Anthol. (I) p. 102 seq. adde Archestrati frag. XII 1 *τοῦ καρχαρία χρὴ τοῦ κυνός*, et eiusdem frag. XXIV 1 *τοῦ νεαροῦ μεγάλου τ' αὐλωπία ἐν θέρει ὤνου κρανίον*. atque etiam in Orphei Argon. 57 *Αἰσονίδα* fortasse non mutandum fuit. Primus autem Ruhnken. Ep. crit. II p. 186 vidit ad Hecalen fragmentum pertinere, quem sequutus est Naek. cap. V.

238.

*Δέκα δ' ἄστριας αἴνυτο λάτρον.*

„Etym. Magn. p. 159, 28: *ἄστριας. Καλλίμαχος· δέκα δ' ἄστριας αἴνυτο λάτρον. εἴρηται ὑποκοριστικῶς. ὡς Παρθένιος Πάρθις, — Χάλδις — λάστρις — Ἄμφις. οὕτω καὶ ὁ ἀστράγαλος ἄστρις.* Suid. I 1 p. 812: *ἄστρια, οἱ ἀστράγαλοι· δέκα δ' ἄστριας αἴνυτο λάτρον παρὰ Καλλιμάχῳ.* Potior lectio est quam Etymol. repraesentat." Bentl. Accedat Zonar. p. 324: *ἄστρια, οἱ ἀστράγαλοι. Καλλίμαχος· δέκα δ' ἄστρι' αἴνυτο λάτρον*, in quo aeque atque in Suida scribendum vel *ἄστριες* coll. Hesych. I p. 307 (*ἄστριες· ἀστράγαλοι*) et Polluc. IX 99 (*ἀστραγάλους καὶ ἀστρίας* — corrig. *ἄστριας* — *εἰσὶν οἳ ὠνόμαζον*), vel *ἀστρίαι ἢ ἄστριες* ex Eustath. ad Jl. p. 1289, 55 (cf. fragm. 239). In ultimo fragmento quod Bentleius edidit *λύτρον* librariorum error est, quem nunc ex codicibus in Suida et Etym. Magn. editores

correxerunt, praesertim quum λάτρον, ὁ μισθός habeat etiam Suidas II 1 p. 509. add. Choerobosc. in Theodos. p. 57, 35, Etym. Magn. p. 557, 34 et 41, Etym. Gud. p. 363, 24, Eustath. ad Jl. p. 1246, 10, Hesych. III p. 16. pro his Ruhnkenius ad l. l. citat Varronem de Ling. Lat. VI 52 (merces graece dicitur λάτρον) et Festum s. latrones (p. 118 Müll.). Ad Cydippen una cum fragmento sequenti Callimachi verba Dilthey p. 45 revocavit, quae sat probabilis coniectura est. cf. Aet. III, 1. quamquam etiam de Aet. I, 14 cogitari potest. Nihil decernit Bergk. An. lyr. II n. 123.

239.

Ζορκός τοι, φίλε κοῦρε, Λιβυστίδος αὐτίκα δώσω
πέντε νεοςμήκτους ἄστριας.

„Eustath. Jl. ψ p. 1289, 55: ἔλεγον — τοὺς τοιούτους ἀστραγάλους ἀστρίας ἢ ἄστριας. Καλλίμαχος οὖν ζορκός που λέγει δωρηθῆναί τινι πέντε νεοςμίκτους ἄστριας." Bentl., qui inde hoc fragmentum elicuit ζορκὸς — πέντε νεοσμήκτους ἄστριας. Sed plura suggerit schol. Platon. p. 319 Bekk. (cf. Gaisford. Codd. Clarkian. p. 82): ζορκός τοι, φίλε κοῦρε, Λιβυστίδος αὐτίκα δώσω πέντε ν. ἀ. Ingeniose autem Dilthey de Cydipp. p. 44 seq. coniecit verba haec esse Veneris quae has ἄστριας filio promiserit se daturam, si Acontium ad amorem inflammaverit, postea autem duplicato talorum numero decem ἄστριας (cf. fr. 238) dederit. Tali autem pueris dono dari solebant, cf. Jacobs. Anim. ad Anthol. Vol. I 2 p. 52, quos Venus pollicita est quinque, quoniam tot opus erat ad cum talorum ludum, quem πενταλιθίζειν vel πεντελιθίζειν (cf. Mein. Com. graec. II 1 p. 392) vocabant, cf. Poll. IX 126. De δορκαδείοις autem ἀστραγάλοις cf. Casaubon. ad Theophrast. Char. V 4. Ceterum hic quoque ut in fragm. 238 Diltheyum sequor (cf. Aet. III 1), cuius multo probabilior coniectura est quam Rauchii n. 110, qui p. 51 Titanes intelligendos censebat Zagreum crepundiis fallere conantes. Apud Bergk. est in Anth. lyr. II n. 122.

240.

*Ὅσον βλωμοῦ πίονος ἠράσατο.*

„Etym. Magn. p. 201, 12: *βλωμός, ὁ ψωμός. Καλλίμαχος· ὅσον κ. τ. λ.*" Bentl. Fragmentum interpretor de Hercule (Aet. I, 3), qui Theodamantis bovem sibi expetebat, quoniam tantopere (*ὅσον* i. e. *ὅτι τόσον*. cf. Jacobs. ad Anthol. Pal. p. 861) offam pinguem desiderabat. nisi fortasse, quod quidem magis credo, fragmentum ita potius redintegrandum est: *ὅσσον ὅσον βλωμοῦ κ. τ. λ.*, i. e. offam tantum cupiebat, coll. Leonid. in Anthol. Pal. VII 472. 3 *ὅσον ὅσσον | στιγμή*. cf. Lobeck. Elem. Pathol. I p. 184.

241.

*Τὴν δὲ γενὴν οὐκ οἶδα.*

„Etym. Magn. p. 225, 24: *γενέθλη. ὅθεν καὶ τὸ γενή. ἀπὸ τοῦ γενῶ γενή, ὡς ἀπειλῶ ἀπειλή. Καλλίμαχος· τὴν δὲ γενὴν οὐκ οἶδα.*" Bentl. Quis non accedat Heckeri sententiae Com. Callim. p. 8, haec verba presse nexa olim fuisse fragmento 445 atque et ipsa de Nilo intelligi debere? Illud autem miror non vidisse virum doctissimum, una tantum addita syllaba utrumque fragmentum in unius versus ambitum facillime coire sic: *τὴν δὲ γενὴν οὐκ οἶδα,* [*καὶ*] *οὐδ' ὅθεν οἶδεν ὁδεύει | θνητὸς ἀνήρ* i. e. Nili originem ignoro, ac ne hoc quidem quisquam novit mortalium, ex cuius gentis agro veniat. De insolita verborum collocatione cf. Vol. I p. 429. — Fragmentum esse Aetiorum Rauch. p. 80 indicavit, sed elegiam non definiit, quam suspicetur aliquis eandem fuisse atque cuius est fr. 182, i. e. Aet. II, 4. Sed mihi de Nilo fusius videtur poeta loquutus esse quam ut illi loco fragmentum convenire existimem. itaque malim statuere, fragmentum in eo libro fuisse cui inscriptum erat *Ἰοῦς ἄφιξις*. cf. supra p. 34.

242.

*Γράμματα δ' οὐχ εἵλισσεν ἀπόκρυφα.*

„Etym. Magn. p. 240, 48: *γράμματα ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὰ συγγράμματα, ὡς Καλλίμαχος· γράμματα κ. τ. λ. καί· Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι γράμμα.* quod posterius frag-

mentum supra habet in Epigr. VII. Et Ammonius περὶ διαφόρων λέξεων p. 38: καὶ τὰ συγγράμματα ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ γράμματα. Καλλίμαχός πού φησι· γράμματα δ' οὐχ εἴλισσαν ἀπόκρυφα, τοῦτ' ἔστι τὰ συγγράμματα. sic legendum. nam in codd. vulgatis pro συγγράμματα bis legitur γράμματα." Bentl., quem fugit Eustath. ad Odyss. p. 1959, 61: κεῖται δὲ αὐτὸ (τὸ γράμμα) καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν τῷ· γράμματα δ' οὐκ εἴλισσεν ἀπόκρυφα. Praeterea ex Ammonii lectione εἴλισσαν coniciat aliquis εἴλισσον legendum esse, quamquam etiam singularis recte habet, si de una Musa intelligas. nam de Musis hoc dici et ad Prologum Aetiorum fragmentum referendum esse non inepte supra statuisse mihi videor. Sed Ruhnkenius (Epist. crit. II p. 186) ut γράμμαπα δ' ἐξείλισσεν scribere mallet causa non fuit, cf. Nonn. Paraphras. ξ 191 βίβλον ἑλίσσων, et Aene. Tactic. XXXII ἑλίξαντες τὸ βιβλίον. De libris ἀποκρύφοις cf. Lobeck. Aglaoph. p. 1356. —

243.

Ἐς δάιν ὁπλισμόν θ' ἵππιον ἐρχομένων.

„Etym. Magn. p. 266, 37: — παρὰ τὸ δαίω, τὸ σφάζω καὶ κόπτω, γίνεται ὄνομα δάις βαρύτονον. Καλλίμαχος· ἐς δάιν ἐρχομένων." Bentl. In Callimachi fragmento Etym. Sorbon. apud Gaisf. ad p. 244, 53 habet εἰς δάιν ἔρχομαι, Etym. Florent. p. 86 ἐς δάιν ἐρχομενάων, Zonar. p. 500 ἐς δάιν ἐρχομένην. Sed partim integrius, partim minus integrum vel corruptum fragmentum apponunt schol. Jl. XIV 387: ὅτι βαρύνεται ἡ εὐθεῖα δάις διδασκόμεθα ἐκ τῆς παρὰ Καλλιμάχῳ αἰτιατικῆς· ἐς δάιν ὁπλισμὸν ἵππειον, et gramm. in Cram. Anecd. Oxon. III p. 239 (cf. Muse. crit. Cantabrig. II p. 414 et Dindorf. Thes. Paris. II p. 866 C): ἔστι δαΐς περισπώμενον ἐπὶ τῆς μάχης, ἔνθεν αἰτιατική· εἰς δάιν ὁπλισμένων ἵππων ἀργός· ἔχει Καλλίμαχος, unde purus evadit pentameter, quem talem esse putavit Blomfield. p. 315: ἐς δάιν ὁπλισμόν θ' ἵππιον ἐρχομένων, quem fugit tamen haec iungenda esse cum fragm. 231, quod primus vidit Hecker. Com. Call. p. 142. At postea Blomf. gloss. ad Aeschyl. Sept. 920 ἐς δάιν ὁπλισμῶν ἱππείων corrigens statuisse adeo videtur non eundem versum a scholiasta

Homeri citari qui ab Etymologo, de qua re dubitabat etiam Dindorf. l. l. mihi de neutro dubium et priorem Blomfieldi coniecturam (praeter *ἐρχόμενον*. sic enim scripsit) veriorem puto nec probo Heckeri l. l. *ἐς δάιν ὁπλισμῶν ἵππιον ἐρχομένων*, aut Lobeckii Paral. p. 91: *ἐς δάιν ὁπλιτῶν ἵππιον ἐρχομένων*. cf. Aet. I, 4 et Rauch. n. 25.

244.

*Εἰ δέ ποτε προφοροῖντο διάσματα, φάρεος ἀρχήν.*

„Etym. Magn. 270, 19: *δίασμα· ἡ πρώτη τοῦ ἱματίου ἐργασία. Καλλίμαχος· διάσματα φάρεος ἀρχήν*. Potius tamen legerim *δίασμά τε*.“ Bentl. Integrum hexametrum Etymologi Magni fontem habuisse patet ex Etym. Florent. p. 87, ubi citatur: *εἰ δέ ποτε προφέροιντο διάσματα φάρεος ἀρχήν*, eundemque versum totum eodem modo scriptum habet etiam Zonar. p. 524. Finem autem versus suffuratus est Nonn. Dionys. VI 151: *πρωτοπαγῆ ποίησε διάσματα, φάρεος ἀρχήν*, quem iam Ruhnken. Ep. crit. II p. 186 citavit indeque Bentleianum *δίασμά τε* redarguit. Contra *προφέροιντο* persuadere mihi non possum ut verum credam. nullam enim eius verbi significationem invenio quae huic loco apta sit, praesertim sequente accusativo *ἀρχήν*. Atqui in promptu emendatio est quae omnes habeat numeros. nam pro *διάζεσθαι*, unde nostrum venit *διάσματα* (de quibus cf. Valcken. ad Adoniaz. p. 205 seq.) dictum esse etiam *προφορεῖσθαι* affirmat Pollux VII, 32: *στῆσαι τὸν στήμονα ἢ τὰ στημόνια, καὶ προφορεῖσθαι· οὕτω γὰρ ἔλεγον οἱ Ἀττικοὶ τὸ νῦν διάζεσθαι*, unde *προφορεῖσθει* significare patet stamen intendere (ut *προφορεῖσθαι διάσματα* sit pro *διάζεσθαι διάσματα*). quamquam alii grammatici, quos nominat Schmidt. ad Hesych. III p. 397, fere interpretantur *τὸ παραφέρειν τὸν στήμονα τοῖς διαζομένοις*. Istud autem verbum huic versui restitutum iam facillimam reddet fragmenti explicationem, quae talis nobis videtur: quoties stamen, vestimenti initium, intenderant (nimirum *καιρωστρίδες*, quod est fragm. 356), [aliae vel *παρθένοι* vel *γυναῖκες τελεῖαι* subtemen immittebant et peplum perficiebant.]. nam nullus dubito quin de peplo cogitandum sit Minervae ab Atheniensibus oblato, quem certas virgines et mulieres fecisse constat. cf.

Hermanni Gottesdienstl. Alterth. § 51 n. 13, § 56 n. 53, § 61 n. 10, ut ex Aet. I, 4 fragmentum petitum esse admodum probabile sit. Atque de Aetiis Rauchius quoque cogitabat p. 62 n. 139, propriam tamen huic fragmento cum fragmentis 295 et 495 elegiam excogitans. Ne quis autem propter Nonni locum citatum, ubi Persephonae *διάσματα* memorantur mox editurae Zagreum, hoc quoque fragmentum ad Zagrei historiam (Aet. I 2), referat, obstat optativus, qui repetitam rem significare videtur.

245.

*Διερὴν δ' ἀπεσείσατο λαίφην.*

„Etym. Magn. p. 274, 1: *διερός· ὁ ὑγρός. Καλλίμαχος· κ. τ. λ.* Suid. II 1 p. 517: *λαίφη θηλυκῶς ἡ χλανίς. διερὴν ἀπεσείσατο λαίφην.* Bentl. Glossam *ἀπεσείσατο ἀπεβάλλετο* Hesych. I p. 235 fortasse hinc habet, estque ea vox a Callimachi imitatoribus saepe usurpata. de Gregor. cf. Naek. Opusc. I p. 241, de Nonno vide Dionys. XI 217. XXV 514. XXXVIII 214. XXXV 166 etc. Fragmentum ad Aetia referre videtur Rauch. p. 80. mihi non dubium est quin in Hecal. cap. VI locum habuerit, ubi in Hecalae casam intrans Theseus paenulam imbre madidam abiecit.

246.

*Δίκροον ἤρυγε φιτρὸν ἀειραμένη.*

„Etym. Magn. p. 276, 22: *δίκρον ἢ δίκροον· τὸ δίκρανον ξύλον — Καλλίμαχος· δίκρον φίλτρον ἀειραμένη.* Pro *φίλτρον* recte Casaubonus [Lect. Theocrit. cap. IV] *φιτρόν.*" Bentl. qui *δίκροον φιτρὸν ἀειραμένη* edidit. Et plura non habet Etym. Flor. p. 89: *δίκρον ξύλον* (sic) *ἀειραμένη*, sed una certe voce auctum, quamquam in reliquis corruptum sine Callimachi nomine hoc fragmentum apposuit schol. Aristoph. Pac. 637: *δικροῖς· δίκρανον ἤρυγε φιτρὸς ἐπαιρόμενον*, unde libenter accipimus *ἤρυγε*, quod non sinemus in *ἤρυκεν* mutari cum Bergk. An. lyr. I n. 135 = II n. 149 (*δίκρον δ' ἤρυκεν φίτρον ἀειραμένη*), quum dupliciter adeo videam explicari aptissime posse, si quidem recte ut puto statuit Ruhnken. Epist. crit. II p. 186 seq., fragmentum ex Hecale (cf. Hecal. cap. V) sumptum esse, quae mulier furca

levarit bicorni sordida terga suis nigro pendentia tigno. quod negotium non mirum est anui spiritum interclusisse, ut respiraret, postquam furcam in altum sustulerat pernam de *μελάθρῳ* deprromptura. nam *ἐρυγεῖν* significare censeo respirare. neque enim puto ex vano haustum quod Eustath. ad Jl. p. 1165, 30 dicit: *ἐρυγεῖν λέγεται τὸ μετὰ βίας ἀνασπᾶν πνεῦμα.* Non intercedam tamen, si quis *ἤρυγε* interpretari malit *ἐφώνησε* usus Hesychii glossa II p. 197: *ἐρυγεῖν· φωνεῖν.* nec incredibile est Hecalen hospiti pernae suae historiam narrasse. Si autem ex Hecale fragmentum manavit, de quo Naekius p. 134 dubitabat non aliam ob causam nisi quod verba *δίκρον φιτρὸν ἀειραμένη* admodum apta pentametro putabat, praeter Bergkii coniecturam concidit etiam Heckeri in Com. Callim. p. 132 inventum: *ἤρυγε δίκρανον φίτρον ἐπαιρόμενος.* de metro nihil decernit Bernhardy. ad Suid. II 2 p. 1503 *ἤρικε* (sic) *δικρὸν | φιτρὸν ἐπαράμενος.* Quibus omnibus praestat Dindorfii emendatio ad schol. Aristoph. l. l., quam recipere non dubitavimus. nam *δίκροον* quoque, etsi e suis codicibus Gaisfordius *δίκρον* edidit et in Etym. Magn. p. 587, 42 similiter scribitur — *Ἴμβρος — λιβρός — φιτρός· δίκρος, τὸ φουρκίον* (nam nostrum hunc Callimachi locum respici credo et corrigendum puto *φιτρὸς δίκρος, τὸ φούρκιον*), ipse tamen Etymologus sibi expetit, qui quum *δίκρον καὶ δίκροον* in lemmate ponat, prius tantum firmaret Aristophanis quem apposuit loco, Pac. 636, alterum autem non firmaret nisi in Callimachi loco scriptum fuisset *δίκροον.* De hoc adiectivo cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 233 coll. Paralip. p. 42. De Aetiis cogitabat Rauch. p. 80 rationes tamen eius iudicii non afferens.

247.

*Τὸ δ' ἐκ μέλαν εἶαρ ἔλαπτεν.*

„Etym. Magn. p. 294, 48: *εἶαρ· τὸ αἷμα, καὶ εἰαροπότης, ὁ αἱματοπότης, ὥς φησι Καλλίμαχος· τὸ δ' ἐκ μέλαν εἶαρ ἔδαπτεν.* Pro *ἔδαπτεν* reposuimus *ἔλαπτεν. Λάπτειν* lambere, *δάπτειν* vorare." Bentl. Adde Zonar. p. 635: *Καλλίμαχος· τὸ δ' ἐκ μέλαν εἶαρ ἔδαπται.* Sed Bentlei *ἔλαπτεν* iam protulerat Rittershusius ad schol. Oppian. Hal. II 618 p. 106 probavitque etiam Ruhnkenius

ad h. l. At gravius est situe etiam *εἰαροπότης* (sive potius *εἰαροπώτης*, ut Dindorf. in Thes. Paris. III p. 197 A scribi iubet), quod una cum *εἶαρ* Etym. Magn. nominat statim Callimachi testimonium subiciens, eodem hoc testimonio firmatum, ut haec quoque vox ad Callimachi illud fragmentum pertineat. at video verba *καὶ εἰαροπότης ὁ αἱματοπότης* apud Zonaram quidem post Callimachi fragmentum poni, quo iam vacillat illa de Callimachi auctore coniectura. et videtur sane lyrico alicui poetae multo verisimilius vindicari posse quam Callimacho. Nisi verum est quod Scheer., Callim. *ὁμηρικός* p. 7, credidit, Callimachum Alexandrinorum more suis verbis vocem *εἰαροπῶτις* etymologice explicare voluisse (cf. ad fragm. 228). De ista vocabuli *εἶαρ* vel *ἔαρ* significatione cf. ad fragm. 201 et vide quos nominat Meinek. Anal. Alex. p. 71. Desumptum fragmentum puto ex Aet. I, 9. et ad eandem certe historiam mecum verba rettulit Rauch. p. 46 n. 95.

248.

*Οὐδὲ βοὴ κήρυκος ἐλίνυσε.*

„Etym. Magn. p. 330, 53: *ἐλινύω· ἐνδίδωμι, ἀποπαύομαι —. Καλλίμαχος. οὐδὲ βοὴ κ. τ. λ.*" Bentl. *Ἐλίνυσεν* Gaisfordius tacite edidit, nescio an non ex codicibus suis, olim enim *ἐλίνυσε* scribebatur, ut Bentleius edidit, in quo per se nihil mutari et nec *ἐλίνυε* scribi (Naek. p. 262) nec *ν* ephelcysticum quidem addi cum Ernest. et Naek. opus erat. quidni enim integer versus talis fuerit: *οὐδὲ βοὴ κήρυκος ἐλίνυσε* [*σφετέροιο*] —, vel simili modo tornatus alius —? Fragmentum dubitanter ad Hecalen Naeke l. l. rettulit, probabilius Dilthey p. 98 ad Cydippen (Aet. III, 1), qui de nuptiali pompa cogitat, cui praeco non defuerit coll. Plutarch. Quaest. graec. XXVII: *διὰ κηρύκων γὰρ ἔθος ἦν τὸ μετέρχεσθαι τὰς νύμφας.*

249.

*Θηρὸς ἐρωήσας ὀλοὸν κέρας.*

„Etym. Magn. p. 380, 54: *ἐρωή — ἀπὸ τῆς ἐράσεως· χύσις γάρ τις καὶ ἀπόκλισίς ἐστιν, ὡς Καλλίμαχος· ἐρωήσας θηρὸς ὀλοὸν κέρας. τὸ κέρας* [hoc e coniectura addidit Naek. de Hecal. p. 255 et in ordinem verborum recepit Gaisf.] *εἰς*

τὴν ἔραν καταγαγών. Suid. I 2 p. 535: ἐρωήσας ἀντὶ τοῦ μειώσας, κατεάξας· ἐρωήσας ὀλοὸν κέρας. Καλλίμαχος." Bentl. Eadem habet Callimachi et loco et nomine omissis Zonar. p. 876, sed verbis μειώσας, κατεάξας addit: ἢ ὁρμήσας ἢ ὑποχωρήσας. In Etymolog. Magni loco verba ἐρωήσας θηρός transponenda esse monuit Sylburgius, quem tacite sequutus est Bentleius firmatque id aliquo modo Suidae locus. Quaeritur autem, quum duas videamus vocis ἐρωήσας propositas a grammaticis interpretationes, utra verior sit. Atque ego quidem ut Buttmannus in Lexil. I p. 72 praeferendam censeo Etymologi explicationem, quoniam Suidas quidem vel is cui sua ille debet solum illud per se spectasse ἐρωήσας videtur, Etymologus autem reliqua quoque Callimachi verba, quae nunc desiderantur, ad explicationem inveniendam respexit, ut apparere puto ex illo χύσις et εἰς τὴν ἔραν καταγαγών. adeo enim singularis haec est illius interpretationis confirmatio, ut vix aliunde atque ex ipso Callimachi loco peti potuerit. Et si verum est, ut persuasum habeo, quod Buttmann. l. l. coniecit probavitque Naekio de Hecal. p. 253 seq., ad Hecalem (cf. Hecal. cap. VIII) fragmentum pertinere et de tauro Marathonio intelligendum esse quem Theseus per cornua arrepta prostraverit, apud Callimachum grammaticus scriptum invenire potuit hoc:

[χεῦε δ' ἔραζε]
θηρὸς ἐρωήσας ὀλοὸν κέρας —.

ubi χεῦε δ' ἔραζε sumpsi ex Hom. Jl. XVII 619, ut fere sumere solet Callimachus. quod si fuit, apparebit quo modo grammaticus ad suam interpretationem devenerit ad eamque confirmandam cur illis verbis usus sit. Sed alia quaestio est, num recte verbo ἐρωεῖν grammaticus attribuerit significationem plane singularem, an vulgaris sufficiat. alterum hoc cum Naekio p. 255 et ipse credo. nam Theseus dici potuit cornu arripiens et tenens impetum eius inhibuisse, quem ad modum Theocrit. XXII 174 dixit: χεῖρας ἐρωήσουσιν ἀποσχομένω ὑσμίνης, et paulo post v. 192: μάχης δ' οὐ γίνετ' ἐρωή, quod ad Homericae elocutionis πολέμου ἐρωή similitudinem factum est. Ceterum Suidae interpretationem κατεάξας probasse memini Schneidewinum nostrum in censura Propertii Herzbergiani, qui de Acheloi cornu Herculis manu avulso

cogitavit, quod olim etiam Eldikio in Suspic. specim. p. 23 placuit concedenti tamen de Theseo quoque, tauri Marathonii debellatore, verba accipi posse. De tauro autem Marathonio etiam Riese in Muse. Rhen. XXI p. 506 cogitavit, qui fragmentum hoc cum frag. anon. 394 sic coniungendum et emendandum scilicet esse sibi persuasit: *θηρὸς ἐρωήσας, κρέας [αὐτίκα,* vel *οὕτω* vel *ἥρως] ῥῖψεν, πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμήναντα,* ubi *κρέας* (nam *κέρας* propter sequens *κεράεσσιν* incommodum esse) significet *σῶμα*, totum autem distichum expressum esse putavit a Catullo in carmine LXIV 110 seq., quod totum carmen ex Callimachi graeco carmine esse in latinum sermonem translatum opinatus est allucinans magis quam cauti et prudentis critici partes agens.

250 a et b.

*Ὅττι μάλιστα βοῶν ποθεοῦσιν ἐχῖνοι.*

*Ἄξονται δ' οὐχ ἵππον ἀέθλιον, οὐ μὲν ἐχῖνον βουδόκον.*

„Etym. Magn. p. 404, 48: *ἐχῖνος καὶ ἡ γαστήρ, ὥς φησι Καλλίμαχος· ὄντε μάλιστα βοῶν ποθεοῦσιν ἐχῖνον.*" Bentl. Habent etiam Etymologus Paris. apud Ruhnken. ad h. l.: *ἐχῖνος καὶ ἡ γαστήρ. ὅτι μάλιστα βοῶν ποθεοῦσιν ἐχῖνοι*, item Etymolog. Sorbon. apud Gaisf. ad Etym. Magn. l. l. *ἐχῖνος δὲ καὶ ἡ γαστήρ· ὅτε μάλιστα βοῶν ποθεοῦσιν ἐχῖνοι*, et Etymologus Gud. p. 226, 38: *ἐχῖνος δὲ καὶ ἡ γαστήρ· ὅτε μάλιστα βοῶν ποθεοῦσιν ἐχῖνοι*, Callimachi omnes nomen omittentes, quorum tamen Gudianus et Sorbon. postea, Parisinus antea suo quisque loco monent: *κακῶς δὲ Καλλίμαχος (ἐχῖνον) τῶν βοῶν τὰς κοιλίας εἶπεν*, quod etiam in Etym. Angelic. p. 686 Ritsch. legitur sic: *καλῶς δὲ Καλλίμαχος τῶν βοῶν τὰς κοιλίας εἶπεν.* ubi memorabile habemus commutatarum inter se vocum *καλῶς* et *κακῶς* exemplum, quarum utra hoc loco verior sit vix discerni potest. nec multum refert utrum grammatico, cui haec debent Etymologi, sit verius visum. addimus tamen in schol. Nicandri Ther. 579 sine reprehensione legi: *ἐχῖνος κυρίως μὲν ἡ κοιλία τοῦ βοός, νῦν δὲ* (apud Nicandr. l. l.) *ἐπὶ τῆς ἐλάφου.* De ipso autem fragmento monendum

est, pro *ἐχῖνον*, quod cum Etym. Mag. Bentleius retinuit, e suis codicibus *ἐχῖνοι* restituisse Gaisfordium, idque habere vidimus etiam Sorbon., Gud., Parisin. Praeterea quum unum Etymologicum Magn. *ὄντε* det, et ipsum a Bentleio et Gaisford. editum, reliqui autem testes vel *ὅτε* vel *ὅτι* (quorum hoc in Vossiano quoque est ap. Gaisf.) suppeditent, vix dubium est quin scribendum sit *ὅ, ττι*, ut neutrale herbae nomen antecesserit velut *βούτομον*. Suspicor autem Callimachum hoc dixisse in Hecal. cap. V extr., ubi memorabantur herbae, quas Theseo Hecale apposuerit. — Quod sequitur fragmentum et ipsum legitur in Etym. Magn. paulo post p. 404, 50 loco a Bentleio iure tum neglecto quia olim legebatur sic: (*ἐχῖνος*) *καὶ ὁ λέβης, οἷον ἐχῖνον βουδόκον, ἀντὶ τοῦ λέβητα*, ubi nunc post *λέβητα* Gaisfordius addidit *Καλλίμαχος*. atque huius poetae nomen cum integriore versu habet Etym. Sorbon. apud Gaisf. l. l.: *καὶ λέβης ὁμοίως ἐχῖνος· Καλλίμαχος· ἄξονται δ' οὐχὶ ἵππον ἀέθλιον, οὐ μὲν ἐχῖνον βουδόκον*, item Etym. Reg. ap. Ruhnk.: *Καλλίκην* (sic codex, in quo *Καλλίμαχος* latere vidit Ruhnkenius) *ἄξονται δ' οὐχ ἵππον ἀέθλιον, οὐ μὲν ἐχῖνον βουδόκον*, item Etym. Gud. p. 226, 40: *λέβης ὁμοίως ἐχῖνος· Καλλίμαχος· ἔξηνται δ' οὐχ ἵππον ἀέθλιον, οὐ μὲν ἐχῖνον βουδόκον*, et Etym. Florent. p. 138 cum Sorb. ad verbum consentiens nec poetae nomine carens. Suspicabar autem iam olim in altera pentametri parte fuisse: *ἀλλὰ σέλινον* ⏑ –, et fragmentum cum fragm. 103 coniunctum ad Aet. I, 9 revocavi, in quo assentientes mihi habui Rauchium p. 42 n. 89 et ut videtur Bergkium in Anth. lyr. I n. 72 = II n. 75. Callimachi locum imitatus est Nonn. Dionys. X 333: *τοῖσι μὲν οὐ τρίπος ἦεν ἀέθλιον, οὐδ' ἐπὶ νίκῃ ἀνθεμόεις παρέκειτο λέβης, οὐ φορβάδες ἵπποι, ἀλλ'* — *αὐλός*, ipse autem Callimachus ob oculos habuisse videtur Anytae verba *βουχανδὴς ὁ λέβης*, quae sunt in Anthol. Pal. VI 153, 1. cf. Jacobs. vol. III p. 157.

## 251.

*Παραὶ τίνος ἠρίον ἕστατε τοῦτο;*

„Etym. Magn. p. 437, 18: *ἠρία παροξυτόνως σημαίνει τοὺς τάφους — παὶ Καλλίμαχος· τίνος ἠρίον ἵσταται τοῦτο;*

Pro ἵσταται ἕστακε reponit optimus Sylburgius. sed noli dubitare quin vera lectio sit ἵστατε. αι pro ε fatalis error exscriptoribus graecis." Bentl. Una voce plenius, una minus integrum fragmentum citat Herodianus in Hermanni libro de emendand. rat. gram. graec. p. 309 (sive in Cramer. Anecd. Ox. III p. 253): ἁμαρτάνουσι λέγοντες ἐπὶ τῶν τάφων ἡρῷον, δέον λέγειν ἠρίον, ὡς Καλλίμαχος· παρὰ τίνος ἠρίον, ubi Blomf. ad h. l. legi voluit ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· τίνος κ. τ. λ., alii aliter correxerunt, Jacobs. ad Anthol. Pal. vol. III p. 325 (στᾶλαι, τίνος ἠρίον ἕστατε τ.), Naek. de Hecal. p. 270 coll. Opusc. I p. 177 (πατέρες — vel ἕταροι — vel ἄττα γέρον — τίνος ἠρίον ἵστατε), Hecker. Com. Call. p. 124 (παῦρον τίνος ἠρίον ἵστατε τ.). sed mihi servanda vox videtur, modo παραί scribatur, pro ἵστατε autem cum Jacobsio legatur ἕστατε. cf. Pind. Jsth. VIII 58: ἀλλά οἱ παρά τε πυρὰν τάφον θ' Ἑλικώνιαι παρθένοι στάν, et Gregor. in Anthol. Pal. VIII 26, 3: ἄλλοι δ' αὖ βοόωσι παρ' ἠρίον. Callimachus igitur in Hecale (sic enim statuo cum Naekio et Heckero) sic potuit dicere (Hecal. cap. IX), quum a debellato tauro rediens homines quosdam videret qui mortuam Hecalem sepeliebant, Theseum quaesivisse: [ὦ ξένοι, εἶπε,] παραὶ τίνος ἠρίον ἕστατε τοῦτο;

252 a, b.

Ἦρ' ὅτι, τὼς ὁ γέγειος ἔχει λόγος.

Ἦχι γέγεια
ἄνθεα μήκωνός τ' * * * * * *.

„Etym. Magn. p. 223, 33 γέγειος· ὁ ἀρχαῖος, παρὰ Ἑκαταίῳ, καὶ καλῶν ἦρ ὅτι, τὼς ὁ γέγειος ἔχει λόγους, καὶ ἠχεῖ γέγεια ἄνθεα μήκωνός τε. quem locum supra (ad fr. 103) emendavimus." Bentl. Prius fragmentum paulo violentius tractabat Unger. Paradox. Theb. I p. 456 (coll. de Sinid. p. 196 not.), Ἠρόχι' ὡς corrigens, sed lenius Hecker. Com. Call. p. 110 ἦ ῥ' ὅτι, qui ad Cydippen referebat et in utraque re assensum ferebat Rauchii n. 42 et Diltheyi de Cydipp. p. 29. at mihi nulla mutatione opus videtur, modo statuas ἦρ' esse eam vocem quam habemus in notissima illa elocutione ἦρα φέρειν. quod si est, de Hera cogitabimus Jovis

voluntati morigerante, de qua re narrabatur in Aet. II, 9. — Alterum quoque fragmentum Aetiis vindicandum censemus cum Rauchio n. 39, etsi non tam ad historiam Hylae, quam ad raptae Proserpinae pertinere putamus, de qua agebatur Aet. III, 4. Rectissime autem Rauchius iudicabat τε a grammatico demum more suo positum esse integrum pro eo quod Callimachus scripserat τ' (cf. supra p. 38). At Bergkius An. lyr. II p. XIV, qui ἀκανθίδος ἦχι γέγεια ἄνθεα μήκωνός τε commendabat fragmentum iungens cum fragm. 400, fortasse de Hecale carmine cogitabat.

253.

*Κηκάδι σὺν γλώσσῃ.*

„Etym. Magn. p. 510, 12 κηκάς· — κακόλογος λοιδορία — καὶ Καλλίμαχος· κηκάδι σὺν γλώσσῃ. Schol. Nicandr. Alex. 185: κηκὰς — κακοῦργος ἢ χλευαστική. Καλλίμαχος· κηκάδι σὺν γλώσσῃ. et in alio loco depravate: κακὰ διαὰ γλώσσῃ.“ Bentl. Adde Etym. Gud. p. 319, 14: Καλλίμαχος· κηκάδος ἐν γλώσσῃ, ut scribit etiam Etym. Sorb. apud Gaisf. Fragmentum cum fr. 281 copulavit Bergk. An. lyr. I n. 40 = II n. 42, qui inter fragmenta de Argonautis redeuntibus posuit. recte. nam aptissimus ei locus est in Aet. II, 8. minus apte Hecker. Com. Call. p. 52 ex Prologo Aetiorum sumptum putabat.

254.

*Τῷ ἴκελον τὸ γράμμα τὸ Κώϊον.*

„Etym. Magn. p. 551, 30 [Herodian. II p. 541, 11 coll. I p. 122, 22]: Κῷος σὺν τῷ ι γράφεται, ἐπειδὴ εὕρηται κατὰ διαστολήν. Καλλίμαχος· τῷ ἴκελον κ. τ. λ.“ Bentl. Eadem iisdem verbis habet Etym. Gud. p. 358, 28, sed in Etym. Paris. 2636 in Cram. Anec. Paris. IV p. 81 legitur Καλλίμαχος. τὸ ικενον τὸ γράμμα, in Zonar. autem p. 1275: Καλλίμαχος· τὸ ἴκελον τὸ γραμματεῖον τὸ Κώϊον, qui ubi verba repetit p. 1276 certe habet τὸ ἴκελον τὸ γράμμα τὸ Κώϊον. Egregie autem erravit Tittmannus respici putans fr. 71. mihi γράμμα τὸ Κώϊον Philetae Coi poesin significare videtur et fragmentum ex Γραφείῳ sumptum arbitror.

255.

*Λύχνα φανείη.*

„Etym. Magn. p. 572, 22: λύχνα παρὰ Καλλιμάχῳ· λύχνα φανείη. κατὰ μεταπλασμόν." Bentl. Videtur tempus significari quod appellabant περὶ λύχνων ἁφάς (cf. Lobeck. ad Aiac. p. 206 ed. II.), quamquam quo potissimum loco Callimachus dixerit [ὁππότε] λύχνα φανείη plures excogitari possunt. fortasse his verbis id diei tempus poeta significabat, quo Acontius Cydippen sponsam e patris domo deduxit (cf. Beckeri Charicl. II p. 464 (I). Sin autem λύχνα poeta voluit esse λαμπάδας vel δᾷδας, quod fieri posse constat (cf. Hesych. III p. 58 n. 84), fortasse δᾷδες νυμφικαί intelligendae sunt novis nuptis in pompa praeferri solitae (cf. Beck. l. l.). De Coma Berenices dubitanter cogitabat Naek. de Hecal. p. 163.

256.

*Τέρπνιστοι δὲ τοκεῦσι τόθ' υἱέες.*

„Etym. Magn. p. 753, 19: τέρπνιστος. — τερπνός, τερπνίων, τέρπνιστος· Καλλίμαχος· τέρπνιστοι κ. τ. λ." Bentl. Ex eodem carmine quo fragm. II petitum videbatur Ernestio, quae admodum probabilis suspicio est. sumptum igitur erit ex Aet. I, 3.

257.

*Φιαρὴ τῆμος ἀνέσχεν ἕως.*

„Etym. Magn. p. 793, 23: φιαρός· ὁ λαμπρός· Καλλίμαχος· φιαρὴ κ. τ. λ." Bentl. Fragmentum sine Callimachi nomine habet etiam Zonaras p. 1808. Aptus autem ei locus fuit in Aet. II, 8. cf. Bergk. An. lyr. II n. 161.

[258]

*[Καλλιχόρου χθονὸς ὦ 'Ρεία θουγάτηρ.]*

[Priscian. I 6, 36: Aeoles τῇ υ ascribunt τὸ ο, non ut diphthongum ibi faciant, sed ut sonum u Aeolicum ostendant, ut Callimachus: Καλλιχόρου χθονὸς οὐρίας θουγάτηρ. Emendavimus ut nobis visum est. Rhea Telluris et Coeli filia. Ceterum vix dubitandum, quin

apud Priscianum Callimachus vitiose positum pro Alcaeus. quid enim Cyrenensi cum Aeolibus?" Bentl. Non vanam Bentlei suspicionem fuisse eo apparet, quod Martini Hertzii opera nunc constat Callimachi nomen a vetustis codicibus abesse, ex quibus ita locum constituit amicus suavissimus: — sed ut sonum υ Aeolicum ostendant, ut: *Καλλιχόρου χθονὸς Οὐρίας θουγάτηρ*, versum monens ab aliis doctis viris tribui Alcmani aut Corinnae. quamquam nescio an ex codicum vestigiis appareat versum ita potius scribendum esse: *καλλιχόρου Χθονὸς οὐρειὰς θουγάτηρ*. Rheam dici *ὀρείαν* constat ex Eurip. Helen. 1301, Rhian. epigr. in Anthol. Pal. VI 173, 5, poeta incerto (quem Callimachum esse crediderim) ap. Hephaest. p. 73: *Γαλλαὶ μητρὸς ὀρείης φιλόθυρσοι δρομάδες*.]

## 259.

*Καὶ κατ' Ἀμαντίνην ᾤκισαν Ὠρικίην.*

„Stephan. Byz. p. 3, 20. *Ἀβαντίς — τὸ Ἀβαντία θηλυκόν, ὅπερ κατὰ βαρβαρικὴν τροπὴν τοῦ β εἰς μ Ἀμαντία ἐλέχθη παρὰ Ἀντιγόνῳ ἐν Μακεδονικῇ περιηγήσει, Καλλίμαχος δὲ Ἀμαντίνην ὡς Λεοντίνην αὐτὴν ἔφη· καὶ Ἀμαντίνην ᾤκισαν Ὠρικίην.* Idem p. 82, 23 *Ἀμαντία, Ἰλλυριῶν μοῖρα, πλησίον Ὠρικοῦ καὶ Κερκύρας, ἐξ Ἀβάντων τῶν ἀπὸ Τροίας νοστησάντων ᾠκισμένη. Καλλίμαχος Ἀμαντίνην αὐτήν φησιν.*" Bentl. Ex Stephano schol. Apoll. Rhod. IV 1175 habere videtur *Ἀμαντίην ᾤκησαν*. *Ἀμαντίνην* substantivum esse regionem significans, non adiectivum quod cum *Ὠρικίην* copulandum sit, ex altero Stephani loco apparet. itaque verum esse nequit quod Salmas. ad Solin. p. 268, Porson. in Advers. p. 309, Hecker. Com. Call. p. 44 et 46, Bergk. Anth. lyr. I n. 43 = II n. 45 coniecerunt: *οἱ καὶ Ἀμαντίνην κ. τ. λ.* nam *Ἀμαντίνην* nomen quidem esse, *Ὠρικίην* autem adiectivum quod ad illud pertineat, nemo facile dixerit. Ad verum autem ducit Timaeus in schol. Apoll. Rhod. IV 1216: — *Κόλχοι δὲ διαβάντες εἰς τὴν πλησίον νῆσον, μετὰ ταῦτα εἰς τὰ Κεραύνια ὄρη ὁρμήσαντες, εἴς τε τοὺς Ἄβαντας καὶ Νεσταίους καὶ Ὤρικον ἀπῳκίσθησαν.* atque oppidum Oricum a Colchis conditum esse testatur etiam Plin. Nat. hist. III 145. Itaque scripsi *καὶ κατ' Ἀμαντίνην*

ῴκισαν Ὠρικίην et ad Aet. II, 6 rettuli, Ὠρικίην autem puto urbem Oricum cum agro suo esse. cf. Steph. Byz. p. 710, 2: Ὠρίκιος, τὸ θηλυκὸν Ὠρικία ἡ χώρα καὶ ἡ γυνή. Ceterum si quis ex Abantum Troia redeuntium et Amantinam condentium memoria in altero loco Stephani cum Callimachi testimonio coniuncta colligere velit, etiam Amantinae nominis causam poetam addidisse, non intercedam, modo hoc obiter eum dixisse concedatur.

260.

*Πουλὺ θαλασσαίων μυνδότεροι νεπόδων.*

„Stephan. Byz. p. 157, 6: *Βάλδος. — τὰ εἰς δος δισύλλαβα ἔχοντα πρὸ τοῦ δ ἄφωνον βαρύνεται, εἰ μὴ ἐπιθετικὰ εἴη —. τὸ λορδός, μυνδὸς ὁ ἄφωνος ὀξύνεται, ἀφ' οὗ τὸ μυνδότεροι νεπόδων παρὰ Καλλιμάχῳ.*" Bentl. Paulo auctius Ruhnkenius (nam huius sine dubio sunt quae Ernest. tamquam sua protulit) fragmentum reddidit ex ms. bibl. reg. Paris. s. *μάταιος —· παρὰ τὸ θάλασσα θαλάσσιος θαλασσαῖος. Καλλίμαχος· πολυθαλασσίων μανδότερον ἐπιδών*, quae paulo etiam corruptiora extant in Etym. Gud. p. 380, 20: *μάταιος, ὡς παρὰ τὸ θάλασσα θαλάσσιος θαλασσαῖος· Καλλίμαχος· πολυθαλασσίων μανδότρ** ἐπιδών*, et Etym. Havn. ap. Bloch. ad Etym. Magn. p. 958 (*Καλλίμαχος· πολὺ θαλασσίων μανδότερον ἐπιδών*). Versum restituit Ernest. (cf. Bergk. An. I n. 132 = II n. 145). Dici hoc potuit in Aet. I, 9 de septem ducibus qui cognita Opheltis per serpentis morsum morte timore obmutuerunt triste augurium sibi datum putantes.

261.

*Μύθου δὲ πασαίμην*

*ἥδιον.*

„Athenae. I p. 24 B: *οἱ νεώτεροι καὶ ἐπὶ τοῦ πληρωθῆναι τεθέασι τὸ πάσασθαι. Καλλίμαχος· μύθου δὲ πασαίμην ἥδιον.*" Bentl. Ruhnkenio in Epist. crit. II p. 187 placuit: *θύμου δὲ πασαίμην*, malim satiari thymo, quae evidentissima et certissima correctio visa est Ernestio et quam probarunt etiam Blomfieldus, Boissonadius, Linckius de Call. vit. et script. p. 32. Et Ernestius quidem *γεύεσθαι, ἐσθίειν, πατεῖσθαι* de sermonibus et de audiendo dici negabat

se credere, quod etsi notissimo illo ἑστιᾶν λόγων (cf. Plat. Phaedr. p. 227 B coll. Schoemann. de Comit. p. 114. Stallbaum. ad Rempubl. p. 571 D), cuius iam Ruhnkenius admonuit, defendi non possit, satis tamen excusationis habebit, si hoc poetam dixisse statueris: multo libentius quam cibis satiari me velim sermone. ita enim ex opposita sententia lux simul et excusatio existet. Potuit autem hoc Callimachus prope frg. 106 dicere, ubi ciborum in conviviis copiam prae eis quae ex colloquio hauriantur spernere se dicit. quibuscum hoc quoque fragmentum ad Aetiorum Prologum revocamus. Atque rectissime Naekius p. 164 Ruhnkenianum etiam eo redargui monet, quod ita inferretur in quartum pedem caesura ista trochaica, quam cane peius et angue poetae Alexandrini vitabant. sed minus commode Naekius ad Hecalen fragmentum pertinere putabat, Linckius autem ad epigramma quoddam quo parsimoniam poeta commendavisset.

262.

*Χαλεπὴ μῆνις ἐπιχθονίων.*

„Schol. Hom. Od. II 134: *ὀσσόμενος πατέρ' ἐσθλὸν ἐνὶ φρεσίν· ἄλλως τε κατὰ Καλλίμαχον· χαλεπὴ κ. τ. λ.*“ Bentl. Bergkius An. lyr. II n. 162 legit *χαλεπὴ μῆνις ἔπι χθονίων*, nisi potius scribendum sit *χ. μῆνις ἐπεὶ χθονίων*, de Furiis nisi fallor interpretans, nam harum quoque in Homeri loco mentio facta: *ἄλλα* (*κακὰ*) *δαίμων δώσει, ἐπεὶ μήτηρ στυγερὰς ἀρήσετ' ἐρινῦς*. Sed nunc quidem Callimachi locum ad patris memoriam ab Homero factam appositum a scholiasta videmus nec inepta ad eum locum admonitio, gravem esse mortalium iram. qualis sane Achillis fuit Hectorem prae ira interficientis et contumeliose tractantis, item iuvenum caesorum cadavera rogo inferentis. nam ad Aet. I, 14 Callimachi locum referendum censuerim.

263.

*Πτέρνῃ θ' ἵππος ἐλαυνόμενος.*

„Schol. Pind. Ol. XIII 27: *ἱππείοις ἐν ἔντεσιν*]. *Δίδυμος — φησι διὰ τούτων δηλοῦσθαι — τὸν κεραμεικὸν τρόχον ἐκ μεταφορᾶς διχόθεν μετενηνεγμένης, τοῦτο μέν, ὅτι ἵπποις οἰκεῖος ὁ τροχός, τοῦτο δὲ ὅτι ἑκατέρωθεν ἐλαύνεται*

ὑπὸ ποδὸς πτέρνης. Καλλίμαχος· πτέρνῃ θ' ἵπποις ἐλαυνόμενος. Legendum πτέρνῃ θ' ἵππος. est membrum versus pentametri. Sententia est: Didymus ait, ἵππεια ἔντεα apud Pindarum notare rotam figularem, idque metaphora duplici, primum quod rota sit et omnis rota ad equos quodam modo pertineat, sc. in curribus et vehiculis, alterum quod rota figularis utrinque moveatur calcaneo figuli, ut equus incitatur calce equitis. nam tam calce inermi, quam calcaribus equos impelli, testem esse Callimachum, πτέρνῃ θ' ἵππος ἐλαυνόμενος." Bentl. Integer pentameter non dubium est quin talis fuerit [κέντροις τε] πτέρνῃ θ' ἱ. ἐ., quae dicta erant de aliquo qui in certamine equestri certabat, ut vel ad Aet. I, 8 vel ad Aet. I, 12 referenda sint. Ad priorem locum etiam Rauch. n. 134 revocavit. cf. Bergk. An. lyr. II n. 163.

264.

*Αὐτώρης ὅτε τοῖσιν ἐπέφραδε.*

„Schol. Pind. Pyth. IV 104: οὐκ ἠρωτήθη παρὰ τοῦ Βάττου περὶ τῆς ἀποικίας, ἀλλὰ περὶ τῆς φωνῆς. ἔνθεν δὴ καὶ αὐτώρης ὁ τρίπους, ὡς Καλλίμαχος· αὐτώρης ὅτε τοῖσιν ἐπέφραδε. καὶ τότε αὐτώρης ἡ μάντις λέγεται, ὅταν μὴ βουλευομένου τινὸς [βουλομένου τινός malebat L. Dindorf in Thes. Paris. I 2 p. 2586. ego praeterea post τινὸς excidisse putaverim περὶ ἄλλου ἢ O. S.] περὶ ὅτου ἥκει μαντευσόμενος ἀπαυτοματίσῃ." Bentl. In antecedentis pentametri fine fuisse τρίπους certum videtur, num autem in ultimo hexametro Dilthey. de Cydipp. p. 93 n. 2 iure restituerit κοιλάδι φωνῇ ex Nonn. Dionys. IV 292 non aeque probabile est. Contra facile concedimus viro doctissimo poetam eo fragmento de eodem atque Pindarum Batto egisse, ut Callimachi verba prope fr. 112 fuerint et ad Aet. II 7 referri debeant.

265.

*Κολχίδος ἐκ καλάμης.*

„Schol. Pind. Pyth. IV 376: Αἰγυπτίων ἄποικοί εἰσιν οἱ Σκύθαι (Κόλχοι? O. S.), διὰ τοῦτο καὶ μελανόχροας αὐτοὺς λέγουσιν. ἔχουσι δὲ καὶ λινουργοῦσι τὴν καλάμην ὥσπερ Αἰγύπτιοι. καὶ Καλλίμαχος· Κολχίδος κ. τ. λ." Bentl. Callimachi verba intelligo de φάρει facto Κολχίδος ἐκ καλάμης,

quo indutum vellus aureum Jason ad Argonautas detulerit, ut est apud Apollon. Rhod. IV 187. ita ad Aet. II 1 pertinuerit.

266.

*Ἠ ὑπὲρ ἀσταλέων Χαρίτων λόφον.*

„Schol. Pind. Pyth. V 31: *κῆπον Ἀφροδίτης τὴν Κυρήνην φησίν, — εἰ μὴ ἄρα τὸν τῶν Χαρίτων λόφον ὠνόμασεν οὕτως Ἀφροδίτης κῆπον. Καλλίμαχος· ἢ ὑπὲρ αὐσταλέον Χαρίτων λόφον.*“ Bentl. *Αὐσταλέον — λόφον* aperte repugnat Herodoti memoriae IV 175: *λόφος οὗτος ὁ Χαρίτων δασὺς ἴδῃσί ἐστι, ἐούσης τῆς ἄλλης Λιβύης ψιλῆς.* Sed ingeniose Ruhnkenius ad h. l. *ἀσταλέων — Χαρίτων* (i. e. *ἀφαρέων*, nudarum. cf. Mein. Anal. Alex. p. 107) correxerit coll. Hesych. I p. 303: *ἀσταλής· μὴ περιβεβλημένος.* Ad Aet. I 4 iam olim fragmentum rettuli et sequutus est Rauch. p. 20.

267.

*Θιβρῆς Κύπριδος ἁρμονίης.*

„Schol. Nicandr. Ther. 35: *θιβρήν, τὴν θερμὴν καὶ ὀξεῖαν. — Καλλίμαχος· θιβρῆς Κύπριδος ἁρμονίης.*“ Bentl., qui utroque loco *ἁρμονίην* dedit optimis codicibus apud Keilium tuentibus *ἁρμονίης*. Videtur autem *θιβρῆς Κύπριδος ἁρμονίη* eadem significatione dictum qua a Nonno Dionys. III 375: *ὄφρα κε Κάδμῳ Ἁρμονίην ὀπάσειεν ἐς ἁρμονίην ὑμεναίων*, quam appetisse videtur Medea Jasonis amore capta, ut fragmentum ad Aet. II 1 referendum sit, ubi ita fortasse legebatur: [*ἱεμένη*] *θιβρῆς Κύπριδος ἁρμονίης.*

268.

• *Ἐν δὲ θεοῖσιν ἐπὶ φλογὶ καιέμεν ὄμπας.*

„Schol. Nicandr. Alex. 450: *ὄμπαι οἱ μέλιτι δεδευμένοι πυροί. καὶ Καλλίμαχος· ἐν δὲ θεοῖσιν ἐπὶ φλογὶ καιέμεν ὄμπνας. τούτους γὰρ Δήμητρι ἔθυον.*“ Bentl. *Ὄμπας* utrobique scribendum esse ad fragm. 123 dixi, sed in *θεοῖσιν* quoque vitium latere non credo Carolo Diltheyo in Anal. Call. p. 17 seq. nam quod affirmat, quae post Calli-

machi fragmentum scholiasta addat *τούτους γὰρ Δήμητρι ἔθυον*, ipsa quoque spectare ad Callimachi fragmentum, error est doctissimi viri quem fugit ita *ταύτας* potius scholiastae scribendum fuisse. nunc autem quum *τούτους* scripserit, apparet ad sua ipsius verba eum respicere *μέλιτι δεδευμένοι πυροί* ita, ut Callimachi apposito loco nihil aliud nisi vulgarem vocis *ὄμπαι* significationem demonstrare voluerit, a qua Nicander l. l. desciverit. quod autem Cereris sacra nominat, hoc propterea sine dubio factum, quod ex Cereris potissimum sacris *ὄμπαι* notae ei erant, quas tamen in aliorum quoque sacris offerri solitas fuisse patet vel ex fragm. 123. Nondum igitur allata causa est cur cum Diltheyo corrigentes ex fr. 354 *ἐν δὲ θύοισιν* iam respuamus interpretationem fragmenti supra p. 108 propositam, ubi ad Aet. III 4 revocavi, assensum nactus Rauchii p. 69 n. 163. Quod autem *ἐν* dixi esse *ἐν κύρβεσι*, non cogitabam de Atticis *κύρβεσι*, sed paulo generaliore significatione usurpatam a Callimacho vocem putabam ad modum Apollonii Rhodii IV 280: *πατέρων ἔθεν εἰρύονται κύρβιας, οἷς ἔνι πᾶσαι ὁδοὶ καὶ πείρατ' ἔασιν ὑγρῆς τε τραφερῆς τε πέριξ ἐπινισσομένοισιν.*

269.

*Αἳ νῆας ἀλιβδύουσι.*

„Tzetz. ad Lycophr. 351: *ἀλιβδῦσαι κυρίως λέγεται τὸ ἐν ἁλὶ δῦσαι, ἤγουν ἐν θαλάσσῃ βυθισθῆναι, κατὰ τρόπον τοῦ διχρόνου εἰς δίχρονον* (lege *κατὰ τροπήν*, hoc est permutatione *η* in *υ*) *ἤτοι ἁλὶ δῦσαι. καὶ Καλλίμαχος· αἳ νῆας ἀλιβδύουσι.*" Bentl. Praeterea corrigendum *βυθίσαι*. Fragmentum autem Callimachi inter Choliambos Bentleio et Meinekio collocandum fuisse supra p. 271 diximus. De verbo *ἀλιβδύω* cf. Lobeck. not. ad Sophocl. Aiac. 805 extr.

270.

*Ἂψ ἐπὶ Θερμώδοντος ὁδεύετον.*

„Tzetz. ad Lycophr. 647: *Θερμώδων ἐστὶ μὲν ἕτερος ποταμὸς Παφλαγονίας περὶ Σινώπην, ὅπου ἦσαν αἱ Ἀμαζόνες. ὁ δὲ νῦν κείμενος Θερμώδων καὶ Ὕψαρνος Βοιωτίας εἰσὶ ποταμοί, ὡς Καλλίμαχος· ἂψ ἐπὶ κ. τ. λ.* Bentl. Thermodontis in Boeotia fluminis memoria (cf. Unger. Theban. Parad.

I p. 179) aeque atque cognominis in Ponto fluminis coniuncta est cum Amazonibus. vide Plutarch. vit. Thes. XXVII: *λέγεται δὲ καὶ περὶ Χαιρώνειαν ἑτέρας (τῶν Ἀμαζόνων) ἀποθανεῖν καὶ ταφῆναι παρὰ τὸ ῥευμάτιον, ὃ πάλαι μέν, ὡς ἔοικε, Θερμώδων, Αἵμων δὲ νῦν καλεῖται.* Huc igitur Athenis pulsae Amazones recesserunt, quod si Callimachum quoque narrasse non improbabile videbitur, poterat is dicere Amazones retrorsum ad Thermodontem ivisse duabus Amazonibus ducentibus, quem ad modum etiam apud Apollon. Rhod. II 387 in Ponti quadam insula *νηὸν Ἄρηος λαΐνεον* fecisse dicuntur *Ἀμαζονίδων βασίλειαι, Ὀτρηρή τε καὶ Ἀντιόπη, ὁπότε στρατόωντο,* quamquam quo illae tum expeditionem fecerint ne scholiastae quidem constabat. poterat autem Callimachus, ut hic quoque versibus ludam, in hunc modum dicere:

*ἄψ ἐπὶ Θερμώδοντος ὁδεύετον [Ἀντιόπη τε*
*Ὀτρηρή τ', ἀρχοὶ ταὶ τότ' Ἀμαζονίδων].*

Nec deest locus quo huius rei obiter, ut arbitror, poeta mentionem facere potuerit. nam *Ἄρειον πάγον* quoque memorat in fragm. 449, de quo Eustath. ad Dionys. Perieg. 653 p. 227, 12 Bernhardy. refert: *Ἀμαζόνες — ἀφ' ὧν ὡς ἐξ Ἄρεος καταγομένων καὶ ὁ Ἄρειος πάγος ἐν Ἀθήναις ὠνόμασται.* quo invitante nomine Callimachum Amazonum in Atticam irruentium historiam paucis versibus perstrinxisse ab eius consuetudine nequaquam abhorret. Ita utrumque fragmentum (quorum alteri vicinum fuisse videtur etiam fragm. 370) ex Aet. III 4 desumptum putabimus. atque Aetiis fragmentum nostrum vindicat etiam Rauch. p. 80 argumenta sua celans.

## 271.

*Ἐδείμαμεν ἄστεα μορτοί.*

„Ammon. ad Aristot. *περὶ ἑρμηνείας* p. 27 (= p. 103 Brandis.): *ἄνθρωπος μὲν κατὰ τὸ διαρθροῦν τὴν ὄπα ἢ ἄνω ἔχειν τὰς ὦπας. μέροψ δὲ ὡς μεμερισμένῃ χρώμενος τῇ ὀπί. βροτὸς δὲ ὡς μορτὸς καὶ μοιρητός· διὸ καὶ τὸ ἐδείμαμεν ἄστεα μορτοί, φησὶν ὁ Κυρηναῖος.*“ Bentl. Idem fragmentum ex Orion. Theban. Etym. tum nondum edito (cf. nunc p. 33, 27 Sturz.) addit Ernest. vel potius Ruhnkenius: *βροτός, παρὰ τὸ μείρω μορτὸς εἴρηται ὁ ἄνθρωπος. Καλ-*

*λίμαχος*· *ἐδείμαμεν ἀστία μορτοί*. Huic fragmento nullum invenio aptiorem locum quam in Aet. II 1.

272.

*Ὑπεὶρ ἅλα κεῖνος ἐνάσθη*
*Ἀλκάθοον τίς ἄπυστ'* * * * * * *

„Schol. Sophocl. Oed. Col. 3: *ὅτι τὸ τίς ἀντὶ ἄρθρου χρῶνται, Καλλίμαχός φησιν οὕτως· ὑπεὶρ ἅλα κεῖνος ἐνάσθη Ἀλκάθοόν τις ἄπτυστος*. Pro *ἄπτυστος* lege *ἄπυστος*. Verba sunt ut conicio de Tydeo, qui ob patrui sui Alcathoi caedem patriam Aetoliam linquens ad Argivos confugit." Bentl. De interpretatione fragmenti partim dictum est in Vol. I p. 423. De caede Alcathoi qua Tydeus huius insidias patri suo Oeneo structas ulciscebatur et ob quam trans fretum Argos fugere coactus est, parum copiose et distincte veteres disputant, Apollodor. I 8, 3 et reliqui testes quos Wesseling. ad Diodor. IV 65 nominat, ut quae illa inaudita sive *ἄπυστα* fuerint non satis cognoscatur. sed fortasse eo spectant quae schol. Hom. Jl. XIV 120 habet: *Τυδεὺς — ἀναιρεῖ τούς τε ἀνεψιοὺς καὶ σὺν αὐτοῖς ἀκουσίως τὸν ἀδελφόν*, si quidem recte ita legitur in D, nam AB habent *ἀνεψιόν*. sed Pherecydes quoque apud Apollod. l. l. Tydeum fratrem suum occidisse narrat. Quum autem Tydeus inter Septem illos fuerit qui adversus Thebas profecti sunt, inter quos memorari a Callimacho in fragm. 226 videtur, ad eundem locum hoc quoque fragmentum refero, i. e. ad Aet. I 9. Hinc patet, cur alterius versus particulam ad pentametri modulum revocare maluerim, quod ne quis obiurget nimis violenter a me factum esse, monendum est grammaticorum more (cf. supra p. 38) plene hic scriptum fuisse quod decurtatum apud Callimachum legebatur sic: *ἄπυστ'*, apostrophum autem saepe turbas fecisse et cum totis syllabis male esse commutatum, ut cum *ες*.

273.

*Τί δάκρυον εὖδον ἐγείρεις;*

„Schol. Sophocl. Oed. Col. 510: *δεινὸν μὲν τὸ πάλαι κείμενον ἤδη κακόν, ὦ ξεῖν', ἐπεγείρειν*] —. *Καλλίμαχος· τί δάκρυον εὖδον ἐγείρεις;* Eadem habet Suid. I 1 p. 1228:

*δεινὸν — καὶ Καλλίμαχος· τί δάκρυον κ. τ. λ.*" Bentl. Ad Elegias fragmentum Valcken. Eleg. Call. p. 297 revocavit, melius Naek. p. 156 de Hecale cogitabat, cui sane aptissimum Theseo petenti, ut de fatis suis aliquid sibi narret, dicere: *τί δάκρυον εὕδον ἐγείρεις;* cf. Hecal. Cap. V. Suum illud *δάκρυα — ἐγείρων* hinc habere videtur Nonn. Dionys. XXII 394.

274.

*Κενεὸν πόνον ὀτλήσαντες.*

„Schol. Sophocl. Trachin. 7: *εἰ δὲ γράφεται ὄτλον, τὴν ταλαιπωρίαν, ἢ ὡς Ὅμηρος τὸ μεμορημένον καὶ πεπρωμένον. Καλλίμαχος· κενεὸν πόνον κ. τ. λ.*" Bentl. De Argonautis haec dicta esse, qui tempestatibus correpti quum inanem se operam intendere vidissent ut cursum tenerent, tandem obluctari desierunt, non inepte puto coniecimus in Aet. II 3.

275.

*Ὁ μὲν εἷλκεν, ὁ δ' εἵπετο νωθρὸς ὁδίτης.*

„Schol. Apollon. Rhod. I 1162: *καὶ Καλλίμαχος ἐπὶ τοῦ ταύρου ἡττηθέντος φησίν· ὁ δ' εἵπετο νωθρὸς ὁδίτης.*" Bentl. Ex scholiis Parisinis, quae primus Ruhnkenius ad h. l. commemoravit, *ὁ μὲν εἷλκεν, ὁ δ' εἵπετο νωθρὸς ὁδίτης*, raro casu supplendum esse fragmentum patet, nam aliter ratio non constat nec perspicitur cur Callimachi fragmentum grammaticus attulerit. sic enim dicit: *τὸ ἐφέλκετο* (Apoll. Rhod. l. l.) *πρὸς πλείονα εἶπεν ἔμφασιν, ὅπερ καὶ Καλλίμαχος ἐπὶ τοῦ ταύρου ἡττηθέντος φησί.* Sed de tauro Minois cur cogitare Ruhnkenius maluerit quam de tauro Marathonio, non video, quum hunc saepius a Callimacho memorari constet, ille nullo certo testimonio demonstrari possit. obtemperandum potius fuit Naekio p. 256 et Heckero Com. Call. p. 97. cf. Hecal. Cap. VIII. *Νωθρὸν ὁδίτην* Callimacho non uno loco debere Nonnum, Gregorium Nazianz., Joannem Gazaeum docet Naek. Opusc. I p. 244 et II p. 257.

276.

*Ψευδόμενοι δ' ἱερὴν φημίζομεν.*

„Schol. Apollon. Rhod. I 1019: τὰ μεγάλα τῶν παθῶν εὐφήμως ἱερὰ καὶ καλά φαμεν, ὡς καὶ τὰς Ἐριννύας Εὐμενίδας καὶ τὴν λοιμικὴν νόσον ἱεράν, ὡς καὶ Καλλίμαχος· Ψευδόμενοι δ' ἱερὴν φημίζομεν." Bentl. Ἱερὴν νόσον (nam hanc quoque vocem in proximo fuisse patet) quum λοιμικὴν νόσον scholiasta interpretetur, non epilepsiam aut scabiem, qui morbi alibi ea voce significantur (cf. Boissonad. ad Eunap. p. 396), quis non statim eam intellexerit νόσον λοιμώδη, quam Pausan. I 43, 7 Argivis ab Apolline immissam dicit propter Poenam a Coroebo interfectam. ab hac enim vexari Argivos Apollo voluerat ob filium suum Linum a canibus Argivis discerptum. Dixit igitur hoc poeta in Aet. I 5.

277.

*Μαστύος ἄλλοτ' ἔκαμνον ἀλητύι.*

„Schol. Apollon. Rhod. I 1353: μαστύς ἡ ζήτησις. Καλλίμαχος· μαστύος ἄλλοτ' κ. τ. λ." Bentl. Fragmentum hinc ut videtur inter schol. Wechel. Anthol. p. 416 receptum est. Qui defessi fuerint investigandi labore Hecker. Com. Call. p. 44 seq. recte intellexit Colchos ab Aeete missos (Aet. II 5), quae magis mihi arridet quam Naekii suspicio p. 181, Thesei illa verba esse Hecalae narrantis Scironem a se per rupes et antra quaesitum esse. Quod autem illi cum Eldik. Suspic. spec. p. 24 et Jacobs. Animadv. in Epigr. Anthol. graec. vol. II 2 p. 145 scribere malebant ἀλλ' ὅτ', quantumvis hoc elegans sit et receptum etiam a Bergk. in Anth. lyr. I n. 41 = II n. 43, nolui tamen recipere, quum pungat animum, potueritne in sequentis versus initio poeta aliquod ἄλλοτε δ' αὖ ponere quod illi respondeat. Operae pretium est comparare Callimachi imitatorem Dionysium 489: εὖτ' ἐμόγησαν ἴχνια μαστεύοντες ἀλήμονος Αἰητίνης.

278.

*Ἔγρεν, καί τιν' ἔχοντα περίπλοον.*

„Schol. Apollon. Rhod. III 1150: περιπλομένας· παριούσας, ἐπεὶ καὶ πλόος λέγεται ἡ ὁδός. Καλλίμαχος·

*ἔγρει καί τιν' ἔχοντα περίπλοον.* Nescio quid haec sibi velint.“ Bentl. Equidem tamen perspicere mihi videor quo tendant. suspicor enim Hecalae verba esse Theseum e somno suscitantis et admonentis ut proficiscatur, quum longo tempore opus sit ad taurum inveniendum, quippe qui magnum Marathonium campum circumire soleat. cf. Hecal. Cap. VI extr. Itaque scribo *ἔγρεν* (cf. Lobeck. ad Buttmann. II p. 158. nisi quis praetulerit *ἄγρει*) et *τινά* interpretor magnum aliquem circuitum. De vocis *πλόος* significatione cf. schol. Nicandr. Ther. 295 coll. Lobeck. ad Phryn. p. 615.

279.

*Νόθοι δ' ἤνθησαν ἀοιδαί.*

„Schol. Aristoph. Nub. 333: *Καλλίμαχος πρὸς αὐτοὺς* [nempe *τοὺς διθυράμβους*] *ἀποτεινόμενος οὕτω πως αὐτῶν καθάπτεται· νόθοι δ' ἤνθησαν ἀοιδαί.* Eadem habet Suid. s. *κυκλίων* (p. II 1, p. 445), ubi *νόθαι* editum quod hic *νόθοι.*“ Bentl. Quum Suidas ut alibi semper, sic hic quoque scholiastam Aristophanis exscripserit, huic magis fidem habebimus testanti *νόθοι* Callimachum scripsisse, quem ad modum saepe quae trium generum adiectiva solent esse hic illic minus mobilia sunt. cf. Hecker. Com. in Anthol. (I) p. 279 et de *νόθος* Naek. de Hecal. p. 34. Fragmentum putaverim in *Γραφείῳ* locum olim habuisse suum, ubi totum dithyramborum genus poeta carpserit. nam Valckenario Eleg. Call. p. 297 haec cum fragm. 287 coniungenti non credendum esse docet qui nunc eius fragmenti habitus est. cf. Naek. Opusc. I p. 58 et II p. 33.

[280.]

[*Λιμναίῳ δὲ χοροστάδας ἦγον ἑορτάς.*]

[Ex Hecale hoc fragmentum esse nunc certo testimonio constat. ergo hinc reiciendum sub n. 66[a].]

281.

*Σκέρβολα μυθήσαντο.*

„Schol. Aristoph. Equit. 821: *μὴ σκέρβολλε· μὴ λοιδόρει. δηλοῖ δὲ τὸ κερτομεῖν. κεῖται δὲ νῦν ἡ λέξις ἀντὶ*

τοῦ μὴ ποίκιλλε. καὶ Καλλίμαχος· σκέρβολα μυθήσαντο.“ Bentl. Ex Aet. II 8 esse videri dixi ad frag. 253.

282.

*Ἣν ἐτρίψαντο μυσωτόν.*

„Schol. Aristoph. Vesp. 62: μυττωτόν ἐστι κυρίως τὸ ἐκ σκορόδων καὶ τυροῦ καὶ ὄξους τρίμμα, καὶ οὕτως ὠνομάσθη ἀντὶ τοῦ μυσωτόν τι ὄν, παρὰ τὸ μυσάττεσθαι αὐτοῦ τὴν ὀσμήν, καὶ τροπῇ Ἀττικῇ τοῦ σ εἰς τ καὶ πλεονασμῷ μυττωτός, εἴ γε καὶ ὁ Καλλίμαχός φησι· ἥν' ἐτρίψαντο μυσωτόν.“ Bentl. Vulgato olim ἥν Dindorfius substituit ἵν', cui quid faciam non video. nec scio consilione an errore Lobeck. Proleg. Pathol. p. 391 citaverit ἣν ἐντρίψαντο μυσωτόν, quo recepto verbo composito potius μυσωτῷ opus videtur esse. nunc autem non terendo admisceri aliquid moreto putabimus, sed ex contrita aliqua re fieri moretum. nam in eam sententiam dici posse τὶ τρίβεσθαι μυσωτόν, ut sit ex contrita aliqua re sibi facere moretum (quasi dicas τρίβεσθαί τι τριβὰς μυττωτικάς), nemo facile negare velit. Quamquam autem plures res fuerunt quibus in conficiendo moreto utebantur (cf. Pseudovergil. Moret. v. 88 seqq., J. G. Schneider. ad Theophrast. Vol. III p. 576, Bussemaker. et Daremberg. ad Oribas. vol. I p. 617), tamen id constat ex alliis maxime constitisse, ut Callimachus ἣν ἐτρίψαντο dicens putandus sit aliqua feminini generis voce usus esse, quae vel σκορόδου quandam speciem vel totum eius genus significaret, velut hoc modo: [καὶ σκορόδων γενεήν], ἣν ἐτρίψαντο μυσωτόν, cui non praefero a Scaligero ad Catal. Virgil. p. 421 propositum τοὺς χρῆν ἐγκάπτειν ἣν ἐτρίψαντο μυσωτόν, merito ab Heckero Com. Call. p. 76 ob quattuor continuos spondeos reiectum. Illud autem si quaeritur ubi Callimachus dixerit, Naek. p. 150 de Hecale cogitari vetat, maxime, ut puto, propter pluralem ἐτρίψαντο, qui sane de Hecale intelligi nequit. at quidni intelligatur de hominibus ditioribus qui moretum ex σκορόδοις conficere poterant, quum haberent quae addere possent, τυρόν et ὄξος aliaque admisceri solita, pauper autem Hecale non haberet, ut cum soncho et crethmo etc. simplex allium apponere Theseo coacta esset —? Nihil igitur impedit quo minus fragmentum ex Hecal. cap. V petitum

putemus. Sed Rauchius de Aetiis cogitabat causa non addita p. 80. Quod autem Callimachus vulgari forma *μυττωτόν* spreta aliam posuit plane singularem, sine dubio hanc ex dialectorum latebris produxit, non ipse finxit, quod ne scholiastam quidem indicare voluisse puto, qui fragmentum non aliam ob causam attulit, nisi quod in eo usurpata forma *μυσσωτόν* magis ipsi ad vocis *μυττωτόν* originationem explicandam idonea esse videbatur. atque in Moreto quoque Pseudovergilii v. 107 saepe viri nares acer iaculatur apertas spiritus et simo damnat sua prandia voltu coll. Theophrast. Histor. plant. VII 4, 11.

## 283.

*Τυρσηνῶν τείχισμα Πελαργικόν.*

„Schol. Aristoph. Av. 832: *ὅτι Ἀθήνησι τὸ Πελαργικὸν τεῖχος ἐν τῇ ἀκροπόλει, οὗ μέμνηται Καλλίμαχος· Τυρσηνῶν κ. τ. λ.* Pelargicum idem quod Pelasgicum, et Tyrrheni eidem qui Pelasgi.“ Bentl. De hoc muro quem Pelasgi sive Pelargi (cf. Strab. V p. 221 C: *οἱ τὴν Ἀτθίδα συγγράψαντες ἱστοροῦσι περὶ τῶν Πελασγῶν, ὡς καὶ Ἀθήνησι γενομένων τῶν Πελασγῶν, διὰ δὲ τὸ πλανήτας εἶναι καὶ δίκην ὀρνέων ἐπιφοιτᾶν ἐφ' οὓς ἔτυχε τόπους Πελαργοὺς ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν κληθῆναι*) condidisse ferebantur, nota sunt omnia. cf. Naek. de Hecal. p. 203, Leak. Topogr. Athenar. p. 318 Rienaek., Goettling. in Mus. Rhen. IV p. 321 seqq. Et Naekius quidem in Hecale poetam ista dixisse coniecit eo loco ubi narraverit Theseum Athenas procul vidisse. sed equidem aptiorem locum invenisse mihi videor. intelligo enim de peplo, qui Panathenaeis e Ceramico praeter murum Pelargicum vehebatur, de quo more cf. Hermann. Opusc. VII p. 273 et Mommsen. Heortolog. p. 190 seq. Putabimus igitur fragmentum ad Aet. I 4 pertinere. Aliter autem Rauch. p. 75 n. 177. De grammatica eius formatione cf. Hym. in Del. 160: *Κόων Μεροπηίδα νῆσον,* et Excurs. ad Hym. p. 258.

284.

*Τόξου σφεων τίς ἄριστα Κυδωνίου.*

„Joannes Chara. de Encliticis in Horto Adon. p. 228 [= Bekk. Anecd. p. 1154]: *παρὰ Καλλιμάχῳ τόξου σφεῶν τις ἄριστα Κυδωνίου. σπονδεῖος γὰρ βαρύτονος προηγεῖται* (*τοῦ ἐγκλιτικοῦ*). Lege *τίς* interrogative." Bentl. Adde Herodian. in Bekk. Anecdot. p. 1143 (Herodian. I p. 562, 15 Lentz.), ubi *τόξά σφεῶν τις ἄριστα Κυδώνια* editur, sed *τόξου* habent etiam scholia Homeri Jl. I 7 codicum Paris. 2556 et 2766 in Crameri Anecd. Paris. III p. 116, 24 et p. 271, 27, ubi sine Callimachi nomine affertur solum *τόξου σφεῶν* vel *τόξου σφεων*, non *τόξου σφεων*, ut grammatici volebant (cf. Lehrs. Quaest. epic. p. 106 seq. et Lentz. ad Herodian. l. l.). Sed *Κυδώνια* unde Lentzius l. l. habeat non invenio, ut vel error viri optimi vel coniectura esse videatur. Miror autem spretum ab hoc esse Bentlei interrogativum *τίς*, quod solum apte puto explicari posse. neque enim aberrare a vero mihi videor, si in certamine aliquo statuero quaesitum esse: *τόξου σφεων τίς ἄριστα Κυδωνίου* [*ἰὸν ἀφείη*], ubi *τόξον Κυδώνιον* in universum significare videtur *Κρητικόν* vel potius quemvis bonum et affabre factum arcum, ut Hym. in Artem. 81. quamquam si inter certantes etiam Meriones Cretensis fuit ut est in Hom. Jl. XXIII 860 seqq., Creticus arcus etiam magis hic convenit. Potuerunt autem haec dici in Aet. I 14. ad Aetia certe rettulit Rauch. p. 80 sede tamen fragmenti non indicata.

285.

*Ἔξεσθαι [θὴρ] θερμότατον. Ῥιζοῦχε Ποσειδῶν.*

„Proclus ad Hesiod. Erg. 510: *εἴωθε τὰ ζῶα διὰ τὸ ψῦχος τὰς οὐρὰς μεταξὺ τῶν μηρῶν ἀποθλίβοντα ἐγγὺς τῶν αἰδοίων ποιεῖν· ὡς καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ· ἕξεσθαι θερμότατον ῥιζοῦχε Ποσειδῶν.* Hesiodi verba sunt: — *Βορέαο* — *ὅς τε διὰ Θρήκης ἱπποτρόφου εὐρέι πόντῳ ἐμπνεύσας ὤρινε· μέμυκε δὲ γαῖα καὶ ὕλη* —, *θῆρες δὲ φρίσσουσ', οὐρὰς δ' ὑπὸ μέζε' ἔθεντο*, unde divinare licet sub mendoso illo *ἕξεσθαι* latere verbum *μέζεα*. Et *ῥιζοῦχε* interpretandum *σπερμογόνε*. hinc enim Hesychio lux affulget, qui *ῥιζοῦχος*

exponit σπερμογόνος (III p. 429). Reliqua me credas licet aut non posse aut nolle restituere." Bentl. Ego quidem lubentissime velim, sed vereor ut satis potuerim. At periclitandum tamen est naviter. Et primum quidem Callimachi locum a Proclo non puto appositum esse, quod is Hesiodeam sententiam iisdem paene verbis expresserit (a quibus nimis recedere videntur), sed quod magis generatim atque universe loquens Callimachus Proclo ad Hesiodi sententiam proxime accessisse visus sit. atque videri ita eo magis Proclo potuit, si ipse quoque Callimachus Hesiodum sequutus de Borea agebat et hunc frigus afferre solere memorabat, hoc quoque addens, θῆρας tum φρίσσειν et teporem appetere. Quod si fuit, non iam ipsa Hesiodi verba in Callimachi fragmento cum Bentleio quaeremus, sed verbis ἕζεσθαι θερμότατον Hesiodi sententiam satis expressam putabimus. et si quid deesse videbitur ad explendam sententiam, id non aliud est atque quod etiam versus integritatem turbat et restitui facillime posse videtur hoc pacto: ἕζεσθαι [θὴρ] θερμότατον, quod Callimacho memoranti Boream ventum, qui mare atque terram vexans animalia quoque horrore perfundere soleat, ita licuit orationi suae inserere:

[ἔνθα φιλεῖ]
ἕζεσθαι [θὴρ] θερμότατον.

nec deerit locus ubi hoc vel ipse poeta dixerit vel aliquem dicentem fecerit. Tempestate enim et boreali vento Argonautae a cursu suo deiecti et in Libyam delati sunt (cf. Aet. II 7), qua in re si his quoque verbis locum fuisse concesseris, etiam altera versus pars explicari facillime poterit. A nemine enim magis conveniebat petere ut mare commotum sedaret quam a Neptuno, quod ita fieri poterat:

Ῥιζοῦχε Ποσειδῶν,
[τύνη δ' ἄμμε κακοῦ κύματος ἐξερύοις.],

ubi quid voce ῥιζοῦχε Callimachus significare voluerit obscurum est. nam quod Bentleius Hesychium attestatus putavit esse σπερμογόνε, id non magis est perspicuum. Sed si recte hanc vocem cum γεννητικός Tzetzes ad Lycophr. 352 componit ac σπερμογόνον Helium dici affirmat ibid. ad v. 426, Ποσειδῶν ῥιζοῦχος potest esse Π. γενέσιος (cf. Welcker. Goetterl. II

p. 683 seq.) vel *γενέθλιος*, sive hoc in universum significabat frugum datorem (cf. schol. Apoll. Rhod. II 4: *γενέθλιον εἶπε Ποσειδῶνα διὰ τὸ δεσπόζειν τοῦ ὑγροῦ καὶ πάσης τροφῆς καὶ γενέσεως αἴτιον εἶναι, καθὸ τὸ ὕδωρ πάντων γεννητικόν*), sive generis auctorem, quod ipso illo Apollonii loco firmari videtur, qui talis est: *Ἀμύκοιο — ὅν ποτε νύμφη τίκτε Ποσειδάωνι Γενεθλίῳ εὐνηθεῖσα Βιθυνὶς Μελίη*. Alterum hoc si fuit, licebit suspicari Callimachi illa verba dixisse Ancaeum, qui Argonautis gubernator fuit postquam Tiphys mortuus est. ille enim Neptuni filius fuit (cf. Apoll. Rhod. II 865 seqq. coll. schol. ad v. 866). At erunt sine dubio qui huic vocis *ῥιζοῦχος* interpretationi aliam praetulerint cum Naek. de Hecal. p. 109. nam qui unus nunc quidem extare videtur locus quo *ῥιζοῦχος* occurrit, Oppian. Hal. V 680: *γαίης δ' ἀστυφέλικτα, Ποσειδάων ἐρύοιτο ἀσφάλιος ῥιζοῦχα θεμείλια νέρθε φυλάσσων*, commendare Henrici Stephani sententiam videtur in Thes. VI p. 2388 B, *ῥιζοῦχος* esse *γαιήοχος*. Sed de hac quidem voce quid statuendum sit in medio relinquam, de reliquis autem probabiliora attulisse mihi videor quam Rauch. de Aet. p. 59 n. 126, qui ipsum illud *σπερμογόνος* in Callimachi fragmento locum habuisse ratus tale versus monstrum procudit: *μέζεσι σπερμογόνοις, ῥιζοῦχε Ποσειδῶν*, quae in Aetiorum elegia de institutis ludis Olympicis poetam dixisse sibi persuasit. atque *μέζεα* etiam Boissonadius versui restituendum censebat sic: *μέζεα θερμότατε, ῥιζοῦχε Π.*, quod iure reiecit Naekius l. l. nihil is de fragmenti sententia et sede definiens.

## 286.

*Αὖθι τόδ' ἐκδύοιμι.*

„Ammonius de Different. adfin. vocab. p. 27: *αὖθις καὶ αὖθι χωρὶς τοῦ σ διαφέρει. τὸ μὲν αὖθις ἐστι τὸ πάλιν ἢ μετὰ ταῦτα· τὸ δ' αὖθι αὐτόθι. κακῶς οὖν Καλλίμαχός φησι· αὖθι τόδ' ἐκδύοιμι, ἀντὶ τοῦ μετὰ ταῦτα.* Culpae arguit Callimachum quod *αὖθι* dixerit pro *πάλιν*, quum significet *αὐτόθι*. In eadem sententia est Etym. Magn. s. *αὖθι* (p. 169, 16). sic tamen loquutus est Callimachus et hic et saepe alias, ut Hymn. in Del. 44 *οἱ μὲν ἔτ' οὐκ ἴδον αὖθι*, et in Pallad. Lavacr. 103 *τὸ μὲν οὐ παλινάγρετον αὖθι*

γένοιτο.“ Bentl. Novum iam testimonium, sed aperte ex eodem fonte petitum accedit Etym. Gudian. p. 92, 40, quod fere ad verbum cum Ammonio conspirat et fragmentum ita sistit: κακῶς οὖν Καλλίμαχός φησι· αὖθι τόδε ἐκδύοιμι, ἀντὶ τοῦ μετὰ ταῦτα. Quod optare aliquis dicitur ut exuere possit, id γῆρας videtur esse (cf. Aristoph. Pac. 336 ἥδομαι — μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδὺς ἐκφυγὼν τὴν ἀσπίδα) idque apprime convenit Hecalae vetulae. cf. Hecal. cap. V. De αὖθι cf. vol. I p. 212.

287.

*Εἵνεκεν οὐχ ἓν ἄεισμα διηνεκὲς ἤνυσα.*

„Ammonius ibid. p. 106: οὕνεκα καὶ εἵνεκα διαφέρει. οὕνεκα γὰρ σημαίνει τὸ ὅτι, εἵνεκα δὲ χάριν. — ἥμαρτεν οὖν ὁ Καλλίμαχος εἰπών· εἵνεκεν οὐχ ἓν ἄλεισμα, ὅπερ ἄτοπον. ἔδει γὰρ εἰπεῖν οὕνεκα, ἵνα γένηται ὅτι οὐχ ἓν ἄεισμα. Ἄλεισμα nihil est. lege ἄεισμα, hoc est ᾆσμα, ut in Epigr. XXIX Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα.“ Bentl. Duabus vocibus integrius hoc fragmentum nunc habemus in Apoll. Dyscol. de Coniunct. p. 505, 17: ἐπίμεμπτοι οἱ τὰς συντάξεις παρασυγχέοντες, ὧν ἐστὶ Καλλίμαχος· οὐδ' ἕνεκ' Εὐρυνόμη (i. e. fragm. 471). Εἵνεκεν οὐχ ἓν ἄεισμα. φέρεται γὰρ ὁ σύνδεσμος ἐπὶ τὸ ἤνυσα, καὶ δέον τῷ οὕνεκα καταχρήσασθαι, ubi quum codex Parisinus post ἄεισμα in margine addat διηνεκές teste Bekkero in Anecdot. p. 1117 extr., hunc versum suspicamur a Callimacho factum esse: εἵνεκεν οὐχ ἓν ἄεισμα διηνεκὲς ἤνυσα _ ⏑. neque enim intelligo cur Naek. de Hecal. p. 34 statuere maluerit, διηνεκές vocabulum aliam eiusdem fere significationis vocem vel duas voces excepisse, ἤνυσα autem in sequentis versus initio locum habuisse. certe duabus quae prostant vocibus, ἓν et διηνεκές, satis videtur quale indicare Callimachus voluit carmen designatum esse, carmen unum et perpetuum i. e. quod de una re vel uno homine agens per magnam aliquam versuum copiam uno tenore et sine ulla intermissione decurrebat, non quale *Αἴτια* fuerunt carmen, multis illud elegiis singulis constans magnamque diversarum rerum copiam tractans. Non dubito enim cum Diltheyo de Cydipp. p. 25, quin huic carminum generi opposuerit suum illud ἓν διηνεκές, i. e. Ἑκάλην, quod carmen

edidisse eum scimus, ut magnis carminibus scribendis non imparem omnino se esse doceret. qua de re ut disputaret nullus profecto locus aptior erat quam Hecalae Prologus, quo referendum esse fragmentum pridem vidit Naek. p. 29 seqq., cui tamen hoc quoque non credo affirmanti p. 34, *οὐχ ἓν* esse nullum vel potius non ullum, id quod potius *οὐδ' ἓν* poetam dicturum fuisse putaverim. sed de vocibus *ἄεισμα* et *διηνεκές*, a Callimachi imitatoribus libenter receptis, laudabiliter idem egit Opusc. I p. 240 et II p. 34. de *εἵνεκεν* vide quae diximus in Vol. I p. 187. Integer autem Callimachi hexameter talis fuisse videtur: *εἵνεκεν οὐχ ἓν ἄεισμα διηνεκὲς ἤνυσα* [*πάμπαν*], cui praecedebat fortasse: [*ὀνείδιζόν μ' ἐπέεσσιν*].

288.

*Ὅς τ' ὤκιστος ἐς ἄστυρον ἀγγελιώτης.*

„Suid. I 1 p. 815: *ἄστυρον· πόλιν. ὅς τ' ᾤκιστο ἐς ἄστυρον ἀγγελιώτης. Καλλίμαχος.* Pro *ᾤκιστο*, quod hic locum habere nequit, ex coniectura reposui *ὤκιστος*.“ Bentl. Idem ex uno certe codice reduxit Gaisfordius recepitque Bernhardyus, nec praestat Toupianum (Emend. in Suid. IV p. 304) [*ἤλυθεν*], *ὅστ' ὤκιστον ἐς ἀ. ἀ.* Intelligo autem nuntium qui opem contra taurum Marathonium petiturus Athenas venerit. cf. Hecal. VI. Vix digna est quae memoretur Riesii opinio in Mus. Rhenan. XXI p. 507.

289.

*Δανὰ ξύλα* [*τυτθὰ*] *κεάσσαι.*

„Suid. I 1 p. 1170: *δανά· τὰ ξηρὰ ξύλα. τὸ δα μακρόν. Καλλίμαχος· δανὰ ξύλα κεάσαι. τουτέστι σχίσαι.* Lege *ξύλα δανὰ κεάσσαι.* Bentl. Eundem tamen atque Suidas in Callimachi fragmento verborum ordinem habet Zonar. p. 470: *δανά· τὰ ξηρά ξύλα. Καλλίμαχος δανὰ ξύλα κεάσαι, ἤτοι σχίσαι. καὶ δανότατον τὸ ξηρότατον, παρὰ τὸ δαίω τὸ καίω. τὸ δα μακρόν.* quae tametsi ex eodem fonte manarunt, paulo tamen minus probabilem nobis reddunt et Bentlei transpositionem et Küsteri ad Suid. l. l. opinionem, fragmentum non esse Callimachi, sed Homeri verba ex Od. XV 321: *οὐκ ἄν μοι ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος, πῦρ τ' εὖ νηῆσαι, διά τε ξύλα*

*δανὰ κεάσσαι.* Et Küsteri quidem coniecturam firmare videtur Etymologi Magn. locus p. 247, 37: *δανά· τὰ ξηρὰ ξύλα. οὕτω καὶ εἰς τὸ ῥητορικόν. οἷον· διά τε ξύλα δανὰ κεάσσαι.* nam hic aperte Homeri ille locus est. Contra Bernhardyus l. l. putabat in Suida et Zonara non Callimachum cum Homero confusum esse, sed Callimachi versum excidisse. At per se non inusitatum Callimacho erat Homeri hemistichia in usum suum convertere (cf. Aulin. de Elocut. Callim. p. 21 et Scheer. Callim. *Ὁμηρικός* p. 18 n. 1), qua in re verisimile est eum Homeri locos nonnunquam paululum variasse, et hic quidem non dixisse *ξύλα δανά*, sed *δανὰ ξύλα*. Id si fecit, apparet unam post *ξύλα* vocem excidisse, quod eo minus improbabile, quoniam in eo lexicographo, unde Etym. Magn. et Suidas hauserunt, utriusque poetae loci videntur appositi fuisse, quam vicinitatem Callimacho infestam fuisse non miramur. Potuit autem talis esse Callimachi versus: [*αὐτίκα δ' ἔσπευδεν*] *δανὰ ξύλα* [*τυτθὰ*] *κεάσσαι.* vid. Hom. Od. XII 174, *κηροῖο μέγαν τροχὸν — τυτθὰ διατμήξας*, et ibid. 388: *τυτθὰ βαλὼν κεάσαιμι*, coll. Ziegler. ad Theocrit. III 21. Nihil tamen mutandum de Bentleiana scriptura censebat Naek. p. 132, cui de sede fragmenti assentior. cf. Hecal. cap. V.

## 290.

*Αἴσηπον ἔχεις, ἑλικώτατον ὕδωρ.*

„Eustath. ad Hom. Jl. B p. 354, 22: *μέλαν ὕδωρ τὸ τοῦ Αἰσήπου φησὶν* (*Ὅμηρος*) *ἢ κατὰ κοινὸν ἐπίθετον, — ἢ διὰ τὸ βαθύ. Καλλίμαχος δὲ παραφράσας ἑλικώτατον ὕδωρ Αἰσήπου φησίν.* Schol. recent. Sophocl. Aiac. 374: *ἕλικας, τὰς περὶ τοὺς καρποὺς ψέλλια ἢ ἐνώτια* [cf. Apollon. Archib. p. 255 Toll.] *λέγουσι. καὶ ἑλικώτατον ὕδωρ τὸ ἑλικοειδῆ ἔχον τὴν ῥεῦσιν, ἢ διαυγές.* In animo habuit hunc locum Callimachi. sed accedimus potius ad interpretationem Eustathii. Et Hesychius (II p. 65): *ἑλικόν· ὀρθόν. καὶ μέλαν. περιφερές.*" Bentl., quem non debuisse ex Eustathio, sententiam tantum Callimachi, non ipsa eius verba afferente, fragmentum constituere sic: *ἑλικώτατον ὕδωρ | Αἰσήπου* constat nunc ex schol. B ad Jl. II 825: *μέλαν. τοῦτο κοινὸν ὑδάτων ἐπίθετον, ὡς κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης*

(Odyss. XII 60). καὶ Καλλίμαχος· Αἴσηπον ἔχεις ἑλικώτατον ὕδωρ, quae iisdem verbis leguntur in schol. Lips. (p. 147 Bachm.) ab Ernestio una cum schol. Vossian. in Valcken. Dissert. de schol. ined. Homer. p. 127 (= Opusc. II p. 130) citatis. Eadem redeunt in schol. A ad Jl. I 98: ἑλικώπιδα· μελανόφθαλμον, ἀφ' οὗ εὐπρεπῆ, ὡς Καλλίμαχος· „ὕδωρ μέλαν Αἰσήπου" καὶ „Αἴσηπον ἔχεις ἑλικώτατον ὕδωρ", ubi ne quis duo afferri unius Callimachi fragmenta putet, priora verba ipsius Homeri sunt Jl. II 825, scholiastae autem oratio paululum corrupta est, quae ita debet refingi: ὡς Καλλίμαχος „ὕδωρ μέλαν Αἰσήπου" καλεῖ „Αἴσηπον ἔχεις ἑλικώτατον ὕδωρ". eius modi enim aliquid quin olim hic lectum fuerit Eustathii verba (παραφράσας) non sinunt dubitare. Contra rectissime Bentleium statuisse puto etiam scholiastam Sophoclis Callimachi fragmentum respexisse, cuius verba sine Callimachi nomine redeunt apud Suid. I 2 p. 186 et Zonar. p. 689: ἑλικώτατον ὕδωρ· τὸ ἑλικοειδῆ ἔχον τὴν ῥεῦσιν, ἢ διαυγές. Postremo Callimachi fragmentum respiciunt schol. BL ad Jl. I 98: τὴν μελανόφθαλμον, ὡς Καλλίμαχος, videturque hic Callimachi locus maximi momenti fuisse grammaticis, quippe quo ἕλιξ esse μέλας probari censerent, id quod saepissime inculcant, Etym. Magn. p. 332, 4, Gudian. p. 181 extr., grammat. in Cramer. Anecd. Ox. I p. 155, 32, Hesych. s. ἑλίκωπες II p. 66, alii apud Scheer. Call. Ὁμηρικός p. 11. Sed de vocis Callimacheae ἑλικώτατον interpretatione magis quam illorum grammaticorum iudicium probo Lobeckii in Paralip. p. 289 et Sauppii ad Hym. in Isim v. 65. Legebantur autem sine dubio ista in Callimachi Hecale, ut perspexerunt Naek. p. 264 et Hecker. in Philol. vol. IV p. 479, a quibus tamen in copulando illo cum aliis fragmentis frustulo mea sententia paululum recedit. cf. Hecal. cap. VII, p. 188. et Heckerus quidem nostrum fragmentum ita putat redintegrandum esse: [ἀεναοῦ τ'] Αἰσήπου ἔχεις ἑλικώτατον ὕδωρ, quem versum inter frag. 45 et 235 collocat. Naekius autem certe fr. 290 et 45 recte hoc ordine coniunxisse videtur.

291.

*Ἔχοιν δέ τι παιδὸς ἐφολκόν.*

„Eustath. ad Hom. Od. ξ p. 1761, 46: τὸ ῥῆμα, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἐφόλκαιον καὶ τὸ ἐφόλκιον, ποιεῖ καὶ τὸ ἐφολκόν, ὃ δηλοῖ τὸ ἐπαρωγόν, ὡς Καλλίμαχος· ἔχοιμι δέ τι παιδὸς ἐφολκόν. Idem ad Jl. γ p. 380, 14: καθολικώτερον τὸ γυναιμανὴς τοῦ παρθενοπίπης —. εἴη δ' ἂν ὅμοιος τοῖς οὕτω σκωπτομένοις, ἔνθα εὔξατο ἔχειν τι παιδὸς ἐφολκὸν καὶ Καλλίμαχος." Bentl., qui scripsit ἔχοιμί τι παιδὸς ἐφ., ego fragmentum dedi ex emendatione Nauckii in Praef. ad Aristoph. Byz. fragm. p. VI, qui imprimis eam optativi formam pluribus poetarum locis restituit (cf. Schneidew. Philol. IV p. 548 et VI p. 387, Progr. Berol. 1855 p. 51) quam Bekkerus in Scid. Hom. p. 111 seq. vel Homero restitutum ivit. add. Lobeck. Elem. Pathol. I p. 331. Recte autem Valcken. Callim. Eleg. p. 289 fragmentum explicat ita: habeam aliquid quo puerum possim allicere, nisi quod pro puerum dicere malim puellam. videntur enim Acontii esse ex Aet. III, 1 verba quaerentis aliquid, quo Cydippae animum alliciat, donec illud mali inscribendi artificium excogitavit.

292.

*Ἔλλετε, βασκανίης ὀλοὸν γένος.*

„Eustath. ad Hom. Jl. ι p. 756, 37: ὡς τὸ πληθυντικὸν τοῦ ἔρρε προστακτικοῦ τὸ ἔρρετε διὰ δύο λ γλῶσσά τίς φησι, Καλλίμαχος δηλοῖ ἐν τῷ· ἔλλετε βασκανίης κ. τ. λ." Bentl. Ἔλλετε esse abite in malam rem certissimum mihi videtur, etsi dubitat Ahrens. de dial. Aeol. p. 284. cf. Lobeck. Rhem. p. 137. Recte autem Naek. de Hec. p. 167 ἔλλετε cum ἔλλερα (fragm. 434) et ὄλλυμι cognatum esse statuit et apte p. 49 ad Hecalae Prologum fragmentum revocavit (cf. supra p. 175). sed Gerhard. Lect. Apollon. p. 6 ex Ibide sumptum putabat, Valcken. autem Call. Eleg. p. 281 hoc fragmentum et fr. 165 unius esse eiusdemque elegiae arbitrabatur.

293.

Ἑτέρων δ' ἴχνια μὴ καθομά.

„Eustath. ad Hom. Jl. ψ p. 1317, 18: *Μενέλαος μὲν ἄλλα ἐβούλετο, τῆς λεωφόρου αὐτὸς ὤν, Ἀντιλόχου δὲ ἄλλως ὁ νοῦς ἡγήσατο παρακλιδὸν ἐλάσαντος καί, ὡς ἂν ὁ Καλλίμαχος εἴποι, δραμόντος ἑτέρων ἴχνια μὴ καθ' ὁμά.* Hoc est ὁμὰ κατ' ἴχνια. Hesych. III p. 201: ὁμᾶ· ὁμοῦ. vel κάθομα ἴχνια. idem Hesych. II p. 388: κάθομον κατὰ τὸ αὐτό, et κάθομον· κατὰ λόγον, καθ' ὅμοιον, καθ' ὁδὸν τὴν προσήκουσαν. Male apud Suidam (II 1 p. 27). et Phot. Lex. ineditum [cf. nunc I p. 304 Nab.] κάθοιμον· καθ' ὁδόν. dicendum quippe esset κατ' οἶμον vel κάτοιμον, quia οἶμος habet diphthongum suam lenem. emenda igitur apud Suidam et Photium κάθομον. Ceterum sententia huius loci cum Virgiliano illo [Georg. III 292 seq.] convenit: iuvat ire iugis, qua nulla priorum Castaliam molli divertitur orbita clivo.“ Bentl. Similiter eodem Callimachi loco abutitur Eustath. Prooem. comm. Pindar. XXIII p. 14 Schneidew.: ἀλλ' ἔστιν αὐτῷ (Πινδάρῳ) ἐξαίρετον τὸ ἐπὶ πᾶσι ξενόφωνον τάχα που καὶ αὐτῷ θελήσαντι πατεῖν ἑτέρων ἴχνια μὴ καθ' ὁμά. Praeterea Ruhnkenius addiderat Olympiodorum in commentario tum quidem anecdoto in Platon. Phaedon. p. 66 B (p. 25): καὶ Πυθαγόρειον ἦν παράγγελμα, φεύγειν τὰς λεωφόρους, ὥσπερ τὸ „τὰ μὴ πατεοῦσιν ἅμαξαι, τὰ στείβειν,“ καὶ ἑτέρων δ' ἴχνια μὴ καθομά.“ unde nos nihil nisi ἑτέρων δ' recipiendum duximus. at multo plura ausus est Heckerus, Com. crit. de Anthol. graec. (I) p. 270 seqq., qui alterum quoque ab Olympiodoro allatum versum Callimachi esse arbitratus utrumque sic putavit iungi debere:

τὰ μὴ πατεοῦσιν ἅμαξαι,
τὰ στείβειν, ἑτέρων δ' ἴχνια μὴ καθ' ὁμά,

quod probavit Bergkio Anth. lyr. I n. 30 = II n. 32, Cobet. in Mnemos. X p. 433, Dilthey. de Cydipp. p. 6 (coll. Herzberg. ad Propert. III 1, 17), quamquam repugnat ab Olympiodoro inter utrumque fragmentum interposita copula καί. nec magis probabiliter Valcken., qui sententiam fragmenti aliorum poetarum locis docte illustravit (add. Dilthey. l. l.),

in Eleg. Call. p. 298 id sic restituendum censebat: [ἀλλὰ] δραμόντος [τὴν ὁδὸν, ἢ] ἑτέρων ἴχνια μὴ κάθομα, ex Eustathio sumens δραμόντος, quod ille aperte de suo addidit, quo Callimachi verba suo sermoni adaptaret, quae ut servaret quantum posset integra, ne μή quidem in οὐ mutare volebat. Illud enim ex altero loco certissime patet, ubi in eandem rem addidit πατεῖν. quamquam hoc quoque Schneidewino ad Eustath. l. l. ipsius Callimachi verbum videbatur. Quod autem ad interpretationem fragmenti attinet, non potest vera esse quam prioribus placuisse video explicationem hanc: non per aliorum vestigia, in qua particulae μή ratio habita est parum, vocis καθομά autem nulla, etsi huic voci praecipuam vim esse eo patet, quod huic apposita est negatio. itaque sic potius vertendum: vestigia ne sint similia vestigiis aliorum, ut ἑτέρων non pendeat ab ἴχνια, sed a καθομά, nisi forte ad normam loci Homerici κόμαι Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι scribendum simul ἑτέρῳ δ' ἴχνια μὴ καθομά. Nihil autem interest, utrum καθ' ὁμά scribas, an καθομά, nam utrumque pro adverbio est, cui conferendum Homericum Jl. XI 336 κατα ἶσα μάχην ἐτάνυσσε, quod divise scribitur, etsi καταβραχύ et κατὰ βραχύ aliaque multa saepe variant (cf. Lobeck. Elem. Path. I p. 599 seqq.). in priore autem scriptura quum accentus vocis simplicis mutari non soleat, notanda sunt κάθομα Hesychii a Bentleio adducti (ubi Schmidt. monet, Meinekio visum esse respici ibi ab Hesychio ad nostrum fragmentum), eiusdemque κάθυμον, quod alteri non praefero, et καθομά etiam in Olympiodoro scribitur. Videtur autem sua ipsius vestigia intelligere poeta, quae semper curaverit ne similia sint aliorum vestigiis ab imitatorum turba tritis vel in eadem regione sint qua aliorum. Quod dicere poeta potuit in Aetiorum Prologo, sive in sequenti versu verbum posuit, sive εἶεν omitti posse credidit, ut alibi alii crediderunt. cf. Strang. in Jahn. Annal. 1854, II p. 390. Et de Aetiis etiam Hecker. l. l. cogitabat, sed in vicinitate fragmenti 27 fuisse putabat, i. e. Aetiorum libro tertio. Alterum autem fragmentum et ipsum esse Callimachi non habeo nec cur negem nec quibus rationibus firmem. sed si est, ex alio fuit atque nostrum fragmentum carmine.

294.

*Γρῆές ἐμεν.*

„Eustath. ad Hom. Od. γ p. 1457, 50: Ὅμηρος μὲν σὺν τῷ ἰῶτα ἔφη ἀπήμονές εἰμεν (Od. VIII 566). τὸ δὲ ἀνάλογον παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν τῷ γρῆες ἐμέν, ἤγουν γραῖαι ἐσμέν." Bentl. Ex Herodiani copiis hoc manavit. cf. Herodian. περὶ μον. λ. p. 23, 38 Dind. (Tom. II p. 930, 15): οὐκ ἀγνοῶ, ὅτι καὶ ἐμέν λέγεται. γρῆές ἐμεν, sine Callimachi nomine, quod addunt Epimerism. Hom. in Cram. Anecd. Oxon. I p. 207, 20: παρὰ τὸ ἔω τὸ παραγωγὸν ἐμί, τὸ πληθυντικόν ἐμέν, γρῆες ἐμέν ὁ Κυρηναῖος Καλλίμαχος ἀντὶ τοῦ εἰμέν. Accentum correxit Lehrs. p. 80, de ipsa forma cf. Hermann. ad. Sophocl. Electr. 21. Accedo autem Naekio de Hecal. p. 153 statuenti ex Hecale esse, quam, dum omnes anus curiosas et garrulas esse dicit, curiositatem suam et garrulitatem excusare studuisse puto. Cf. Hecal. cap. V.

295.

*Ὑδάτινον καίρωμ' ὑμένεσσιν ὁμοῖον,*
*Δηλιάδων [μὲν] ὕφασμ', * * * * * * **

„Eustath. ad Hom. Od. η p. 1571, 57: καῖρος δέ φασι καὶ καίρωμα τὸ διάπλεγμα, ὃ οὐκ ἐᾷ τοὺς στήμονας συγχέεσθαι, ἐξ οὗ καὶ καιρωστρίδες ἢ καιρωστίδες γυναῖκες παρὰ Καλλιμάχῳ (fragm. 356) ἀντὶ τοῦ ὑφάντριαι. οὗ δὴ Καλλιμάχου καὶ τὸ ὑδάτινον καίρωμα ὑμένεσσιν ὁμοῖον. Etym. Magn. p. 498, 8: καιρωσέων —. καίρωμα ἡ παραπλοκὴ τοῦ στήμονος, ἡ διαπλεκομένη ὑπὲρ τοῦ μὴ συγχεῖσθαι αὐτόν. καὶ τὰς ἐρίθους καιρωτίδας εἶπε Καλλίμαχος, καὶ τὸ Δηλίων ὕφασμα ὑδάτινον. Lege ex Eustathio: καὶ τὸ Δηλίων ὕφασμα ὑδάτινον καίρωμα." Bentl. Magis etiam corrupta haec sunt in Etym. Gud. p. 292, 23: καὶ τοὺς ἐρίθους Καλλίμαχος εἶπε καὶ τὸ δειλίων ὕφασμα ὑδάτινον. Sed rectissime in Etym. Magn. scribi iussisse ὑδάτινον καίρωμα apparet ex Etym. Paris. 2636 ap. Cramer Anecd. Paris. IV p. 62, 26, ubi plene scribitur ὑδάτινον καίρωμα. Ex Etymologicis autem his certissimum est, in Callimachi fragmento locum habuisse etiam illud Δηλίων ὕφασμα, a Bentleio tamen non admissum, etsi levi fact-

mutatione admitti potuit. nam sic scripsisse poeta videtur: — ὑδάτινον καίρωμ' ὑμένεσσιν ὅμοιον, | Δηλιάδων [μὲν] ὕφασμ', nam Δηλίων versus respuit. sed Ἠλείων pro Δηλίων cur Heckerus in Schneidew. Philol. V p. 419 corrigi iuberet non alia fuit causa, atque quod hic quoque de peplo Eleo (cf. fragm. 495) cogitandum esse censebat probante Rauch. de Aet. p. 62 n. 137. Sed peplus Elidensis num διαφανὲς εἷμα, quale hic intelligitur, fuerit dubitari potest, et quidni Callimachus memoraverit aliquod ex διαφανῶν genere (cf. Becker. Charicl. II p. 338 et 341, ed. I) εἷμα a Deliensibus mulieribus textum? Atque fortasse hoc ὕφασμα fuit νυμφικὴ ἐσθής Cydippae, quam in pompa nuptiali gestabat, ut fragmentum ad Aet. III 1 extr. pertineat, versusque ita redintegrandus sit: [ἐσθὴς δ'] ὑδάτινον καίρωμ' ὑμένεσσιν ὁμοῖον. nam versum non in fine, sed in initio truncatum esse manifestum est eo, quod, alterum si esset, in quarto pede appareret caesura trochaica. Ὑδάτινα βράκη mulierum etiam Thocrit. XXVIII 11 memorat videturque id ipsum vestimentum hic Callimachus appellasse ἔργον ἀραχνάων, quod est fragm. 304.

## 296.

*Θηλύτατον πεδίον.*

„Eustath. ad Hom. Od. θ p. 1599, 25: θῆλυς ἐέρση, ἡ τοῦ εὐκαρπεῖν καὶ πολυφορεῖν αἰτία. ὅθεν καὶ Καλλίμαχος θηλύτατον πεδίον λέγει, τὸ πολύγονον." Bentl. Θηλύτατον πεδίον Callimachum puto vocasse Θριάσιον πεδίον prope Eleusin, ubi Ceres Triptolemum fruges serere docuit. quod si verum, sedes fragmento fuit in Aet. III, 4.

## 297.

*Ἤιδεα μᾶλλον ἐγώ κοτε.*

„Eustath. ad Hom. Od. ψ p. 1946, 25: ᾔδη — Ἴωνες οἰκείως προφέρονται, ᾔδεα λέγοντες ἀναλύσει τοῦ η εἰς ε καὶ α ἄντι τοῦ ᾔδη —. καὶ Καλλίμαχος· ᾔδεα μᾶλλον ἐγώ κοτε. Bentl., qui tum nondum nosse potuit Choerobosc. Dictat. in Theodos. p. 602, 15 (= Bekker. Anecd. p. 1287 extr.): τὸ ᾔδειν ὁ Ἴωνες λέγουσιν ᾔδεα κατὰ διάλυσιν, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ ᾔδεα μᾶλλον ἔγωγε,

quae iisdem verbis redeunt in Cramer. Anecd. Ox. IV p. 417, 19. Eadem disputat et Etym. Gud. p. 236, 26, sed pro Callimachi fragmento citat hoc: *ᾔδεα μὲν γὰρ ὅτι πρόφρων*, qui Homeri versus est Jl. XIV, 71, et Gramm. in Cram. Anecd. Oxon. I p. 68 citans *εἰ γὰρ ἐγὼ τάδε ᾔδε' ἐνὶ φρεσί*, i. e. Hom. Jl. VIII 366, unde ne quis de nostri fragmenti fide dubitet, ab aliis grammaticis in illa re Callimachi locum praelatum esse Homericis puto, quoniam Jonicum *κοτέ* etiam magis idoneum hunc locum reddidit ad probandum *ᾔδεα* Jonicum esse. idque ipsum vetat quo minus aut ad Aetia aut ad Hecalen aut cum Naek. p. 163 ad Comam Berenicae revocemus. ista enim carmina severo Jonismo carebant. Praeterea in Callimachi fragmento purus putus glyconeus cognoscitur, in quo basis dactylica (*ᾔδεα*) non insolita esset, etiamsi non liceret *ᾔδεα* pronuntiare *δισυλλάβως*. Tutissimum autem videtur statuere, in Epigrammatum libro hoc fragmentum locum habuisse, ubi lyricorum metrorum usus multus erat.

298.

*Κρήνη*
*λευκὸν ὕδωρ ἀνέβαλλεν.*

„Eustath. ad Hom. Od. α p. 1404, 38: *ἀναβάλλεται δὲ καὶ ὕδωρ, διὰ σωλήνων ἢ κίονος ἢ οὕτω πως ἀναβαῖνον, ἢ καὶ ἄλλως ἀναπηδῶν, ὡς δηλοῖ παρὰ Καλλιμάχῳ τὸ κρήνη λευκὸν ὕδωρ ἀνέβαλλεν.*" Bentl. Transcripsit haec Philemon. Osanni p. 243, ubi item *ἀνέβαλλεν* legitur, non *ἀνέβαλλε*, quod Bentleius edidit, *κρήνη* ad antecedentem versum reiciens. eum si hexametrum esse voluit, in altero versu *ἀνέβαλλ'* scribi debebat (cf. supr. p. 38), sin pentametrum, post *κρήνη* aliquid Eustathius reticuit, velut *κρήνη* [*ἐπηετανός*], idque magis probo. sed recte omnino Bentleius *κρήνη* a sequenti versu disiunxit. aliter enim hexametrum haberemus in quarto pede caesura trochaica deturpatum. *Κρήνην* autem iam olim intellexi eam, quam septem ducibus defessis Hypsipyle monstravit (Aet. I 9), quod probavi Rauch. de Aet. p. 46 n. 94, qui *κρήνη* hexametri finem putabat.

299.

*Τόδ' ἔχω σέβας.*

„Suid. II 2 p. 693: *σέβας· τιμή, ἔκπληξις. παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ τὸ θαῦμα· τόδ' ἔχω σέβας.*“ Bentl. Cum Naek. p. 160 ad Hecalen refero, sed intelligo de Hecale mirante Theseum solum contra taurum Marathonium proficiscentem. Fortasse autem *τὸ δ'* scribendum.

300.

*Ἐτμήγη δὲ κύφελλα.*

„Suid. II 1 p. 477: *κύφελλα· τὰ νέφη, οἱονεὶ κρύφελλα, τὰ ἀποκρύπτοντα τὴν σελήνην. ἐτμήγη δὲ κύφελλα. Καλλίμαχος δὲ τὰ κούφως ἐλαυνόμενα.* legendum: *ἐτμήγη δὲ κύφελλα, Καλλίμαχος. ἢ τὰ κούφως ἐλαυνόμενα.* Lexicon graecum mstum Oxonii [cf. nunc Cramer. Anecd. Oxon. II p. 453, 29]: *κύφελλα· τὰ νέφη, οἷον κρύφελλα, ἀπὸ τοῦ κρύπτειν τὴν σελήνην. Καλλίμαχος· ἐτμήγη δὲ κύφελλα.*“ Bentl. Suidae glossam Bernhardyus in commentarium exulare iussit, quoniam ab optimis codicibus abest. sed iisdem verbis habet Zonar. p. 1270. Quod autem ex cod. Oxon. Bentleius docuit, Callimachi esse fragmentum (id enim ex Suida et Zonara liquido demonstrari nequit), nunc aliunde quoque constat. Etsi enim in Etym. Magn. p. 549, 19 haec tantum leguntur omisso testimonio: *Κύφελλα· τὰ νέφη, οἱονεὶ κρύφελλα. ἀπὸ τοῦ κρύπτειν τὴν σελήνην. ἢ κύφελλα ἀπὸ τοῦ κεύθειν τὴν ἕλλην, ἤγουν τόν τε ἥλιον καὶ τὴν σελήνην. ἢ τὰ κούφως ἐλαυνόμενα,* tamen commode factum, quod auctori Etym. Florent. p. 200 placuit ex communi Etymologicorum fonte paulo plura excerpere: — *λέγεται δὲ τὰ νέφη οἱονεὶ κρύφελλα ὄντα, τὰ ἀποκρύπτοντα τὴν σελήνην· ἐτμήγη δὲ κύφελλα. Καλλίμαχος· ἢ τὰ κουφῶς ἐλαυνόμενα. Λυκόφρων* (1426): *κύφελλα δ' ἰῶν τηλόθεν ῥοιζουμένων.* Atque post *σελήνην* etiam Etym. Gud. p. 356, 24 addit: *ἐτμήγη δὲ κύφελα. Καλλίμαχος. εἰς τὸ κύπελλον,* adduntque etiam Etym. Sorbon. apud Gaisford. ad Etym. M. l. l. et Etym. Paris. 2630 apud Bekk. pone Etym. Gud. p. 940. Sed ex Etym. Angel. p. 688 extr. Ritschelius nihil enotavit nisi hoc: *κύφελα· ἐτμήγη δὲ κύφελα. Καλλίμαχος.* His autem

testimoniis nunc certissimum est Callimachi esse fragmentum. at iidem testes etiam plus videntur obiter subministrare, quibus altera quoque versus pars ab oblivione vindicetur. nam quod *κύφελλα* dici volunt *ἀπὸ τοῦ κρύπτειν τὴν σελήνην*, in his et verbi *κρύπτειν* et vocis *σελήνη* memoria eius modi est, ut non dubitandum sit quin haec non memoraturi fuerint, nisi ipse Callimachus haec quoque suppeditasset, qui *κύφελλα* quasi *παρετυμολογεῖν* iis videbatur voluisse ita fere scribens: *ἐτμήγη δὲ κύφελλα*, [*καὶ οὐκ ἔτι κρύψε σελήνην*], quibus idoneus locus fuit in Aet. II 7. De insolentiore forma *ἐτμήγη* pro *ἐτμάγη* cf. Lobeck. ad Buttmann. II p. 298, ubi adde Marcell. Sidet. 85 Duebn.: *αὐτὸν ἀνατμηγέντα βαλὼν ἐπὶ τραύματι θερμῷ.*

301.

*Ἀπουάτος ἄγγελος ἔλθοι.*

„Suid. I 1 p. 664: *ἀπ' οὔατος ἄγγελος ἔλθοι· παρὰ Καλλιμάχῳ. τουτέστι δύςφημος, μὴ ἄξιος τοῦ ἀκουσθῆναι.* Imitatus est Homerum, Jl. XXII 454: *αἲ γὰρ ἀπ' οὔατος εἴη ἐμεῦ ἔπος.*" Bentl. Sed neque huic Homeri loco neque alteri eius in Jl. XVIII 272: *αἲ γὰρ δή μοι ἀπ' οὔατος ὧδε γένοιτο* tam mihi similis videtur Callimachi fuisse quam et Bentleius statuit atque post eum Toupius apud Bernhardyum ad Suid. l. l., Hecker. Com. Call. p. 97, Naek. de Hecal. p. 250, Scheer. Call. *Ὁμηρ.* p. 18, alii. nam Andromache et Polydamas Homerici optant ut aliquid ad aures suas omnino non accedat, in Callimachi autem fragmento (si quidem integra sententia est ac ne pronomen quidem desideratur, quod omitti sane poterat, si ex reliqua oratione quale esset per se ultro patebat) optat aliquis ut ab auribus suis nuntius alio aliquo abeat, quod qui dicit ad se quidem accessisse nuntium indicat. Nec quicquam proficitur Toupii versione a Naekio probata: facessat ab auribus nostris iste nuntius, ubi eadem manet offensio. Itaque si Homerica sententia Callimachum usum esse tamen contenderis, mutatione quidem verborum supersederi nequit. atque si Homerum imitari Callimachus voluit, quidni scribebat *ἀπ' οὔατος ἄγγελος εἴη* —, quod omnium facillimum fuit? sed *ἔλθοι* si ei placebat magis, maiore opus mutatione erat, qua et negatio addenda et praepositione *ἀπό*

abstinendum erat hoc fere modo: μὴ δή μοι ἐπ' οὔατος ἄγγελος ἔλθοι. At cur tandem pertinaciter asseverarit quispiam Homericam sententiam Callimachum amplexum esse, quum, quod longe gravissimum est, cui soli haec debemus Suidas longe aliud dixisse Callimachum ita affirmet, ut vel tantillum nequeat dubitari? Is enim quum explicet δύσφημος, μὴ ἄξιος ἀκουσθῆναι, luce clarius est praeeunte Callimacho Suidam ἀπ' οὔατος non coniunxisse cum ἔλθοι, sed cum ἄγγελος, ut ἀπ' οὔατος esset pro adiectivo. quo fit, ut Suidam in Callimacho legisse putemus ἀπούατος duabus vocibus in unam coniunctis, cui quidem rei analogia minime repugnat. nam ἀποθύμιος quoque legitur tum alibi, tum in Callim. in Del. 245, quod quum significet ea quae a θυμῷ suo aliquis arcere studet, utpote ingrata et molesta, etiam ἀπούατα significare potuit ea quae ob eandem causam aliquis ab aure arcere velit. Ac ne quis primum me eius modi adiectivum finxisse sibi persuadeat, monendus est, certe in Homeri locorum illorum altero (XVIII 272) fuisse qui ἀπούατον una voce legerent idque explicarent κακόν (cf. schol. D ad l. l.). Hi qui fuerint non constat, sed si Zenodotum fuisse liceret conicere, memorabile hoc aliud haberemus exemplum, quo Callimachum Zenodoteas lectiones sequutum esse constaret (cf. ad fragm. 224). Sed hoc utut est, Callimachus quin ἀπούατος dixerit non dubitamus, praesertim quum ne minima quidem admissa mutatione Hecale putari possit dixisse: [εἰ δ' ἐπ' ἐμὴν καλιὴν ὅδ'] ἀπούατος ἄγγελος ἔλθοι, libenter moriar, ut fragmentum in Hecal. Cap. VII locum habuerit, ad quod carmen etiam Naek. et Hecker. ll. ll. referebant.

302.

*Δύην δ' ἀπόθεστον ἀλάλκοι, ἣν οὐδεὶς ποθέει.*

„Suid. I 2 p. 1468: Δύη. ἡ κακοπάθεια, ἡ δυστυχία, ὅθεν καὶ δοῦλος, δύηλός τις ὤν. Καλλίμαχος· δύην ἀπόθεν τ' ἀλάλκοι, ἣν οὐδεὶς ποθεῖ. ἐν Μύθοις· τοὔνεκα τὴν ἰδίην οὔτις ὄπωπε δύην. Fallitur Suidae interpres, qui verba illa postrema τοὔνεκα κ. τ. λ. Callimacho tribuit, priora autem δύην κ. τ. λ. iambicum ait esse senarium et petitum esse ex Mythis. neque enim illa habent numeros senarii, neque haec ultima sunt Callimachi, sed auctoris anonymi, qui scripsit

carmine elegiaco sane non ineleganti Μύθους sive Μυθικά, fabulas scil. Aesopicas, quae a Suida saepe laudantur. Pentametrum autem illud referendum conicio ad fabulam istam quae narrat sua quemque peccata a tergo gestare ita, ut numquam ea videre queat. Sed non videmus, manticae quod in tergo est." Bentl. Versus est Catulli XX extr., Callimachi autem locum mea opinione non recte Bentleius edidit δύην ἀπόθεν τ' ἀπαλάλκοι, ἣν οὐδεὶς ποθέει. nam Suidae codices habent ἀπόθεσθ' (vel ἀπόθ' ἐσθ') ἀλάλκοι, unde Porsonus in not. ad Toupii Emend. in Suid. IV p. 489 ingeniose correxit δύην ἀπόθεστον (vel ἀπόθητον) ἀλάλκοι extremis verbis ἣν οὐδεὶς ποθεῖ plane omissis quae nive frigidiora dicebat. At aliter eum iudicaturum fuisse puto, si meminisset ἀπόθεστος illud in Homer. Od. XVII 296 veteres explicare solitos fuisse non solum ἀφίλητος vel ἀτημέλητος sive ἠμελημένος sive ἀνεπιμέλητος, vel οὐκ ἐπιζητούμενος sive οὐκ ἐπιζήτητος, sed etiam οὐ ποθούμενος, et a ποθεῖν derivasse (cf. schol. Hom. Od. l. l., Hesych. I p. 246, Etym. Magn. p. 131, 34, Eustath. ad Od. ῥ p. 1821, 40 coll. ibid. p. 1450, 27. p. 106, 41. p. 669, 41. p. 1013, 41), non a θέσσασθαι, ut nunc faciunt (cf. Doederl. Gloss. Hom. III p. 366, Meinek. ad Callim. p. 239, Bekker. Scid. Hom. p. 166). Quid mirum igitur, si hic quoque (cf. ad fr. 228) Callimachus vocem ἀπόθεστος voluit παρετυμολογεῖν appositis verbis τὴν οὐδεὶς ποθέει —? atque constat eius modi etymologica plura etiam in Homeri carminibus legi, ut illud κύνας κηρεσσιφορήτους, οὓς κῆρες φορέουσι μελαινάων ἐπὶ νηῶν (Jl. VIII 527). in quo etymologico dicendi genere ut enuntiationi relativae aliquid novi addi solet, ita hic quoque addito vocabulo οὐδείς novi quidpiam adiectum est. At Porsoni tamen iudicium cum Bernhardyo ad Suid. l. l. sequitur Dilthey de Cydipp. p. 85 seq., qui fragmentum cum fragm. anonym. 22 coniunctum (πότμον ἐλινύσειε, δύην δ' ἀπόθεστον ἀλάλκοι) in Cydippe elegia olim lectum fuisse censebat. Melius, ut puto, Naek. p. 251 ad Hecalen revocabat (cf. Hecal. cap. VI extr.), quae mulier quum vel nomen mortis eloqui vereatur, hanc se δύην (i. e. mortem) intelligere apte significat adiecto illo ἣν οὐδεὶς ποθέει, sine quibus quo pacto δύη simpliciter mortem significare possit, quae etiam Diltheyi sententia est, non facile assequor.

303.

*Οἷος ἐκεῖνος ἀεὶ περιδέξιος ἥρως.*

„Suid. II 2 p. 199: *περιδέξιος· ὁ καὶ τῇ ἀριστερᾷ ἐργαζόμενος — περιδέξιος καὶ ὁ σοφός. οἷος ἐκεῖνος ἀεὶ περιδέξιος ἥρως· παρὰ Καλλιμάχῳ.* Tralatum ex Homer. Jl. XXI 163: *ἥρως Ἀστεροπαῖος, ἐπεὶ περιδέξιος ἦεν.*" Bentl., qui verba *οἷος ἐκεῖνος* a fragmento seclusit iure ei restituta ab Heckero Com. Call. p. 99 citante Hom. Od. II 272: *οἷος ἐκεῖνος ἔην τελέσαι ἔργον τε ἔπος τε,* et ibid. XIV 491: *οἷος ἐκεῖνος ἔην βουλευέμεν ἠδὲ μάχεσθαι,* quamquam sane *οἷος ἐκεῖνος* tamquam suum ponit Eustathius in Com. in Hom. Jl. p. 1204, 4 (fragm. 347). ulterius autem progressus Aulin. de Elocut. Call. p. 26 n. 38 etiam *καὶ σοφός* non Suidae, sed Callimacho tribuebat, quod parum probabile. Sed reliqua in Theseum optime conveniunt dextre impugnantem monstrum Marathonium (cf. Hecal. Cap VII). quamquam Nack. p. 95 de aliquo philosopho cogitandum censebat propter vocem *σοφός,* qua ad interpretandum *περιδέξιος* Suidas utitur. quasi vero non omnis generis dexteritatem *σοφός* significet. Et *ἀμφοτέρῃ παλάμῃ περιδέξιος* est in Nonn. Dionys. XXXVI 86, etsi etiam *Σοφίῃ περιδέξιος* legitur in Joann. Gazae. I 71.

304.

*Ἔργον ἀραχνάων.*

„Suid. I 1 p. 689: *ἀράχνη θηλυκῶς τὸ ὕφασμα, ἀράχνης δὲ ἀρσενικῶς τὸ ζωΰφιον — . εἴρηται δὲ ἀράχνης καὶ παρ' Ἡσιόδῳ καὶ παρὰ Πινδάρῳ καὶ παρὰ Καλλίᾳ — . θηλυκῶς δὲ Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ* (frag. 266 Nauck.), *πάντα δ' ἐρίθων ἀραχνᾶν βρίθει. Καλλίμαχος· ἔργον ἀράχνα. Ἀράχνη,* inquit Suidas, araneae tela, *ἀράχνης* ipsum animal. Sed tamen apud Callimachum videtur esse legendum *ἔργον ἀράχνας,* opus sive tela araneae, ut apud Plutarchum [de Sollert. anim. X p. 966 E]: *τὰ δ' ἀράχνης ἔργα κοινὸν ἱστῶν γυναιξὶ καὶ θήρας σαγηνευταῖς ἀρχέτυπον.* vel fortasse locus integer erat: *καλύπτειραν δὲ προσώπου, ἔργον ἀραχναίοις νήμασιν ἰσόμορον,* quod extat sine auctoris nomine apud Suid. s. *ἀρπεδόσι* (Tom. I 1 p. 752)." Bentl., qui si illa putavit Callimachi verba esse egregie fallebatur, nam Anti-

patri Sidon. sunt in Anthol. Pal. VI 206, 5 seq., sed quod vocis *ἀράχνη* aliquam formam in Callimachi loco latere statuit, multo certe accuratius Suidam inspexit quam Toupius, qui in Emend. Suid. II p. 257 nihil mutandum censens *ἀράχνα* pro genetivo dorico (cf. ad fragm. 237) habebat ab *ἀράχνης* ductum, quod probaverunt Ruhnken. Epist. crit. II p. 188 et Heckerus Com. crit. in Anthol. (I) p. 12, quamvis manifestissimus error sit. nam postquam Suidas veterum grammaticorum (quos vide apud Valcken. ad Ammon. p. 24) doctrinam sequutus monuit, *ἀράχνη* esse *ὕφασμα*, sed *ἀράχνης τὸ ζωΰφιον*, et pro *ἀράχνη* testimonii loco versum Antipat. Sidon. ex Anthol. Pal. VI 174 apposuit, nominis autem *ἀράχνης* testes produxit Hesiodum (Op. 777), Pindarum (frag. 281 Bergk.), Calliam (— sive Callimachum, quem illi substitui iussit Bergk. in Lyr. graec. p. 376 — cf. Mein. Com. graec. vol. II p. 737), — mox etiam *ἀράχνη* dici animal docet Sophoclis loco, cui quum statim subiectum sit: *Καλλίμαχος· ἔργον ἀράχνα*, nullo modo potest ad masculinum *ἀράχνης* relapsus esse videri, sed putandus est aliud addidisse exemplum quo non minus certo declaratum sit, *ἀράχνη* etiam *τὸ ζωΰφιον* vocari. Et Sophoclis quidem locum cur imprimis ad probandum idoneum duxerit, non satis perspicitur, nisi addito nomine *ἐρίθων*, quod de feminis stamina nentibus imprimis frequens est, satis de genere vocabuli *ἀραχνῶν* constare putabat. Atque similiter etiam de Callimachi loco iudicandum, in quo quum non de masculino *ἀράχνης*, sed de feminino *ἀράχνη* cogitari debeat, non quidem *ἔργον ἀράχνας* vel potius *ἀράχνης* cum Bentleio, sed *ἔργον ἀραχνάων* rescribendum censemus, praesertim quum etiam is qui toties Callimachi verba in suum usum convertit, Dionysius Perieg. 757 dixerit: (*Σηροὶ*) *εἵματα τεύχουσιν πολυδαίδαλα, τιμήεντα — . κείνοις οὔτι κεν ἔργον ἀραχνάων ἐρίσειεν.* Atque ex iis quae Callimacheo loco addita olim erant (fortasse vel ex nomine *ἔργον*) non minus quam in Sophocleo patebat, *ἀραχνάων* ab *ἀράχνη* derivatum esse, ut fere suspicer olim eius modi quid Callimachum dixisse:

*ἐρίθων*
*ἔργον ἀραχνάων* – ◡ ◡ – ◡ ◡ –.

Postremo ut de sede quoque quam olim in poetae carminibus fragmentum habuerit aliquid coniectem, prope fragm. 295 fuisse in Aet. III 1 videtur.

305.

*Δέδαεν δὲ λαχαινέμεν ἔργα σιδήρου.*

„Steph. Byz. p. 45, 16: ἦν δὲ καὶ σιδηρᾶ καὶ χαλκᾶ μέταλλα κατὰ Εὔβοιαν. Καλλίμαχος· Δαιδάλῳ· ἐν δὲ λάχαινε μὲν ἔργα σιδήρου, unde quidam inter opera Callimachi Daedalum recensuerunt, sed perperam. nam codices mss. habent δαιδα. Quid si legamus: Καλλίμαχος δ' Αἰτίων, Aetiorum quarto —? vel: Καλλίμαχος· αἰθαλόεντα λαχαινέμεν ἔργα σιδήρου, — vel denique ne litera quidem mutata (nam αι et ε prorsus eadem sunt): δέδαεν δὲ λαχαινέμεν ἔ. σ. —? hoc placet. nisi potius sub δαιδα lateat vox Αἴδηψος, quod tamen non credo.“ Bentl. Non dubium est quin quam tertio loco Bentleius proponebat omnium verissima coniectura sit, ut quae ad codicum lectiones (cf. Mein.) proxime accedat. in qua δέδαεν puto perfectum esse, didicit, ut subiectum sit Euboea, quem ad modum etiam Naek. de Hecal. p. 76 statuere video. nihil autem colligi ex imitatione Dionysii Perieg. 769 potest, ubi Chalybes dicuntur δεδαηκότες ἔργα σιδήρου, et ἔργα σιδήρου paulo aliter atque in Callimachi fragmento habentur, qui intellexit ferri metalla, ut non solum ἀργύρεια μέταλλα, sed etiam ἀργύρεια ἔργα dicuntur (cf. Thes. Paris. I 2 p. 1897). Qui autem δέδαεν aoristum esse volebant (docuit), ut Hecker. Com. crit. de Anthol. graec. (I.) p. 79 et Bergk. An. lyr. I num. 103 = II n. 110, Callimachum statuebant doctorem nominasse, quod propter ipsa Stephani verba minus probabile est. nam nihil dicit nisi Euboeam metalla habuisse. quorum qui auctor fuerit, unusque an plures docuerint non constat, ut periculosissimum sit cum Heckero l. l. corrigere δέδαον vel adeo cum Rauchio de Aet. p. 16 not. 36 versui restituere: [Ἰδαῖοι] δὲ λαχαινέμεν ἔργα σιδήρου [ἤρξαντο]. Ego unum hoc video ex Stephani verbis apparere, etiam χαλκοῦ mentionem in Callimachi loco factam esse, quem talem fere fuisse crediderim:

[*ἥ ποτ' ἐπωνυμίη τῆς βοὸς Ἰναχίδος*
*κέκληται*], *δέδαεν δὲ λαχαινέμεν ἔργα σιδήρου*
*καὶ χαλκοῦ.*

nam distichis haec a poeta comprehensa fuisse paene certissimum est ex Epaphroditi memoria, quae apud Stephanum statim post Callimachi fragmentum fit hoc modo: *οἱ γὰρ Εὐβοεῖς σιδηρουργοὶ καὶ χαλκεῖς ἄριστοι. Ἐπαφρόδιτος δὲ μαρτυρεῖ, ἐκεῖ χαλκὸν πρῶτον εὑρεθῆναι. καὶ πρῶτοι χαλκὸν ἐκεῖ ἐνεδύσαντο οἱ Κούρητες οἱ μετὰ Διὸς ἐλθόντες, οὓς φύλακας τῆς νήσου καὶ τοῦ ἱεροῦ τῆς Ῥέας κατέλιπεν. ἀφ' οὗ οἱ Χαλκιδεῖς ὠνομασθῆναι.* haec enim non dubium est (cf. p. 37), quin in Aetiorum commentario Epaphroditus ipsi illi Callimachi loco apposuerit ad versum poetae uberius explicandum, qui more suo subinde quaedam obiter potius indicabat quam plene exponebat. Puto autem in Aet. II 10 Callimachum narrasse, Argonautas praetervectos esse illam insulam, quae a bove (cf. fragm. Hesiod. 173 Marksch.) nomen habet didicitque fodere ferri aerisque metalla. Nihil autem subsidii est Rauchii l. l. coniecturae, Comae Berenic. fragmentum assignandum esse.

306.

*Μή με τὸν ἐν Δωδῶνι λέγοι μόνον οὕνεκα χαλκὸν*
*ἤγειρον.*

„Stephan. Byz. p. 248, 4: *λέγεται καὶ Δωδών, ἧς τὴν — δοτικὴν — καὶ Καλλίμαχος· τὸν ἐν Δωδῶνι λεγόμενον οὐν ἐκάχαλκον ἤγειρον.* ita codex mss. testantibus eius fragmenti editoribus, qui tamen *ἠχώχαλκον* vocem barbaram et vel fando inauditam ex coniectura reposuerunt. sed quam facile et in proximo erat veram lectionem indagare? — *τὸν ἐν Δωδῶνι λελεγμένον οὕνεκα χαλκὸν ἤγειρον.* Dictum in garrulum quendam qui ad dicendum provocatus nunquam finem facere potuit.“ Bentl., quem recte coniecisse docet paulo integrior locus Choerobosci Dictat. in Theodos. p. 418, 18: (*ὑσμῖνι καὶ Δωδῶνι — προπερισπῶνται καὶ οὐ παροξύνονται ὡς — καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ· μή με τὸν ἐν Δωδῶνι λέγοι μόνον οὕνεκα χαλκόν*, quae pridem innotuerunt ex Lascar. gramm. p. 112a (ubi *εἵνεκα*), tum ex Bekk. Anecd. p. 1228, nunc autem apud eundem Choeroboscum

leguntur etiam p. 104, 5 (ubi *μοῦνον*). atque ibidem idem grammaticus p. 116, 4. p. 273, 35. p. 290, 30 affert certe etiam *μή με τὸν ἐν Δωδῶνι λέγοι μόνον*, nisi quod semel legitur *μή τε*, semel *λέγε*. Fragmentum Hecker. Com. Call. p. 52 Aetiorum Prologo vindicabat, cui ita assentior, ut Callimachum putem in eo prologo dixisse, non omnia se quae a Musis acceperit profusurum, ne garrulum tantum se vocet quisquam (cf. Dilthey. Anal. Call. p. 4). hoc enim aes Dodonaeum significat, quod in proverbium abiit. cf. Stephan. Byz. p. 249, 4: *ἔστι καὶ Δωδωναῖον χαλκίον παροιμία ἐπὶ τῶν πολλὰ λαλούντων*, cui alios multos testes addunt Unger. de Valg. Ruf. p. 193 et Schneidewinus atque Leutschius ad Paroemiogr. I p. 162 et II p. 109. Sed Rauchius de Aet. p. 26 not. 47 censebat hoc fragmento responderi obicientibus poetae quod obscuras rerum origines oraculi more summa fiducia proferret. Apud Bergk. legitur in An. lyr. I n. 107 = II n. 115.

## 307.

*Τὸν ὄγδοον, ὥς τε Κόροιβον.*

„Suid. II 1 p. 349: *Κόροιβος, ὄνομα κύριον. καὶ μωρός τις μετρῶν τὰ κύματα. Καλλίμαχος· τὸν ὄγδοον ὥστε Κόροιβον.*“ Bentl. Accedit nunc cod. Vossian. in Etym. Magn. p. 824, 48, ubi enumeratis variis voculae *ὡς* significationibus illum codicem Gaisfordus dicit habere: *διά, παρὰ Καλλιμάχῳ· τὸν ὄσδον ὡς τὸν κόρυμβον* nomini *ὡς* superscripta voce *διά*. at quum *ὡς* valere etiam per nec per se credibile sit, neque eam potestatem reliqui grammatici memorent inter triginta duas quas numerant voculae *ὡς* significationes, Etym. Magn. p. 824, 13 seqq., Etym. Gud. p. 582, 1 seqq., Hesych. IV p. 335 seq. coll. p. 331 num. 92, non videtur dubitari posse, quin *διά* sit ex *διό* corruptum, quod inter varia vocis *ὡς* interpretamenta ponunt etiam Etymologus Magnus et Hesychius, ille apposito loco Jliad. IX 444, hic Jl. V 204, sed in *διότι* corruptum est in Gudiano. Sed codicis Vossiani locum parum curavit Otto Jahnius in Huebneri Herm. Vol. II p. 249, qui Callimachi fragmentum a Suida citatum latere putabat in verbis corruptis scholiastae Horat.

in Sat. II 3, 296 p. 279 Hauth.: *ἑπτὰ σοφοὶ χαίροιτε· τὸν οὐκ ἀγατὸν δὲ Κορίνθῳ οὐ συναριθμέομεν*, varie tentatis, quae ille Callimachi verba esse putabat ita restituenda: *ἑπτὰ σοφοὶ χαίροιτε, τὸν ὄγδοον ὥστε Κόροιβον — οὐ συναριθμέομεν*, ubi vocis *ὡς* quam *διό* ibi significare Etym. Vossian. monet, quantum video non iam vola nec vestigium est. Etsi autem ob hanc causam Jahnii inventum iudicamus improbabile esse, tamen interpretationem fragmenti incertissimam esse concedimus, quum qui Coroebus intelligendus sit non constet. nam tres fuerunt qui quidem aliquam famam nacti erant eius nominis homines, Phryx, Argivus, Eleus (cf. Huschke in Anal. crit. in Anthol. graec. p. 189). Et Phrygem quidem, qui ob insignem fatuitatem in proverbii consuetudinem venit (cf. Schneidew. et Leutsch. ad Paroemiograph. I p. 101 et II p. 483 coll. Meinek. Anal. Alex. p. 153 et Nauck. de Aristoph. Byz. fragm. p. 174) praeter Jahnium intelligebat Schneidew. l. l. I p. 262, et iam antea Ruhnken. in Epistol. ad Ernest. p. 17 Tittm. coniecerat, quem ad modum qui Herculem virtute aequavisset *ὄγδοος ἀφ' Ἡρακλέους* dictus fuisset (cf. Dio Cass. T. II p. 1359 Reimar.), ita qui Coroebo stultitia par fuisset, *ὄγδοον Κόροιβον* appellari solitum fuisse. Et hi quidem *μωρόν* istum Coroebum amplectebantur, quoniam eundem videbatur etiam Suidas in Callimachi illo fragmento agnovisse. videbatur, inquam. nam quod Suidas post *Κόροιβος ὄνομα κύριον* addit *καί μωρός τις κ. τ. λ.*, ipsam particulam copulativam docere putamus, olim hic plures eius nominis homines enumeratos fuisse, ex qua enumeratione a Suida et fatui memoria servata fuerit testimonio non addito, et Callimachi testimonium remanserit sine homine suo. Atque parum in hac re Suidae fidem habendam esse tacite statuunt etiam Huschke l. l., Hecker. Com. crit. in Anthol. (I) p. 197, Rauch. de Aet. p. 15 n. 11, qui Coroebum Argivum hic agnoscunt memoratum a Callimacho etiam in historia de Lino, quae in Aetiis tractabatur. Sed de hoc Coroebo quo pacto Callimachi verba explicari possint non magis patet quam quo de priore Coroebo, quem in Callimacheis alibi non invenimus memoratum. Contra praeter Argivum Callimachus etiam Eleum memoravit (fragm. 433), quem in ludis Olympicis primum victorem *ἀναγραφῆναι* di-

cebat. Hoc autem praelato Coroebo etiam ὄγδοον de octavo agone quem poeta tractaverit explicari commode potest, ut non iam poeniteat coniecturae ante multos annos a nobis propositae, fragmentum ad Aet. I 8 revocandum esse. cf. supra p. 55.

308.

*Οὐδ' ᾗσιν ἐπὶ κτενὸς ἔσκον ἔθειραι.*

„Suid. II 1 p. 425: κτείς, τὸ ἐφήβαιον, καὶ τὸ τῶν τριχῶν κάλλυντρον. Καλλίμαχος· οὐδ' οἷσιν ἐπὶ κτενὸς ἔσκον ἔθειραι." Bentl. Addit Suidas: καὶ αὖθις· καὶ κτένα κοσμοκόμην, quod ne forte eiusdem Callimachi fragmentum putetur, Philippi Thessalonicensis frustulum est ex Anthol. Pal. VI 247, quo adiecto Suidas etiam τὸ τῶν τριχῶν κάλλυντρον aliquo exemplo probare voluit. Hoc miror non perspexisse Heckerum Com. Call. p. 115, qui Callimachi fragmentum a Suida appositum censebat, qua posteriorem vocis significationem (τὸ κάλλυντρον) probaret. ac retinere eum debebat quem non ignorabat locus Etym. Gudian. p. 350, 19: κτεὶς σημαίνει τρία· τὸ μόριον ἤγουν τὸ αἰδοῖον· οἷον· οὐδ' οἷσιν ἐπὶ κτενὸς ἔσχον αἱ θεῖραι, quae paulo rectius scripta sunt in cod. Havn. 1971 apud Bloch. pone Etym. Gud. p. 936 et in Etym. Florent. p. 197: οὐ δ' οἷσιν ἐπὶ κτενὸς ἔσχον ἔθειραι, sed in Etym. Paris. 2636 ap. Cramer. Anecd. Paris. IV p. 79 leguntur sic: ἐπὶ κτενὸς ἦκον ἐθεῖραι literae η superscripto ές. Adde Choerobosc. Dictat. in Theodos. p. 197, 26: κτεὶς κτενὸς — σημαίνει πολλά· σημαίνει δὲ καὶ τὸ γυναικεῖον κτένιον οὗ (?) χρῶνται ἐπὶ τῷ ἱστῷ, καὶ τὸ παρ' ἡμῖν κτένιον τῶν τριχῶν, καὶ τὸ θαλάσσιον, καὶ τὸ αἰδοῖον, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· ἐπὶ κτενὸς ἔσχον αἴθειραι. Atque in eandem sententiam, ut κτένα intellexerit αἰδοῖον, etiam scholiasta V ad Hom. Jl. XIX 382 disputat: κακῶς οὖν Καλλίμαχος· ἐπεὶ κτενὸς ἔσκον ἔθειραι, etsi is in neutram partem proficere Heckero visus est. nam quum alius scholiasta ibi moneat ἐθείρας esse τὰς τημεληθείσας τρίχας, scholiasta V profecto dicere non potuit Callimachum male usum esse voce ἔθειραι, si is aliquo pacto capillos cum pectine coniunxisset. ii enim compti potius sunt (τημεληθέντες) quam incompti. sed ταῖς θριξὶν ταῖς ἐν ἐφηβαίῳ

quum cura a nemine adhiberi soleat, hos crines si *ἐθείρας* Callimachus dicebat, sane *κακῶς* hac voce usus esse dici potuit (quamquam excusationem habuisse videtur. cf. ad fragm. 341). Itaque negari nequit, *κτείς* Callimacho hic fuisse *τὸ ἐφήβαιον*, ut nihil aliud dixisse putandus sit nisi hoc: nec puberes (vel ne puberes quidem). Contra Heckerus sibi persuasit intelligi (egenos) quorum capilli pectinem numquam senserunt, quae in Hecale poeta dixerit. sed ei interpretationi vel negatio repugnat alieno loco posita. Quod autem idem Heckerus affirmat *κτείς* illa significatione praeditum non de viris dici, sed de feminis tantum, id verissimum arbitror. nam cf. Polluc. II 174: *τὰ γυναικείων (αἰδοίων) — τὸ μὲν σύμπαν κτεὶς καὶ ἐπίσιον, ἡ δὲ τομὴ σχίσμα κ. τ. λ.*, Theodoret. cur. graec. affect. III p. 784. *τὸν κτένα τὸν γυναικεῖον (οὕτω δὲ τὸ γυναικεῖον ὀνομάζουσι μόριον) ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις παρὰ τῶν τετελεσμένων γυναικῶν θείας τιμῆς ἀξιούμενον*, et Clem. Alex. Protrep. p. 19 Pott.: *κτεὶς γυναικεῖος, ὅ ἐστιν εὐφήμως καὶ μυστικῶς εἰπεῖν μόριον γυναικεῖον* —, ut libenter amplectar quod, si *κτείς* est *τὸ αἰδοῖον, τὸ γυναικεῖον*, Heckerus corrigendum putabat *οὐδ' αἶσιν* vel *οὐδ' ᾗσιν*, idque etiam Cobet. in Mnemos. X p. 428 unice probabat. Mulieres autem puberes ubi Callimachus memoraverit et ut videtur puellis impuberibus opposuerit nescio. possit aliquis de Thesmophoriis a Cerere institutis cogitare (cf. Theodoret. l. l.), sed tutissimum videtur statuere poetam hoc dixisse in elegia de Lino (Aet. I 5), ubi narraverit Poena a Coroebo occisa pestem ab Apolline immissam iam *ἀντὶ βρεφέων* maiores natu interfecisse (ut est in fragm. 473) et non pepercisse neque viris neque *ᾗσιν ἐπὶ κτενὸς ἔσκον ἔθειραι*. Praeter *ᾗσιν* autem nihil corrigendum arbitror neque admittendum a Bernhardyo ad Suid. l. l. inventum *οὖλοι ὅσοισιν*. Pro *ἔσκον* autem, quod maior codicum pars tuetur, cur et unde Bentleius *ἦλθον* ediderit non habeo dicere.

## 309.

*Γέντα βοὸς μέλδοντες.*

„Suid. I 1 p. 1088: *γέντα· τὰ μέλη. γέντα βοὸς μέλδοντες. Καλλίμαχος.*“ Bentl. Adde Suid. II 1 p. 760: *μέλδοντες· τήκοντες, ἕψοντες· γέντα βοῶν μέλδοντες, τουτ-*

ἔστιν ἕψοντες, ubi Callimachi nomen desideratur. Et pluralem βοῶν si veriorem putarimus, fortasse de communi aliquo civitatis sacrificio cogitandum, sin βοός verius est, intellexerim bovem quem Paris victor sociis dederit mactandum. cf. Aet. I 13. De γέντα cf. ad fragm. 525.

310.

Θεῷ τ' ἀλάλαγμα νόμαιον
δοῦναι.

„Suid. I 2 p. 177: ἐλελελεῦ· ἐπίφθεγμα πολεμικὸν τὸ ἐλελελεῦ. καὶ γὰρ οἱ προσιόντες εἰς πόλεμον τὸ ἐλελελεῦ ἐφώνουν μετά τινος ἐμμελοῦς κινήσεως. — μήποτε καὶ τὸ Καλλιμάχειον, „θεῷ τ' ἀλάλαγμα νομαῖον δοῦναι" τοιοῦτόν ἐστιν." Bentl. Qui interpretantur clamorem pastoralem non satis ad Suidae verba attenderunt suspicantis, Callimachi ἀλάλαγμα νομαῖον videri simile esse illi clamori quo proelium ineuntes uti soliti sint. Facessat igitur hinc pastoralis clamor, et intelligamus clamorem a bellatoribus pugnam inituris tolli solitum, ut νομαιος non sit a νομός vel νομή, pascuum, sed a νόμος. Ab hoc quidem derivatum adiectivum solet esse νόμιμος, sed certe etiam τὸ νόμαιον in usu erat morem significans, qua voce tametsi nunc quidem non videmus aliter quemquam usum esse nisi ut substantivum sit, nihil tamen impedit quo minus etiam cum substantivis iunctum fuisse putemus ut merum adiectivum, quae nativa vocis vis fuit. Quum autem substantivum illud νόμαιον grammatici iubeant προπαροξυτόνως scribi, Theognostus in Cram. Anecd. Ox. II p. 125, 7 et auctor περὶ ποσότητος ap. Cram. l. l. p. 309, 30, etiam adiectivum, cuius illud neutrum est, scribendum erit νόμαιος, etsi hoc Herodiano similibusque grammaticis incognitum est. sed vide tamen Goettling. de Accent. p. 297 extr. Jam quum deus, cui ἀλάλαγμα hoc tollitur vel potius offertur, ex non obscuro Suidae indicio Ares sit, iam habemus aliquem Ἄρεως νόμον, qualem Graecis scripsit Olympus musicus secundum Plutarch. de Music. XXIX p. 1141 C. Et percommode accidit quod in fragm. 526 aliquis dicitur canere νόμον Ἄρηος, quem ab hoc ἀλαλάγματι νομαίῳ non diversum putaverim. nec diu frustra quaerendus est, ad quem duo haec fragmenta referenda sint. Theseum

enim intelligimus qui taurum Marathonium aggressurus non oblitus est [εὔχεσθαι μάλα πολλὰ] θεῷ τ' ἀλάλαγμα νόμαιον δοῦναι, sed mox vota fecit, νόμον δ' ἤεισεν Ἄρηος. cf. Hecal. Cap. VIII.

311.

*Σὺ δ' ἐγκυτί, τέκνον, ἐκέρσω.*

„Suid. I 2 p. 287: ἐν χρῷ — παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ ἐγκυτί ἀντὶ τοῦ ἐγγὺς, ἐν χρωτί, πλησίον τοῦ χρωτός, τὸ δ' ἐγκύτιον τέκνον ἐκέρσω. Scribe ἐγκυτί." Bentl. Fragmentum emendatius legitur apud Joann. Alex. Τονικ. παραγγ. p. 37, 12 (Herodian. I p. 506, 14): σὺ δ' ἐγκυτὶ τέκνον ἐκέρσω, quae eodem modo repetuntur ibid. p. 38, 23 (Herod. I p. 511, 23) et in Etym. Florent. p. 97, sed Etym. Voss. ap. Gaisf. ad Etym. Magn. p. 311, 40 habet οὐδ' ἐγκυτὶ τέκνον ἐκέρσω. Eodem fortasse pertinet Suid. I, 2 p. 93: ἐγκυτί· ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. οὕτω Καλλίμαχος, quae ἐγγυτὶ κ. τ. λ. scribens hinc desumpsit Zonar. p. 612. adde Etym. Paris. Ruhnkenii ap. Ernest.: ἐγγυτί, ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. οὕτως Καλλίμαχος, nisi hi quidem testes quum solum habeant ἐγγύς, non dent ἐγγὺς τοῦ χρωτός, alium locum respexerunt. cf. ad Hym. in Dian. 238. Nostrum autem locum (ubi de ultima in ἐγκυτί syllaba correpta cf. ad Vol. I p. 254) ad Hecalen pertinere vidit Naek. p. 159 seq. Cf. Hecal. Cap. VI.

312.

*Ἐπικλινὲς δὲ τάλαντον.*

„Suid. I 2 p. 415: ἐπικλινές· ἐπιρρεπὲς εἰς κακόν· ἐπικλινές ἐστι τάλαντον. Καλίμαχος." Bentl. Sed vocem ἐπικλινής non posse penultimam corripere verissime monuit Meinek. Com. graec. II p. 273 not., ut Dindorf. ἐπικλινὲς δὲ τάλαντον praeferendum sit quod etiam restituit voluitque Bernhardyus. Non dubitandum autem quin illud τάλαντον intelligendum sit quod proeliantibus Juppiter extendit, velut in Hom. Jl. XIX 223: ἐπὴν κλίνῃσι τάλαντα Ζεύς, ὅς τ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται, ex quo versu suum illud ἐπικλινές Callimachus habere videtur, hinc ut puto sumptum ab Hesych. II p. 156, quod ἐπιρρεπὲς εἰς κακόν Suidas interpretatur. Ut igitur in Jl. XVI 658 Hector iubet

*Τρῶας φευγέμεναι· γνῶ γὰρ Διὸς ἱρὰ τάλαντα* (cf. Naegelsbach. Homer. Theolog.² p. 134), ita suspicor septem ducum aliquem qui Thebas expugnatum iverant, quum frustra se pugnare cognovisset, sociis dixisse: deorsum vergit trutina, ergo fugiamus, ut sedem fragmento fuisse putem in Aet. I 9.

313.

*Πέδιλα, τὰ μὴ πύσε νήχυτος εὐρώς.*

„Suid. I 2 p. 642: *εὐρώς· ὑγρότης σεσηπυῖα. Καλλίμαχος· πέδιλα, τὰ μὴ π. ν. εὐ.*" Bentl. Idem fragmentum esse quod Suid. II 1 p. 981 sine interpretatione et auctoris nomine habet: *νήχυτος ἔρως*, verissime monuit Ruhnk. Ep. crit. II p. 177. nec dubito quin recte ad Hecalen fragmentum revocaverint Naek. p. 87 et Bergk. Anacreont. Reliq. p. XII, quamquam iniuria hoc factum queritur Rauch. p. 79, qui ad Aetiorum fabulam nescio quam referre malebat. sed profecto nullus magis idoneus fragmento locus inveniatur quam in Hecal. Cap. III, ubi Theseus narrabatur rupe provoluta calceos Aegei protulisse. Qua in re si quem offendat particula *μή*, poterit is *μὴν πύσε* scribere. nisi verba pertinent ad Aegei praeceptum, qui proferri voluerat calceos, si quidem mucor eos non putrefecerit. — Mensuram vocis *πύσε* contra Cobeti in Var. Lect. p. 396 nimis severum iudicium tuebatur Meinek. ad Call. p. 151. add. Lobeck. Rhem. p. 94. Vocis *νήχυτος*, cui *νήχετος* substituendum putabat Bernhardyus ad Dionys. Perieg. p. 690, alios testes attulit Naek. p. 87, quibus addendus Philetas (*νήχυτον ὕδωρ*) in Etym. Magn. p. 602, 41.

[314].

[*Τρήρεας ἄνδρας ἄγων*].

[Stephan. Byz. p. 634, 4: *Τρῆρες Θρᾴκιον ἔθνος λέγεται καὶ τρισυλλάβως παρὰ Καλλιμάχῳ τῷ ποιητῇ· Τρήρεας ἄνδρας ἄγων.*" Bentl. Ex codicibus suis nunc *παρὰ Καλλίνῳ* Meinekius restituit, ut iam Callimacho detrahendum fragmentum sit. Et *Καλλίνῳ* dedit etiam Bergk. Poet. lyr. p. 392.]

315.[a et b]

*Τὸν σὲ Κροτωπιάδην*

* * * * * * *

*Ναὶ μὰ τὸν αὐτὸν ἐμέ.*

„Apollon. Dyscol. de Synt. p. 59, 22 Bekk.: *ἡ Ἀττικὴ χρῆσις οὐ δεόντως ἐπὶ μόνης αἰτιατικῆς τὸ ἄρθρον παρελάμβανεν, ὡς ἐν τῷ τὸν ἐμέ, τὸν σέ. αὐτίκα γοῦν καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ· τὸν σὲ Κροτωπιάδην. χωρὶς εἰ μὴ τὸ ἄρθρον ἐξοχὴν παρίστησιν ἐν τῷ τὸν σὲ Κροτωπιάδην.*" Bentl. Eundum locum grammaticum Apollonius paulo doctius tractat in libro de Pronom. p. 15 A Bekk., ubi ita loquitur: *Καλλίμαχος· „ναὶ μὰ τὸν αὐτὸν ἐμέ" καί, „τὸν σὲ Κροτωπιάδην". καὶ Μένανδρος ἐν Ὕμνιδι* (Mein. Comoed. graec. IV p. 210) *νῦν δὲ κατὰ πόλιν εὕρηκε τὸν ἕτερον, τὸν σέ, τὸν ἐμὲ τουτονί,* quae pridem Valcken. ad Ammon. p. 201 cum solo Callimachi nomine, Menandrei etiam fragmenti parte protulerat ex Adversariis mss. Vossii, nunc iisdem verbis (nisi quod ibi de Menandri fragmento relictum solum *τὸν ἐμὲ τουτονί*) leguntur in schol. Dionys. Thrac. p. 923 Bekk. Itaque duo iam Callimachi fragmenta habemus, quorum prius, quod solum Bentleius noverat, aperte ad Lini historiam pertinet (Aet. I 5 coll. Heck. Com. crit. de Anthol. I p. 200), nam Linus ille Crotopi nepos fuit (cf. Pausan. I 43, 7), alterum, quod ex Apollonii altero demum libro innotuit, conicio ex Aet. II 9 esse. nam qui per se ipsum iurat ut fidem inveniat, vix alius intelligi posse videtur, nisi per quem alii iurabant, ipse Juppiter, quem Herae dixisse puto *Ἥρα φερούσῃ* sibi: *ναὶ μὰ τὸν αὐτὸν ἐμέ, [ψεύσομαι οὔτι σ' ἐγώ].* Sed Valcken. Call. Eleg. p. 283 utrumque fragmentum ita in unum versum coniungi posse censebat: *τὸν σὲ Κροτωπιάδην· ναὶ μὰ τὸν αὐτὸν ἐμέ,* quae coll. Ovid. Ib. 482 ex Ibide sumpta putabat. De articulo cum pronominibus *ἐμέ* et *σέ* coniuncto cf. aliorum exempla ap. Hecker. Com. crit. in Anthol. (I) p. 76 et M. Schmidt. Verisim. p. 24.

[316]

[*Ὁ δ' οὐκ ὄθετ' αἴσυλα ῥέζων*]

[„Grammat. ineditus in *Ἐπιμερισμοῖς* (non Herodianus) in Collegio Novo Oxon. voc. *ἄξυλον*. — *Καλλίμαχος· οὐ τοῦτο· ὁ δ' οὐκ ὄθετ' αἴσυλα ῥέζων.*" Bentl. Editis nunc a Cramero in Anecd. Oxon. I p. 51, 28 Epimerismis illis patet Bentleium in describendo illo loco paululum errasse. sic enim habet: (*τῶν διὰ τοῦ υλος τρισυλλάβων*) — *τὰ τριγενῆ παροξύνεται· οἷον ἀγκύλος, καμπύλος· στρογγύλος ἐστὶ λίθος Καλλίμαχος. σεσημείωται τὸ αἴσυλος, οὐ οὐδέτερον τὸ αἴσυλον. ὅδ' οὐκ ὄθετ' αἴσυλα ῥέζων.* Itaque non iam erit, cur ultima verba Callimachi esse putemus, non Homeri ex Jl. V 403. Novum autem illius quod hinc lucramur fragmentum dabimus infra s. n. 516.]

317.

*Ἀλκαίας ἀφύσσας.*

„Schol. Apoll. Rhod. IV 1614: *ἀλκαία λέγεται ἡ τοῦ λέοντος οὐρά, ἀπὸ τοῦ δι' αὐτῆς εἰς ἀλκὴν τρέπεσθαι. καὶ ὁ ποιητής* (Jl. XX 170): *οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν μαστίεται. Καλλίμαχος δὲ κακῶς ἐπὶ τῶν μυιῶν τέθεικεν· ἀλκαίας ἄφυσσα.* Lege *ἐπὶ τῶν μυῶν*, de muribus, non muscis. *Ἄφυσσα* Doricum pro *ἤφυσα* ab *ἀφύω*. Hesych. II p. 295: *ἠφυσάμην· ἐφειλκυσάμην.*" Bentl., cuius emendationem recepit Keilius spreto quod in codice Parisino est *ἐπὶ τῶν μηρῶν*. Quosnam autem *μῦς* Bentleius intelligi voluerit non indicavit. equidem non tam de animalibus cogitaverim, quam de corporis musculis. nam si illa animalia indicare Callimachus voluit, profecto non ita multum a veterum consuetudine descivit, quos *ἀλκαίαν* etiam aliorum animalium caudam nominasse auctor *τῆς κωμικῆς λέξεως* (i. e. Didymus. cf. Mauric. Schmidt. Didym. fragm. p. 71) apud schol. Apoll. Rhod. l. l. affirmat. contra si *ἀλκαίας* Callimachus dixit corporis musculos, parum quidem veterum usum observavit, sed ita, ut excusationem habere sibi videretur. nam musculos poterat *ἀλκαίας* ab *ἀλκῇ* nominatos esse putare. Id si est, coniecerim *ἀλκαίας* poetam dixisse luctatoris cuiusdam musculos (ut de Amyci musculis Theocrit.

XXII 48 dicit: *ἐν δὲ μύες στερεοῖσι βραχίοσιν ἄκρον ὑπ' ὦμον ἕστασαν*), quos ille tumefecerit et quasi e corpore exhauserit. nam talem significationem verbo *ἀφύσσειν* tribuere malim, quam hoc verbum commutare cum eo quod in codice Parisin. est, *ἀφάσσων*, a Ruhnkenio ad h. l. probatum. Quod si scripsit poeta: *ἀλκαίας* (aut *ἀλκαΐας*) *ἀφύσσας*, potuit hoc de aliquo luctatore dicere quem in agone quodam memoraverit in Aetior. libro I. Qua in re si ultimam in *ἀλκαίας* syllabam corripuit (nam hoc malim quam cum Bentleio statuere in *ἀφύσας* primum *α* longum esse ut doricum pro *ἤφυσσα*), Hesiodi aliorumque poetarum exemplo tueri se poterat. cf. Jacobs. ad Anth. Pal. vol. III p. 53. quamquam non incredibile est in pentametro aliquo scriptum a poeta fuisse: *ἀλκαίας* | *ἃς ἀφύσας, ἁ.* suas tumefaciens. Sin autem aliquis non de luctatore Callimachum, sed de leone loquutum esse statuere maluerit, non refragabor qui leoni Nemeaeo ista convenire videam, ut ex Aet. I 9 depromptum fragmentum sit.

318.

*Κάρτ' ἀγαθὴ κικυμίς.*

„Schol. Aristoph. Av. 261: *τὰς γλαῦκας — καὶ κικκαβὰς λέγουσιν, ἔστι δὲ ἱερὰ τῆς Ἀθηνᾶς. οἱ δὲ κικυμίδας, ὡς Καλλίμαχος· κάρτ' ἀγαθὴ κικυμίς.*" Bentl. *Κικυμῆις* (nonne *κικυμηίς*?)· *γλαῦξ* habet Hesych. II p. 481, ubi tamen non assentior M. Schmidtio *κικυμίς* ex nostro ut videtur loco commendanti. nam *κικυμίς* et *κικυμηίς* utrumque dici potuit ut dicebantur *κερχνίς* et *κερχνηίς* (cf. Lobeck. Proleg. Path. p. 476) aliaque similia multa. cf. Lobeck. Elem. Path. I p. 328 seq. Quum autem Minervae hanc avem fuisse et aliunde constet et ipse Aristophanis scholiasta memoret, admodum probabilis est Caroli Diltheyi in Anal. Call. p. 19 suspicio, cum nostro fragmento in unum versum iungendum esse fragm. anon. 313 sic: *κάρτ' ἀγαθὴ κικυμίς, Πειρητίδος ἱερὸς ὄρνις.* Ea avis ipsa loquitur in fragm. 164: *ἀλλὰ θεῆς, ἥ τίς με διάκτορον ἔλλαχε Παλλάς.* quod si recte ad Aet. I 4 rettulimus, eodem nostrum quoque fragmentum revocabimus. Certe quoniam *κάρτ' ἀγαθή* hic vocatur, non potest intelligi noctua clamore suo visa omen infelix (cf.

Menandr. frag. incert. V 11 in Mein. Com. graec. IV p. 230), sed victoriam volatu suo portendens (cf. Schneidew. ad Paroemiogr. I p. 55 et p. 228), qualis noctua imprimis Minervae convenit.

[319.]

[*Ληκύθειος μοῦσα*

quod hoc loco Bentleius posuit, ex integro choliambo est quem supra edidimus n. 98[c].]

320.

*Θὴρ οὐατόεις.*

„Eustath. ad Hom. Jl. p. 870, 7: *οὕτω δὲ πάντως καὶ θὴρ οὐατόεις παρὰ Καλλιμάχῳ ὁ ὄνος.* id. ibid. p. 1299, 37: *θὴρ οὐατόεις ἤγουν ὠτώεις, τουτέστιν ὄνος, παρὰ Καλλιμάχῳ.*" Bentl. Callimachi haec tecte nominat etiam Pollian. in Anthol. Pal. XI 130: *οὐδὲν ἔχω γὰρ Παρθενίου κλέπτειν ἢ πάλι Καλλιμάχου. θηρὶ μὲν οὐατόεντι γενοίμην, εἴ ποτε γράψω, εἴκελος*, de quo vide Mein. Anal. Alex. p. 284: praeterea Nonn. Dionys. XXI 207 hinc dixit *ὡς ὄνος οὐατόεις*. utrumque Ruhnkenius iam nominavit Epist. crit. II p. 188. addo Callimachum haec dixisse videri in Aet. II 2.

321.

*Αἴγιθος ἀμφιγυήεις.*

„Antigon. de Mirabil. XLV (51) Westerm.: *τὸν δὲ αἴγιθον αἶγα θηλάζειν προσπετόμενον, ὅθεν καὶ τὴν προσηγορίαν εἰληφέναι· τὸν δὲ μαστόν, ὅθεν ἂν ἑλκύσῃ, ἀποτυφλοῦσθαι. ἔστι δὲ χωλὸν τὸ ὄρνεον, ὅθεν καὶ Καλλίμαχος ὁ ἐκ τοῦ Αἰγύπτου περίτρανος εἶναι βουλόμενος ἔφησεν προείπας ὑπὲρ ἄλλου τινὸς ὀρνέου, αἴγιθος ἀμφιγυήεις. οὐ σώζεται οὖν αὐτῷ ὁ λόγος· ἔστι γὰρ οὐκ ἀμφότερα χωλόν, τὸ δ' ἀμφιγυήεις οὐ τοιοῦτον, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τοῦ Ἡφαίστου εἴρηται —. περὶ μὲν οὖν τοῦ Καλλιμάχου διὰ τὸ ἀπίθανον προήχθημεν εἰπεῖν.*" Bentl. Antigonus dum erroris Callimachum coarguit, *τὸν ἔκ που Αἰγύπτου* (sic enim corrigendum arbitror quod edebatur *ἐκ τοῦ Αἰγύπτου*, a Bentleio tacite in *ἐκ τῆς Αἰγ.* correctum, a Meinekio autem ad Callim. p. XIV et in Philol. vol. XIV p. 15 in *ὁ ἐκ τοῦ Μουσείου*,

quibus nos praeferimus *ἔκ που*, de quo ita usurpato cf. Boissonad. ad Theophylact. p. 290), qui *αἴγιθον* utroque pede claudum fuisse dicat, ipse gravius erravit duas de diversis avibus (*αἴγιθος* et *αἰγοθήλας*) Aristotelis observationes (Hist. An. IX 15 et IX 30) in unum confundens. Callimachus aut male intellexit Arist. IX 15: *αἴγιθος — τὸν πόδα χωλός ἐστι*, aut *ἀμφιγυήεις* voluit esse valde claudus, ut *ἀμφιδεής*, *ἀμφίλαλος*, alia dicuntur. Non dicit autem hoc, si mihi credis, in libro de Avibus, ubi sane aliquanto magis perspicue loqui debebat, sed in carmine aliquo, cui dicendi generi et solum aptum est adiectivum *ἀμφιγυήεις*, et accommodatissima ipsa verba sunt *αἴγιθος ἀμφιγυήεις*, hexametri finem ostendentia. Jam quum Plin. Nat. Hist. X 21 narret, aegithum claudum prosperrimi esse augurii nuptialibus negotiis, quidni Callimachus in describendis nuptiis Acontii et Cydippae (Aet. III 1) talem hexametrum fecerit: [*οὐ γὰρ κρὲξ ἐφάνη, ἀλλ'*] *αἴγιθος ἀμφιγυήεις*? nam alius avis antea Callimachum mentionem fecisse Antigonus narrat, quem putamus *κρέκα* fuisse, infaustam nubentibus avem (cf. Mein. An. Alex. p. 40 seq.)

[322

Bentleius fecit hoc: *Ἱερὰν Ἦλιν* ex schol. Pind. XI, 55, quae verba iungenda fuerunt cum fragm. 198.]

323.

*Ἆ, πάντως ἵνα γῆρας.*

„Hesych. I init.: *τὸ ἆ περισπασθὲν δηλοῖ εἶθε, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· ἆ πάντα συνάγειρας.* Aiunt alibi extare ad hunc modum: *ἆ πάντως ἵνα γῆρας.* manca est sententia neque quicquam ex his certo constitui potest.“ Bentl. Quam aliam indicat lectionem praestant Suid. I 1 p. 9: *περισπασθὲν δὲ καὶ ψιλῶς δηλοῖ εἶθε· Καλλίμαχος· ἆ πάντως ἵνα γῆρας*, et iisdem verbis (nisi quod deest *καὶ ψιλῶς*) schol. Platon. p. 393 Bekk. adde Etym. Florent. p. 60 (*ἄβαλε*) — *γίγνεται καὶ ἆ κατὰ συγκοπήν, οἷον ἆ πάντως ἵνα γῆρας*, ubi Callimachi nomen non additum. Contra Hesychium refert Etym. Paris. 2669 ap. Cram. Anecd. Paris. IV p. 84, 6: *Καλλίμαχος· ἆ πάντα συναγείρας.* ipsum fragmentum

omittit Phot. Lex. I p. 201 Nab.: ἆ δηλοῖ τὸ εἴθε. οὕτως γὰρ Καλλίμαχος κέχρηται, cuius nunc praeter tres literas nihil restat in Apollon. Dyscol. de Adv. p. 567, 31: τὸ ἆ σημαῖνον εὐχὴν ἐν τῷ απα *** οὐκ ἔστιν ὁλόκληρον. nam Callimachi respici locum verissime monet Schoemannus, vir clarissimus, in Opusc. IV p. 257. Sed quod etiam Joannem Alex. p. 31, 9 huc respicere putat Hecker. Com. Call. p. 86: ἆ δειλὲ πάντων· ἆ γῆρας, unde perspiciatur Callimachi versum talem fuisse: ἆ δειλὸς πάντων ἵνα γῆρας (nisi duo fuerint frustula: ἆ δειλὸς πάντων et ἆ γῆρας), id quid aliud est quam certae scriptorum auctoritati illudere? imo aliorum fragmenta sunt, et primum quidem Homeri videtur ex Od. XIV 361 vel XXI 288 ἆ δειλὲ ξείνων, alterum Euripidis esse frag. 802 Nauck. (ubi nunc est ὦ γῆρας) probabiliter coniecit Maur. Schmidtius Verisim. p. 23. Atque etiam plura ausus est Ruhnkenius in Epist. ad Ernest. p. 17 Tittm., qui ex fragmento apud Plutarch. Quaest. Symp. III 6, 4 (cf. Bergk. Poet. lyr. p. 1298) ἀνάβαλ' ἄνω τὸ γῆρας, ὦ καλὰ 'Αφροδίτα (quae ex Callimachi aliquo in Venerem scripto hymno desumpta putabat) fragmentum nostrum ita refingendum sibi persuasit: ἆ βάλ' ἄνω τὸ γῆρας. Tantum autem abest, ut cum Ruhnkenio corruptissimum fragmentum dicam, ut misso Hesychiano ἆ πάντα συνάγειρας (quod Bentleius tenuit, Toupius autem Emend. in Suid. IV p. 187 ἆ πάντας συνάγειρας corrigi iussit) et probato quod testium fide magis commendatum est: ἆ πάντως ἵνα γῆρας, nihil iam mutandum censeam. Puto autem cum Naek. p. 238 Hecalen haec dixisse (Hecal. Cap. V), ubi optabat senectus ne esset, ita ni fallor loquens: ἆ, πάντως ἵνα γῆρας [ἐν ἀνθρώποις ἀπόληται], ubi ἵνα ἀπόληται dictum arbitror ad normam Hom. Jl. VIII 513: μὴ μὰν ἀσπουδί γε νεῶν ἐπιβαῖεν ἕκηλοι, ἀλλ' ὥς τις τούτων γε βέλος καὶ οἴκοθι πέσσῃ βλήμενος ἢ ἰῷ ἢ ἔγχεϊ ὀξυόεντι, ubi Eustathius certe p. 726, 44 adnotat, ἀλλ' ὡς esse pro ἀλλ' ὅπως, quod saepe sic alia enuntiatione non addita in imperando et optando dici constat. sed ἵνα cum coniunctivo ita dicti aliorum non habeo exempla nisi Epicteti et scriptorum novi Testamenti in Thes. Paris. IV p. 604 B. allata.

324.

*Ἶρις.*

„Etym. Magn. p. 72, 8: *Ἄλυς ποταμὸς Παφλαγονίας κατὰ Σινώπην. Ἶριν δὲ αὐτὸν λέγει Καλλίμαχος.*" Bentl. Plura non habent Etym. Gud. p. 39, 30 et Etym. Angel. p. 681. *Ἶριν* quum in Argonautarum historia Apollon. Rhod. II 367 et 963 memoret, ad Aet. II 1 fragmentum revocaverim, non ad librum *Ποταμῶν*.

325.

*Ἄωροι.*

„Etym. Magn. p. 117, 22: *ἄωροι —. οἱ δέ τὸν ἀφύλακτον. ὤρα γὰρ ἡ φυλακή. — Καλλίμαχος δὲ κατὰ μετάληψιν τοὺς ἀγρίους. ἄωρον γὰρ τὸν ὠμόν. τὸ δὲ ὠμὸν ἄγριον.*" Bentl. Non locupletior Etym. Gud. p. 102, 16, qui et ipse Callimachi nomen addit. Quum autem Homericum *ἄωροι* in Od. XII 89 Eustath. ad Hom. p. 1715, 20 et schol. ad Od. l. l. dicant fuisse qui explicarent *ὠμούς, σκληρούς, ἀγρίους*, Callimachus hac usus interpretatione *ἀώρους* appellare potuit illos *ἀγρίους*, quos ad terram incognitam sibi appellentes nautae timent apud Hom. Od. VI 120. IX 175 et alibi, id quod Argonautis accidere non semel potuit, ut in Aet. II fragmentum sedem habuisse videatur.

326.

*Γραυίδι.*

„Etym. Magn. p. 240, 6 (Herodian. II p. 488, 14): *ἔστι γραῦις γραυίδι παρὰ Καλλιμάχῳ.*" Bentl. Rectius fortasse Valcken. ad Theocrit. Adon. p. 351 B scribit *γραυίς, γραυίδι*. cf. Herodian. I p. 84, 3 seq. In Callimacho autem cui mulieri hoc nomen magis conveniat quam Hecalae, quam sic vocare non uno eius carminis loco poetae licuit.

327.

*Ἐπιτάξ.*

„Etym. Magn. p. 365, 25: *ἐπιτάξ. παρὰ Καλλιμάχῳ ἐπίρρημα, παρὰ τὸν ἐπιτάξω μέλλοντα. Εἰς δὲ τὸ Ῥητορικὸν λεξικὸν εὗρον τὴν λέξιν σημαίνειν συντόμως, κωμικῶς*

[ultima duo verba transponenda et comma delendum videtur] —, οὐχ ὡς οἱ τραγικοί, μακρῶς. Helladius in Chrestomathia (apud Phot. Biblioth. p. 532, 36 a Bekk.): τὸ ἐπιτάξ παρὰ Καλλιμάχῳ καὶ Ἀράτῳ κείμενον ἀπὸ τοῦ ὁριστικοῦ μέλλοντος γέγονε κατὰ ἀποβολὴν τῆς ἐπὶ τέλει μακρᾶς συλλαβῆς, ὥσπερ καὶ τὸ χωρίς — καὶ τὸ πελάς — καὶ τὸ μίξ —, ὅθεν καὶ τὸ ἐπιμίξ παρ' Ὁμήρῳ, καὶ τὸ ὀδάξ — καὶ πτύξ — ἀμύξ —. οὕτως οὖν καὶ ἐπιτάξ, ὃ κατ' ἐπίταγμα καὶ κέλευσιν πράττεται." Bentl. Helladio si fides est, de quo non dubito, Callimachus ἐπιτάξ voluit esse secundum mandatum. nam in Arato quidem (v. 380) est secundum ordinem. Sed quae in Lexico Rhetorico indicabantur duae aliae significationes non admodum certae sunt. cf. Mein. Com. graec. IV p. 623 Herodianus autem II p. 931, 21 (coll. I p. 510, 7. II p. 509, 9) quid significaverit ἐπιτάξ non indicavit, solum accentum firmans et Atticos etiam ἐπιζάξ dixisse monens. Ex utroque autem grammatico, Helladio et Etym. Magn., cognovimus, ἐπιτάξ adverbium Callimacho fuisse (nam adiectiva quoque in ξ desinunt. cf. Lobeck. Paralip. p. 276 —, non solum adverbia. cf. ibid. p. 131 coll. Rhemat. p. 63) potuitque huius significationis adverbio uti in Aet. II 5, ubi Colchos iussu Aeetae Jasonem persequutos esse dicebat.

[328]

[Ἴσος]

[„Etym. Magn. p. 477, 12: ἴσος. — εὕρηται τὸ ι μακρὸν καὶ βραχύ. παρὰ μὲν τῷ ποιητῇ ἀεὶ μακρόν, παρὰ δὲ τοῖς πεζολόγοις βραχύ. καὶ παρὰ τοῖς ἐποποιοῖς εὕρηται καὶ συνεσταλμένον, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ. παρὰ δὲ τοῖς τραγικοῖς καὶ κωμικοῖς συστέλλεται ἀεὶ τὸ ι. —" Bentl. Quum non solum in cod. Nanian. et Sorbon. apud Gaisf., tum etiam in Parisin. 2630 ap. Bekker. pone Etym. Gud. p. 904, tum etiam in Etym. Gud. p. 283 11 et Zonar. p. 1122 addatur ἤλασε Κιμμερίῳ ψαμάθῳ ἴσον, qui versus est Hym. in Dian. 253, apparet Etymologi Magni hunc locum ex fragmentorum numero removendum fuisse. Et plura sunt eius mensurae in Callimacho exempla. cf. Vol. I p. 153.]

329.

*Λῖες μέν τε λίεσσιν.*

„Etym. Magn. p. 567, 10: *λίς, ὁ λέων —. τὸ πληθυντικὸν παρὰ Καλλιμάχῳ λίες· καὶ λίεσιν ὡς μύεσι.*" Bentl. Adde schol. Hom. Jl. XI 480: *λῖν — ἔδει μὲν περισπωμένως, ὡς μῦς μῦν. τὸ γὰρ πληθυντικὸν παρὰ Καλλιμάχῳ· αἱ μέν ῥα λίεσσιν.* Hinc patet Callimachi esse quod sine eius nomine citatur frustulum in Etym. Flor. p. 207: *λῖες μέν τε λίεσσιν*, et in Choerob. Dict. p. 182, 10 (Anecd. Bekkeri p. 1194): *εἰ γὰρ καὶ εὕρηται τὸ λίς συνεσταλμένον ἔχον τὸ ι ποιητικῶς, ὡς παρ' Εὐφορίωνι ἐν Μοψοπίᾳ ἐπὶ τοῦ „οἱ δ' ἐπιθύουσιν βουσὶν λίες," καὶ πάλιν· „κάπροι τε λίες τε," ἀλλ' οὖν καὶ ἐκτεταμένον ἔχει αὐτό, ὡς ἐπὶ τοῦ· „ὥστε λῖς ἠυγένειος," καὶ ἐπὶ τοῦ· „λῖες μέν ῥα λίεσσιν,"* quae apposui ex emendatione Meinekii in Anal. Alex. p. 63, cui etsi assentior de verbis transpositione sanandis, tamen non puto nec Euphorionis locum, nec Callimachi (nam huius esse ultimo loco memoratum intellexerat) recte eum emendasse. nam Euphorionem quum Choeroboscus dicentem faciat *οἱ ἐπιθύουσι βοῶν λίες*, multo credibilius est eum poetam dixisse, *οἷοι ἐπιθύουσι βοῶν λίες* (*quales* in boves leones irruunt), quam quod Meinekius dedit. in Callimachi autem verbis ex Etym. Flor. nunc constat veriorem scripturam esse *λῖες μέν τε λίεσσιν*, ubi dativus fortasse pendebat ab adiectivo aliquo hoc modo: *λῖες μέν τε λίεσσιν* [ὁμήθεες]. quod si est, conici licet hoc fragmentum propinquum fuisse fragmento 160 et Medeam dixisse Colchos quidem *Γραικοῖς* non esse ὁμοτρόπους. cf. Aet. II 6.

[330.]

[*Ὀργάδα*].

[„Etym. Magn. p. 629, 32: *ὀργάδα Καλλίμαχός φησι λέγεσθαι τὴν μελάγγειον καὶ ἔνυδρον γῆν.*" Bentl. Pro *Καλλίμαχος* Gaisford. ex suis libris nunc edidit *Κόμανος*, quod exhibent etiam Etym. Gud. p. 432, 50, cod. Paris Ruhnkenii ap. Ernest., cod. Havn. apud Bloch. pone Et. Gud. p. 990. nec ea infrequens est permutatio. cf. Vol. I p. 388. Debebat igitur hoc fragmentum ex ordine expelli].

331.

*Φθέγγεο, κυδίστη, πλειοτέρῃ φάρυγι*
*ὄφρα σε.*

„Etym. Magn. p. 675, 19: τὸ παρὰ Καλλιμάχῳ πλειοτέρῃ οὐ παρὰ τὸ πλεῖον [lege πλείων. O. S.] πεποίηται ἀλλὰ παρὰ τὸ πλεῖος, ἀφ' οὗ καὶ Ὅμηρος· πλεῖοι μέλανος θανάτοιο (Od. XII 92) καί· πλεῖαί τοι οἴνου κλισίαι (Jl. IX 71). πλεῖος οὖν καὶ πλειότερος." Bentl. Adde Favorin. Eclog. p. 367, 34 Dind. Post παρὰ Καλλιμάχῳ Gaisford. ex codice Vossian. addidit: ὄφρα σε πλειοτέρῃ, in Etym. autem Florent. p. 247 post πλεῖος καὶ πλειότερος adiectum est: οἷον· φθέγγεο κυδίστη πλειοτέρῃ φάρυγγι. Dubitari non posse videtur, quin idem a tribus his Etymologis Callimachi fragmentum citetur, quod poetam ipsum ita scripsisse censuerim: φθέγγεο, κυδίστη, πλειοτέρῃ φάρυγι | ὄφρα σε [κυδαίνω]. Supplemento autem isto meo hic quoque nihil volui nisi indicare, qualem sententiam poetae fuisse putem, quem in Prologo Aetiorum, ubi cum Musis congressum se finxit, Calliopen invitabat ad dicendum, ut de multis edoctus rebus obscuris grandiore ore vel saepius (cf. ad Hym. in Artem. 25) eam celebrare posset. Quod autem Ernestius se videre negat, cur Callimachum potissimum auctorem citaverit Etymologus, quum πλείοτερος sit etiam apud Hom. (Od. IX 359) et alios antiquiores poetas, quorum afferre certe Arat. 1080 poterat, — fugit eum, quod ex ipsis Etymologi verbis satis apparet, fuisse grammaticos qui a comparativo πλείων derivarent, id quod in Homeri quidem loco nemini in mentem venire potuit, sed in aliorum fieri maiore iure poterat, velut in hoc Callimachi, et in Nicandri Theriac. 119 (ubi est ἀσπίς — πλειοτέρῃ), et Stratonis in Anth. Pal. XII 17 (πλειότερον θάλπος), et Maximi 269 (πλειότερον κάματον), quorum poetarum Nicander in Alex. 479 etiam ὀλιζοτέρῃ dicit, Strato etiam κακιότερος in Anth. Pal. XII 7, Maximus certe etiam μειότερον πόνον 254. atque ad eandem normam iam Homerus et Hesiodus formarunt χειρότερος et χερειότερος, Aeschylus in fragm. 453 Herm. = 425 Nauck. μειζονώτερος, alii ἀρειότερος (cf. Thes. Paris. Vol. I 2 p. 1920 CD., ubi adde Nonn. Dionys. II 60. XLII 43. XLVIII 977. Colluth.

66, 77. Orph. Argon. 284. sed in Oppian. Hal. I 178 pro ἀρειοτέροισι malim ἰχθύσι καὶ μερόπεσσιν ἀραιοτέροισι μάχονται, quod aliter corrigit Lobeck. Proleg. Path. p. 248 seq.), alii ἀμεινότερος (cf. Thes. Paris. I 2 p. 78 A), alii μειότερος (cf. Thes. Paris. vol. V p. 704 B, ubi addo Nonn. Dion. XXXVIII 277 et Maxim. 233), alii denique γλυκιότερος, καλλιώτερος, βραδιότερος, de quibus Lobeck. l. l. p. 475. De hoc dicendi genere nescio qui inter veteres grammaticos de industria egerit ante Maximum Planudem in Bachmann. Anecd. II p. 75 (coll. Excerpt. pone Etym. Gudian. p. 648, 42 seqq. et cod. Baroccian. in Museo crit. II p. 114), ubi inter alia huius generis πλειότερον quoque comparet sine testimonio. Male Meinek. in Herm. III p. 454 in Callimachi fragmento coniecit legendum esse Κυδίππη pro κυδίστη.

[332].

[„Schol. Theocrit. VII 60: ἐφίλαθεν· ἐφιλήθησαν ἢ φιλοῦνται. ἔστι δὲ Αἰολικόν, ὡς καὶ ἐκόσμηθεν. Καλλίμαχος δὲ τοῦτο παροξύνει.“ Bentl. De hoc satis dictum Vol. I p. 388].

333.

*Μάγνησσα.*

„Steph. Byz. p. 425, 2: Μαγνησία, πόλις παρὰ τῷ Μαιάνδρῳ καὶ χώρα, ἀπὸ Μάγνητος. ὁ πολίτης Μάγνης ὁμωνύμως τῷ οἰκιστῇ. τὸ θηλυκὸν Μάγνησσα παρὰ Καλλιμάχῳ καὶ Μαγνησίς παρὰ Παρθενίῳ καὶ Μαγνῆτις παρὰ Σοφοκλεῖ.“ Bentl. Integrius hoc fragmentum Bergk. Poet. lyr. (III) p. 1359 et Anth. lyr. II p. XVIII, item Rauch. de Aet. p. 33 not. 54 et Dilthey Anal. Call. p. 11 sibi persuadebant servatum esse a grammatico in Cramer. Anecd. Ox. III p. 261, 31: Κίλιξ ὁ ἀνήρ, Κίλισσα δὲ ἡ γυνή· ὁμοίως Λίβυς Λίβυσσα, Θρᾷξ Θρᾷσσα, Μάγνης Μάγνησσα Πελίουτε Μάγνησσαν κόραν, quae mihi non admodum certa videtur coniectura esse, qui videam etiam Theocrit. XXII 79 (Μαγνήσσης ἀπὸ ναός) voce usum esse, quo apparet certe, non ita solitariam vocem fuisse, ut unius poetae testimonium utrobique extare credendum sit. et confer Magnessam Hippolyten in Horat. Od. III 7, 18. Atque Dilthey quidem eo minus

probabilem reddit suspicionem suam, quod Callimachum ista in iambis putat dixisse, a quibus Dorismus *κόραν* plane abhorret. quod autem idem *Πελίου τε* omni carere sensu dicit et *πελιάν τε* corrigit revocans hoc ad aliquam nominis *Λευκοφρύνης* explicationem, miror doctissimo viro non in mentem venisse Peliae a filiis suasu Medeae dissecti et cocti, de quo poetam nescio quem lyricum ita narrasse crediderim lenissimam faciens mutationem: *Πελία τε Μαγνησσᾶν κορᾶν*. Ceterum *Μάγνησσαν* meo periculo intellexi Thessalicam, non Ionicam, quod suadere videtur Stephan. Byz. l. l. et Meinekium quoque ad Stephan. p. 787 b lin. 24 statuisse patet. At Stephanus non dubito quin scripserit *Μαγνησία, πόλις παρὰ τῷ Μαιάνδρῳ, καὶ χώρα τῆς Θεσσαλίας*, nam huius regionis Stephanum plane nullam mentionem fecisse nemo facile credat. ergo quae de nominibus derivatis *Μάγνης*, *Μάγνησσα*, *Μαγνῆτις* memorat, eodem iure de Thessaliae peninsula atque de urbe Ionica, quae ab illa originem habebat, intelligi debent. Nondum autem poenitet coniecturae olim propositae, *Μάγνησσαν* poetam dixisse Junonem, *γρήιον εἶδος ἔχουσαν* (fr. 511), quae Jasoni in conspectum venit (cf. Aet. I 3). Qui ad *κτίσεις νήσων καὶ πόλεων* referendum fragmentum censebat, Lincke de Callimach. vit. et script. p. 39, argumenta non attulit.

[334.]

[*Τριπέτηλον*]

[„Schol. Nicandr. Ther. 519: *τριόφυλλον — Διονύσιος ἐν τοῖς Ῥιζοτομικοῖς καὶ μινυανθές καλεῖ, Καλλίμαχος δὲ τριπέτηλον*.“ Bentl. Scholiastam ad Hym. in Artem. 165 respicere iam Ernest. monuit. Reiciendum igitur hoc ex fragmentorum numero est.]

335.

*Ἔρραος*.

„Isaacus Tzetz. ad Lycophr. 1316: *ἐρράου· τοῦ κριοῦ. ὁ δὲ Καλλίμαχος λέγει τοῦ κάπρου, παρὰ τὸ ὀρούω, τὸ ὁρμῶ*.“ Bentl. *Ἔρρας· κριός* habet Hesych. II p. 195, ubi M. Schmidt. ex nostro *Ἔρραος* rescripsit. Sed Callimachus sic vocare potuit aprum Calydonium in Aet. I 9

memoratum, ubi fortasse cum fr. 226 arcte coniunctum erat. nisi ita appellavit suem, qui quod Triptolemus severat effodit (Aet. III 4). alium in Aetiis locum quo memoratus sit *ἔρρασς*, Rauch. p. 73 n. 173 invenisse sibi visus est, Adonidis historiam, quam elegia aliqua Callimachum celebrasse demonstrari nequit. Quo autem iure Naek. de Hecal. p. 175 dixerit, Callimachum disputavisse alicubi de significatione eius vocis et docuisse aprum esse *ἔρρασν*, non perspicio.

## 336.

*Λιμὴν*
*ἀμφίδυμος Φαίηξ.*

„Schol. Apollon. Rhod. IV 983: *νῆσος Κέρκυρα. αὕτη πρότερον Σχερία ἐκαλεῖτο. ἀμφιλαφῆ δὲ τὸν λιμένα εἴρηκεν τὸν ἀμφοτέρωθεν πρόσορμον ἔχοντα, ὃν Καλλίμαχος ἀμφίδυμον εἶπεν. ἱστορικῶς δὲ Ἀπολλώνιος ἀμφιλαφῆ τὸν λιμένα φησὶ πανταχόθεν πρόσορμον ἔχοντα. ἱστορεῖ δὲ περὶ τοῦ λιμένος τῶν Φαιάκων Ἀπολλωνίδης ἐν τῷ Περίπλῳ τῆς Εὐρώπης.* Corrigendus Hesychius I p. 160: *ἀμφίδυμος· ἐξ ἑκατέρου μέρους εἰς δύσιν ἔχων.* lege *εἴσδυσιν ἔχων.*“ Bentl. Eundem sine dubio Callimachi locum indicare voluit schol. Dionys. Perieg. 493: *δύο λιμένας ἔχει ἡ Φαιακίς, τὸν μὲν Ἀλκινόου, τὸν δὲ Ὕλλου. διό φησι Καλλίμαχος· ἀμφίδυμος Φαίαξ*, unde fragmentum sic ut supra edidimus restituendum censuimus nec iam cum Bentleio dedimus *ἀμφίδυμος λιμήν*. Dixerat autem sine dubio in Aet. II 4 Callimachus

[*φαίνετ' ἄπωθε*] *λιμὴν*
*ἀμφίδυμος Φαίηξ*,

ubi *Φαίηξ* pro adiectivo est, ut in *Αἱμῷ ἔπι Θρήικι* Hym. III 114 aliisque plurimis. sed *ἀμφίδυμος* poeta sumpsit ex Hom. Od. IV 847. Obiter autem emendabimus verba scholiastae Apolloniani, qui bis adeo affirmat poetam suum *ἀμφιλαφῆ λιμένα* dixisse, etsi is habet *ἀμφιλαφὴς πίειρα Κεραυνίῃ εἰν ἁλὶ νῆσος*. Verum enim vero scholiastae verba ita sunt leniter corrigenda: *ἀμφιλαφῆ* (scilicet *τὴν νῆσον*) *διὰ τὸν λιμένα εἴρηκεν τὸν ἀμφοτέρωθεν πρόσορμον ἔχοντα, ὃν Καλλίμαχος ἀμφίδυμον εἶπεν. ἱστορικῶς δὲ Ἀπολλωνίδης*

*ἀμφιλαφῆ τὸν λιμένα φησὶ πανταχόθεν πρόσορμον ἔχοντα. ἱστορεῖ δὲ περὶ τοῦ λιμένος τῶν Φαιάκων Ἀπολλωνίδης ἐν τῷ Περίπλῳ τῆς Εὐρώπης*, ubi nunc iam omnia recte habere apparebit.

337.

*Ὅ δ' αὖθι παρὰ φθόιας.*

„Schol. Aristoph. Plut. 677: *Ἀττικοὶ μὲν μονοσυλλάβως οἱ φθοῖς, ὁ δὲ Καλλίμαχος φθοΐας, ἀντὶ τοῦ πλακοῦντας, πέμματα.*" Bentl., qui hinc Callimachi fragmentum tale posuit: *φθοΐας*. Sed integriora haec in schol. Ven. extant: *οὕτως μονοσυλλάβως σύνηθες αὐτοῖς λέγειν. Καλλίμαχος· ὅδ' αὖθις παρὰ φθοΐας*, quae verissime emendavit Dindorf. ad schol. (coll. Thesaur. Vol. VIII p. 776 A), nisi quod Callimacho non patiar detrahi *ὅδ'*. ille enim scripsit: *Καλλίμαχος δέ· αὖθι παρὰ φθόιας*, cui praestare puto: *Καλλίμαχος δ' ὅ δ' αὖθι π. φ.* Fragmentum explicavimus in Hecal. Cap. VI, ubi sine dubio sedem habebat. Rauchius tamen de Aet. p. 70 num. 166 ad Elegiam de institutis Thesmophoriis (Aet. III 4) revocavit.

338.

*Ἀδμωλίη.*

„Suid. I 1 p. 105: *ἀδμωλία· ἡ ἄγνοια, παρὰ Καλλιμάχῳ. καὶ ἀδμωλεῖ, χωρὶς δόλου ἢ δουλείας. καὶ ἀδμωλῶ, τὸ ἀκηδιῶ.* Hesych. I p. 47: *ἀδμωλή· ἀπορία. ὀλιγωρία. ἄγνοια. ἡσυχία.* Etym. Magn. p. 17, 49 [quocum consentire videtur Etym. Florent. ap. Miller. p. 12]: *ἀδμολίη· παρὰ τὸ εἴδω τὸ γιγνώσκω ἴδμων ἴδμονος, ἰδμονία καὶ αἰδμονία καὶ συγκοπῇ καὶ τροπῇ ἀδμολίη ἡ ἄγνοια.*" Bentl. In Zonar. p. 45, ubi codices inter *ἀδμωλία* et *ἀδμολία* variant, primum plane ut apud Suidam legitur: *ἡ ἄγνοια παρὰ Καλλιμάχῳ*, deinde adduntur quae sunt in Etym. Magn. l. l. *παρὰ τὸ εἴδω* usque ad *ἀδμολία*. Atque similiter in Etym. Paris. 2669 Cramerus Anecd. Par. IV p. 94, 9 enotavit in lemmate esse *ἀδμωλία*, tum sequi dicit *ἀδμολία καὶ ἄγνοια παρὰ Καλλιμάχῳ, παρὰ τὸ εἴδω κ. τ. λ.*, ut est in Etym. Magn. *Ἀδμωλή* praeter Hesychium agnoscunt Arcadius p. 109, 21 Bark. = Herodian. I p. 324, 6 (*ἀδμωλή, ἡ ἄγνοια*) et

Theognost. p. 111, 28, qui tamen quid significet vox non addit. Ab hoc autem *ἀδμωλή* recte formatum *ἀδμωλία*, ut praeter *ἁμαρτωλή*, *φειδωλή* reperiuntur etiam *ἁμαρτωλία*, *φειδωλία* (cf. Lobeck. ad Buttmann. Gram. graec. II p. 406), sed *ἀδμολία* quo modo defendam non invenio, nec quicquam colligi potest ex originatione vocis quam Etym. Magn. proposuit iure suspectam Lobeckio Elem. Path. I p. 277, cui vox ad numerum ignorabilium reicienda videtur. Quod autem Bentleius Callimachum *ἀδμολίη* potius dixisse censebat, certe non hanc ei causam fuisse puto, quod *ἀδμωλίη* metro minus bene astringi posse videretur. nam tale quid scribere poeta potuit: [*δεῖξεν ἐμοί, τοίων*] *ἀδμωλίη* [*ἐστὶν ἅπασιν*], in Aetiorum Prologo, ut puto, ubi dixerat Musas multas sibi narrasse res tales, qualium ignorantia esset omnibus.

[339.]

[*Ἀμιθρῆσαι.*]

[„Suid. I 1 p. 277: *ἀμιθρῆσαι· μετρῆσαι, ἀριθμῆσαι, παρὰ Καλλιμάχῳ.* Bentl. Suidae observationem si cum Ruhnkenio iure censui ad Hym. in Cer. 87 referendam esse, hinc amandandum fragmentum erit.]

340.

*Ἀπεστώ.*

„Suid. I 1 p. 554: *ἀπεστώ, ὥσπερ Σαπφώ, παρὰ Καλλιμάχῳ· ἡ ἀποδημία.*“ Bentl. Ex Herodot. IX 85 Callimachus habere videtur, usus fortasse in Aet. II 10. De formatione vocum in *τω* et *τυς* cf. Lobeck. Paralip. p. 439, ubi tamen memoratum non invenio quod nostro *ἀπεστώ* simillimum est, *ἀπεστύς· ἀποχώρησις* Hesych. I p. 236.

341.

*Ἀπότριχες.*

„Eustath. ad Od. Θ p. 1592, 58: *καλοῦσιν — ἐν Κρήτῃ (τοὺς ἐφήβους) ἀποδρόμους διὰ τὸ μηδέπω τῶν κοινῶν δρόμων μετέχειν. οὕτω δὲ καὶ Καλλίμαχος ἀπότριχα τὸν ἄνηβον ἔφη.*“ Bentl. Accedat Eustath. ad Jl. Θ p. 727, 22: *ἀπόμουσος ὁ ἄμουσος, καὶ ἀπότριχες παρὰ Καλλιμάχῳ οἱ ἄνηβοι, ἀλλὰ δηλαδὴ ἀπόδρομοι ἐν Κρήτῃ*

οἱ μήπω τῶν κοινῶν δρόμων μετέχοντες ἔφηβοι, quae iisdem verbis redeunt Callimachi quoque nomine addito in schol. Hom. Jl. codicis Paris. 2767 in Crameri Anecd. Paris. III p. 233, 10. Sed sine Callimachi mentione Hesych. I p. 246: ἀπόθριξ· ἄνηβος. ἄθριξ. Observatio hausta ex Aristophane Byz. cf. Nauck. p. 89 seq. Apparet autem Bentleium ex uno solo quem cognoverat Eustathii loco iniuria collegisse Callimachum ἀπότριχα scripsisse, quem plurali potius usum esse certum videtur. Suspicor autem hoc dixisse eum proxime a fragm. 308, unde intelligitur, cur in eo ἔθειραι usurpare insolentius maluerit quam τρίχες. Cum illo fragmento ex Aet. I 5 depromptum puto. De nominis formatione cf. Blomf. gloss. Aeschyl. Agam. 1383 et Lobeck. Elem. Path. I p. 207.

342.

*Ἦα.*

„Eustath. ad Od. Ξ p. 1759, 27: (Ἡρακλείδης) λέγει, ὡς καὶ ἀναλογώτερον τοῦ ἔα τὸ ἦα, γλώσσης μὲν ὂν Ἀσιανῆς, κείμενον δὲ καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ." Bentl. Adde Favorin. Eclog. ed. Dindorf. p. 221, 33. Ἦα grammatici ex Hom. Jl. V 808 et Od. XIV 212 afferre solent (cf. Herodian. II p. 53, 37. p. 156, 27. p. 835, 39), unde patet cur Heraclides dixerit κείμενον καὶ παρὰ Κ. Illud autem mirum accidit quod Etym. Magn. p. 423, 40 ἦα scribit Ἀττικῶς dictum esse. quod corruptum est et ex Heraclide corrigendum videtur. Ipsa vox quum, quod ad significationem attinet, nihil habeat proprii, certam ei in Callimachi carminibus sedem assignare velle, temerarium est, quam plurimis locis habere potuit, exempli causa in Prologo Aetiorum, si quidem ibi Callimachus dicere potuit [φιλήκοος] ἦα.

343.

*Ἄπελος.*

„Eustath. ad Od. Σ p. 1849, 18: ἕλκος — λύσις συνεχείας κατὰ τοὺς σοφούς. ὅθεν μεταλαβὼν Καλλίμαχος ἄπελος τὸ ἕλκος φησὶ παρὰ τὸ μὴ πελάζειν." Bentl. Repetit haec Eustath. ad Il. Δ p. 462, 45: ἄπελος αὐτὸ (τὸ ἕλκος) εἶπε Καλλίμαχος διὰ τὸ μὴ πελάζειν ἀλλήλοις τὰ παρειλκυσμένα χείλη τοῦ διαιρέματος, sed ad Jl. X p. 843,

34 dicit: ἐτόλμησέ τις καὶ ἄπελος τὸ ἕλκος εἰπεῖν διὰ στέρησιν τοῦ πελάζειν. At iterum Callimachi nomen habet schol. Oppian. Hal. IV 556: Καλλίμαχος ἄπελον τὸ ἕλκος λέγει ἀπὸ τοῦ α στερητικοῦ μορίου καὶ τοῦ πελῶ, τοῦ πλησιάζω. Testem in eadem re non nominant Suid. I 1 p. 543, Zonar. p. 238, Etym. Magn. p. 120, 36 et p. 331, 4, Gudian. p. 63, 29. Ubi Callimachus dixerit non audeo definire, nec probo quod Rauch. p. 35 not. 60 dicit, Deianirae vulnus intelligi, quae Herculem in pugna cum Dryopibus commissa adiuvans vulnerata fuerit. nam ἄπελος quum vulnus semper hians nec unquam cicatricem ducens significasse credibile sit, non videtur de Deianirae vulnere dici potuisse. At Lobeck. Rhem. p. 311 ἄπελος non tam vulnus hians quam cicatricem luridam significare censet.

## 344.

*Περιπηχύναντες.*

„Suid. II 2 p. 223: περιπηχύναντες· περιπλεξάμενοι. παρὰ Καλλιμάχῳ." Bentl. Ernestii suspicio fuit, hoc ad Hym. in Jov. 46 pertinere et alterum locum ex altero corrigendum putavit, quod non credo. nec credidit Naek. de Hecal. p. 169, qui suae ipse coniecturae, περιπηχύνασα dictum fuisse de Hecale quae Theseum sellae infixerit, merito parum tribuit. Probabilius Rauch. p. 106 seq. n. 108 cogitabat de Curetibus qui Zagreum περιπηχύναντες custodivissent, ut in Aet. I 2 locum habuisse fragmentum videatur.

## 345.

*Νωσάμενος.*

„Suid. II 1 p. 1017: νωσάμενος· νοήσας, γνούς, παρὰ Καλλιμάχῳ." Bentl. Temeraria est Davesii suspicio, Miscell. crit. p. 101, qui, quum νωσάμενος legatur in Theocrit. XXV 263, continuo illud carmen Theocrito abiudicavit et Callimacho adscribendum censuit. Sed qui paululum modo est consideratior, utrumque poetam forma illa contracta usum fuisse dicet, cuius in eo verbo satis frequens usus est (cf. Bentl. ad Hym. in Jov. 87 et Lobeck. Elem. Path. II p. 113 seq.). Utrum poetam in animo habuerint Zonar. p. 1414: νωσάμενος· ἐνθυμήσας, et Hesych. III p. 167: νωσάμενος·

*κατανοήσας*, incertum est, sed Callimachum magis crediderim, cuius ex Hecale sumptum putabat Hecker. Com. Call. p. 91. Et aptus in eo carmine locus fragmento fuit, ubi Theseum poeta dicebat taurum Marathonium tandem conspexisse. cf. Hecal. Cap. VIII.

346.

*Πυρὶ δεῖπνον.*

„Schol. Aeschyl. Prom. 368 Dind.: *πυρπνόου ζάλης. ἔνθεν Καλλίμαχος πυρίδειπνόν φησι.* Nescio quorsum pertineat *πυρίδειπνον.* videtur legendum *πυρίπνοον.*" Bentl., qui *πυρίπνοον* inter Callimachi fragmenta recepit. Sed multo rectius Toup. Emendat. in Suid. II p. 573 scholiastae verba vidit pertinere ad Aeschyli v. 370: *ποταμοὶ πυρὸς δάπτοντες ἀγρίαις γνάθοις τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευροὺς γύας*, et Callimachum dixisse Siciliam *πυρίδειπνον*, ab igne esam, ambustam. Poterat Aeschyleo vocabulo (Eumen. 1021) *πυρίδαπτον* vocare, sed magis ei placuit dicere *πυρίδειπνον*, nisi potius duabus vocibus hoc extulit *πυρὶ δεῖπνον*, quod magis mihi placet et placuisse video etiam Heckero in Com. Call. p. 145 conferenti Anthol. Palat. XIV 89, 2: *Μίλητε — πολλοῖσιν δεῖπνόν τε καὶ ἀγλαὰ δῶρα γενήσει.* Sedem habuisse puto in Aet. II 4. atque cum fragmentis aliquot quae sunt de Sicilia composuit etiam Rauch. de Aet. p. 67 n. 151, sed in elegia de institutis Thesmophoriis sedem habuisse putat.

347.

*Ὑδατοσύδνη.*

„Eustath. ad Jl. *Δ* p. 437, 21: *τοιοῦτο δὲ καὶ ἡ Ὁμηρικὴ ἁλοσύδνη* (Jl. XX 207. Od. IV 404) *καὶ ἡ τοῦ Καλλιμάχου ὑδατοσύδνη. ὀνόματα δὲ ταῦτα Νηρηίδων.* Idem ad Jl. *Υ* p. 1204, 4: *ἔοικε δὲ Νηρηίδος ὄνομα εἶναι ἐν τῷ φῶκαι νέποδες καλῆς ἁλοσύδνης, εἰ μὴ ἄρα θαλάσσης εἴη ἐκεῖ ἐπίθετον. Καλλίμαχος δὲ ἄλλως ὀνομάσαι θελήσας οἷος ἐκεῖνος ὑδατοσύδνην λέγει μεταποιήσας τὴν ἁλοσύδνην.*" Bentl. Priorem Eustathii locum exscripsit Philemon Osann. p. 102, de quarum originatione vocum cf. Lobeck. ad Aiac. p. 193 (II), qui post Vossium cum *ὕδνη* i. e. *ἔγγονος*, utram-

que vocem compositam existimat Proleg. Path. p. 234 seq. coll. Curtii Grundzüge der gr. Etym. p. 578 (II). Alterum Eustathii locum exscripsit Favorinus s. ἀλοσύδνη extr. Locus ubi hac voce Callimachus usus sit non unus excogitari potest. Rauch. p. 79 ad Aetia referre voluit nihil tamen certi addens, sed video etiam de Glauco, de Galathea etc. cogitari posse, ut temerarium sit certi quidpiam statuere velle.

348.

*Ἀκταίη τις ἔναιεν.*

„Eustath. ad Il. *Α* p. 84, 5: *τὴν ἅμαξαν κατὰ παραγωγὴν ἁμαξαίαν φασὶ καὶ τὴν αὔλην αὐλαίαν — καὶ τὴν ἀλκήν ἀλκαίαν ὡς ἐπὶ λέοντος — καὶ τὴν ἀκτήν ἀκταίην ὡς ἐπὶ Ἀττικῆς παρὰ Καλλιμάχῳ.* Id. ad *Δ* p. 475, 1: *ἡ ἀκτή ἀκταία ἐπὶ Ἀττικῆς παρὰ Καλλιμάχῳ.*" Bentl. Ipsa Callimachi verba cognovimus ex Etym. Paris. Ruhnkenii, cuius verba Ernest. ad h. l. apposuit: *Ἀττικὴ παρὰ τὴν ἀκτήν. καὶ γὰρ παραθαλασσία. καὶ Καλλίμαχος· Ἀκταίη τις ἔναιεν.* quae nunc innotuerunt etiam ex Etym. Gud. p. 91, 6, Sorbon. apud Gaisf. ad Etym. Magn. p. 167, 51, Angelican. apud Ritschel. Opusc. I p. 683, ubi de fragmento codices non variant. sine fragmento Schol. ad Vergil. Georg. IV 463 p. 80 Keil.: Attica, quae Acte aliquando vocata est, ut *Callimachus* et alii prodiderunt, ubi quae Actaea vel Acte et Actaea legendum videtur. In ipsis autem Callimachi verbis nihil muto, sed *Ἀκταίη* cum codicibus retineo, non quo verum habeam quod aliquando Naek. p. 177 sibi persuasit, *Ἀκταίη* esse mulier Attica, sed quod nihil impedit quo minus *Ἀκταίη τις ἔναιεν* putemus esse Attica quaedam terra sita erat, coll. Hom. Jl. II 626 *νήσων, αἳ ναίουσι πέρην ἁλός.* non fuit igitur cur Ernest. *Ἀκταίην* corrigeret Naekio probatum, aut cur Hecker. Com. Call. p. 96 *Ἀκταίῃ* scribi mallet. Atque hi quidem Hecalae carminis frustulum esse putabant, quod, quum Atticae sine dubio etiam alibi mentionem poeta fecerit, parum certum est. De grammatica ratione cf. Lobeck. Paralip. p. 297 seq.

349.

*Ἐλαχὸν δόμον.*

„Eustath. ad Jl. Z p. 630, 20: ἄσσον —. οὕτω δὲ καὶ ταχύς ταχίων, τάσσων καὶ θάσσων —, μακρός μακρίων μάσσον καὶ βραδύς βραδίων βράσσον καὶ παχύς παχιών πάσσον καὶ ἐλαχύς ἢ κατὰ Καλλίμαχον ἐλαχός, ἐλαχίων ἐλάσσον. Id. ad Od. Θ p. 1584, 16: ἐλαχός, ὃ παρὰ Καλλιμάχῳ κεῖται." Bentl. Adde Gramm. in Cramer. Anecd. Paris. IV p. 217, 24: ἐλαχύς, ὃ κατὰ Καλλίμαχον ἐλαχός, ἐλαχίων, ἐλάσσων, et Favor. Eclog. p. 348, 20 Dind. Sed gravius est quod quae olim in Etym. Magn. p. 323, 30 ita edebantur: ἐλαχὺν δόμον καλεῖ τὸν μικρὸν καὶ πενιχρόν, nunc Gaisford. e codice D in hunc modum correxit: ἐλαχὺν δόμον Καλλίμαχος τὸν μικρὸν καὶ πενιχρόν, qui etiam ἐλαχόν corrigere debebat. Significabat autem haud dubie Callimachus Hecalae casam. cf. Hecal. Cap. IV. Cum ἐλαχός pro ἐλαχύς posito cf. Hom. Jl. XIII 625 et Od. III 130 (πόλιν αἰπήν) et Jl. II 811 (αἰπεῖα κολώνη), πραΰς et πρᾶος (Lobeck. ad Phryn. p 404), ἡμισύς et ἥμισος (Curt. Anecd. Delphic. p. 20 et p. 22) etc. Ceterum ἔλαχος scribere nolui, etsi id Herodiani praecepto fortasse convenientius est. cf. Herodian. I p. 226.

350.

*Ἐννότιος Μαραθών.*

„Suid. II 1 p. 693: Μαραθών· τόπος Ἀθήνησιν ἀπὸ Μαράθου, υἱοῦ Ἀπόλλωνος· τοῦτον Καλλίμαχος ἐννότιον λέγει, τουτέστι δίυγρον ἢ ἔνυδρον." Bentl. Ex Hecale esse (Cap. II) quis non assentiatur Naekio p. 60 et Heckero Com. Call. p. 107? — Vocem ἐννότιος enumerat etiam Pollux I 238, sed Callimachus videtur ex Hom. Od. IV 785 sumpsisse, ubi fuisse qui pro ἐν νοτίῳ scriberent ἐννοτίῳ e scholiis constat, etsi id aliter explicabant atque Callimacho placuisse patet.

351.

*Μοψοπία.*

„Stephan. Byz. p. 458, 14: Μοψοπία, ἡ Ἀττική, ἀπὸ Μόψοπος. Καλλίμαχος." Bentl. Callimachus utrum ori-

ginationem vocis (de qua vide Meinek. Anal. Alex. p. 12 seq.) enarraverit an alicubi doctiore nomine ita Atticam significaverit solum (cf. Naek. de Hecal. p. 226), incertum est. Prius si fuit, ad *Κτίσεις* referri potest, sin alterum, nomine uti potuit in Hecal. Cap. II, ubi fortasse hoc fragmentum iunctum fuit cum fragm. 434. Sed potuit etiam in Aet. II 10 legi.

352.

*Χρεμεδά.*

„Hesych. IV p. 295: *χρεμέδα· ἠγῇ ὡς Καλλίμαχος.* Recte emendarunt viri docti ex iis quae proxime (p. 296) sequuntur *χρεμετᾷ· ἠχεῖ.* Nisi malis *χρεμέδα, ἠχή,* sonus." Bentl., qui *χρεμετᾷ* edidit. sed neque hoc admodum placet — quoniam verbum *χρεμετᾶν*, cuius alibi vestigium non extat (nam necessaria non est a Jacobsio in Anthol. Pal. vol. III p. 523 in Tzetzae Posthomeric. 142 proposita coniectura *χρεμέτησε*), ipse quo in Hesychio positum est contra literarum ordinem locus suspectum reddit —, neque substantivum *χρεμέδα* probabile est, quod doricum esset et certe *χρεμεδά* scribi debebat. neque verisimiliores sunt quas alias viri docti proponebant coniecturae a Mauricio Schmidtio enumeratae. Quorum neminem miror cogitasse de adverbio aliquo in — *δά* formatum et Hesychii locum ita emendari iussisse: *χρεμεδά· ἠχῇ, ὡς Καλλίμαχος* (vel *χρεμεδά· ἠχητικῶς· Καλλίμαχος*, ut similiter Hesych. II p. 404 dicit *καναχηδά· ἠχητικῶς*, coll. III p. 433: *ῥοιζηδόν· σφοδρῶς ἠχητικόν*). Quamquam ipsum adverbium *χρεμεδά* non putaverim incorruptum esse. certe magis placeret *χρεμετηδά*, si quidem praeter *χρεμετίζειν* etiam *χρεμετεῖν* in usu fuit (ut saepissime verba in *εῖν* et *ίζειν* alternare constat. cf. Lobeck. Rhem. p. 226 seq.). ita enim analogiam non fallacem haberemus in *καναχέω καναχίζω καναχηδά, κοναβέω κοναβίζω κοναβηδόν* (nam adverbia in *δά* et *δόν* sine discrimine dicuntur. cf. Lobeck. Paralip. p. 153). Atque nunc demum video Grasbergerum in libro cui inscripsit Erzieh. u. Unterr. im Alterth. I p. 163 *χρεμέδα* cum *ληκίνδα* comparare et illud vel corrigere vel explicare *χρεμίνδα* i. e. *χρεμετίνδα*. Sed hoc utut est, vocem *χρεμέδα* alia graviore quam est accentus mutatione afficere veritus sum. illud autem certissimum videtur, Callimachum de equorum hinnitu dixisse,

de quo loqui potuit in Aetiorum libro I, vel de equis in agone aliquo certantibus narrans, vel de equo Arione qui Adrastum servaverit.

[353.]

[*Ἄοζοι.*]

[„Hesych. I p. 221: *ἄοζοι· μάγειροι. ὑπηρέται. θεράποντες. ἀκόλουθοι. Καλλίμαχος.*" Bentl. Callimachi nomini Blomf. ad h. l. Aeschyli substituendum sibi persuasit non aliam, puto, ob causam nisi quod *ἄοζοι* Aeschylo quoque in Agam. 217 ministri sunt, idemque etiam in Eleusiniis *ἀοζήσω* dixerat pro *διακονήσω, ὑπουργήσω* teste eodem Hesychio I p. 221 (idem Aeschyleum *ἀοζήσω* in mente habuisse videtur Etym. Magn. p. 116, 41). quasi vero Callimachus non saepius Aeschyli glossas in usum suum converterit. At magis animum commovet Mauricii Schmidt. sententia, qui in Quaest. Hesychian. p. LXXI Callimacho voluit Clitarchum substituere, quoniam Clitarchus *ἐν γλώσσαις* teste Athenae. VI p. 267 C dixit: *καλοῦνται οἱ δοῦλοι ἄζοι καὶ θεράποντες καὶ ἀκόλουθοι καὶ διάκονοι καὶ ὑπηρέται, ἔτι δὲ ἐπάμονες καὶ λάτρεις.* Verum apud Clitarchum neque vox *ἄοζος* extat neque interpretamentum *μάγειροι*, unde haud paulo videbitur probabilius, Hesychii glossam ex alio atque Clitarcho fluxisse auctore, vel potius ex duobus auctoribus, quorum alter is fuit, ex quo sua sumpserunt Suid. I p. 513 et Zonar. p. 230 (*ἄοζοι· πολύοζοι, πολλὰ ξύλα καίοντες, ἤγουν οἱ μάγειροι*), alter is, unde hauserunt Etym. Magn. p. 116, 41 (*ἄοζος· ὑπηρέτης. καὶ ἀοζήσω· διακονήσω, ὑπουργήσω*) et gramm. in Bekkeri Anecd. p. 13, 31 (*ἄοζος· ὑπηρέτης, διάκονος*), quorum alter qui testes apposuerat Aeschylum et Callimachum, eos solus servavit Hesychius. Nihil igitur causae esse puto, cur apud Hesychium de Callimachi nomine addubitemus, qui *ἄοζοι* de ministris dixerit Aeschylum sequutus. Alia autem quaestio est, possitne etiamnum inter Callimachi fragmenta referri *ἄοζοι*, ex quo Meinekius hanc vocem Hymno in Del. 249 ex coniectura restituit, quem sequi non dubitavi. cf. Vol. I p. 314 seq.]

## 354.

### *Θύα.*

„Hesych. II p. 327: *θύα· ἀρτύματα· Κύπριοι. ἔνιοι τὰ ἀρώματα· Καλλίμαχος. Εὔπολις τὰ πέμματα. λέγεται δὲ καὶ τὰ θυόμενα τὴν θεήν.*" Bentl. Duabus ultimis Hesychii verbis quid faciam non invenio, nisi forte auxilium petendum ex Etym. Magn. p. 457, 6: *θύα, ἐφ' ἧς τὰ θύα, ὅ ἐστι τὰ θυμιάματα, καταχρηστικῶς δὲ καὶ αἱ λοιπαὶ θύαι* (vel *θυῖαι*), quae non integriora dat Grammat. in Cramer. Anecd. Oxon. II p. 447, 19, sed ita corrigi debent ex Etym. Gud. p. 266, 16, ut in fine legatur *καταχρηστικῶς δὲ αἱ λοιπαὶ θυσίαι*, quod Gaisfordum tamen fugit. Sed utcunque corrigendus est Hesychius, id tamen aperte docet, Callimachum *τὰ θύα* non dixisse de sacrificiis. Non igitur *θύα* dixit cum Pindaro, fragm. 106 v. 7: *ἀεὶ θύα μιγνύντων πυρὶ τηλεφανεῖ παντοῖα θεῶν ἐπὶ βωμοῖς* (nam hic quoque intelliguntur *τὰ θυόμενα*), sed qua usus est ratione Dionysius Perieg. 936: *αἰεὶ κηώεσσα (Ἀραβίη) θύοις ὕπο λαρὸν ὄδωδεν, ἢ θύου ἢ σμύρνης εὐώδεος ἢ καλάμοιο*, unde colligimus Callimachum quoque sicut imitatorem eius Dionysium de quovis genere *ἀρωμάτων* vocem usurpasse nec loquutum esse de sacris faciendis vel factis, sed vel terrae alicuius mentionem fecisse, vel, quod magis credo, *θαλάμοιο θυώδεος* (Hom. Od. IV 121) cuiusdam. Id ubi fecerit non audeo affirmare.

## 355.

### *Κόππα.*

„Hesych. II p. 409: *κάπτα. τίνες δὲ τὸ ἐλάχιστον. οὐκ εὖ γάρ. καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ γράφεται κόμπα, τὸ ἀνεστραμμένον ρ, ὡς ὁ μυκτηρισμός.* Locus depravatissimus. Principio legendum *κάππα*, inde pro *κόμπα* lege *κόππα*, et *τὸ ἀνεστραμμένον ρ καὶ χαρακτηρισμός. P* inversum sive Ϙ Koph Phoenicum, nota equorum femoribus inusta. Idem Hesychius II p. 514: *κοππατίας· ἵππος κεκαυμένος ἐντετυπωμένον ἔχων σημεῖον τὸ κόππα (ὅ ἐστι ἀπεστραμμένον ρ) καὶ σ* [nonne *ὡς σάν, σαμφόρας*? i. e. *ὡς σάν ἔχων σημεῖον, σαμφόρας*, scil. *λέγεται*. O. S.]. Corrigendus etiam schol. Aristoph. Nub.

23: *κοππατίας ἵππους ἐκάλουν οἷς ἐγκεχάρακται τὸ κ στοιχεῖον, ὡς σαμφόρας τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ σ. τὸ γὰρ σ καὶ τὸ ν χαρασσόμενον σὰν ἔλεγον.* Lege: *τὸ γὰρ σ σημεῖον χαρασσόμενον σὰν ἔλεγον.* Probare possem ex Hesychio [s. *κοππατίας* II 1 p. 337 et *σαμφόρας* III p. 8], Suida [s. *σαμφόρας* II 2 p. 666], Eustathio [ad Hom. Jl. p. 785, 30], si hic esset locus. vide praeclaram Scaligeri dissertationem in Eusebianis [p. 116], qui tamen haec nostrá non occupavit." Bentl. Hesychii locus nescio an non ab omni parte probabiliter emendari possit nisi novis repertis subsidiis. sed hoc certissimum videtur, neque Mauricii Schmidt. opinionem probandam esse ad Hesych. l. l. conicientis *καὶ παρὰ Καλλίᾳ γράφεται,* et rectissime habere Bentleianum *κόππα.* Saltem non videor mihi quod a Callimachi indole abhorreat statuere, si a poeta, memoraturo aliquem in agone quodam (Aet. I) certantem equum *εὐγενῆ* (nam *τῶν εὐγενῶν ἵππων* erant qui appellabantur *κοππατίαι* sive *κοππαφόροι.* cf. schol. ad Lucian. p. 229 Jacobitz. sive Bachmann. Anecd. II p. 335), is vocabatur non *κοππατίας* vel *κοππαφόρος,* sed *κόππα* [*φορέων μηρῷ κεχαραγμένον ἵππος ἀγήνωρ*].

## 356.

### *Καιρωστρίδες.*

„Eustath. ad Odyss. η p. 1571, 57: *καῖρος δέ φασι καὶ καίρωμα τὸ διάπλεγμα, ὃ οὐκ ἐᾷ τοὺς στήμονας συγχέεσθαι. ἐξ οὗ καὶ καιρωστρίδες ἢ καιρωστίδες γυναῖκες παρὰ Καλλιμάχῳ, ἀντὶ τοῦ ὑφάντριαι.* Etym. Magn. p. 498, 11: *τὰς ἐρίθους καιρωτίδας εἶπε Καλλίμαχος.* Hesych. II p. 391: *καιροστρίδες· ἐργαστρίδες. ὑφαστρίδες,* ubi ex ordine literarum apparet legendum esse *καιρωστρίδες.* Sed vera scriptura est *καιρωτρίδες. Καιρόω, κεκαίρωται, καιρωτρίς,* ut *ἐστεφάνωται, στεφανωτρίς,* et similia." Bentl. Adde schol. ad Hom. Od. VII 107: *καῖρος —, ἔνθεν καὶ αἱ καιρωτίδες καιρωστρίδες παρὰ Καλλιμάχῳ,* ubi codices habent *καιροσίδες* vel *κερωστρίδες* vel *καιροστρίδες* (Hamburgens. ap. Preller.) vel *κειρωτίδες* (superscr. *αι*) (Harleian. ap. Cram. Anecd. Paris. III p. 451, 25). In Etymol. Magn. loco quem Bentl. affert cod. V. apud Gaisf. habet *καιρωστίδας,* cod. Marcian. *καῖρ-*

σίδας, sed in Etym. Gud. p. 290, 23 vox excidit tota. Ex variis his formis Bentl. praetulit καιρωτρίδες, Valcken. ad schol. Leidens. Hom. p. 65 Lips. καιροστρίδες, ego καιρωστρίδες magis probaverim, quae forma et doctior est quam ut a grammaticis videri possit excogitata esse, nec analogia caret. cf. Lobeck. Paralip. p. 451. Videtur autem hoc fragmentum cum fragm. 244 coniungendum esse et ipsum quoque habuisse locum in Aet. I 4.

## 357.

*Καταριστήν.*

„Hesych. II p. 433: καταριστήν· ὀρθήν, δουριστήν. παρὰ Καλλιμάχῳ τὴν χάλαζαν.“ Bentl. Corruptissimum locum Bentleius intactum relinquere malebat quam coniecturis vexare incertis (cf. Schmidt.), qualis est etiam Heckeri apud Hullemann. de Ptolemae. Eordae. p. XIV seq.: κατ' ἀρίστην· ὀρθήν. Δοῦρις· τὴν * * *. παρὰ Καλλιμάχῳ τὴν χάλαζαν. Sed nos officio satisfecisse nobis videbimur, si reliquis neglectis vitiis in una acquieverimus Callimachi memoria, quem demonstrari posse putamus apte καταριστὴν dixisse τὴν χάλαζαν. Mirum enim esset ni hic aliquo modo conduceret Eustathii observatio ad Jl. p. 603, 39: λέγει ὁ αὐτὸς (Aristophanem Byzant. intelligit) καὶ ὅτι τὸ συνεστραμμένον πνεῦμα καὶ καταράσσον ἄνεμον κατάρη λέγουσιν ὁ Ἀλκαῖος (fr. 135) καὶ ἡ Σαπφὼ (fr. 160 Bergk.) διὰ τὸ κατωφερῆ ὁρμὴν ἔχειν, cui fidem habet Lobeck. Proleg. Pathol. p. 269, sed dubitat Nauck. de Aristoph. Byz. fragm. p. 273. Et ille quidem a καταίρω derivat, a quo non multum abludit Aristophanes qui παρετυμολογῶν explicat πνεῦμα καταράσσον. nam verbo καταίρω eadem est ad καταράσσω ratio quae verbo σπαίρω ad σπαράσσω. At καταράσσειν non solum ὁ ἄνεμος dicitur, sed etiam ἡ χάλαζα, ut docet Aristoteles de Mund. VI: νέφη τε συνίστανται καὶ ὄμβροι καταράσσουσι χιόνες τε καὶ χάλαζαι, docentque alii loci apud Lobeck. ad Aiac. p. 194 (II). Ab illo autem κατάρης Callimacho derivare licuit verbum καταρίζω (ut ab ἀολλής, αὐθάδης etc. veniunt ἀολλίζω, αὐθαδίζεσθαι etc.), indeque facere vel substantivum (ut ληϊστής), quod de grandine se intelligi velle indicaverit in proximo

posita voce *χάλαζα*, vel adiectivum verbale, cui coniunxerit vocem *χάλαζα*. Quod facere poterat in descriptione tempestatis alicuius vel in Aet. II 3 vel in Hecal. Cap. IV.

358.

*Πυλεῶνες.*

„Pollux V 96 inter *κεφαλῆς κοσμήματα — καὶ πυλεῶνας*, inquit, *παρὰ Καλλιμάχῳ*." Bentl. Pollux *πυλεῶνας* a *στεφάνοις* distinguere videtur, nam cum *στεφάναις, κάλυξι, στροφίῳ, σφενδόνῃ* etc. componit. sed aperte Hesychius III p. 409 *πυλεῶνα· στέφανον* et p. 410: *πυλών· στέφανος*, quo dilucidius Pamphilus ap. Athenae. XV p. 678 A *πυλεών — καλεῖται ὁ στέφανος, ὃν τῇ Ἥρῃ περιτιθέασιν οἱ Λακῶνες.* quos cum Polluce ita fortasse in concordiam aptissime ducemus, si *πυλεῶνα* dixerimus fuisse *ἀναδέσμην τινὰ πλεκτήν*, cui flores implexi fuerint. Poterat autem poeta *πυλεῶνας* memorare ubi de *Ἡραίοις* dixit in Aet. II 9. Et ad Aetia etiam Rauchius p. 63 n. 140 fragmentum revocavit cum fr. 495 compositum.

359.

*Τὸ [γὰρ] μέγα βιβλίον ἶσον*
*τῷ μεγάλῳ κακῷ.*

„Athenae. III p. 72 A: *ὅτι Καλλίμαχος ὁ γραμματικὸς τὸ μέγα βιβλίον ἴσον ἔλεγεν εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ.*" Bentl. In Callimachi verbis tam aperta sunt metri vestigia, ut nolim assentiri Boissonadio orationem ligatam esse neganti. nam inserto *γάρ*, quo excerptor in hac orationis forma uti non potuit, et rescripto *ἶσον* metricum habes frustulum hoc:

*τὸ [γὰρ] μέγα βιβλίον ἶσον*
*τῷ μεγάλῳ κακῷ [ἐστ'· ὡς γὰρ ἐμοὶ δοκέει],*

quae in Prologo Aetiorum dicta fuisse puto sequutus Heckeri iudicium Com. Call. p. 33 et 50, nisi quod parum verecunde cum in alienis grassatum arbitror dum a Callimacho scriptum censet *κακῷ μεγάλῳ μέγα βιβλίον ἶσον.* De articulo cf. Hymn. in Cer. 38. Ceterum paulo alia fuit Plinii Epist. I 20, 4 sententia: bonus liber melior est quisque, quo maior.

## 360.

*Πτωχοῦ [γὰρ] πήρη οὐ πίμπλαται.*

„Zenob. V 66: πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται. τοῦτο παρὰ Καλλιμάχῳ ἐπὶ τῶν ἀπλήστων εἴρηται πτωχῶν." Bentl. Reliquorum paroemiographorum locos Callimachi tamen nomen non adicientium indicavit Schneidew. p. 147, item Suidae II 2 p. 532: πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται. ἐπὶ τῶν ἀπλήστων εἴρηται. Καί· πτωχῶν οὐλαὶ ἀεὶ κεναί. Mirus autem error est Ruhnkenii ad h. l., qui Zenobium non ipsa Callimachi verba dedisse, sed eorum sensum tantum expressisse censebat, Callimachum enim hanc sententiam iambo conclusisse, qui depravatus legatur apud Suid. l. l. et in Proverb. Vatic. p. 304 (p. 448 Schneidew.), sed ita legendum esse emendatiorem: πτωχῶν θυλὰς ἀεὶ κενή (cf. Ruhnk. Epist. crit. II p. 188. melius Hecker. Com. Call. p. 84: πτωχῶν οὐλὰς ἀεὶ κενεή). Verum si Zenobius illum iambum noverat ut Callimacheum, nullo modo credibile est eum apponere hunc integrum neglexisse, sed tali modo eius sententiam exprimere parum accurate maluisse. nam ἀεὶ κενή et οὐ πίμπλαται nequaquam idem valent. accedit quod ita statuendum esset eidem casui obnoxios reliquos paroemiographos fuisse qui omnes eodem atque Zenobius modo proverbium afferunt. An Ruhnkenius πτωχῶν πήρα οὐ πίμπλαται Callimacho abiudicabat, vindicabat ei alterum, quod hoc magis ad versus speciem accedere videbatur? Sed ne dicam mirabilem iambum viro egregio excidisse, quem, si quidem ita metiri fragmentum volebat: – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – (nec aliam rationem video), duo adeo in una voce θυλάς vitia deturpant, — quis non agnoscat potius hexametri initium hoc: — πτωχῶν πήρη οὐ πίμπλαται —? cui quae deest prima syllaba facile restitui potest, si concesseris a Zenobio omissam aliquam vocem esse, quam ut retineret etsi a Callimacho usurpatam instituti ratio dissuadebat. ille enim si scripsit πτωχῶν [γὰρ] πήρη οὐ πίμπλαται, Zenobius causam habebat, cur et γὰρ omitteret et πήρη in vulgatam formam mutaret. nec in tribus illis continuis spondeis offendendum esse docent Hym. in Apoll. 45, 74, in Cer. 111. Quamquam hoc quoque fragmentum numeris vinctum fuisse Boissonad. p. 214 negabat. Poterat autem hoc Hecale dicere ubi narrabat

(Hecal. Cap. V), identidem ad se redire mendicos, quibus numquam satis dari queat.

361.

*Οἳ δὲ Γέλα ποταμοῦ κεφαλῇ ἐπικείμενον ἄστυ.*

„Schol. Pindar. Olymp. II 29: *παρὰ Γέλλᾳ τῷ Σικελιωτικῷ ποταμῷ, οὗ Καλλίμαχος μέμνηται.*“ Bentl. Tantum ille apposuit nec Callimachi noverat fragmentum plenius quam hoc: *Γέλλας*. At integrius Boeckhius e libris suis edidit: *παρὰ Γέλλᾳ τῷ Σικελιωτικῷ ποταμῷ, οὗ Καλλίμαχος μέμνηται· οἱ δὲ Γέλᾳ ποταμῷ ἐπικείμενον ἄστυ*, quae ita scripta redeunt in Etymol. Florent. p. 75: *οἱ ὁ Γέλα ποταμοῦ ἐπικείμενον ἄστυ.* Sed quae una desideratur vox ad complendum versum, eam ex cod. Vratisl. ad Pind. Olymp. II 16 Boeckhius protulit, ubi post ea quae solus Bentleius noverat, *Ἀρτέμων δ' ὁ ἀπὸ Περγάμου τὴν Γέλλαν οἴεται δεῖν ἀκούειν*, ille codex addit: *οὕτω καλουμένην πόλιν ἐν Σικελίᾳ παρὰ τῷ ποταμῷ τῷ Γέλᾳ, ὡς Καλλίμαχος· οἱ δὲ Γέλα ποταμοῦ κεφαλῇ ἐπικείμενον ἄστυ*, qui iam integer hexameter est nec debebat a Toupio Emend. in Suid. II p. 460 et Goellero de Sit. et orig. Syracus. p. 265 not. corrumpi mutando *οἱ δὲ* in *οἶδε*, aut a Rauchio de Aet. p. 67 in *ἡ δέ*, aut a Bergkio Praef. in Anth. lyr. II p. XV in *ἠδέ.* quidni enim Callimachus Siciliae incolas enumerans hoc quoque dixerit in Aet. II 4: *οἳ δὲ — ἄστυ* [*εἶχον* vel *ναῖον*]? nam *οἳ* relativum esse puto ut in Hom. Jl. II 510, 559 et similiter ibi saepissime dictum est. Contra nomini *Γέλᾳ* recte nunc iota detractum. nam genetivus est, qui est etiam in Theogn. 1088: *ναίετ' ἐπ' Εὐρώτα καλλιρόῳ ποταμῷ*, et Theocrit. VII 75: *Ἱμέρα αἵ τε φύοντι παρ' ὄχθαισιν ποταμοῖο*, et in oraculo in Excerpt. Vatican. Diodor. p. 13 Dind.: *πὰρ προχοὰς ποταμοῖο Γέλα συνομώνυμον ἁγνόν.* cf. ad fragm. 237. Quum autem ab eius fluminis ostio propius quam fonte urbs illa sita fuerit, iam intelligitur quo modo *κεφαλῇ* interpretandum sit, quod *πηγήν* significat in Herodot. IV 91, sed ostium qui significare voluerit praeter Callimachum alium non habeo testem. Latinis tamen caput fluminis utrumque significare certissimum est. — Rauch. l. l. ad instituta Thesmophoria fragmentum rettulit, Bergk. qui in Anth. lyr. II n. 96 habet

de sede nihil definit, sed videtur tamen et ipse ad Aetia referre, cuius rei indicium est quod Tzetz. in schol. ad Thucyd. V 4 Epaphroditum de nominis *Γέλας* origine disputasse refert. cf. supra p. 73.

362.

*Ὑλλίς.*

„Stephan. Byz. p. 648, 2: *Ὑλλεῖς ἔθνος Ἰλλυρικόν. — καὶ πόλις Ὕλλη — τὸ ἐθνικὸν Ὑλλεύς, καὶ θηλυκὸν Ὑλληΐς καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ Ὑλλίς Ὑλλίδος ἀπὸ Ἀργείας μιᾶς τῶν νυμφῶν.*“ Bentl. *Ὑλλήων* agrum quum Argonautae apud Apollon. Rhod. IV 523 attingant, non dubium est, quin hoc fragmentum ad Argonautarum expeditionem pertinere recte statuerit Hecker. Com. Call. p. 42 (cf. nos in Aet. II 3), qui etiam hoc monet, cum nomine iunctum *γῆ* vel *πόλις* apud Callimachum fuisse (nam in Bentleiana quae dicitur versione latina legitur Hyllensis mulier). quamquam *Ὑλλίς* nomen etiam solum per se insulam vel peninsulam Hyllensium significabat. cf. Apollodor. apud Stephan. l. l. et Plin. Nat. Hist. III 141, idque hic quoque factum esse magis probaverim. Si quis autem poetam etiam nominis originationem obiter addidisse putaverit eam quae est apud Stephan. l. l., non refragabor.

363.

*Μεῖον γὰρ ὄντως Τρωΐλος γ' ἐδάκρυσεν*
*ἢ Πρίαμος.*

„Cicero in Tuscul. Quaest. I 39: non male ait *Callimachus, multo saepius lacrimasse Priamum quam Troilum.*“ Bentl. Verissime ipsius Callimachi verba extare sive Ruhnkenius sive Ernestius monuit in Plutarch. Consol. ad Apollonium XXIV p. 114 A: *δῆλον οὖν, ὅτι καὶ ὁ λεγόμενος ἄωρος θάνατος εὐπαραμύθητός ἐστι —. Μεῖον γὰρ ὄντως Τρωΐλος ἐδάκρυσεν ἢ Πρίαμος αὐτός, εἰ προετελεύτησεν ἔτι ἀκμαζούσης αὐτῷ τῆς βασιλείας καὶ τῆς τοσαύτης τύχης ἧς ἐθρήνει*, ubi qui Plutarchi in adhibendis poetarum locis morem noverit non dubitabit quin recte statuam, philosophum Callimachi versum suae orationi inserentem hoc dicere voluisse: nam profecto tamquam Troilus aliquis minus lacrimaturus erat quam Priamus, si

hic ipse Priamus mortuus fuisset florente imperio. lenissima enim ratione sanandum Plutarchi sermonem arbitror commate, quod nunc post *αὐτός* (sive *οὗτος*, quod alii habent, verius est, sive utroque iuncto scribendum est *αὐτὸς οὗτος*) legitur, ante eam vocem retracto. certe difficilior Caroli Dilthey in Anal. Call. p. 31 not. ratio est post *Πρίαμος* inserentis de suo haec: *οὗτος* .[*δ' εὐτυχέστερος ἂν ἦν*], *εἰ προετελεύτησεν κ. τ. λ.* Quod autem in ea sententiae conformatione *ἐδάκρυσεν ἄν* scribere Plutarchus debebat, particulam neglexisse videtur, ut integer servaretur poetae versus. nam versum esse Callimachi, quem Plutarchus in suam orationem transtulerit, omnes consentiunt et post Blomfieldum Boissonadius p. 214, Bergk. Anthol. lyr. I n. 134 = II n. 148, Dilthey l. l. talem fuisse putant: *μεῖον ἐδάκρυσεν Τρωΐλος ἢ Πρίαμος.* Sed quis non concedat praestare et retentis verbis *γὰρ ὄντως* (quae cur negent et ipsa esse a Callimacho profecta causam non video) et servato verborum ordine unaque inserta vocula quam saepissime versus detrimento excidisse constat, talem iambum putare a Callimacho factum esse qualem supra posuimus? Unde concidit simul Dilth. l. l. opinio, sententiam istam Callimachei fuisse epigrammatis epitymbii in infantem scripti exitum. Ceterum pro *Τρωΐλος* scribere *Τρωῖλος* malui reveritus certum Herodiani praeceptum (cf. Herodian. I p. 162, 11).

## 364.

*Δράκαιναν*
*Δελφύνην.*

„Schol. Apoll. Rhod. II 706: *Δελφύνην. τὸ ὄνομα τοῦ δράκοντος οἱ μὲν ἀρρενικῶς, οἱ δὲ θηλυκῶς εἶπον, ὃ καὶ βέλτιον. ἄλλως· ὅτι Δελφύνης ἐκαλεῖτο ὁ φυλάσσων τὸ ἐν Δελφοῖς χρηστήριον Μαιάνδριος καὶ Καλλίμαχος εἶπον. δράκαιναν δὲ αὐτήν φησιν εἶναι θηλυκῶς καλουμένην Δέλφυναν ὁ αὐτὸς Καλλίμαχος.*" Bentl. Locum apposui prout constituit Henricus Keil, sed vel sic magno opere vereor, ut ab omni parte sanus sit. Nam quum primo scholiasta dixisset, *ὅτι δελφύνης ἐκαλεῖτο, Μαιάνδριος καὶ Καλλίμαχος εἶπον*, statim addit, quae his adversa fronte repugnant, Callimachum narrasse *δράκαιναν θηλυκῶς καλουμένην Δέλ-*

φυναν. At patienter tamen hunc dissensum tolerabant editores tacite statuentes, ut videtur, in diversis carminibus (nam ita de uno eodemque carmine nemo facile cogitaverit) diversa haec Callimachum protulisse, ad quam stabiliendam sententiam factum arbitror, ut primus Blomfieldus corrigeret *φησὶν εἶναι — ὁ αὐτὸς Καλλίμαχος*, ubi libri inverso ordine habent *αὐτὸς ὁ Καλλίμαχος*. Quamvis autem per se non mirum sit, Callimachum de eadem re alibi aliter iudicasse (cf. modo ad fragm. 382), tamen hic quidem ab ea nos deterret sententia, quod ita etiam de Maeandrio eadem quae de Callimacho statuenda essent. nam Maeandrium quoque repugnantem sibimet ipsi scholiasta facit, quum post ea quae hic de Maeandrio refert, postea ad v. 711 extr. contrariam adnotet: *τὴν δὲ ἀναιρεθεῖσαν δράκαιναν Δέλφυναν καλεῖσθαι θηλυκῶς φησι Μαιάνδριος*. Has autem difficultates si quis emendatione perfacili sublaturus sit, eam aequi bonique facturam pro se quemque crediderim. quam instituendam talem esse putamus ut scribatur: *Δελφύνης ἢ Δελφύνη ἐκαλεῖτο — αὐτὸς ὁ Καλλίμαχος*, qua admissa iam omnia expedita sunt. Quoniam enim nomen draconis scholiastae afferendum esset, id num *Δελφύνης* an *Δελφύνη* fuisset non magis quam ex ipsius Apollonii loco cognosci ex Maeandrii et Callimachi locis cognosci poterat, in quibus quoniam scriptus erat non nominativus, sed casus obliquus *Δελφύνῃ* vel *Δελφύνην*, ut in Apollonio, ne ex illis quidem nominativi forma sumi poterat, ut aliter atque *Δελφύνης ἢ Δελφύνη* scholiastae loqui non liceret. sed videbatur tamen sibi invenisse quo discerni res posset. Callimachus enim ipse (*αὐτὸς ὁ Κ.*) quum eodem illo loco *Δελφύνην* appellasset *δράκαιναν*, ex hoc testimonio apparebat nominativum fuisse non masculinum *Δελφύνης*, sed femininum *Δελφύνη*. nam quod adicitur *θηλυκῶς καλουμένην Δέλφυναν*, haec non Callimachi sunt, sed ipsius scholiastae, qui ne denuo in ea, qua usus est constructione, forma ancipiti *Δελφύνην* uteretur, de suo posuit *Δέλφυναν*, quae forma quum aliunde non nota sit, ipsius grammatici videtur inventum esse, ad praesentem usum fictum. qua semel excogitata mox usus est etiam ad v. 711. nam Maeandrium ipsum dixisse *δράκαιναν Δέλφυναν* nemo iam credere velit. Sed Callimachum certissimum est non solum dixisse *Δελφύνην*,

sed etiam *δράκαιναν*, ut non iam tamquam Callimachi fragmentum cum Bentleio, Ernestio, Blomfieldo solum ponendum sit *Δελφύνη*. Imo poeta in Aet. I 2 Apollinis pugnam cum Pythone describens dicere poterat [*κατέπεφνε*] *δράκαιναν Δελφύνην*. Atque *Δελφύνην* Callimacho fuisse a nominativo *Δελφύνη*, non a *Δελφύνης*, etiam imitator eius sollertissimus, Dionysius Periegetes 442 sibi persuasit: *Πυθῶνος θυόεν πέδον, ἧχι δράκοντος Δελφύνης* (non *Δελφύνου* vel *Δελφύνεω*) *τριπόδεσσι θεοῦ παρακέκλιται ὁλκός*, sed nihil decernit alter eius imitator, Nonnus Dionys. XIII 28: *Δελφύνην δ' ἐδάμασσε καὶ αἰθέρα ναῖεν Ἀπόλλων*, qui in dubio rem aeque relinquit atque Apollonius Rhod. l. l. et Apostol. Prov. XV 10 atque Tzetzes Exeg. Jliad. p. 117, 19 Herm. = p. 819 Bachm. et ad Lycophr. 208: *τὸν Δελφύνην δράκοντα*, item Tertullian. de Coron. VII (cf. fragm. 414): interfecto delphyne dracone. sed rursus Callimachum ante oculos habuisse videtur Apollodor. Bibl. I 6, 3: *κατέστησε Δελφύνην δράκαιναν*. In universum autem qui nominativo *Δελφύνης* usus sit neminem invenio praeter grammaticum in Cramer. Anecd. Paris. IV p. 14, 23: *Δελφύνης ἐκαλεῖτο ὁ φυλάσσων τὸ ἐν Δελφοῖς χρηστήριον. τοῦτον ἐφόνευσεν ὁ Ἀπόλλων*, et schol. in Callim. Hym. Del. 91: *ὄφις· ὁ Δελφίνης* (ut saepe libri inter *Δελφύνη* et *Δελφίνη* variant, quorum hoc unice probabat Brunck. ad Apollon. Rhod. l. l., repugnante Bernhardyo ad Dionys. Per. p. 636, sed utrumque agnoscente Lobeck. Proleg. Path. p. 244). Horum quum fides exigua sit et solum *Δελφύνη* nominet Herodianus I p. 335, 15. p. 533, 13. II p. 10, 31, paene crediderim *Δελφύνης* recentiorum grammaticorum inventum esse (ut etiam in Etym. Magn. p. 322, 3 legitur *τῷ Δελφύνῃ* vel *τῷ Δελφίνῃ*), quamquam utrumque, *Δελφύνη* et *Δελφύνης*, probare video Lobeck. Proleg. Path. p. 31, qui tamen alteri huic non testium auctoritate, sed sola analogia, satis quidem illa gravi, succurrebat. Contra quin idem draco etiam *Δελφύς* appellatus sit, quod affirmat Hesych. I p. 473, non videtur dubitandum esse, estque hoc nomen fortasse restituendum in schol. ad Eurip. Phoeniss. 232, ubi legitur: *ἦν δὲ ὄνομα τοῦ δράκοντος Δελφίν*, sed cod. Leidens. habet *Δελφίνης*, Meinekius autem ad Callim. p. 154 commendabat *Δελφύνη* vel *Δελφὸς ὄφις*.

365.

*Ἡρακλέης — Τεύταρος.*

„Schol. Theocrit. XIII 56: ἐχρῆτο δὲ Ἡρακλῆς τοῖς Σκυθικοῖς τόξοις διδαχθεὶς παρά τινος Σκύθου Τευτάρου, ὡς ἱστορεῖ Ἡρόδοτος καὶ Καλλίμαχος." Bentl. Pro Ἡροδότῳ (quod habet etiam codex Ambros. 222 p. 81) restitutum nunc legitur Ἡροδώρῳ, quae non infrequens confusio est (cf. vv. ll. ad Steph. Byz. p. 520, 2. Cram. Anecd. Par. III p. 58, 8 coll. Nicandr. p. 184 not.), ex Toupii et Hemsterhusii emendatione, qui de Teutaro Herculis in sagittandi arte magistro citant Lycophr. 56 cum Tzetzae notis ad Lycophr. 51 et 458. Fragmentum sine dubio locum habebat in Aet. I 9.

366.

*Ἔτι φὴ σινάμωρος ἐρήμῳ*
*θὴρ δύνατ' ἐν πείρῃ.*

„Schol. Theocrit. IV 62 ex codice msto. citante Js. Casaubono in Theocriticis (ut ille nominat, sed rectius Theocriteis) lectionibus [p. 74 Reisk.]: ὅτι δέ οἱ Σάτυροι καὶ οἱ Πᾶνες εὐεπίφοροι πρὸς τὰς συνουσίας καταγνοίοντες, καὶ Καλλίμαχος δηλοῖ. Pro καταγνοίοντες emendat Casaubonus κατ' ἀγροὺς ὄντες. sed sine dubio vera correctio est καὶ λάγνοι ὄντες." Bentl. Haec nunc multo ditiora prodierunt ex codicibus Vaticanis (non item Ambrosiano 222, qui hic mutilus est): — καὶ Καλλίμαχός φησι· εἴ τί φημι ἄμωρος ἐρημώθη δύνατο ἐν πείρᾳ (vel ut in altero Vaticano est: εἴ τί φημι ἐρημώθη ἄμηρος δύναται ἐμπεῖραι). περὶ γὰρ τῶν Σατύρων πρόδηλον. Corruptissima Callimachi verba ita in integrum restituere conatus est Hecker. Com. Call. p. 147:

*εἰσὶ δὲ Φῆρες*
*μωροί, λημώδεις, εὐνέται ἐμπέραμοι,*

quae profecto omnem modum superant. sed multo verecundiorem in corrigendo se gessit Ahrens. ad schol. Theocrit. p. 500, qui verba in probabilem sententiam et numeros choliambicos ita restitui putabat:

*εἴ τι φὴρ ἐρημωθὲν*
*ἄμηρος [εὔμηρον] γυναικίον πειρᾷ,*

ut φήρ sit satyrus, qui ἄμηρος i. e. κακόμηρος praedicetur

propter ferinam speciem, ut cognati Panes ab ipso Theocrito *κακόκνημοι* dicantur. Me tamen nondum poenitet quod ante Ahrensium olim in Philol. vol. VI p. 523 proposui et nunc recepi, nisi quod non *ἐν πείραις* scribere debebam, sed *ἐν πείρῃ*, id ut cum *ἐρήμῳ* coniungeretur. Putabam autem senem quendam libidinosum cum satyro comparari. nam *θήρ* est satyrus (cf. Eurip. Cyclop. 624 coll. Casaubon. de satyric. poes. p. 42 Ramb.), *δύναμαι* autem in re venerea usurpari notum est (cf. Jacobs. Animad. ad Anthol. Tom. X p. 59 et Orell. ad Horat. Epod. XII 15), in eademque re proprium aliquem locum habere constat *τὴν πεῖραν* (cf. quos citat Koch. ad Antonin. Liberal. p. 307). de *φή* vide ad fragm. 518. Quae quonam in carmine Callimachus dixerit si quaeris, plura coniectari possunt, velut in *Γλαύκῳ* carmine locum haec habuisse. quamquam fortasse tutissimum est de Epigrammate aliquo cogitare, in quo etiam fragm. 412 locum habuerit.

## 367.

*Ἁλιμοῦς πόλις.*

„Stephan. Byz. p. 74, 19: *Ἁλιμοῦς, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. Καλλίμαχος δὲ πόλιν ἡγεῖται.*“ Bentl. Callimachus si *Ἁλιμοῦντα* putavit *πόλιν*, hoc profecto non prosa oratione dicere potuit tamquam grammaticus de re geographica disputans, quae Naekii sententia fuit de Hecal. p. 227, sed poetarum more ipse poeta latiore sensu usurpabat *πόλιν* de regione quaecunque est ubi homines versari solent. ac cf. fragm. 4. neque deest carminis locus quo ita demum illum poeta appellaverit, sive in Hecale fuit, ut Heckerus statuit in Com. crit. de Anthol. (I) p. 197, sive in Aetiis, quod magis probo cum Rauch. p. 68 n. 156, qui demum memorasse putat Callimachum eo loco, ubi de Thesmophoriis egit (Aet. III 4). ibi enim mulieres Thesmophoriazusae *Ἁλιμούσια* celebrabant. cf. Preller. de Dem. et Perseph. p. 339 seq. et Hermann. Gottesdienst. Alterthümer. § 56, 14.

## 368.

*Πάρος. — Παρράσιος Ἀρκάς.*

„Stephan. Byz. p. 507, 8: *Πάρος νῆσος —. τοὔνομα λέγεται ἀπὸ Πάρου τοῦ Παρρασίου ἀνδρὸς Ἀρκάδος ἔχειν,*

ὡς Καλλίμαχος." Bentl. Cf. Heraclid. περὶ Πολιτειῶν VIII p. 13 Schneidew.: Πάρον τὴν νῆσον ᾤκισε Πάρος ἐξ Ἀρκαδίας λαὸν ἄγων, qui ex eodem quo Callimachus fonte hausit, Aristotele. Ubi rem memoraverit Callimachus plures succurrunt loci, Ἀρκαδίας, Κτίσεων, Αἰτίων. ego de Aet. IV 3 maxime cogitaverim, quoniam ibi certe memoratam Parum fuisse constat.

369.

Ἁλικαρνασσός.' — Ἄνθης. — Τροιζήν. — Δύμαινα φυλή.

„Stephan. Byz. p. 74, 8: Ἄνθης ἐκ Τροιζῆνος μετῴκησε λαβὼν τὴν Δυμάναν φυλήν, ὡς Καλλίμαχος. Mss. habent Δύμαιναν, ut ipse Stephanus in Δυμᾶνες (p. 240, 13). Tamen et apud Athenaeum quoque scriptum est Δυμάνα p. 392 F: Πρατίνας ἐν Δυμάναις ἢ Καρυατίσι, ubi male Casaubonus pro Δυμάναις reponit Λακαίναις." Bentl. De re cf. Müller. Dor. I p. 108. Et Anthen Callimachum etiam in Hymn. in Del. 41 nominasse puto, reliqua autem crediderim ex libro Κτίσεων sumpta esse.

370.

Γραῖα. — Ταναγραίη.

„Stephan. Byz. p. 601, 2: Τάναγρα, πόλις Βοιωτίας, ἣν Ὅμηρος Γραῖαν καλεῖ —. Γραῖαν δὲ ἔνιοι λέγεσθαι τὸ νῦν τῆς Θηβαϊκῆς καλούμενον ἔδος, τινὲς δὲ τὴν Ταναγραίαν, ὧν εἷς ἐστι καὶ Καλλίμαχος, Ἀριστοτέλης δὲ Γραῖαν τὴν νῦν Ὠρωπόν." Bentl. Γραῖα quae urbs esset in Hom. Jl. II 498 veteres critici disceptabant, quorum alii Γραῖαν appellatam existimabant vel ipsam Tanagram urbem, vel huic urbi vicinam. cf. Eustath. ad Jl. p. 266, 18. Atque alteram hanc etiam Callimachus intellexit urbem, appellans Ταναγραίην, i. e. urbem agri Tanagraei, non de ipsa Tanagra cogitans, nec de loco prope Thebas sito nec de Oropo vel aliqua huic contermina urbe. Ager autem iste Tanagraeus quum non procul ab eo loco situs esset ubi Thermodon in Asopum influebat (cf. Bursian. Geogr. Graec. I p. 222), satis probabilis suspicio est, hoc fragmentum prope fragm. 270 fuisse, i. e. in Aet. III 4. Et Aetiis vindicabat etiam Rauch. p. 80 argumento tamen non addito.

371.

*Ἀφροδίτη. — Ἄδωνις. — Θριδακίνη.*

„Athenae. II p. 69 C: *Καλλίμαχός φησιν, ὅτι ἡ Ἀφροδίτη τὸν Ἄδωνιν ἐν θριδακίνῃ κρύψειεν, ἀλληγορούντων τῶν ποιητῶν, ὅτι ἀσθενεῖς εἰσι πρὸς ἀφροδίσια οἱ συνεχῶς χρώμενοι θρίδαξι.*" Bentl. Dubium non est quin et ipsa Callimachi sint verba *ἀλληγορούντων τῶν ποιητῶν κ. τ. λ.*, quo efficitur, ut non iam putemus in carmine aliquo Callimachum ista protulisse, quae Rauchii p. 73 sententia fuit ad Aetia fragmentum referentis, ubi poetam de Adoniis exposuisse sibi persuasit, sed potius in Ὑπομνήμασι dixisse. Quod autem ad hoc fragmentum Rauch. l. l. etiam Etym. Gud. p. 265, 36 pertinere arbitrabatur: *θρίξ — ἀπὸ τοῦ τρέχω τρέξω, καὶ κατὰ συγκοπὴν τρίξ, καὶ τροπῇ τοῦ τ εἰς θ. τὰ γοῦν παρ' αὐτὸ συγκείμενα διὰ τοῦ ι γράφεται, οἷον θρίναξ, θρίδαξ, θρίξ. οὕτω Καλλίμαχος,* — ibi Callimachum cedere debere Comano recte mihi videor affirmasse vol. I p. 388. atque non *θρίδαξ*, sed *θριδακίνη* usus erat Callimachus, qua voce in eadem re Eudocia quoque Viol. p. 24 utitur: *ἐν θριδακίναις αὐτὸν* (Adonin) *κατακλιθῆναι ὑπὸ Ἀφροδίτης φασίν*, et ipsa sine dubio mortuum Adonin intelligens ab Aphrodite in lectucis compositum. cf. Mein. Com. graec. III p. 211.

372.

*Πηλεύς. — Κῶς.*

„Schol. Pind. Pyth. III 167: *Πηλεὺς ἐν Κῷ τῇ νήσῳ ἀτυχήσας τὸν βίον οἰκτρῶς καὶ ἐπωδύνως ἀπέθανεν, ὡς καὶ Καλλίμαχος μαρτυρεῖ.*" Bentl. Dixit hoc poeta ut opinor in Aet. I 14. Et ad Aetia Rauchius quoque p. 65 not. 145 fragmentum rettulit aliam tamen elegiam excogitans ubi Callimachus Herculem fecerit Troia redeuntem in Graeciam.

373.

„Tzetz. ad Lycophr. 139: *ἔθος εἶχον οἱ παλαιοί, ὡς καὶ Καλλίμαχος ἱστορεῖ, μετὰ κιθάρας περὶ τοὺς ἅλας ἰέναι καὶ ἀνυμνεῖν καὶ ἐγκωμιάζειν.*" Bentl. Etsi verbum *ἱστορεῖν* quo Tzetzes utitur non impedit quo minus de carmine aliquo cogitetur (nam ut afferam tantum quod in propinquo sit,

schol. Apollon. in fragm. 377 appositum), tamen nolim cum Rauch. de Aet. p. 69 n. 158 ad Aetiorum Elegiam de Thesmophoriis institutis revocare, sed Callimachum crediderim in *Ὑπομνήμασι* moris *τοῦ ἀκτάζειν* (de quo vide Lobeck. Aglaoph. p. 1021) originem narrasse.

374.

*Τιτᾶνες. — Διόνυσος — Ἀπόλλων.*

„Tzetz. ad Lycophr. 208: *οἱ Τιτᾶνες τὰ Διονύσου μέλη ἃ διεσπάραξαν, Ἀπόλλωνι ἀδελφῷ ὄντι αὐτοῦ παρέθεντο, — ὥς φησι Καλλίμαχος.*" Bentl. Eadem fere Etym. Magn. p. 255, 15 Callimachi nomine omisso, qui haec dixerat in Aet I 2.

375.

*Ἀσωπός. — Αἴγινα.*

„Schol. Apollon. Rhod. I 117: *Ἀσωπὸς ποταμὸς Θηβῶν ἔχων τὰς πηγὰς ἐν Ἀραιθυρέᾳ. ἐκεραυνώθη δὲ ὑπὸ Διὸς διώκων αὐτὸν διὰ τὸ ἡρπακέναι τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Αἴγιναν, ὡς καὶ Καλλίμαχός φησιν.*" Bentl. Scholiastae Apollonii sua debet Natalis Com. VIII, 16. Rem, quam Callimachus in Hym. in Del. 78 brevissime indicavit a multis enarratam (cf. Heyne ad Apollod. T. II p. 305), ubi denuo ille verbosius explicaverit incertum est. cogitabam de Aet. I 12, quo loco quum Aeaci filios memoret, potuit etiam matris illius Aeginae mentionem inicere. non nego tamen etiam in libris *περὶ Ποταμῶν* aptum his locum fuisse, praesertim quum plures eius nominis fluvii fuerint iam a veteribus saepe inter se confusi, cuius confusionis reus etiam scholiasta Apollonii est, ut qui Asopum Thebarum flumen dixerit, non Phliasium quem ipse Apollonius intellexit.

376.

*Τὰ δεινὰ τῶν θηρίων Γῆς.*

„Schol. Apollon. Rhod. I 761: *οἱ ποιηταὶ τοὺς τερατώδεις κατὰ τὸ σῶμα Γῆς εἶναί φασιν. οὕτω γὰρ καὶ Καλλίμαχος τὰ δεινὰ τῶν θηρίων Γῆς εἶναι ἔφη.*" Bentl. Excerpsit haec Eudoc. Viol. p. 145 servato etiam Callimachi nomine. Rem explicat Preller. de Demetr. et Perseph. p. 35

n. 6. sumptum ex Hecale fragmentum censebat Naeke p. 59 seq., de tauro Marathonio dictum putans, cui assentirer, nisi pluralis *δεινά* non tam de uno quam de pluribus cogitasse poetam doceret, ut potius illa seges virorum armatorum intelligenda esse videri possit quibuscum Jasoni pugnandum fuit. Nec placeret magnopere si quis Jambi vestigia deprehendere se diceret: *τὰ δεινὰ [γὰρ] τῶν θηρίων Γῆς [ἔκγονα]*. parum enim elegans hic iambus esset. Sed tutissimum videtur ex *Ὑπομνήμασιν* fragmentum desumptum putare.

377.

„Schol. Apollon. Rhod. IV 284: *ὅτι (οἱ Ἀργοναῦται) — οὐδὲ διὰ Ταναΐδος ἔπλευσαν, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτὸν πλοῦν καθ' ὃν καὶ πρότερον, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Σκύθαις ἱστορεῖ, καὶ Καλλίμαχος.*“ Bentl. Locum corruptissimum emendare conati sumus supra p. 80 seq. et Callimachi fragmentum ad Aet. I 6 pertinere coniecimus.

378.

*Σκίρων.*

„Schol. Eurip. Hippol. 979: *Σκειρωνίδες πέτραι καλοῦνται ἀπὸ τοῦ Σκείρωνος τοῦ τὴν χελώνην τρέφοντος, οὗ μέμνηται Καλλίμαχος.*“ Bentl. Adde Etymol. Florent. p. 267: *Σκείρων — γράφεται διὰ διφθόγγου ἀπὸ ἱστορίας. καὶ γὰρ Καλλιμάχου γεγραφότος αὐτὸ διὰ τοῦ ι, Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς προσέθηκε τὸ ε, Κείρων καὶ τὸ κουσείρωνα* (num: *Κείρων, καὶ προσθέσι τοῦ σ Σκείρων*?)· *καὶ Φιλήμων ὁ τὴν Ἀττικὴν γράψας διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφει· καὶ κατὰ ἀναλογίαν δὲ διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφει.* (haec sanissima sunt nec debebant cum Nauck. Bullet. Petropol. XIII p. 365 mutari sic: *κατ' ἀναλογίαν δεῖ — γράφειν*, aut alterum *γράφει* deleri cum Millero), *ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ κείρω γέγονε κείρων καὶ Σκείρων.* Hinc patet quam temeraria Ruhnkenii fuerit suspicio, qui *Χειρωνίδες πέτραι* scribendum ratus Callimachi locum Hym. in Del. 104 respici putabat. *Σκίρωνα* sine dubio Callimachus memoravit in Hécal. Cap. VI (cf. Naek. p. 176 seq.). nam cur in secundo Originum libro rem tractasse poetam Unger. de Sinid. p. 20 statuat causam non video.

[379.]

[„Etym. Magn. p. 172, 29: αὐτὰρ — οἱ μὲν ὀξυτόνως ἀνέγνωσαν ὡς Καλλίμαχος, οἱ δὲ βαρύνουσι. Schol. Hom. Jl. III 1: αὐτὰρ — οἱ μὲν ὀξυτόνως ἀνεγνώκασι, ὡς Καλλίμαχος, οἱ δὲ βαρυτόνως.“ Bentl. Callimacho cur hoc fragmentum denegandum censeam dixi Vol. I p. 388, ubi alios quoque grammaticos nominavi qui apposito Callimachi nomine eadem habent.]

[380.]

[Hoc fragmentum supra iam posuerat Bentleius n. 100ᵃ n. 4, ubi vide.]

381.

*Πελειάδες.*

„Schol. Theocrit. XIII 25: αἱ Πελειάδες, φησὶ Καλλίμαχος, τῆς βασιλίσσης τῶν Ἀμαζόνων ἦσαν θυγατέρες, αἳ Πλειάδες προσηγορεύθησαν. πρῶτον δ' αὗται χορείαν καὶ παννυχίδα συνεστήσαντο παρθενεύουσαι. ὁ δὲ νοῦς· —. τὰ δὲ ὀνόματα τῶν Πλειάδων εἰσὶ ταῦτα· Κοκκυμώ, Γλαυκία, Πρῶτις, Παρθενία, Μαία, Στονυχία, Λαμπαδώ.“ Bentl. Nihil novi habet cod. Ambros. 222 p. 79 seq. Fragmentum suppeditasse scholiastae videntur Ὑπομνήματα Callimachi, etsi Rauchium p. 68 n. 157 video in Aetia reiecisse prope fragm. 367. Sed ni fallor scholiasta Callimachum κατὰ λέξιν loquentem fecit, ut non possit nisi de prosario opere cogitari, unde etiam Peleiadum nomina sumpta a scholiasta esse nemo facile negaverit. ea nomina qui attigit Unger. de Sinid. p. 106 seq. non debebat Στονάχεια praeferre, quod numeris Callimachi convenientius esset.

382.

*Τριγλώχιν ὀλοῷ νῆσος ἐπ' Ἐγκελάδῳ.*

„Schol. Pindar. Ol. IV 11: ὁ μὲν Πίνδαρος τῷ Τυφῶνί φησιν ἐπικεῖσθαι τὴν Αἴτνην, ὁ δὲ Καλλίμαχος τῷ Ἐγκελάδῳ. Sed Hym. in Del. 143 Briareo ait Aetnam incumbere, non Encelado: ὡς δ' ὁπότ' Αἰτναίου ὄρεος πυρὶ τυφομένοιο | σείονται μυχὰ πάντα κατουδαίοιο γίγαντος | εἰς ἑτέρην Βριαρῆος ἐπωμίδα κινυμένοιο.“ Bentl. Ipsa nunc Callimachi verba innotuerunt ex Choerobosc. Dictat. in

Theodos. p. 279, 15 (= Bekk. Anecd. p. 1424 B): *σπανίως εὕρηται ἐν χρήσει ἡ εἰς ν κατάληξις ὡς — καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ· τριγλώχιν ὀλοῷ νῆσος ἐπ' Ἐγκελάδῳ.* Enceladum etiam alii nominant. cf. schol. et Spanheim. ad Hym. in Del. l. l., Heyn. ad Vergil. Aen. III 978, sed Callimacho simillime loquitur Orph. Argon. 1257: *τριγλώχινά τε νῆσον ἐπέσχομεν Ἐγκελάδοιο,* in simili puto re atque Callimachus, in Aet. II 4. cf. Bergk. An. lyr. I n. 23 = II n. 24 et Rauch. p. 68 n. 152, qui de Sicilia intelligit a Cerere dum filiam quaerit relicta.

383.

*Εὐρυσθεύς. — Ἡρακλέης. — Φυλεὺς τοῦ Αὐγείου. — Δουλίχιον. — Ὀλύμπια.*

„Schol. Hom. Jl. II 629: *Φυλεύς, ὃς εἰς τὸ Δουλίχιόν ποτε ἀπῳκίσθη διὰ τὰ καταμαρτυρῆσαι τοῦ πατρὸς Αὐγείου πρὸς Ἡρακλέα περὶ τοῦ μισθοῦ, ὃν ὑπέσχετο παρέξειν τῷ Ἡρακλεῖ ὁ Αὐγείας, εἰ καθαίροι αὐτοῦ τὰς ἐπαύλεις μεστὰς οὔσας τῆς κόπρου τῶν βοῶν. ἡ ἱστορία καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ.* Idem ad Jl. XI 700: *Ἡρακλῆς προστάξαντος Εὐρυσθέως ἀνεκάθηρε τὴν Αὐγέου κόπρον. ἀπαιτοῦντι δὲ αὐτῷ τὸν μισθὸν οὐκ ἀπεδίδου λέγων ἐξ ἐπιταγῆς αὐτὸν πεποιηκέναι. Φυλεὺς δὲ ὁ τούτου παῖς κριτὴς γενόμενος κατέκρινε τὸν πατέρα. ὁ δὲ ἀγανακτήσας ἐξέβαλεν αὐτὸν τῆς χώρας. Ἡρακλῆς δὲ ἐπιστρατευσάμενος Ἦλιν ἐπόρθησε καὶ μεταπεμψάμενος τὸν Φυλέα ἐκ Δουλιχίου παραδίδωσιν αὐτῷ τὴν βασιλείαν. ὀλιγανδρίας δὲ οὔσης διὰ τὸ πολλοὺς ἐν τῷ πολέμῳ συνεφθάρθαι, Ἡρακλῆς συγκατέκλινε τὰς τῶν τετελευτηκότων γυναῖκας τῷ στρατῷ, οὕτως τε πολλῶν γεννηθέντων ἔθηκε τῷ Διὶ τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα καὶ αὐτὸς πρῶτος τῶν ἀγώνων ἥψατο. ἡ ἱστορία παρὰ Καλλιμάχῳ.*“ Bentl. Haec sine dubio Callimachus in Aet. I 8 narravit, ubi de institutis ab Hercule Olympicis uberius exposuit. cf. Rauch. p. 58.

384

*Ποσειδῶν. — Ἀθηνᾶ. — Ἀττική. — Κέκροψ.*

„Schol. Hom. Jl. XVII 54: *Ποσειδῶν καὶ Ἀθηνᾶ περὶ τῆς Ἀττικῆς ἐφιλονείκουν. καὶ Ποσειδῶν μὲν ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως τῆς Ἀττικῆς κρούσας τῇ τριαίνῃ κῦμα θαλάσσης ἐποίησεν ἀναδοθῆναι, Ἀθηνᾶ δὲ ἐλαίαν· κριτὴς δὲ αὐτῶν*

*γενόμενος Κέκροψ ὁ τῶν τόπων τῆς Ἀττικῆς βασιλεὺς τῇ θεῷ προσένειμε τὴν χώραν εἰπὼν ὅτι θάλασσα μέν ἐστι πανταχοῦ, τὸ δὲ φυτὸν τῆς ἐλαίας ἴδιον Ἀθηνᾶς. ἡ ἱστορία παρὰ Καλλιμάχῳ.*" Bentl. Haec quin ad Aet. I 4 (coll. Rauch. p. 74) pertineant vix dubito. certe quod Meinek. ad Call. p. 80 sibi persuasit, respici ad Lav. Pallad. 26 *χρίματα τᾶς ἰδίας ἔκγονα φυταλιᾶς*, ut hoc fragmentum ex fragmentorum sylloge delendum sit, equidem non video quo modo in tanta eius loci penuria scholiasta dicere potuerit: *ἡ ἱστορία παρὰ Καλλιμάχῳ.*

385.

*Ζεύς. — Καλλιστὼ τοῦ Λυκάονος. — Ἥρα. — Ἄρτεμις. —*

„Schol. Hom. Jl. XVIII 487: *Ζεὺς Καλλιστοῦς τῆς Λυκάονος ἐρασθεὶς ἐμίσγετο αὐτῇ λανθάνων Ἥραν. ἐπιγνοῦσα δὲ ἡ θεὸς μετέβαλεν αὐτὴν εἰς ἄρκτον καὶ ὡς θηρίον Ἀρτέμιδι προσέταξε τοξεῦσαι. Ζεὺς δὲ εἰς οὐρανὸν αὐτὴν ἀναγαγὼν πρώτην κατηστέρισεν. ἡ ἱστορία παρὰ Καλλιμάχῳ.*" Bentl. Hoc quoque fragmentum Meinek. ad Call. p. 5 verebatur ne ad Hym. in Jov. 41 referendum et ex numero fragmentorum removendum esset. Mihi potius ex libro cui *Ἀρκαδία* inscriptum erat petitum videtur. Quum autem cum Callistone inter sidera relata coniungi soleat Orion eodem relatus (cf. Hom. Jl. l. l.), pronum est suspicari etiam fragm. 387 ad idem carmen pertinuisse. et quoniam Hippe quoque in equam conversa inter astra constituta est, vix erraverit qui etiam fragm. 386 huc revocandum censeat.

386.

*Ἵππη τοῦ Χείρωνος. — Ἄρτεμις. —*

„Hygin. in Poet. Astronom. II 18: Hippe Chironis Centauri filia — deorum voluntate postquam peperit, in equam conversa inter astra est constituta. — *Callimachus* autem ait, quod desierit venari et colere Dianam, in quam supra speciem diximus eam Dianam convertisse." Bentl. Quae quo in libro Callimachus protulisse videatur, modo ad fragm. 385 coniecturam fecimus. At Naek. de Hecal. p. 37 Hyginum non ad incertum aliquem Callimachi librum, sed ad Hymn. in Dian. 266

seq. respexisse putabat. qua in re solitam viri egregii cautionem desidero. primum enim ibi non Ἵππη legitur, sed Ἱππώ, quae si non diversa est ab ea quae in eodem Hym. v. 239 memoratur (nec causa est cur diversas putemus esse), ex Amazonum numero haec erat, non Thessalis, Chironis filia. deinde etsi verba ἀκλαυτὶ περὶ βωμὸν ἀπείπατο κυκλώσασθαι Hyginus sic expressisse credi possit: quod desierit colere Dianam, tamen eius rei, quod Hyginus Hippen venari quoque desiisse dicit, nullum est in isto Hymni loco vel levissimum vestigium.

387.

Ὠρίων. — Ἄρτεμις. —

„Hygin. in Poet. Astronom. II 34: Oriona alii dicunt cum *Callimacho*, quum Dianae vim voluerit afferre, ab ea sagittis esse confixum et ad sidera propter venandi consimile studium deformatum.“ Bentl. Hic quoque Hyginum Hym. in Dian. 265 in animo habuisse parum est probabilis Naekii l. l. suspicio. cf. ad fragm. 385.

[388]

[„Procl. ad Hesiod. Erg. 57: ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες· μέμφονται τὸν Ἡσίοδον οἱ περὶ Ἀπολλώνιον, ὅτι ἑνικῷ ἀντὶ πληθυντικοῦ ἐχρήσατο. ὁμοίως δὲ καὶ Καλλίμαχος [nonne Καλλίμαχον, scilicet αἰτιᾶται ὁ Ἀπολλώνιος —? O. S.] αἰτιᾶται διὰ τὸ αὐτό.“ Bentl. Ipso nunc cognito Apollonii loco de Pronom. p. 143 Proclum certum est duo adeo Callimachi fragmenta attulisse, quorum alterum est fragm. 11, alterum fragm. 420.]

[389].

[Harpocrat. p. 123, 23: — Μαργίτην, ὅπερ ποίημα Καλλίμαχος θαυμάζειν ἔοικεν.“ Bentl. Non dubium est quin sit fragmentum 74[a].]

390.

Ὅμηρος.

„Tatian. [orat. ad Graec. XLVIII p. 105 Worth.] ap. Euseb. Praep. Evang. X 11: περὶ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως

*γένους τε αὐτοῦ καὶ χρόνου, καθ' ὃν ἤκμασε, προηρεύνησαν πρεσβύτατοι μὲν Θεαγένης τε ὁ Ῥηγῖνος, κατὰ Καμβύσην γεγονώς, καὶ Στησίμβροτος ὁ Θάσιος, καὶ Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος, Ἡρόδοτός τε ὁ Ἁλικαρνασσεύς, καὶ Διονύσιος Ὀλύνθιος, μετὰ δὲ ἐκείνους Ἔφορος ὁ Κυμαῖος, καὶ Φιλόχορος ὁ Ἀθηναῖος, Μεγακλείδης τε καὶ Χαμαιλέων οἱ Περιπατητικοί, ἔπειτα γραμματικοί, Ζηνόδοτος, Ἀριστοφάνης, Καλλίμαχος, Κράτης, Ἐρατοσθένης, Ἀρίσταρχος, Ἀπολλόδωρος.* Ex hoc loco Vossius in libello posthumo de poetis laudat Callimachum Colophonium, sed lege apud Eusebium *Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος*, ut recte habetur apud ipsum Tatianum. Sed hoc video doctissimum Jonsium ante me animadvertisse.“ Bentl. De Homero Callimachus sine dubio in *Πινάκων* parte prima egit.

[391].

[Athenagor. in Legation. p. 34: *Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα σεῖο | Κρῆτες ἐτεκτήναντο, σὺ δ' οὐ θάνες. Πιστεύων, Καλλίμαχε, ταῖς γοναῖς τοῦ Διός, ἀπιστεῖς αὐτοῦ τῷ τάφῳ, καὶ νομίζων ἐπισκιάζειν τὸ ἀληθές, καὶ τοῖς ἀρνοοῦσι κηρύσσεις τὸν τεθνηκότα.*“ Bentl., quem fefellisse memoriam, ut qui non meminisset Hym. in Jov. 8 seq. ab Athenagora citari, primus Ruhnkenius monuit.]

392.

*Πευκετέας.*

„Plin. Natural. Hist. III 139: Liburnorum — fuere Mentores, Hymani, Encheleae, Buni et quos *Callimachus* Peucetias appellat.“ Bentl. Gentis nomen quum vel *Πευκέτιοι* vel *Πευκετιεῖς* fuerit (cf. Stephan. Byz. p. 520, 1), Plinianum Peucetias (nisi Peucetios scripsit, quod codicum auctoritate non destitutum plane est) non potest esse nisi *Πευκετιᾶς*, a nominativo *Πευκετιεῖς*, non a *Πευκετίαι*, quae forma nusquam extat. sed Callimachum contracta forma *Πευκετιᾶς* usum fuisse vix credibile est, praesertim quum ei licuerit dicere *Πευκετιῆας*. Itaque gliscit suspicio corruptum esse illud apud Plinium scribendi genus, qui potius Peuceteas scribens dederit quod apud Callimachum invenerat sic scriptum: *Πευκετέας*· nam nominativum etiam *Πευκετεῖς* fuisse Stepha-

nus l. l. Herodori testimonio probat, quem ibidem usum hac forma putaverim ubi Callimachum (Aet. II 5) i. e. in historia Argonautarum redeuntium. nam quod Blomfield. ad h. l. fragmentum hoc cum reliquis usque ad fragm. 399 *Ἐθνικαῖς ὀνομασίαις* deberi putabat, parum probabilis coniectura est. Atque de Argonautarum via cogitabat etiam Hecker. Com. Call. p. 42.

393.

*Μελίτη.*

„Plin. Natural. Hist. III 152: inter quam (Corcyram) et Jllyricum Melite, unde catulos Melitaeos appellari *Callimachus* auctor est.“ Bentl. Haec quoque Callimachus memoravit sine dubio in historia Argonautarum (II 3), ubi insulae etiam Apollonius Rhodius IV 572 mentionem facit. Et de sede fragmenti eadem nobis statuit Hecker. Com. Call. p. 41. Propter *κυνίδια Μελιταῖα* memorabilem insulam putavit etiam Stephan. Byz. p. 443, 6, de quibus plura attulit Boissonad. ad Herodian. Epimerism. p. 82.

394.

*Λασίη.*

„Plin. Nat. Hist. IV 65: prima earum (Cycladum) Andros. — ipsam Myrtilus Cauron, deinde Antandron cognominatam tradit, *Callimachus* Lasiam, alii Nonagriam, Hydrussam, Epagrim.“ Bentl. Sumptum hoc cum fragm. 395 et 396 ex eo Aetiorum loco (IV 3) puto, ubi de Minois *θαλασσοκρατίᾳ* egit. certe ex *Ἐθνικαῖς ὀνομασίαις*, quae Blomfieldi opinio fuit (cf. ad fragm. 392), vel ex *Κτίσεσιν* si sumpta forent, vix poterat unum tantum nomen Callimachus appellare, sed cum vulgari reliqua eum allaturum fuisse certum est. sed quum unum tantum idque minime vulgare et tritum Callimachum nominasse Plinius dicat, sine dubio poetam hic legit loquentem.

395.

*Ἀγαθοῦσσα.*

„Plin. Nat. Hist. IV 69: Telos unguento nobilis, a Callimacho Agathussa appellata.“ Bentl. Idem

nomen notarunt Stephan. Byz. 621, 1 et Hesych. I p. 12. Cf. ad Aet. IV 3.

396.

*Μιμαλλίς.*

„Plin. Nat. Hist. IV 70: Melos cum oppido, quam Aristides Memblida appellat, Aristoteles Zephyriam, *Callimachus* Mimallida, Heraclides Siphim et Acyton. haec insularum rotundissima est." Bentl. Plinianis usus est Solin. Collect. XI 31 p. 86 Moms.: Melos, quam *Callimachos* Memallida dixit, omnium insularum rotundissima est iuxta Aeoliam. Memallida ex suis codicibus Mommsenius dedit, sed vocalem in prima syllaba tutum praestat Hesychii glossa III p. 110: *Μίμαλις* (sic!) *ἡ νῦν Μῆλος*, etsi inter *μιμαυλεῖν* et *μιμέρα* posita secundam certe syllabam suspectam reddit. *Μιμαλίς* unice probare videtur Lobeck. Paral. p. 95, quamquam etiam duplex *λλ* ab analogia non recedit. vid. Lobeck. Proleg. Pathol. p. 96. Qui *Βυβλίδα* et *Ζεφυρίαν* Meli nomina notavit Stephan. Byz. p. 150, 10 Callimachum addere testem non duxit operae pretium esse. Fragmentum ad Aet. IV 3 revocandum videri supra dixi.

397.

*Δαρδανία.*

„Plin. Nat. Histor. IV 73: insula Samothrace —. *Callimachus* eam antiquo nomine Dardaniam vocat." Bentl. Vetus hoc insulae nomen notavit etiam Stephan. Byz. p. 553, 11 Callimacho non nominato (coll. Eustath. ad Dionys. Perieg. 520 p. 203, 21 Bernhard.). adde Pausan. VII 4, 3. Dardaniam poeta ni fallor in Aet. I 3 dixerat Argonautas dum in Colchida navigant praetervectos esse.

398.

*Παλλαντιάς.*

„Plin. Nat. Hist. V 28: ab his non procul a continente palus vasta amnem Tritonem nomenque ab eo accipit, Pallantias appellata *Callimacho* et citra minorem Syrtim esse dicta." Bentl. *Παλλαντίς· η Τριτωνὶς λίμνη* habet Hesych. III. p. 261, sed ex alio fonte. nam

magis poetica forma usus est Callimachus. quem cum lacum memorasse suspicor in Aet. II 7.

399.

*Εὔθυμος.*

„Plin. Nat. Hist. VII 152: consecratus est vivus sentiensque eiusdem oraculi (Delphici) iussu et Jovis deorum summi adstipulatu Euthymus pycta, semper Olympiae victor et semel victus. patria ei Locri in Italia. ibi imaginem eius et Olympiae alteram eodem die tactam fulmine *Callimachum* ut nihil aliud miratum video, ad eumque [nonne deumque ei cum Dilthey. Anal. Call. p. 22 —?] iussisse sacrificari, quod et vivo factitatum et mortuo. nihilque adeo mirum aliud quam hoc, placuisse Dis.“ Bentl. De Euthymo non obscura res est, cf. Krause de Olymp. p. 288, illud autem obscurum, ubi hoc Callimachus narraverit. Et Silligius quidem ad Plin. l. l., item Lincke de Call. vit. et script. p. 41 non dubitabant quin ex *Θαυμασίων* opere fragmentum manavisset, parum probabili coniectura, quoniam eius modi quidem res in *Θαυμασίοις* tractatas esse aliunde non novimus. nec de libro *περὶ ἀγώνων* cogitans Dilthey l. l. probabiliora coniecisse censendus est. Ego cum Bergk. An. lyr. II Praef. p. XVIII ex epigrammate aliquo petitum putaverim, etsi etiam fragm. 493 ad idem hoc epigramma referendum esse viro doctissimo credam difficilius.

400.

*Ἀκανθίδα.*

„Plin. Nat. Hist. XXV 167: erigeron — herba —. hoc nomen Graeci dederunt, quia vere canescit. caput eius numerosa dividitur lanugine, qualis est spinae, inter divisuras exeunte, quare *Callimachus* eam acanthida appellavit.“ Bentl. Naek. de Hecal. p. 138 herbam inter cibos rettulit ab Hecale Theseo appositos. sed cum Plinius l. l. herbam nasci in tegulis et in muris narret, malim putare poetam voce usum esse in describenda casa Hecalae. Cf. Hecal. Cap. IV. At Bergk. Anth. lyr. II Praef. p. XIV fragmentum cum fragm. 252[b] olim iunctum

fuisse putat hoc modo: *ἀκανθίδος, ἧχι γέγεια | ἄνθεα μήκωνός τε*, quae non probabilior mihi coniectura videtur.

401.

*Μιμαλλόνες.*

„Etym. Magn. p. 130, 32: *τὰ εἰς λων λήγοντα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς βαρύνεσθαι θέλει —. σεσημείωται τὸ Βαβυλὼν καὶ τὸ Μιμαλλὼν θηλυκά, ὃ σημαίνει τὴν μαινάδα. οὕτως Καλλίμαχος.* Idem p. 587, 56: *μιμαλῶνες ἐκλήθησαν κυρίως αἱ γυναῖκες· πολεμικαὶ γάρ. παρὰ τὸ μιμεῖσθαι τοὺς ἄνδρας· ἤτοι διὰ Μακεδονικὴν ἱστορίαν, ἥτις κεῖται ἐν τοῖς Καλλιμάχου.* Pro *Μιμαλῶνες* vera lectio *Μιμαλλόνες.*" Bentl. His adicimus Etym. Gudian. p. 394, 49 et Etym. Angel. p. 689: *Μιμαλῶνες — ἤτοι διὰ Μακεδονικὴν ἱστορίαν, ἥτις κεῖται ἐν τοῖς Καλλιμάχου.* Etym. Gudian. p. 68, 24: *σεσημείωται τὸ Βαβυλὼν καὶ Μιμαλλὼν θηλυκά, ὃ σημαίνει τὴν μονῳδίαν. οὕτω Καλλίμαχος*, et gramm. in Cram. Anecd. Par. III p. 308, 2. *σεσημείωται τὸ Βαβυλὼν καὶ τὸ Μιμαλλὼν θηλυκὸν ὄνομα σημαῖνον τὴν μαινάδα· οὕτω Καλλίμαχος.* Sine Callimachi memoria nomen tum grammatici propter tonosin et clisin saepius afferunt (cf. Arcad. p. 13, 5 Bark. = I p. 31, 9 Lentz. Theognost. p. 36, 7. gram. in Cram. Anecd. I p. 18, 14), tum propter significationem alii scriptores nominant qui vel in universum eas inter *Μαινάδας* sive *Βάκχας* referunt, vel *τὰς ἐν Μακεδονίᾳ Βάκχας* ita appellant, Strab. X p. 468. Athenae. V p. 198 E. Plutarch. vit. Alex. II. Polyaen. IV I. Suid. II 1 p. 855 coll. II 1 p. 298. Hesych. III p. 109. Etym. Magn. p. 588, 43. Tzetz. ad Lycophr. 1236. Eudoc. Violar. p. 87 et p. 188. Eustath. ad Jl. p. 989, 25, et quem Callimachi causa aliquo proprio iure nomino Nonn. I 34. XVIII 29. XXI 184 et 283. XXXIX 88. XLIII 158 et 316. XLV 31. XLVI 175, ubi constanter scribitur *Μιμαλλών, Μιμαλλόνα, Μιμαλλόνες*, etsi alibi hic illic *Μιμαλόνες, Μιμαλῶνες, Μιμάλλοντες* editur, quorum cur *Μιμαλών* Unger. Epist. crit. ad L. Kraner. (1841) p. XIV probaverit nescio. Praeterea notandum primum monuisse Casaubon. ad Polyaen. l. l. videri ab hoc narratam historiam ex Callimachi scriptis petitam esse, quam coniecturam Hemsterhusius ad h. l. ita

exornavit, ut in altero Etymologi loco corrigendum putaret *κεῖται ἐν Αἰτίοις Καλλιμάχου.* et ex ipsa illa Polyaeni historia propriam in Callimachi Aetiis elegiam finxit Rauch. p. 72 seq. Quamquam autem Casaubonum verum vidisse facile concesserim, Hemsterhusii tamen et Rauchii iudicium non probaverim, praesertim quum Etymologi scripsisse potius videantur: *ἱστορία, ἥτις κεῖται ἐν ταῖς Καλλιμάχου* i. e. in historiis Callimachi. quod si verum est, haec de *Μιμαλλόνων* historia exposita erat in *Ὑπομνήμασιν.*

[402]

[Hoc fragmentum quum sine dubio sit ex Jambis petitum, inter hos locum suum nancisci debebat. cf. fragm. 98^e.]

403.

*Τριττύα.*

„Etym. Magn. p. 768, 17: *τριττὺν θυσίαν. Καλλίμαχος μὲν ἐκ κριοῦ καὶ ταύρου καὶ κάπρου, Ἴστρος δὲ τὴν ἐκ βοῶν, αἰγῶν, ὑῶν ἀρσένων, πάντων τριετῶν.* Photius in Lex. ined. [cf. nunc p. II 227 Nab.]: *τριττύαν, θυσίαν· Καλλίμαχος μὲν τὴν ἐκ κριοῦ, ταύρου καὶ κάπρου, Ἴστρος δὲ ἐν μὲν Ἀπόλλωνος ἐπιφανείας ἐκ βοῶν, αἰγῶν, ὑῶν ἀῤῥένων, πάντων τριετῶν.*“ Bentl. *Τριττύς* hoc sacrificium vocatur a schol. Aristoph. Plut. 819: *ἐντελὴς θυσία ἡ ἐξ ὑός, τράγου, κριοῦ, ἣν καλοῦσιν τριττύν,* tum a Suid. II 2 p. 1220: *τριττὺς ἡ ἐντελὴς θυσία ἐκ συός, κριοῦ καὶ τράγου* (coll. I 1 p. 1015 et I 1 p. 1446), Eustath. ad Jl. p. 1386, 48: *καὶ τριττύες ἦσαν, ὅ ἐστι τριῶν ζώων θυσίαι* —, sed *τριττύα,* quod Photius habet, nunc ex codicibus suis Gaisfordius etiam Etym. Magn. l. l. restituit, firmatque hoc etiam Eustath. ad Jl. p. 1676, 38: *θυσία τριττύα λέγεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς, οἳ τριττύαν ἔλεγον τὴν ἐκ τριῶν ζώων θυσίαν, οἷον δύο μήλων καὶ βοός, ὡς Ἐπίχαρμος, ἢ βοὸς καὶ αἰγὸς καὶ προβάτου, ἢ κάπρου καὶ κριοῦ καὶ ταύρου,* quae eodem modo redeunt in Philem. p. 168 Osann., unde intelligitur simul qui victimas a Callimacho nominatas, *κριόν, ταῦρον, κάπρον* (quae eaedem sunt etiam in Hom. Od. X 131. de aliis victimis huius generis cf. Nitsch. ad Odyss. Tom. III p. 207 seq.) repetunt, eosdem hoc sacrificium *τριττύαν* vocare solos, quo

consensu vox *τριττύα* Callimacho egregie vindicatur. Quamquam fortasse ne in hac quidem voce acquiescendum. tertiam enim formam servavit Hesych. IV p. 174: *τρικτύα· τριάδα. ἔνιοι θυσία κάπρου, κριοῦ καὶ ταύρου*, quae quum Callimacheae illae sint victimae, facile suspicetur aliquis, Callimachum hac ipsa forma *τρικτύα* usum fuisse, de qua cf. Lobeck. Prol. Path. p. 34 n. 33. Incertum autem est, in carmine aliquo hoc poeta exprompserit an in libro quodam oratione pedestri scripto. illud qui statuit Rauch. p. 74, fragmentum ad Aetiorum illam elegiam referens, ubi de Minervae cum Neptuno certamine poeta egit (Aet. I 4), debebat certe vocem in ionicam formam mutare, velut hoc modo: *τριττύη*, [*ἐκ κριοῖο καὶ ἐκ ταύροιο κάπρου τε*]. at magis tamen eo inclino, ut hoc quoque fragmentum olim in *Ὑπομνήμασιν* locum habuisse putem.

404.

*Μελίη.*

„Schol. Apoll. Rhod. II 4: *Μελίαν δέ φησιν* (*Ἀπολλώνιος*) *αὐτὴν διὰ τό τινας τῶν νυμφῶν Μελίας καλεῖσθαι ἀπὸ Μελίας τῆς Ὠκεανοῦ, ὥς φησι Καλλίμαχος*.“ Bentl. Eandem memoriam licet paululum corruptam deprehendere nobis videmur in Hesych. III p. 86: *μελία· δένδρου εἶδος· ἀπὸ Μελίας Ὠκεανοῦ. ἢ ὁδοί.* Ea autem Melia quum Inacho nupserit (Apollodor. II 1, 1 cum not. Heyn. p. 95 seq. coll. Wellauer. ad. Apollon. Rhod. II 4) ex eoque coniugio quum priores Argivorum reges orti sint, non inepte coniecisse mihi videor haec Callimachum memorasse in *Ἄργους οἰκισμοῖς*. parum certe probabile est quod Spanhemius sibi persuasit, pertinere fragmentum ad Hym. in Jov. 47. cf. Naek. de Hecal. p. 37.

405.

*Αἶπος ὀλέθριον.*

„Schol. Eurip. Phoeniss. 851: *κἄπος ἐκβαλὼν ὁδοῦ*]. *νῦν τὸν κάματον ἢ τὸ τῆς ὁδοῦ ἆσθμα γινόμενον. ἄλλοι δὲ ἄπος τὸ ὕψος. νῦν δὲ καταχρηστικῶς τὸ μῆκος, ὡς καὶ πoὺς ὀλέθριος ἐν Καλλιμάχῳ.* Nescio quid sibi velit *πoὺς ὀλέθριος*, et *ἐν Καλλιμάχῳ*. dictum sane oportuit *παρὰ Καλλιμάχῳ*, si Callimachum ut auctorem laudare voluisset.

An pro *καὶ πούς ὀλέθριος* legamus *καὶ ἄπος πλεθριαῖον*, iugeri longitudo —? nam apud Euripidem *κᾶπος* secundum grammaticos est *καὶ ἄπος*. Eustath. Jl. *Γ* p. 381, 20: *Εὐριπίδης ἄπος οὐδετέρως τὸν κάματον ἔφη*. Hesych. I p. 83: *αἶπος· κάματος· ἢ ὑψηλὸς τόπος ἢ ὑλώδης.*" Bentl. Parum placet Bentlei emendatio nec facile quemquam Godofredi Hermanni opinio ad Eurip. Phoen. l. l. alliciat: *ἄλλοι δὲ αἶπος — ὡς καὶ αἰπύς, ὀλέθριος* (et hoc quidem cum Toup. Emend. in Suid. II p. 256) *ἐν τοῖς Καλλιστράτου*. et ulterius progressus Dindorfius ad schol. Eurip. III p. 237 *αἰπὺς ὄλεθρος*, Homerica verba, de suo dedit et sequentia (*ἐν Καλλιμάχῳ*) cum codicum maiore parte delevit. quibus mihi laudabilius visum Geelii iudicium qui corrigendum putabat: *ὡς κᾆπος ὀλέθριον ἐν * * * Καλλιμάχου* (vel *παρὰ Καλλιμάχῳ*), nisi quod praetulerim *καὶ* „*αἶπος ὀλέθριον*" i. e. perniciosa magnitudo. Haec enim tauro Marathonio tribui a poeta potuit in Hecal. Cap. VIII. Quod si non inepte coniecimus, sequentibus quoque scholiastae verbis perfacilis medela est: *ἐν Ἑκάλῃ Καλλιμάχου*, ubi *Ἑκάλῃ* cur exciderit in promptu causa fuit.

[406.]

[Hoc fragmentum ex Tzetze ad Lycophr. 1141 petitum in summa re non diversum est a fragm. 13[d]. eo igitur revocavimus.]

407.

*Αἶνος — Ὀδυσσεύς.*

„Servius ad Virgil. Aen. III 16 (Aenus, oppidum Thraciae). Euphorion et *Callimachus* hoc dicunt etiam, quod Aenum [Aenus?] dicatur a socio Ulixis illic sepulto eo tempore quo missus est ad frumenta portanda." Bentl. Euphorionis fragmentum, Callimacheo non loquacius, est 154 Mein., sed ab Aeno Gunei fratre urbem nomen accepisse etiam Stephan. Byz. p. 52, 5 memorat aliam quoque nominis causam afferens. quae fortasse omnia Callimachus exposuit in *Κτίσεων* libro. Nisi obiter rem memoravit in Aet. I 3.

408.

*Λῆνος.*

„Varr. de Ling. Lat. V 113: lana Graecum, ut Polybius et *Callimachus* scribunt.“ Bentl. Vix dubium est quin apud Polybium (quem iure grammaticum habet M. Schmidt. in Philol. vol. III p. 439 not.) et Callimachum Varro scriptum invenerit τὸ λῆνος (cf. Scaliger. ad Varron. p. 80 Bipont.), etsi ab Aeschylo etiam Eum. 44, Apollonio Rhodio, Nicandro usurpatum, quod iure cum Latino vocabulo Varro contenderit. A Callimacho ut plurima vocabulum sumpsit Nonn. Dionys. VI 146 de Proserpina narrans quae Zagrea genitura erat solitudinisque moerorem textrina fallere quaesivit (de qua re cf. Lobeck. Aglaoph. p. 550), ut recte Rauch. p. 51 n. 106 fragmentum ad eandem rem rettulisse videatur. cf. Aet. I 2.

409.

*Κάσμιλος.*

„Varr. de Ling. Lat. VII 34: Casmilus nominatur Samothrece mysteriis dius quidam administer Diis Magnis. verbum esse Graecum arbitror, quod apud *Callimachum* in poematis eius inveni. Macrob. Sat. III 8: Statius Tullianus de Vocabulis rerum libro primo ait dixisse *Callimachum* Tuscos Camillum appellare Mercurium, quo vocabulo significant praeministrum deorum.“ Bentl. Macrobiana cum Callimacho redeunt apud Servium ad Vergil. Aen. XI 543. Et *Καδμῖλος ὁ Ἑρμῆς ἐν Τυρρηνίᾳ* est etiam in schol. Lycophr. 162 (Bachmann. p. 46), ubi sine dubio Tyrrhenorum in Samothracia Mercurius intelligendus est, quem Callimachum obiter nominasse crediderim ubi Dardaniam memoravit (fragm. 397), i. e. in Aet. I 3. Nominaverat autem ni fallor non *Καδμῖλον*, quam solam formam novisse grammatici videntur (ut Herodian. I p. 162, 21), sed *Κάσμιλον*. Et *Κάσμιλος ὁ Ἑρμῆς* est etiam ap. Dionysodor. in schol. Apoll. Rhod. I 917. nihil decernit corruptum *Κάδμηλος* in Nonn. Dionys. IV 88. De Mercurio *Κασμίλῳ* vel *Καδμίλῳ* cf Welcker. Goetterl. I p. 329 seqq.

410.

*Ηρακλέης. — Θειοδάμας. — Δρύοπες. — Ὕλας.*

„Schol. Apollon. Rhod. I 1212: *Ἡρακλῆς — ἐλθὼν εἰς τὴν Δρυοπίαν — τοῦ παιδὸς πεινῶντος καὶ τοῦ παιδαγωγοῦ Λίχα ἀπολιμπανομένου συντυχὼν τῷ Θειοδάμαντι ᾐτεῖτο ὀλίγην τροφήν· ὁ δὲ οὐκ ἐδίδω. ὀργισθεὶς δὲ ὁ Ἡρακλῆς καὶ ἀποσπάσας αὐτοῦ τὸν ἕνα βοῦν, θύσας εὐωχεῖτο. ὁ δὲ Θειοδάμας ἐλθὼν εἰς τὴν πόλιν ἐστράτευσε καθ' Ἡρακλέους, καὶ εἰς τοσαύτην ἀνάγκην κατέστη ὁ Ἡρακλῆς, ὡς καὶ τὴν γυναῖκα Δηιάνειραν καθοπλίσαι, καὶ λέγεται καὶ κατὰ μαζὸν τότε τετρῶσθαι. περιγενόμενος δὲ αὐτῶν καὶ ἀνελὼν τὸν Θειοδάμαντα ἐδέξατο τὸν τούτου υἱὸν Ὕλαν, καὶ τὸ π¯ν δὲ ἔθνος διὰ τὴν λῃστείαν μετῴκισεν [εἰς Ἄργος· ᾤκησε δὲ] περὶ Τραχῖνα τὴν Θεσσαλικὴν πόλιν καὶ τὴν Οἴτην τὸ ὄρος πρὸς τοῖς ὅροις τῆς Φωκίδος, ἵνα τῇ πολλῇ τῶν ἀνθρώπων ἐπιμιξίᾳ τοῦ λῃστρικοῦ· ἤθους ἀπόσχωνται. τούτων δὲ καὶ ὁ Καλλίμαχος μέμνηται.* Vide Etymol. Magn. in *Ἀσινεῖς*, ubi habes Callimachi fragmentum 151." Bentl. Scholiastae locum, quem non solum cum Callimachi nomine, sed etiam cum lacuna descripsit Eudoc. Viol. p. 211 seq., apposui ut explendum censui supra p. 59, ubi ad Aet. I 4 historiam revocandam esse conieci. cf. Hecker. Com. Call. p. 77 et Rauch. de Aet. p. 37 n. 58.

411.

*Ἄψυρτος. — Μήδεια.*

„Schol. Eurip. Med. 1334: *παρὰ τὴν ἑστίαν· κατὰ τὸν βωμὸν ἄνειλε τὸν Ἄψυρτον* [sic ex codd. edidit Dindorf. editum olim etiam a Bentleio: *ἀνεῖλεν ὡς Ἀ.* in *ἀνελοῦσα Ἄψυρτον* mutaverat Hecker. Com. Call. p. 35] *ἢ ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς Ἀρτέμιδος, ὡς Ἀπολλώνιός φησιν, ἢ ἔποικον ἐν τῇ πατρίδι, ὡς Καλλίμαχος.*" Bentl. Callimachi locus fuit in Aet. II 1.

412.

*Πὰν ὁ Μαλειήτης, τρύπανον αἰπολικόν.*

„Eustath. ad Jl. XI p. 827, 33: *Πανὸς λεγομένου τοῦ κατὰ κλῆσιν δαιμονίαν, ἕτεροι ἀπ' ἐκείνου Πᾶνά φασι τὸν*

*καταφερῆ καὶ συνουσιαστικόν, ὅθεν παρὰ Καλλιμάχῳ τὸ Πὰν τρύπανον αἰπολικόν.*" Bentl., cuius testimonio Hemsterhusius addidit eundem Eustath. ad Odyss. III p. 1471, 9: *σημείωσαι, ὅτι τὸ τρύπανον καὶ κίναιδον σκώπτει ἐν τῷ· τρύπανον αἰπολικόν, ὃ παρὰ Καλλιμάχῳ κεῖται*, Ruhnkenius autem adiecit Stephan. Byz. p. 42, 15: *σπάνια τὰ εἰς της ἐθνικὰ τῷ η παραληγόμενα ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς βαρύτονα. εἰσὶ δὲ ταῦτα Αἰγινήτης, Μαλειήτης ἔστι δὲ τρύπανον αἰπολικόν· Καλλίμαχος*, quae ille Stephano male intrusa putabat, iniuria. nam grammatici ratio patet. Sed postea demum ex codicibus Vaticanis schol. Theocrit. VII 103 integer prodiit Callimachi versus: *ἐπικαλεῖται τὸν Πᾶνα, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τοιοῦτός ἐστιν. καὶ Καλλίμαχος· Πὰν ὁμαλιητὴν τρύπανον αἰπολικόν*, ubi *Πὰν ὁ Μαλειήτης* corrigendum esse Meinekius ad Steph. Byz. cum aliis (cf. Ahrens. ad schol. Theocrit. p. 523. Bergk. An. lyr. I n. 122 = II n. 133) intellexit. nam quod Hecker. Com. Call. p. 148 *Πὰν Ὁμολιήτης* praeoptabat, nec satis hoc analogiae convenit, nec constat de Panis in Homole, monte Thessaliae, cultu, qui de Malea Peloponnesi promontorio certissimus est. cf. Meinek. ad Steph. l. l. et ad Theocrit. p. 258. Nec melius res Heckero cessit in Stephani loco conicienti, *ἔστι δέ* ex *Αἴτ. δ'*, i. e. Aetiorum libro quarto, corruptum esse. illud Meinekius tamquam ineptum emblema uncinis inclusit, sed ego facilius me cuique persuasurum crediderim, lacuna potius Stephani locum depravatum esse ex hac integra specie: *Μαλειήτης (ἔστι δὲ [Μαλεΐτης]) τρύπανον αἰπολικόν*, ut *Μαλειήτης* quid esset ipse Stephanus solito Maleae promontorii ethnico (cf. Stephan. Byz. p. 429, 17) addito indicasse videatur (de reliquo dicendi genere cf. Meinek. ad p. 415 seq.) Melius autem Hemsterh. de epigrammate aliquo cogitabat in hominem vel libidine turgentem vel cinaedum scripto videturque certe idem huic fragmento locus fuisse qui fragmento 366.

413.

*Ἀταβύριον.*

„Tzetz. Chiliad. IV 390 seq. p. 135 Kiessl.:

*Καί τί φημί σοι τὰ φυτά; Ῥόδιόν ἐστιν ὄρος*
*τὴν κλῆσιν Ἀταβύριον, χαλκᾶς πρὶν ἔχον βόας,*

αἳ μυκηθμὸν ἐξέπεμπον, χωρούσης Ῥόδῳ βλάβης.
Πίνδαρος καὶ Καλλίμαχος γράφει τὴν ἱστορίαν."

Bentl. Nescio an iure Bergk. ad Pind. p. 382 (III) dixerit Tzetzem cuius historiae testem Pindarum citat, eam ipsum conflasse ex schol. Pind. Olymp. VII 159: *εἰσὶ δὲ χαλκοῖ βόες ἐπὶ τῷ ὄρει τῆς Ῥόδου (Ἀταβυρίου), αἵτινες ὅταν μέλλῃ τι τῇ πόλει γίγνεσθαι κακόν, μυκῶνται. Δίδυμος δέ φησιν εἶναι καὶ ἐν Σικελίᾳ ὄρος Ἀταβύριον, ὡς Τίμαιός φησιν*, quae ex Didymo petita videntur omnia. cf. M. Schmidt. de Didym. p. 220, ubi qui de illo monte veteres dixerunt nominati omnes sunt praeter Stephan. Byz. p. 384, 16. Quodsi Tzetzes Pindari locum Ol. VII 87 (*Ζεῦ πάτερ, νώτοισιν Ἀταβυρίου μεδέων*) in tantam historiam sufflavit, etiam Callimachi memoriam, siquidem hanc Didymi aliquanto uberioribus olim scholiis debuit nec finxit totam, vix putes ditiorem fuisse. qui poeta insulam Rhodum cum monte suo Atabyrio memorasse videtur in Aet. IV 3. Rauch. p. 80 ad quemnam Aetiorum locum referri voluerit non indicavit. sed Dilthey de Cydipp. p. 101 putabat in eodem loco fuisse etiam fragm. anon. 13.

## 414ª, ᵇ, ᶜ.

## Ἥρη. — Ἡρακλέης. — Ἀπόλλων.

„Tertullian. de Coron. VII (Tom. I p. 432 Oehl.): Junoni vitem *Callimachus* induxit. ita et Argis signum eius palmite redimitum subiecto pedibus corio leonino, insultantem ostentans novercam de exuviis utriusque privigni. Hercules nunc populum capite praefert, nunc oleastrum, nunc apium. Habes tragoediam Cerberi, habes Pindarum atque *Callimachum*, qui et Appollinem memorat interfecto Delphyne dracone lauream induisse qua supplicem." Bentl. Callimachum certe eum quem priore loco Tertullianus memorat, non nostrum esse poetam, sed medicum eum quem de coronis scripsisse constat (cf. supra p. 285), non solum Oehler. ad Tertull. l. l., sed etiam Welcker. Goetterlehre II p. 320 n. 20 putat. Et hic quidem quod monet, vineam Herae coronam a priscis temporibus, quae sola attigisse poetam Callimachum credi par est, alienam videri, non nego

vim habere gravissimam. At aegre tamen aliquis sibi persuadeat, hic quidem Tertullianum Callimachum medicum intellexisse, quem mox cum Pindaro et tragico quodam componens aperte intellexerit poetam nostrum, nulla tamen usus ad distinguendum utrumque hominem nota. Itaque utrobique de poeta Callimacho cogitandum esse persuasum habemus, Welckeriani autem argumenti vim videamus num devitare liceat. Et primum quidem Herae Argis signum palmite redimitum subiecto pedibus corio leonino, quod insultantem ostendat novercam de exuviis utriusque privigni, non opus est in nostra re ut extimescamus. nam hoc quoque signum Callimachi testimonio probari nequaquam dici potest, ut nihil iam impediat quo minus de recentissimo aliquo Junonis signo cogitetur, nedum de nobilissimo Herae Argivae simulacro. quod autem sane dicitur Callimachus Junoni vitem induxisse (i. e. vite inductum eius simulacrum cecinisse, quod frequens dicendi esse genus constat), ego Tertullianum non vitem, sed vitic e m scripsisse existimo. nam quum Callimachus Herae Samiae antiquissimum *ξόανον* descripserit fragmento 115, quod signum Samios quotannis viticis frondibus circumvolvisse scimus ex Menodoto Samio, cuius verba Athenaeus XIV p. 672 A seq. apposuit, *λυγίνους στεφάνους* inde explicans, hanc quoque rem poetam ibidem (i. e. in Aet. II 9) memorasse verisimillimum est. Ita simul perspicitur, cur Tertullianus verbo inducere usus sit, quod de corona quidem sola dici vix potuit. — Restant duo alia Callimachi fragmenta a Tertulliano eo loco indicata, primum de Hercule, alterum de Apolline. Et de Hercule sine dubio Callimachus dixit, ubi de conditis Olympiis narravit (Aet. I 8), oleastrum victoriae praemium ab Hercule institutum esse prodens. de Apolline autem egit vel in Aet. I 2 vel in Aet. IV 1.

## 415 et 416.

### *Τειρεσίας. — Καινεύς.*

„Phlegon de Mirabil. IV [in Westermann. Paradoxogr. p. 130 seq., in Müller. Fragm. Histor. graec. III p. 618]: *ἱστορεῖ δὲ Ἡσίοδος καὶ Δικαίαρχος καὶ Κλείταρχος Κλέαρχος* probabiliter corrigit Müller. l. l.] *καὶ Καλλίμαχος καὶ ἄλλοι τινὲς περὶ Τειρεσίου τάδε.* Sequitur fabula de Teresia

et sequentibus [corrige serpentibus, id quod Ernest. et Blomfieldum fugit] coeuntibus. Idem cap. V: *οἱ αὐτοὶ ἱστοροῦσι κατὰ τὴν Λαπιθῶν χώραν κ. τ. λ.* De Caenide muliere in virum mutata.“ Bentl. Narratio de Tiresia haec est: *Τειρεσίαν τὸν Εὐήρους ἐν Ἀρκαδίᾳ ἄνδρα ὄντα ἐν τῷ ὄρει τῷ ἐν Κυλλήνῃ ὄφεις ἰδόντα ὀχεύοντας τρῶσαι τὸν ἕτερον καὶ παραχρῆμα μεταβαλεῖν τὴν ἰδέαν· γενέσθαι γὰρ ἐξ ἀνδρὸς γυναῖκα καὶ μιχθῆναι ἀνδρί· τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος αὐτῷ χρήσαντος, ὡς ἐὰν τηρήσας ὀχεύοντας ὁμοίως τρώσῃ τὸν ἕνα ἔσται οἷος ἦν, παραφυλάξαντα τὸν Τειρεσίαν ποιῆσαι τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ῥηθέντα καὶ οὕτως κομίσασθαι τὴν ἀρχαίαν φύσιν. Διὸς δὲ ἐρίσαντος Ἥρᾳ καὶ φαμένου, ἐν ταῖς συνουσίαις πλεονεκτεῖν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀνδρὸς τῆς τῶν ἀφροδισίων ἡδονῆς, καὶ τῆς Ἥρας φασκούσης τὰ ἐναντία, δόξαι αὐτοῖς μεταπεμψαμένοις ἔρεσθαι τὸν Τειρεσίαν διὰ τὸ τῶν τρόπων ἀμφοτέρων πεπειρᾶσθαι. τὸν δὲ ἐρωτώμενον ἀποφήνασθαι, διότι μοιρῶν οὐσῶν δέκα τὸν ἄνδρα τέρπεσθαι τὴν μίαν, τὴν δὲ γυναῖκα τὰς ἐννέα. τὴν δὲ Ἥραν ὀργισθεῖσαν κατανύξαι αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ποιῆσαι τυφλόν, τὸν δὲ Δία δωρήσασθαι αὐτῷ τὴν μαντικὴν καὶ βιοῦν ἐπὶ γενεὰς ἑπτά.* Fabulam post Heynium ad Apollod. II p. 249 doctissime enarravit Unger. de Sinide p. 207 seqq., qui in Theban. Paradox. p. 418 Callimachum rem tractasse putabat in Aetiorum eo carmine, unde sit fragm. 438. contra Müller. in Fragm. Histor. graec. II p. 244 A Phlegon, ait, sua e Callimacho habet, uberrimo fonte scriptorum memorabilium, ut de *Θαυμασίων* libris cogitasse eum appareat, de quibus etiam Linckius l. l. p. 42 cogitavit. sed difficile admodum est certi quidpiam de sede fragmenti statuere velle, quum vel dubitari de omni Callimachi memoria posse videatur. is enim saltem de caecitatis causa et auctore in Lavacr. Pallad. 57 seqq. Pherecydem apud Apollodor. III 6, 7 sequutus longe alia narravit atque Phlegon, qui ex Hesiodo (Apollod. l. l. coll. Hesiod. fragm. 189 Markscheff.) hausit. Quis igitur non neget fidem Phlegonti habendam esse, qui Callimachi nomen vel corruptum invenerit (ac miramur inter testes a Phlegonte omissum Sostratum esse, qui Tiresiae fata elegiaco carmine exponens certe de caecitatis auctore Hesiodo assentitur, teste Eustath. ad Od. X p. 1665,

47) vel Callimachi nomen additum legerit alicuius narrationi, in qua diversae de Tiresia fabulae una cum testibus compositae fuerint —? At enim quum concedendum tamen videatur, Callimachum hic quoque diversis locis diversa de Tiresia protulisse, quem ad modum fecit fragm. 82[b] (coll. fragm. 100[b], 1) et fragm. 382, Phlegontis fidem non audemus in dubitationem vocare. Sed hoc tamen a me impetrare nequeo, ut alteram de Tiresia fabulam a Callimacho in *Θαυμασίοις* expositam esse concedam. nam eius modi miracula humana in *Θαυμασίων* libro locum habuisse probari nequit. praestare igitur videtur de *Ὑπομνήμασι* tamquam fonte narrationis cogitare. Eiusdem autem libri eodem loco etiam de Caeneo Callimachum (si hic quoque de eo fides habenda Phlegonti) egisse putaverim. certe propter similem ex uno sexu in alterum commutationem alii quoque Tiresiam cum Caeneo saepe componunt. cf. Unger. de Sinid. p. 214. Phlegontis autem narratio, quam Callimacho quoque se debere indicat, talis est: *οἱ αὐτοὶ ἱστοροῦσι, κατὰ τὴν Λαπίθων* (nonne *Λαπιθῶν*? collato tamen Goettling. de Accent. p. 113) *χώραν γενέσθαι Ἐλάτῳ τῷ βασιλεῖ θυγατέρα, ὀνομαζομένην Καινίδα· ταύτῃ δὲ Ποσειδῶνα μιγέντα ἐπαγγείλασθαι ποιήσειν αὐτὴν ὃ ἂν ἐθέλῃ, τὴν δὲ ἀξιῶσαι μεταλλάξαι αὐτὴν εἰς ἄνδρα, ποιῆσαί τε ἄτρωτον. τοῦ δὲ Ποσειδῶνος κατὰ τὸ ἀξιωθὲν ποιήσαντος μετονομασθῆναι Καινέα*, quae apud alios fere non aliter narrantur, velut in Hom. schol. Jl. I 264.

## 417.

### *Αἰθοπίη.*

„Stephan Byz. p. 48, 3: *Αἰθόπιον, χωρίον Λυδίας παρὰ Ὕλλῳ ἢ πλησίον τοῦ Εὐρίπου, ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Αἰθοπία. οἱ δὲ ὅτι παρὰ τοῖς Αἰθίοψι διάγουσαν Ἀπόλλων ἤγαγεν αὐτήν· οἱ δὲ τὴν αὐτὴν τῇ σελήνῃ παρὰ τὸ αἴθειν, ὡς Καλλίμαχος*. In msctis. legitur (non *Αἰθιόπιον* et *Αἰθιοπία*, sed) *Αἰθόπιον* et *Ἄρτεμις Αἰθοπία*, et profecto verissima ea lectio est, *Ἄρτεμις Αἰθοπία*, Diana Aethopia. Quod verbum, quia hactenus inauditum est, gemina auctoritate confirmabimus. In Anthologia inedita est epigramma quoddam supervacuum et prorsus mendosum, si fides librario,

qui *περισσόν* vocat et *ὁλόσφαλτον*, id utrinque conscribillatum exhibens ad hunc modum:

*Ὡς Σαπφοῦς.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Εἰς τὸ ἀν-* | *Π* | *Παῖδες ἄφωνος ἐουσα τε τ' εἰνέπω αἴ τί σε ρητα* | *Ο* |
| | *Ε* | | *Λ* |
| *τίβολον οὐ* | *Ρ* | *φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα πρὸ ποδῶν* | *Ο* |
| *κεῖται τοῦ* | *Ι* | | *Σ* |
| *Κυροῦ Μι-* | *Σ* | *Αἰθοπίᾳ με κόρᾳ Λατοῦς ἀνέθηκεν ἀρίστα* | *Φ* |
| *χαήλου.* | *Σ* | *Ἑρμοκλειταο τως αυν αἶδα.* | *Α* |
| *πόθεν οὖν* | *Ο* | | *Λ* |
| | *Ν* | *Σὸς πρόπολος δέσποινα γυναικῶν ἄσυχα ρεισα* | *Τ* |
| *ἐγράφη,* | | | *Ο* |
| *οὐκ οἶδα.* | | *πρόφρων ἀμετέραν εὐκλεῖσον γενεάν.* | *Ν* |

Ubi illud quod dixi clare docetur, Dianam vocari *Αἰθοπίαν κόραν Λατοῦς*. Totum autem epigramma vide annon hoc modo poterit emendari:

*Παῖδες, ἄφωνος ἐοισά τ' ἔτ' ἐννέπω, αἴ τις ἔρηται*
*φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα πρὸ ποδῶν.*
*Αἰθοπίᾳ με κόρᾳ Λατοῦς ἀνέθηκεν Ἀριστὼ*
*Ἑρμοκλείδαο τῷ Σαϊωνιάδα,*
*σὰ πρόπολος, δέσποινα γυναικῶν. ᾇ σὺ χαρεῖσα,*
*πρόφρων ἀμετέραν εὐκλεῖσον γενεάν.*

Statua dicit se vel mutam loqui posse, si quis inscriptionem quatuor qui sequuntur versiculis constantem legere velit, ante pedes in basi positam. Proprie autem pictum [corrige dictum. illud cum Ernest. secure servavit Blomfieldus] *κατθεμένα*. nam *κατατίθεσθαι* est literis aliquid mandare. Recte quoque emendavimus *ᾇ σὺ χαρεῖσα*. dii tum *χαρῆναι* dicuntur, quum victimas vel dona lubentes accipiunt, aut donantibus sunt propitii. Aristophanes Nubibus (274):

*Ἐπακούσατε δεξάμεναι θυσίαν, καὶ τοῖς ἱεροῖσι χαρεῖσαι.*

Quamobrem et illud Phaedri [corrigendum Phaedimi. hunc quoque Bentlei errorem ex Ernestiana secure Blomfieldus propagavit] epigramma ineditum [cf. nunc Anthol. Pal. XIII 2) eodem modo corrigendum:

*Καλλίστρατός σοι, Ζηνὸς ὦ διάκτορε,*
*ἔθηκε μορφῆς, ξυνὸν ἥλικος τύπον·*
*Κηφισιεὺς ὁ κοῦρος. ᾧ χαρείς, ἄναξ,*
*Ἀπολλοδώρου παῖδα καὶ πάτραν σάω.*

In codice msto. legitur *ὦ χάρις ἄναξ*. Alterum testimonium de Diana Aethopia extat in Antipatri Epigrammate quod ex Msto. edidit vir clarissimus Lucas Holstenius in Notis ad Stephanum v. *Ἀμφίπολις. Ἀντιπάτρου ἐπίγραμμα ἐπιτύμβιον δυσνόητον καὶ ἐσφαλμένον.*

*Στρύμονι καὶ μεγάλῳ πεπολησμένον Ἑλλησπόντῳ*
*ἤριον Ἠδωνῆς Φυλλίδος Ἀμφιπόλει*
*λοίπα τοι Ἀνθιόπης Βραυρωνίδος ἴχνια νηῷ*
*μίμνει, καὶ ποταμοῦ τ' ἀμφιμάχητον ὕδωρ*
*τήνδε πότ' Αἰγείδεσιν μεγάλην ἔριν ὡς ἁλιανθεὶς*
*τρῦχος ἐπ' ἀμφοτέραις δερκόμεθ' ἠϊόσιν.*

quod quidem epigramma non iniuria mendosum appellat et intellectu difficile librarius graecus. Vide autem, an hoc pacto clarius et sincerius reddi possit:

*Στρύμονι καὶ μεγάλῳ πεπολισμένη Ἑλλησπόντῳ*
*ἠρίον Ἠδωνῆς Φυλλίδος Ἀμφιπόλει.*
*λοιπά τοι Αἰθοπίης Βραυρωνίδος ἴχνια νηῷ*
*μίμνει, πὰρ ποταμοῦ τ' ἀμφιμάχητον ὕδωρ,*
*τήνδε πότ' Αἰγείδαις μεγάλην ἔριν. ὡς ἁλιανθὲς*
*τρῦχος, ἐπ' ἀμφοτέραις δερκόμεθ' ἠϊόσιν.*

Phyllidi mulieri Thressae (scio *Φυλλίδα* Thraciae regionem esse, sed nihil ad hoc epigramma) monumentum positum Amphipoli, quae urbs sita est in ostio Strymonis in Hellespontum influentis. eiusdem vero Phyllidis anathemata visuntur in Dianae fano sito in adversa ripa Strymonis, de quo fluvio strenue olim ab Atheniensibus pugnatum est duce Cimone, adeo ut utroque Strymonis littore Phyllidis reliquiae conspiciantur, velut caeruleum vexillum de malo navis suspensum.“ Bentl. Antipatri epigramma, quod nunc editum in Anthol. Palat. VII 705, denuo Bentleius tractavit ad Horat. Carm. III 25, 9, sed nescio an non ab omni parte rectius (cf. Duebner. ad Anth. Pal. I p. 504 seq.). in Sapphonis autem epigrammate, quod nunc est in Anthol. Pal. VI 269, inchoatam a Bentleio emendationem perfecerunt alii. cf. Bergk. Poet. lyr. p. 913 seq. (III) et Duebner. ad Anth. Pal. I p. 257. sed etiam nunc nondum videtur primus versus in integrum restitutus, in quo quum codex habeat *ἄφωνος ἔοισα τετ' ἐννέπω*,

nescio an scribi debeat *ἄφωνος ἐοῦσά γ' ἔτ' ἐννέπω*. Sed quod ad Callimachi Artemin *Αἰθοπίην* (de qua cf. Welcker. Goetterl. I p. 571) attinet a Selene non diversam, rectissime Naekius de Hecal. p. 57 perspexit referendum hoc ad eandem deorum syncrasin esse, qua fuerunt qui Apollinem a Phoebo, Proserpinam ab Artemide non distinguerent. vide fragm. 48, cui fragmento, quod in Prologo Hecalae legebatur, nostrum hoc si non talibus verbis, at tali vinculo adiunctum fuisse arbitror:

[*οὐ πείθονται ἀοιδοῖς*]
*οἵ νυ καὶ Ἀπόλλωνα παναρκέος Ἠελίοιο*
*χῶρι διατμήγουσι καὶ εὔποδα Δηωΐνην*
*Ἀρτέμιδος*, [*αὐτὴν δὲ καλὴν Λητωΐδα κούρην*]
*Αἰθοπίην* [*Μήνης εὐώπιδος* * * * * *],

in quibus ne quis me obiurget quod in *Ἀρτέμιδος* ultimam syllabam voluerim longam esse, ipse mihi Callimachus patrocinabitur qui Hym. in Del. 229 dixit: *Ἀρτέμιδος, ἥτις τε, θοῆς ὅτε παύσεται ἄγρης*. Illud autem si recte statuimus, Stephanum non iam putabimus dixisse, ipsum Callimachum inter alios alicubi Aethopiam Dianam Selenae aequiparasse, sed narrasse eum, fuisse qui Aethopiam et Selenam confunderent, cui interpretationi Stephani verba non refragantur. —

Atque de his quidem fragmentis Callimachi a se inventis Bentleius edisserebat. sequitur ut Ernestianum auctarium fragmentorum adiciamus, quae maximam partem Ruhnkenio deberi ne obliviscamur unquam pietas suadet.

## 418.

*Ἐπεὶ θεὸς οὐδὲ γελάσσαι*
*ἀκλαυτὶ μερόπεσσιν ὀιζυροῖσιν ἔδωκε.*

Schol. ad Gregor. Nazianz. orat. Stelit. I p. 70 Montac. = Tom. II p. 1237 Mign.: *καὶ γέλωτα ἐν δακρύοις ποιηταὶ γινώσκουσιν. Καλλιμάχειον τοιοῦτο φέρεται· ἐπεὶ θεὸς οὐδὲ γελάσαι ἀκλαυστὶ μερόπεσσιν ὀίζυροῖσιν ἔδωκεν.* Addidit Blomfieldus schol. Victor. ad Jl. VI 484: *οὐκ ἐνόησεν οὖν Καλλίμαχος τὸν στίχον* (nimirum Homeri verba *δακρυόεν γελάσασα*), *εἰπών· ἐπεὶ θεὸς οὐδὲ γελάσσεν*

*ἀκλαυτί*. *ᾠήθη γὰρ ὑπὸ τῆς διαχύσεως τοῦ γέλωτος τὰ δάκρυα γενέσθαι*, unde intelligitur vis sententiae Callimachi, quem scholiasta in animo habuisse negat Homericum locum. ibi enim (nam hoc ex reliquis scholiis supplendum esse docet vel appositum *οὖν*) duo subesse coniuncta *πάθη*, *ἡδονήν* et *λύπην*, Callimachum autem dixisse, ipsum etiam risum prorumpentem exprimere homini lacrimas. Sed Dilthey in An. Call. p. 30 aperte iniuriam fecit scholiastae, quem crimen Callimacho ingessisse autumat, nihil profecto aliud afferentem nisi quod ipse Dilthey affirmat, utrumque poetam diversam sententiam exsequutum esse. neque enim *οὐκ ἐνόησε* dum scholiasta dicit, his verbis indicare volebat p a r u m i n t e l l e x i t, ut ille putasse videtur, sed, ut dixi, i n a n i m o n o n h a b u i t, i. e. d e H o m e r i c o v e r s u p l a n e n o n c o g i t a v i t. Quin autem recte scholiasta Gregorii Callimachi sententiam indicaverit non est profecto cur dubitemus. quae talis fuit: in vita hominum praevalent lacrimae, quippe quae non solum in luctu erumpant, sed etiam laete ridentium nisu exprimantur. Non erat igitur cur Ruhnkenius Callimachi locum ante oculos habuisse Apollonium Rhodium IV 1165 diceret: *οὐπότε φῦλα δυηπαθέων ἀνθρώπων | τερπωλῆς ἐπέβημεν ὅλῳ ποδί, σὺν δέ τις αἰεὶ | πικρὴ παρμέμβλωκεν ἐυφροσύνῃσιν ἀνίη*, aut cur Naekius de Hecal. p. 156 etiam propius ad Callimacheam sententiam accedere putaret Quinti Smyr. versus VII 635: *κλαῖε δ' ὅγ' ἀσπασίως, ἐπεὶ οὐπότε φῦλ' ἀνθρώπων | νόσφι γόου ζώουσι, καὶ εἴ ποτε χάρμα φέρονται*, aut si qui alii loci afferri possunt, ubi in vita communi felicitati ridentium imminere dicitur infortunium aliquod quod lacrimas exprimat. ibi enim verae intelliguntur lacrimae infortunio aliquo intercedente excussae iis qui modo laetabantur felici casu, Callimachus autem teste scholiasta non de infortunio quod lacrimas exprimat cogitabat, sed de risu, ut lacrimarum causa. Sed vel sic Naekio l. l. et Heckero Com. Call. p. 124 largiendum videtur, fragmentum locum habuisse in Hecale carmine. certe apprime vetulae de Thesei sorte anxiae convenit dicere (Hecal. Cap. VII), videri deos amare homines lacrimantes, ut qui vel ridentibus iis lacrimas excutiant. Ceterum in fragmento *ἀκλαυτί* ex schol. Hom. praetuli. *ἀκλαυστί* habere schol. Gregorii refert etiam Boissonad. ad Herodian.

Epimerism. p. 257, qui ad eundem hunc locum pertinere etiam Suidae glossam I p. 164 *ἀκλαυστί· χωρὶς κλαυθμοῦ* credidit, sed cf. ad Vol. I p. 254.

419.

*Πιπράσκει δ' ὁ κακὸς πάντα πρὸς ἀργύριον.*

Schol. Thucyd. VII 57: *οὐδὲν ἧσσον διὰ κέρδος ἡγούμενοι πολεμίους.*] *παροιμία· πιπράσκει κ. τ. λ. τοῦ Καλλιμάχου*, quem ibi loquutum esse suspicor de Eriphyle, *ἣ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα* (Hom. Od. XI 327) et ita causa fuit ut Amphiaraus septem ducum adversus Thebas expeditioni interesset, qua periit. certe ea dum narravit non inepte poeta *παροιμιωδῶς* dicere potuit, improbum omnia habere venalia. Apud Bergk. fragmentum habes in Anth. lyr. I n. 129 = II n. 142.

420.

*Μοῦσαί μιν ἑοῖς ἐπὶ τυννὸν ἔθεντο.*

Apollon. Dyscol. de Pronom. p. 143: *Ἡσίοδος μέντοι ἐπίμεμπτός ἐστιν εἰπών· ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες, ἐν ᾧ ἑνικῷ ἀντὶ πληθυντικοῦ ἐχρήσατο. Καλλίμαχος· μοῦσαί νιν ἑοῖς ἐπὶ τυννὸν ἔθεντο.* Ita nunc Bekkerus integra edidit quae olim ex codice excerpta dederat Ruhnk. Epist. crit. II p. 177 (cf. ad fragm. 388), qui recte monet cum Toup. Emend. in Suid. II p. 283 deesse ad sententiae integritatem *γούνασι*, quod Hecker. Com. Call. p. 19 stabilivit poetae alicuius versu ab Apollon. Dyscol. Synt. IV 2 p. 308, 21 citato (cf. fragm. anonym. 261): *καὶ γὰρ ὅτε πρώτιστον ἐμοῖς ἐπὶ δέλτον ἔθηκα γούνασι.* addo Nonn. Dionys. XIII 430: *Ὀρφέα καλλείψας ἐπὶ γούνασι Καλλιοπείης*, unde colligo Callimachum quoque de Orpheo ista dixisse, fortasse in Aet. I 12. Voci autem *νίν* iure mihi videor *μίν* substituisse. cf. ad Vol. I p. 138.

[421.]

[Hoc fragmentum, quod Ernestius hoc loco dedit sic: *γῆ ἀφάρωτος*, satis certo testium testimonio collocandum erat inter fragmenta iamborum. cf. fragm. 82[c].]

422.

[Ὅ, ττι δ'] ἂν ἄγνωστον μηδὲν ἔχοιμι καλόν.

Huius fragmenti notitia parum certa debetur Hemsterhusio, qui Ernestio testes indicavit hosce: Theophylact. Simocatt. Quaest. Phys. dial. p. 7 Boisson.: ἐρῶ σοί τι τῆς φύσεως ἔργον, Πολύκρατες, ἐπεί σε φιλότιμον λόγων μουσικῶν ἐραστὴν ὑπαισθάνομαι· φίλῳ γὰρ μηδὲν ἄγνωστον ἔχοιμι καλόν, τῷ Κυρηναίῳ πειθόμενος. Idem in Dialog. quem Historiae praemisit: ἀποκρινοῦμαι ὡς ἔχω συνέσεως· μηδὲν γὰρ ἄγνωστον ἔχοιμι καλόν, ὡς ἔμοιγε καὶ τῷ Κυρηναίῳ δοκεῖ. Eustath. ad Jl. IX p. 743, 7: σημείωσαι ὅτι ἐν τῷ ἀνάεδνον δύο κεῖνται στερήσεις ἀντὶ μιᾶς μεσολαβηθέντος τοῦ ν διὰ μόνην εὐφωνίαν. οὕτω καὶ ἀνάγνωστον τὸ ἄγνωστον ἐν τῷ μηδὲν ἀνάγνωστον καλὸν ἔχοιμι. id. ad Jl. XIII p. 937, 57: γίνεται τὸ ἀνάεδνον ἐκ τοῦ ἔδνου, — ἄεδνον καὶ — ἀάεδνον — καὶ — ἀνάεδνον. τοιοῦτον καὶ τὸ γνωστόν, ἄγνωστον, ἀάγνωστον καὶ — ἀνάγνωστον, ὡς δηλοῖ ὁ γράψας μηδὲν ἐθέλειν ἔχειν καλὸν ἀνάγνωστον, ἤγουν λίαν ἄγνωστον. id. ad Odyss. XI p. 1684, 40: ἀνάπυστον. οὕτω καὶ γνωστὸν ἄγνωστον ἀάγνωστον καὶ ἀνάγνωστον κατὰ τὸν εἰπόντα μηδὲν ἐθέλειν καλὸν ἔχειν ἀνάγνωστον, ἀλλὰ δηλονότι πᾶσι γνωστόν (quae testimonio omisso repetuntur ad Jl. XIV p. 985, 24). quibus Boissonadius ad Theophylact. Quaest. p. 176 addidit Notarae verba a se edita in Anecd. graec. Tom. V p. 139: φάσκοντος τοῦ σοφοῦ, φίλῳ μηδὲν ἄγνωστον. Quorum testium nemo ipsa Callimachi verba attulit, quae facile aliquis coniciat non iam integra iis suppetiisse, sed solam sententiam ab aliis aliter per manus traditam eos protulisse. nam etsi Theophylactum Callimachi versum orationi suae accommodare maluisse facile credimus, quis Eustathium putet in re grammatica tractanda ipsa verba appositurum fuisse, si potuisset, quorum ille ne auctorem quidem novisse videtur, nedum genuinam et nativam formam. Qua in re percommode accidit, quod ad Aristotelis verba in Topic. III 3 extr.: τὸ μὲν δι' αὑτό, τὸ δὲ διὰ τὴν δόξαν αἱρετόν —. ὅρος δὲ τοῦ πρὸς δόξαν τὸ μηδενὸς συνειδότος μὴ ἂν σπουδάσαι ὑπάρχειν — haec adnotavit Alexandr. Aphrodis. p. 276 A 25 (in schol. Brandis.): ὅθεν εἴρηται καὶ τὸ ἄγνωστον μηδὲν

ἔχοιμι καλόν. huius enim testimonii, quod omnes latebat, opera iam poterit de Callimachi loco certius disputari quam hucusque factum est. Et primum quidem omnia corruunt doctorum virorum conamina, quibus fragmentum restituere in integrum studebant, etiam Meinekii ad Choliambograph. p. 166, qui vel ad choliambos verba revocabat (μηδὲν θέλω καλῶν ἔχειν ἀνάγνωστον) vel ad pentametrum (μηδὲν ἀνάγνωστον καλὸν ἔχοιμι φίλῳ, quod probavit Bergkio Anthol. lyr. II n. 143 coll. Anthol. l. I n. 130). Non tamen defraudandus laude sua Heckerus, qui in Com. Call. p. 7, nisi Callimachus scripserit μηδὲν ἔχοιμι | καλὸν ἀνάγνωστον, hanc veram fuisse scripturam conicit _ ⏑ ἀνάγνωστον μηδὲν ἔχοιμι καλόν. et magis etiam miramur Josephi Scaligeri acumen (cuius verba Heckero nota erant ex Hemsterhusii admonitione), qui ad Catull. VI (modo a parum commodo initii restituendi conamine recesseris) ipsa ab Alexandro Aphrodisio prodita Callimachi verba divinando assequutus est: [φίλῳ δ'] ἄγνωστον μηδὲν ἔχοιμι καλόν. nam ἄγνωστον quoque verius altero, ἀνάγνωστον, habeo, quoniam illud a duobus vel si mavis tribus testibus stabilitum est, alterum unius tantum Eustathii auctoritate commendatum, cui tametsi ut grammatico in quaestione grammatica plus fidei habendum quispiam iudicaverit, illud tamen vel maxime volentem deterret, quod ἀνάγνωστον pro ἄγνωστον (incognitum) dictum esse praeter Eustathium, qui ne auctoris quidem integra verba aut nomen afferre potuit, nemo veterum grammaticorum affirmat, non eorum qui Homericum ἀνάεδνος et Hesiodeum ἀνάελπτος explicabant, non Etymologi, non Hesychius aut Suidas aut Photius. Atque de ανα, quod pro ἀ privativo positum sit, cum Hermanno merito dubitat Lobeck. Elem. Pathol. I p. 195, qui Callimachum, si vere is scripserit ἀνάγνωστον, in hac re scripturam inveteratam ἀνάεδνος, ἀνάελπτος (pro ἀνέεδνος, ἀνέελπτος) sequutum esse censet, sed magis tamen eo inclinat, ut Callimachum ἄρ' ἄγνωστον scripsisse censeat. Quo paulo etiam magis ad literarum ductus accedit quod mihi in mentem venit Callimachum dedisse: ὅ, ττι δ' ἂν ἄγνωστον μηδὲν ἔχοιμι καλόν, i. e. nolim habere boni quicquam, quod incognitum sit (ᾖ) aliis. Sic enim facile perspicitur, cur in afferendo fragmento ab aliis ἄν omitti potuerit — nam ad complendam quidem sententiam ea

voce per se opus non est —, tum, si tamen alii una certe illa voce auctius fragmentum apponere maluerint scribentes *ἂν ἄγνωστον*, id cur in *ἀνάγνωστον* facile corrumpi corruptumque Eustathio imponere potuerit, qui simillimam scilicet vocem *ἀνάεδνος* in Homero se legere meminerat. et vel aliter ita *ᾰ* privativum nonnumquam in *ανα* male abiit. cf. Lobeck. l. l. et ad Phrynich. p. 728. Postremo si quis quaesiverit ubi Callimachus illam sententiam pronuntiasse videatur, habemus quae responderi non inepte queant. nam quum in Aetiorum prologo poeta narrasset, plurimas res scitu dignissimas in Helicone Musas sibi exposuisse, addere poterat eas historias nolle se secum habere non in vulgus prolatas, causam afferens hanc: [*ὅ,ττι δ'*] *ἂν ἄγνωστον μηδὲν ἔχοιμι καλόν*. Quoniam autem dubitari non potest quin versu inclusa sententia illa fuerit, non iam poterit *Κυρηναῖος* ille quem solus Theophylactus auctorem nuncupat, Aristippus philosophus intelligi, ad quem Hemsterhusius inclinabat, nam eius quoque carmina fuisse nescitur.

## 423.

*Λύκος ὠρυοίμην.*

Zenodotus de Vocib. animal. in Valcken. Animadv. ad Ammon. p. 229: *ὠρυγὴ κυρίως ἡ τῶν κυνῶν φωνή. καὶ ὠρύεσθαι, ὡς λύκος ὠρυοίμην παρὰ Καλλιμάχῳ. ὠρύεσθαι γὰρ ἐπὶ λύκων εἶπεν.* Quae ab omni parte vera esse ut putem impetrare a me nequeo. nam ne dicam *γὰρ* illud non habere quo referatur, grammaticus et ipse sibi repugnat, ut qui *ὠρυγήν* proprie de *κυνῶν φωνῇ* usurpari contendens mox Callimachi locum affert unde aliud docemur, et aliorum obloquitur doctrinae, velut alterius grammatici *περὶ φωνῶν ζῴων* ibidem a Valckenario editi p. 230: *κύων ὑλακτεῖ, βαΰζει —, λύκος ὠρύεται*, Moschopuli p. 58 Titz.: *ἐπὶ κυνῶν ὑλακτεῖν· ἐπὶ λύκων ὠρύεσθαι*, Pollucis V 86: *κυνῶν μὲν ὑλακὴ καὶ ὑλαγμὸς καὶ ὑλακτεῖν — καὶ κνυζᾶσθαι —. λύκων δὲ ὠρυγή, ὠρυγμός, ὠρύεσθαι*, unde quis non libenter velit in Zenodoto restituere *ὠρυγὴ κυρίως ἡ τῶν λύκων φωνή* —? At retinet impetum Hesych. IV p. 331: *ὠρυγή. φωνή. θόρυβος. κυρίως δὲ ἡ τῶν κυνῶν φωνή*, et mox: *ὠρύεσθαι· κλαίειν. τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν κυνῶν*, quae Zeno-

dotea illa verba aperte tuentur nec facile cuiquam et ipsa corrupta videbuntur. quamquam aliud Zenodoti, aliud Hesychii consilium fuit. hic enim quum explicet *φωνή* in universum, *θόρυβος*, *κλαίειν*, apparet eum illas voces etiam de hominibus dictas esse indicare voluisse (id quod vel lexica docent verum esse) hominibusque opposuisse animalia, qua in re hoc brevitati dedit, ut solos *κύνες* memoraret, etsi etiam alia animalia nominare debebat. Hoc autem ita esse, tertio loco ibid. IV p. 331 indicat: *ὠρυομένων· κραζόντων. κυρίως δὲ ἐπὶ λιμῷ κλαιόντων λύκων ἢ λεόντων* (coll. Zonar. p. 1894: *ὠρύω — κυρίως λέγεται ἐπὶ τῶν λεόντων καὶ λύκων*) *ἢ κυνῶν*. Atque eadem breviloquentia etiam ipsum unde Hesychius hausit lexicographum hic illic usum esse puto, cuius modi incidens in locum aliquem (in quo etiam Callimachi fragmentum allatum fuisse suspicor, quod item ostendit hominem *ὠρυόμενον*) vel ipse Zenodotus vel quem is descripsit recte monere sibi videbatur, Callimachum a communi usu aberrasse. quem poetam leniter vituperari a Zenodoto eius verba docent: *ὠρύεσθαι γὰρ ἐπὶ λύκων εἶπεν*, ubi *γάρ* in superioribus positam aliquam vocem sibi flagitat ad quam redeat. ea nunc interiit, sed hoc fere modo postliminii iure reducenda est ita, ut totus locus legatur: *ὠρυγὴ κυρίως ἡ τῶν κυνῶν φωνή. καὶ ὠρύεσθαι.* [*καὶ σημείωσαι*] *ὡς* (i. e. *ὅτι*, quod Ernest. ad Callimachi fragmentum retraxit, sed Zenodoti videtur)· *λύκος ὠρυοίμην παρὰ Καλλιμάχῳ· ὠρύεσθαι γὰρ ἐπὶ λύκων εἶπεν.* Quum autem Hesychius l. l. annotet, *ὠρύεσθαι* dici *κυρίως ἐπὶ λιμῷ κλαιόντων λύκων ἢ λεόντων ἢ κυνῶν*, suspicari licet apud Callimachum loquutum esse hominem qui fame vexatus et fere in rabiem actus mox vel luporum modo ululaturum se dixit: [*μαινόμενος λιμῷ καί κεν*] *λύκος ὠρυοίμην*, quae verba non dedecent Herculem esurientem et a Theodamante victum flagitantem (Aet. I 3).

## 424.

*Μητέρας ἐξεκένωσαν, ἐκούφισσαν δὲ τιθήνας.*

Gramm. de Barbarismo ad calcem Ammonii a Valckenar. editus p. 197: *ἀκυρολογία, ἥτις περὶ τὸ σημαινόμενον ἁμαρτάνεται. τῆς δὲ κακίας μέρος ἐστὶ καὶ ἡ ἀκυρολογία, ὡς παρὰ τῷ Καλλιμάχῳ ἐπὶ τῶν ἀπολομένων νηπίων·*

*μητέρας κ. τ. λ. τοὐναντίον γάρ, ἐβάρυναν ἀπολέσαντες τὰ ὑπ' αὐτῶν τρεφόμενα βρέφη.* Fragmentum ab Ernestio appositum significat etiam Gregor. Corinth. schol. in Hermogen. in Walzii Rhetor. graec. vol. VII p. 1133: *αὐτίκα παρὰ τῷ Καλλιμάχῳ εὑρίσκεται ἐπὶ τῶν ἀπολλυμένων νηπίων· ἐκουφίσθησαν δὲ τιθῆναι.* Uterque testis quum addat, agi de infantibus occisis, facile erat ad coniciendum, eos intelligi infantes quos Poena occidit ab Apolline missa propter Linum a canibus direptum, quod primus intellexit Lobeck. Paralip. p. 194, tum Hecker. in Comm. crit. de Anthol. gr. (I) p. 201. Sed alterum hoc testimonium prae priore adeo grave visum est post Bernhardy in Jahrb. für wissenschaftl. Kritik 1838, II p. 353 Heckero, ut totum fragmentum ita corrigendum esse putaret: *μητέρες ἐξεκενώθεν, ἐκουφίσθεν δὲ τιθῆναι* (hoc enim accentu istas aoristorum formas scribendas esse sibi persuasit), cui simile est quod Bergk. Anth. lyr. II n. 12 (p. 144) dedit: *μητέρας ἐξεκένωσεν, ἐκούφισθεν δὲ τιθῆναι.* At activum in Callimachi fragmento formam unice tuetur anonymi grammatici paraphrasis *ἀπολέσαντες τὰ βρέφη* et quod contrarium dicit esse *ἐβάρυναν* (non *ἐβαρύνθησαν*), ut ipsum quidem in poetae verbis, quae iustum hexametrum efficiunt, activum *ἐξεκένωσαν* et *ἐκούφισσαν* invenisse certum sit. alter autem testis quum partem tantum apponat nec quae per se hexametri modulum habeat, probabile est sententiam tantum, non ipsa verba Callimachi adicere eum voluisse. Sed aliam suspicor causam fuisse, quae qui passivum commendabant ad mutandum activum impellebant. quum enim alibi *Ποινή* narretur infantes illos interfecisse, pluralem *ἐξεκένωσαν* et *ἐκούφισσαν* non aptum illi putabant. Sed quidni Callimachus subiectum posuerit non solum *Ποινήν*, sed ipsum simul qui eam misit Apollinem? quod si cui displiceat tamen, vel aliud est contra corrigendi necessitatem ad manus refugium. nam canes Linum diripientes quum illius caedis causa fuissent, hi quoque a Callimacho in Aet. I 5 (coll. Rauch. p. 14) dici poterant matres *ἐκκενῶσαι* et nutrices *κουφίσαι.* Ergo cum Lobeckio l. l. nihil mutandum duxi.

[425.]

[Hoc fragmentum errore huc intravit. Nam in Stobaei Floril. LIX 7 hos versus paululum corruptos *ὡς ἡδὺ θάλατταν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν | ὦ μῆτέρ ἐστι μὴ πλέοντα μηδαμοῦ* Trincavellus Callimacho tribuit, unde inter Callimachi fragmenta Ernestius recepit, etsi intercesserat Ruhnken. Epist. crit. II p. 189. Et ascripti nunc codicum fide sunt Archippo comico, cui adtribuere non dubitavit Meinek. Com. graec. fragm. II 2 p. 727.]

426.

*Φορβειὴ αὐλητική.*

Pollux X 153 de *αὐλοῖς* agens *καλαμίνοις*, ait, *αὐλοὺς* (*σύριγγας*? cf. Poll. IV 67 coll. Aristoph. fragm. 181 Bergk.) *Ἀριστοφάνης ἔφη, καὶ Καλλίμαχος τὴν φορβειὰν τὴν αὐλητικήν.* De *φορβειαῖς* vide schol. Aristoph. Vesp. 582: *φορβειαί εἰσι τὰ δέρματα τὰ περὶ τὰ στόματα τῶν αὐλητῶν προσδεσμευόμενα, ὅπως ἂν σύμμετρον τὸ πνεῦμα πεμπόμενον ἡδεῖαν τὴν φωνὴν τοῦ αὐλοῦ ποιήσῃ*, coll. Boettiger. Vermischte Schrift. I p. 54. Vox *φορβειά* ultimam longam habuisse novimus ex Herodian. I p. 291, 18: *τὰ διὰ τοῦ εια ὀξυνόμενα ἐκτείνοντα τὸ α ἐπὶ οὐσιῶν λαμβάνεται, οἷον παρειά —, φορβειά (σημαίνει δὲ τὸ περιστόμιον) κ. τ. λ.* Ab hac igitur parte non obloquetur quisquam, si in hexametro Callimachum dixisse coniecerim – ⏑ ⏑ *φορβειὴ αὐλητική* – ⏑ ⏑ – –. quae locum habere in epigrammate aliquo *ἀναθηματικῷ* poterant quo tibicen in certamine victor tibiam una cum capistro dicaverat deo, quale epigramma habemus Archiae in Anthol. Pal. VI 195. Callimachus autem ita ordiri poterat: [*ἥδ' ἡ*] *φορβειὴ αὐλητική*, [*ἣν ἐσόρηαι*, | *αὐλός τ' εὐκέλαδος δῶρ' ἀπὸ* – ⏑ ⏑ – *κεῖταί σοι κ. τ. λ.*]

427.

*Ἀσπαστύς.*

Suidas I 1 p. 801: *ἀσπαστοί· ἄσμενοι, θεοειδεῖς· παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ ἀσπαστύς, ἀσπαστύος, τουτέστι προσηγορία φιλία.* Eadem cum Callimachi nomine habet Zenob. p. 312.

Poterat hac voce poeta uti in Hecal. (vel Cap. X extr.), ut Naek. p. 154 statuit, sed poterunt etiam alii multi cogitari loci, ut Aet. II 5 init.

428.

*Ἔκ με Κολωνάων τις ὁμέστιος ἤγαγε δαίμων*
*τῶν ἑτέρων.*

Suid. II 1 p. 319: *Κολωνάων καὶ νησάων. παραλόγως ἐχρήσατο Καλλίμαχος· οὐ γὰρ παράγεται ἀπὸ τῆς κολώνης, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κολωνοῦ.* Tantum quidem Ernestius. at auctiorem nunc locum habemus ex schol. Ambros. Q ad Hom. Od. XIV 199: *ὁ Καλλίμαχος τὸν Κολωνὸν ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς εἶπεν· ἐκ μὲν Κολωνάων τις ὁμέστιον ἤγαγε δήμου τῶν ἑτέρων.* eadem leguntur in codice Harleiano nobilissimo, nisi quod Cramerus in Anecd. Paris. III p. 488, 9 sic ibi legi annotavit: *ὁ Καλλίμαχος τὸν Κολωνὸν θηλυκῶς καὶ πληθυντικῶς*, quod sine dubio verius est, Callimachi autem fragmentum Porsonus apud Gaisford. in Addend. ad Suid. l. l. in eodem codice (nam sine dubio Harleianum codicem intellexit) sic scribi affirmat: *ἐκ μὲν Κολωνάων τις ὁμέστιος ἤγαγε δήμου τῶν ἑτέρων.* Rectissime quidem Porsonus et Buttmannus emendarunt *ἔκ με Κ.*, sed iidem num iure *τῶν ἑτάρων* scribere maluerint, diiudicari nequit, priusquam fragmenti Callimachei quasi scena probabiliter restituta coniectando fuerit. Et quoniam rem in Attica agi apparet, continuo Buttmannus ad Hecalen fragmentum rettulit, cui assentiens (praeter Hecker. Com. Call. p. 92 et 119) Naekius p. 126 seq. iure affirmat, si ex Hecale verba sint, neminem dicere ea potuisse nisi ipsam Hecalen, — quae narraverit se e Colono eum in locum ubi nunc habitabat devenisse, qui locus postea nomen ab ipsa traxit. Quibus perspectis egregie vir ingeniosissimus intellexit emendandum esse *ἤγαγε δαίμων*, quod magnopere commendari vidit Hom. Od. VII 248: *ἀλλ' ἐμὲ τὸν δύστηνον ἐφέστιον ἤγαγε δαίμων* (coll. XIV 386 et XXIV 149) et Nonn. Dionys. XLIV 265: *Ἀκταίην δὲ μάχαιραν ἀπ' Ἀτθίδος ἤγαγε δαίμων*, ipsoque Callim. in Lav. Pall. 81: *τίς σε χαλεπὰν ὁδὸν ἄγαγε δαίμων.* Sed in una tamen re nec aliis, nec ipsi sibi satisfecisse Naekius videtur. nam *τῶν ἑτέρων*,

inquit, ita accipio, insolenter sane dictum, ut significet *hos alios*. quae quum subobscura esse merito fassus esset Schneidew. pone Eustath. Prooem. Comment. Pindar. p. 53 seq., spreto Naekiano *δαίμων* Hecalen dixisse putabat, se ab aliquo ex Colono *ἱππίῳ* conductam familiaeque ipsius ascriptam esse, forsitan ut *ταμίη* esset, distinguere autem Hecalen utrumque Colonum (dicendo *ἔκ με Κολωνάων τις ὁμέστιον ἤγαγε δήμου τῶν ἑτέρων*) propterea, ne Theseus ipsam ex Colono *ἀγοραίῳ* ab aliquo mercede conductam in animum induceret. Hoc profecto est nimium suspicacem esse. ac similiter secundum Cobet. Mnemos. Vol. X p. 417 Hecale Theseo narravit nupsisse se olim cuidam *ἐκ Κολωνάων δήμου τῶν ἑτέρων*. nam duos fuisse *Κολωνούς*. Sed multo melius *τῶν ἑτέρων* contra Porsoni Buttmannique coniecturam *ἑτάρων* a Dindorfio adeo receptam in verborum ordinem tutari posse nobis videmur salva quam Naekius eruit sententia. quidni enim *δαίμονα τῶν ἑτέρων* interpretemur daemonem ex malorum daemonum numero, quem ad modum ipse Callimachus in frag. 91 dixit *οὓς ἔσχεν οὕτερος δαίμων*, convenienter Graecorum usui, qui *ἕτερα* opponere solent bonis. cf. Lobeck. de Antiphras. et Euphemism. p. 302, quae commentatio legitur in Act. societat. Graec. Lips. II p. 289 seqq. Hic igitur malus daemon *ὁμέστιος* (id enim cum codice Harleyano teneo) ab Hecale appellatur, quoniam iam antea domui familiaeque Hecalae affuit, ut etiam *Ζεύς* dicitur *ὁμέστιος βροτῶν*, si quidem recte hoc correctum est in Sophoclis fragm. 408 Dind. = 413 Nauck. Sed si quis tamen alterum (*ὁμέστιον*) praeferendum censuerit, ei aliquid extrinsecus supplendum erit, ut appareat cui *ὁμέστιος* Hecale fuerit, ut tale quid Callimachus dixerit: [*πενίῃ δὲ*] | *ἔκ με Κολωνάων τις ὁμέστιον κ. τ. λ.*, quod firmari aliquis putaverit Nonni loco Dionys. XXIV 62: *φῦλα Σαλάγγων* | *χρυσοφόρων, οἷς πλοῦτος ὁμέστιος*, praesertim quum is poeta *ὁμέστιος* saepius usurpaverit, Dion. X 3. XIII 151. XXXV 275. XXXVI 286. quod si cui ex huius Callimachei loci exemplo factum visum erit, equidem non refragabor. Vel sic tamen manebit, Coloni olim habitasse Hecalem, unde *κακοδαίμονα* aliquem deduxisse se in eam regionem narrat Theseo, ubi nunc casam habeat. Id quam aptum fuerit mulieri in Hecal. Cap. V argumentum

narrationis patet. — Uter autem rectius iudicarit, Suidasne, qui Callimachi in Del. 66 recordatus *Κολωνάων* a nominativo *Κολωνός* formatum putabat ut *νησάων* a *νῆσος*, an scholiasta Homeri, qui Callimacho nominativum fuisse *Κολωναί* contendit, non iam discerni hodie potest.

[429. 430.]

[Duo haec fragmenta Suidas, cui Ernestius debet, apertis verbis ex Hecale citat. ad hoc igitur carmen referenda fuerunt. cf. fragm. 66[b] et 66[d].]

431.

*Παιδοῦσα.*

Schol. Sophocl. Trachin. 308: *ἄνανδρος ἢ τεκνοῦσα· τέκνα ἔχουσα, ὅπερ Καλλίμαχός φησι παιδοῦσα.* Sine auctoris nomine Suid. II 1 p. 162 *παίδουσα ἢ παιδοῦσα· ἐγκύμων*, et Phot. Lex. II p. 45 Nab.: *παιδοῦσα· ἐγκύμων.* Non *τεκνοῦσσα* solum, sed etiam *παιδοῦσσα* scripserunt Brunck. atque Hermann. ad Sophocl. l. l., Dindorf. ad schol. Sophocl. Tom. II p. 70 et in Thes. Paris. vol. VI p. 43 A, Naber. ad Phot. l. l., alii, Herodiani (cf. Arcad. p. 97, 15 = Herod. I p. 268, 28 et p. 270, 5) auctoritatem sequuti, qui *τὰ εἰς σα παραλήγοντα τῇ ου, εἰ μὲν ἔχοιεν ἓν σ, προπαροξύνεσθαι, εἰ δὲ δύο ἔχοιεν, περισπᾶσθαι* iubet, etsi libri saepe nutant, cf. Meinek. ad Stephan. p. 95. Dubitant tamen de scripturae *παιδοῦσσα* necessitate et *παιδοῦσα* nolunt sibi eripi Blomfield. ad Aeschyl. Prometh. 1028 et Bernhardy ad Dionys. Perieg. p. 820 (quamquam is in Suid. l. l. edidit *παιδοῦσσα*). Et ut verum fatear, mihi vel de scripturae *τεκνοῦσσα* in Sophoclis loco veritate gravis admodum dubitatio est. Ea enim vox quum non possit nisi ex *τεκνόεσσα* contracta esse, secundum eorum nominum analogiam (a quorum significatione etiam Callimacheum *οὐατόεις* fragm. 320 non multum recedit, ut quod significet certe *magnis* auribus instructum) significabit mulierem liberis *abundantem.* at abundantiae notio in Sophoclis loco parum apta est, ubi nominis *ἄνανδρος* oppositio docet cogitari de muliere virum iam experta, quae partum edit (i. e. edere solet). id ipsum autem significat *τεκνοῦσα*, a *τεκνοῦν* derivatum, firmatque hanc

formam etiam Hesych. IV p. 137: τεκνοῦσα· τέκνον ἔμβρυον ἔχουσα. Sive autem Hesychius Sophoclem l. l. respexit, sive alius poetae locum (quorum hoc fere praetulerim, quum scholiasta explicet τέκνα ἔχουσα, quod Sophoclis loco convenientissimum, Hesychius autem τέκνον ἔμβρυον ἔχουσα), ad vocis τεκνοῦσα normam Callimachus suum illud παιδοῦσα satis temere finxisse videtur (nam verbum παιδοῦν certe non legitur alibi ac ne substantivo quidem παίδωσις satis firmari potest), cuius non iam opus videbitur ut σ duplicetur. Scholiastam autem Sophoclis ut praeter nominis formam etiam significationem vocis παιδοῦσα indicare voluisse putemus (τέκνα ἔχουσα) nihil cogit. imo Suidae et Photii explicatio vocis παιδοῦσα (ἐγκύμων) cum Hesychiana vocis τεκνοῦσα interpretatione ita conspirat, ut non dubitemus quin Callimachus παιδοῦσα fingens locum ab Hesychio explicatum ante oculos habuerit indidemque etiam significationem sumens locutus sit de muliere gravida, sed nondum foetum enixa. quae ni fallor vel Herculis vel Eurysthei mater fuit in Aet. I 8. quamquam etiam Semelen (Aet. IV 4) intelligi posse video. Et de Aetiis Rauchius quoque p. 80 cogitavit loco non indicato, Heckerus autem Com. Call. p. 130 de Aethra muliere et Hecale carmine. Postremo Dindorfius in Thes. l. l. ad Callimachi exemplar se composuisse Tzetzam censebat, dum ad Lycophr. 843 δειρόπαιδος γαλῆς interpretabatur sic: γαλῆς τῆς παιδούσης (sic codices omnes) καὶ παῖδας τικτούσης ἐκ τοῦ τραχήλου, unde nolim suspicetur quisquam Callimachum rem quoque eandem quam Tzetzam exposuisse.

## 432.

Ὡς ὅτ' ἐν Ἄργει
ἀσπίδ' ἄεθλον ἑλών.

Lactant. ad Statii Theb. II 250: proverbium apud Argivos, quum alicuius ignaviam irriderent, ut *Callimachus* ait: ωςεν (vel ωστεν) ACπIOAλTONeλΘN. Ita Tiliobroga edidit, quibus saniora non sunt quae e codicibus Monacensibus enotavit Wölflin. in Philol. Vol. XXIV p. 157. Ad explicandum autem locum iam ab aliis monitum, clipeum Argivum non uno modo in proverbium abiisse (cf. Schneidew. ad Paroemiograph. I p. 32), imprimis autem fuisse

gloriosum, si quis in certamine publico clipeum reportasset, idque prae ceteris in causa fuisse, cur quis superbire posset. Unde proverbio increbuit dicique solebat: *ὡς τὴν ἐν Ἄργει ἀσπίδα καθελὼν σεμνύνεται* (Zenob. Cent. VI 52 cum not. Schneidew.). Id ipsum autem proverbium quum ex corruptis Lactantii verbis tamquam per involucra perlucere videatur, iure hac via viri docti ad emendanda graeca Lactantii verba progressi sunt. quorum conamina Ruhnkenius ad h. l. et Naek. de Hecal. p. 274 enumerarunt, quibus Naek. novum addidit hoc: *σεμνύνεθ', ὡς ἂν ἀσπίδ' Ἀργείων ἑλών*. Mihi autem etiamnum probabilius videtur quod olim proposui in Proleg. Aet. p. XII (cf. supra p. 64) et nunc in ordinem recepi, teneoque etiam hoc, Callimachum illud dixisse in Aet. I 6. Ibi enim quum originem dandae *ἀσπίδος ἐν Ἄργει* narrasset, profecto non absurdum est statuere, ibidem poetam huius quoque proverbii mentionem fecisse. Quoniam autem Lactantius dicit, usum huic proverbio fuisse, si cuius ignaviam Argivi irriderent, id mihi quidem non tam perversum videtur quam Naekio p. 275 visum est, qui proverbium non in ignavum, sed in superbientem, *ἐπὶ τῶν μεγαλοφρόνων*, dictum fuisse affirmat. Sane quidem locus proverbio fuit, si quem dicebant iure meritoque superbire, tamquam *τὴν ἐν Ἄργει ἀσπίδα* reportasset, et ita proverbio usi sunt sine dubio saepissime. sed quidni etiam militem aliquem gloriosum linguaque tantum fortem, re vera autem ignavum ridentes per *εἰρωνείαν* dicere poterant *σεμνύνεσθαι ὡς τὴν ἐν Ἄργει ἀσπίδα καθελόντα*, i. e. tamquam qui maxime egregia facinora perpetrasset —? Itaque Callimachum puto dixisse, summam fuisse si quis accepisset illius clipei gloriam, adeo ut in proverbium abiret, non solum ubi virum fortem dicere vellent optima quaeque perfecisse, sed etiam ubi virum ignavum carperent et irriderent. ubi talibus verbis poeta uti potuit: [*χὠ κακός, ὥς φασιν, σεμνύνεται*], *ὡς ὅτ' ἐν Ἄργει* | *ἀσπίδ' ἄεθλον ἑλών*, i. e. etiam vir ignavus in proverbio dicitur superbire, tamquam *ἐν Ἄργει ἀσπίδα* reportaverit.

433.

*Ὀλυμπιάδες. — Κόροιβος.*

Euseb. Chronic. I p. 39 (coll. Cram. Anecd. Par. II p. 141): *Καλλίμαχος δέκα τρεῖς Ὀλυμπιάδας ἀπὸ Ἰφίτου παρεῖσθαί φησι μὴ ἀναγραφείσας, τῆς δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτης Κόροιβον νικῆσαι.* Eadem ex eodem fonte hausta tradunt Syncell. p. 196 C et schol. Lucian. p. 221 Jacobitz., Callimacho quoque non omisso, qui quin in Aet. I 8 hoc dixerit non videtur dubitari posse.

434.

*Ἵν' ἔλλερα πολλὰ τέλεσκεν.*

Hoc primus e Lexic. Ms. Paris. protulit Alberti ad Hesych. I p. 1180: *ἔλλερα· χαλεπά. σημαίνει δὲ καὶ τὰ βλέφαρα* (*βλαβερά* Albert.). *Καλλίμαχος· ἵν' ἔλλερα π. τ., ὄλλυρά τινα ὄντα,* nunc innotuit etiam ex Etymologi cod. Nan. ap. Gaisford. ad Etym. Magn. p. 331, 31 et ex Etym. Florent. p. 108: *ἔλλερα — τὰ βλέφαρα* (sic uterque codex)· *Καλλίμαχος· ἵν' ἔλλερα πολλὰ τέλεσκεν.* Sed ex Suid. I 2 p. 180 (*ἔλλερα ἔργα. φόνια, χαλεπά, κακά.* add. Zonar. p. 689) nemini auctor sim ut aliquo modo etiam *ἔργα* Callimacho restituere conetur, etsi facile concedo, ibi quoque non alium atque Callimachi locum respici, ut factum procul dubio etiam ab Arcadio p. 123, 1 = Herodian. I p. 386, 19 (*ἔλλερον, τὸ κακόν*), Eustath. ad Jl. VI p. 635, 3 (*ἔλλερά φασι κατὰ διάλεκτον τὰ κακά*, Hesych. II p. 68 (*ἔλλερα· ἐχθρά. πολέμια. ἄδικα*). Adiectivum *ἔλλερος* cum verbo *ἔλλετε* (fragm. 292) cohaerere probabilis admodum Naekii p. 167 suspicio est, qui etiam Zenodoteae scripturae *Ἐλλεροφόντης* (sic enim ille pro *Βελλεροφόντης* scripsit. cf. Duentz. de Zenod. p. 103) admonuit. *Τέλεσκεν* autem cur parum certum Lobeck. ad Buttmann. Gr. gr. II p. 60 dicat non intelligo. nisi hoc indicare voluit, *τέλεσκε* hic non videri esse a verbo *τελέσκω* (cf. ad Nicandr. p. 96), sed verbi *τελεῖν* esse formam frequentativam, ut in Call. hym. in Dian. 123. Rectissime autem, si quid ego sapio, Naek. l. l. fragmentum ad Hecalen revocavit, quamquam non video, cur Scironem potius vel aliquem ei similem quam taurum Marathonium intelligere velit,

cui aptissimum mihi quidem videtur fuisse in Hecal. Cap. II, iunctum fortasse cum fragm. 350.

435.

*Οἵ κεν βρωσείοντες ἐμὸν παρίωσιν ἄροτρον.*

Apollon. Sosphist. Lex. s. *ὀψείοντες*, p. 521 Toll.: *ὁ τύπος τῆς λέξεως Ἀττικός. κλαυσείοντες γὰρ λέγουσιν ἀντὶ τοῦ κλαυστικῶς ἔχοντες. καὶ Καλλίμαχος· οἵ κεν βρωσείοντες ἐμὸν παριῶσιν ἄροτρον, ἀντὶ τοῦ βρωτικῶς ἔχοντες.* Toupius, qui *παρίωσι* correxit Addend. Theocrit. p. 395, de gruibus interpretatur qui nescio cuius aratrum praetervolent, Naek. p. 130 dubitanter de Hecale, quae tamen tunc quidem ubi cum Theseo confabulabatur (nam ad praesens hoc tempus spectat coniunctivus) aratrum habere non potuit. Melius Hecker. Com. Call. p. 78 de Theodamante cogitavit. Dixerit igitur in Aet. I 3 Theodamas Herculi cibum petenti: non possum omnes qui aratrum meum praetereunt esurientes satiare. (aliter enim ipse mox egerem). Atque ita fere etiam Rauch. de Aet. p. 35 n. 59.

436.

*Ἀρότας κύματος Ἀονίου.*

Orion. Theban. Etym. p. 32, 12: *ἀλίτης — καὶ παρώνυμον ἀλιτήρ, ὡς ἀρότης, ἀροτήρ. Καλλίμαχος· ἀρότας κύματος Ἀονίου.* Lachmann. ad Propert. III 6, 44 p. 157 Callimachum putat dixisse poetam *ἀρόταν κύματος Ἀονίου*, in quo certe dorismus ferri nequit. Sed Laium vel potius Cadmum Aonii fetus parentem intelligendum esse ter affirmavit Ungerus, vir doctissimus, in Theban. Parad. p. 418, Lexid. p. 12, de Sinid. p. 82 n. 17. at is quoque non veritus est dorismum. imo *ἀρότας* pluralis erat et nautas (maris Boeotici) significabat, quae ab Ernestio iam proposita explicatio est, firmata illa ab Jacobs. in Del. Epigr. p. 269 loco Antiphili in Anthol. Pal. IX 242, 3: *πόντου ἀροτρευτὴρ ἐπιδέξιος.* Intelligo autem Argonautas, quos tandem *ἀρότας κύματος Ἀονίου* secundum ventum in patriam propulisse poeta dixerit in Aet. II 10. nisi quis de Glauco carmine cogitare maluerit.

## 437.

Ὃ δὴ μήκωνα πατεῖται.

Orion. Theban. Etym. p. 162, 21: ὅτι δὲ πατῶ ἐπὶ τοῦ ἐσθίω κεῖται, τίθησι τοῦτο καὶ Καλλίμαχος λέγων· ὁ δὴ μήκωνα πατεῖται. Post Ernest. innotuit etiam ex Melet. de corpor. human. in Cramer. Anecd. Ox. III p. 83, 11: πατῶ τὸ ἐσθίω· ὅθεν καὶ τὸ πάσασθαι ἀντὶ τοῦ γεύσασθαι καὶ φαγεῖν ἢ (?) ὡς Καλλίμαχος· μήκωνα πατεῖτε, ubi nunc certe codex M. apud Ritschel. Opusc. I p. 699 habet πατεῖται. Praeterea ὃ δὴ (cf. Apollon. Rhod. IV, 651 et 1720 etc.) scribendum esse, ut sit ob quam causam, monui in Philol. vol. VI p. 534, ubi ad instituta Thesmophoria fragmentum rettuli (Aet. III 4). utrumque probavi Rauchio p. 69 n. 160.

## 438.

Οἵ δ' ὥστ' ἐξ ὀχεῆς ὄφις αἰόλος αὐχέν' ἀνασχών.

Orion. Theban. Etym. p. 165, 2: χεὰ — καὶ μετὰ περισσοῦ τοῦ ο Καλλίμαχος· οἱ δ' ὥστε ἐξ ὀχεῆς σοφίσαι ὅλως αὐχένα ἀναύχην. Admisi Ruhnkenii emendationem in Epist. crit. II p. 189 propositam et probatam Ernestio et Valcken. ad Adoniaz. p. 255 A, nisi quod uterque ὃς δ' ὡς scripserunt sine causa. Sed ὃς δ' certe praetulit etiam Naek. de Hecal. p. 179, qui Theseum agnoscere sibi videbatur narrantem in Hecale carmine, quo modo e saxis Sciron sive in ipsum Theseum, sive ante in viatores alios prorupisset, quam probarem interpretationem, nisi cum mutatione verborum, utcunque est lenis, compensanda esset. quod autem idem Naekius perspicere se negat, cur Valcken. l. l. Toupii (cf. Emend. in Suid. II p. 253) conamen ἀνέσχεν reiecerit, recte sine dubio sensit Valckenarius, uberiorem fuisse comparationem quam quae in verbo aliquo finito, qualis ἀνέσχεν est, desinere et vim habere primariam potuerit. Nihilo tamen minus etiam Unger. in Theban. Parad. p. 418 dubitari posse negat, quin recte Toupius ἀνέσχεν scripserit, etsi male is de Hercule et Jolao cogitaverit circa hydram occupatis. ipse enim Ungerus cogitandum putabat de serpente Tiresiae (cf. ad fragm. 415). Et aliud quid atque ἀνέσχεν primarium in illa comparatione fuisse verbum, docere videtur etiam Hom. Jl. XXII 93 seqq.:

*ὡς δὲ δράκων ἐπὶ χειῇ ὀρέστερος ἄνδρα μένῃσιν,*
*βεβρωκὼς κακὰ φάρμακ', ἔδυ δέ τέ μιν χόλος αἰνός,*
*σμερδαλέον δὲ δέδορκεν ἑλισσόμενος περὶ χέιῇ,*
*ὣς Ἕκτωρ ἄσβεστον ἔχων μένος οὐχ ὑπεχώρει,*

quae fere persuadent mihi, ut Callimachum quoque verbum finitum *μένῃσι* in sequentibus posuisse censeam, homines quosdam dicentem qui intrepide hostes aggredientes manserint nec loco cesserint. quod fecerunt Thebani quos Septem aggrediebantur, ut hoc fragmentum olim in Aet. I 9 fuisse putaverim. — De *ὀχεή* disputantem vide Lobeck. Elem. Path. I p. 84 seq.

[439]

[Hic ab Ernestio positum fragmentum quum qui citat ex Aetiorum libro primo se petiisse dicat, supra inter certae sedis fragmenta collocandum erat. cf. fragm. 13c.]

440.

*Ἄνωγε δὲ πορθμέα νεκρῶν.*

Schol. Ms. ad Jl. X 12: *τὸ δὲ ἄνωχθι ἐνεστῶτός ἐστι —, ἀναλογώτερον δὲ τὸ παρὰ Καλλιμάχῳ· ἄνωγε δὲ κ. τ. λ.* Ita Ernestius, quem arbitror indicare voluisse codicem aliquem Parisinum, certe e Lipsiensi nihil eius modi editum a Bachmanno. at in Parisiensi quoque codice 2679 ad eundem Jliadis locum illud scholium cum Callimachi nomine et fragmento extare refert Cramer. in Anecd. Par. III p. 12. Sed schol. Venet. A eadem habet ad Jl. X 67, ibidemque etiam in cod. Basil. illud scholium legi narrat Valcken. Diatrib. in Eurip. p. 281 A, nihil tamen praeter *πορθμέα νεκρῶν* inde citans, consilio, ut puto, non ob codicis penuriam. postremo nuper ex Etym. Florent. p. 36 Millerus enotavit: *ἄνωχθι· κέλευε. ἐνεστώς ἐστι καὶ παρατατικὸς μᾶλλον ἢ παρακείμενος· ἀναλογώτερον δὲ παρατατικός· Καλλίμαχος·* (num: *ἀναλογώτερον δὲ παρατατικὸν Καλλ.*? i. e. *λέγει*)· *ἄνωγε δὲ πορθμέα νεκρῶν.* Quae verba Thesei in Hecale esse dubitanter coniecit Naek. p. 278, ego autem paulo confidentius affirmaverim ita explicatis verbis ut supra feci in Hecal. Cap. IX.

[441]

[Hoc fragmentum quum aperto testimonio ad Epigrammata pertineat, inter haec ei locus dandus fuit. cf. fragm. 74b.]

442.

*Ἀμάρτυρον οὐδὲν ἀείδω.*

Schol. Dionys. Perieg. 1 p. 318 Bernh.: *παραιτεῖται τὸ ἀμάρτυρον, ἴσως ἐκ τοῦ Καλλιμάχου τοῦτο μαθών, ἐπεὶ κἀκεῖνος „ἀμάρτυρον οὐδὲν ἀείδω“ φησί.* His Callimachi verbis non video qui aptior locus fuerit quam is, ubi poeta narravit plurima se a Musis coram audivisse, ut quaecunque narret non iam sine teste canat, i. e. in Aetiorum Prologo. Minus vere Naek. p. 52 Hecalae Prologo ascripsit, Rauchius autem p. 19 n. 21 uni alicui certo *αἰτίῳ.*

443.

*Οὓς Βρέννος ἀφ' ἑσπερίοιο θαλάσσης*
*ἤγαγεν Ἑλλήνων εἰς ἐπαναστασίην.*

Schol. Dionys. Perieg. 74: *οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ Γαλάται τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἄποικοί εἰσιν, ὡς καὶ οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ Ἴβηρες τῶν ἐν ταύτῃ ἄποικοί εἰσιν. περὶ ὧν φησι καὶ Καλλίμαχος· οὓς Βρέννος ἀφ' ἑσπερίοιο θαλάσσης ἤγαγεν Ἑλλήνων εἰς ἐπανάστασιν,* quorum ultima iam olim (cf. supra p. 44) correxi *εἰς ἐπαναστασίην*, quod probavi Bergkio in Anth. lyr. I n. 139, non item Meinekio ad Callim. p. 54, qui Ruhnkenium recte coniecisse ratus *Ἑλλήνων ἐπ' ἀνάστασιν*, aliud, inquit, est *ἀνάστασις*, *eversio*, aliud *ἐπανάστασις*, *seditio*. non igitur tunc quidem meminerat vir egregius etiam Sophoclem Antig. 533 dixisse *κἀπαναστάσεις θρόνων.* Ceterum ex scholiastae verbis facile aliquis suspicetur Callimachum ibidem etiam Iberum mentionem iniecisse. Neutrum autem uberiore narratione fecisse eum putaverim, sed obiter rem indicasse, fortasse eo loco ubi Argonautas narrabat Celtorum quoque terram praetervectos esse, i. e. in Aet. II 3. dixerit igitur ibi Iasonem procul vidisse terram nativam Galatarum, quos multo post Brennus adduxerit ad evertendam Graeciam: [*καὶ Γαλάτας* | *δηναιούς*], *οὓς Βρέννος*

κ. τ. λ., ubi δηναιούς ita dictum volo ut in Apollon. Rhod. III 53 et IV 645.

444.

*Ἰηπύγων ἔγχος ἀπωσάμενοι.*

Schol. Dionys. Perieg. 100: ὁ Ἀδρίας παράκειται ἄχρι τῆς τῶν Ἰαπύγων, οἵ εἰσιν ἐν Ἰταλίᾳ. μέμνηται δὲ αὐτῶν καὶ Καλλίμαχος οὕτως· Ἰηπύγων ἔγχος ἀπωσάμενοι. Alter codex ἀπωσάμενον, nescio quo iure, sed hoc certe constat, sine causa Blomfieldum ad h. l. Ἰηπυγίων scribi iussisse, non aliam, opinor, ob causam, nisi quod Ἰήπυγες media syllaba brevi dici colligebat ex nomine Ἰηπυγίη apud Dionys. Perieg. 91: ναὶ μὴν καὶ τετάνυσται Ἰηπυγίην ἐπὶ γαῖαν, et 482: εἰσελάσῃς ἐπὶ νηός, Ἰηπυγίην ἐπὶ γαῖαν. at idem tamen Dionysius v. 379 dixit: φῦλά τ' Ἰηπύγων τετανυσμένα μέσφ' Ὑρίοιο, ubi Bernhardy praeter Callimachi hunc locum admovit etiam oracul. apud Strabon. VI p. 279: οἰκῆσαι καὶ πῆμα Ἰαπύγεσσι γενέσθαι. add. Theodorid. in Anthol. Pal. VI 222, 2: πόντος Ἰαπύγων ἔβρασ' ἐπὶ σκοπέλους, de quo non recte statuit Jacobs. ad Anth. Pal. Vol. III p. LV. nam profecto mirum non est, a macroparalecto Ἰήπυγες derivari aucto syllabarum numero Ἰηπυγίη penultima brevi. cf. Lobeck. ad Aiac. p. 184 not., Proleg. Path. p. 281, p. 468 not., p. 520, Meinek. ad Theocrit. p. 200. Videtur autem illud Callimachus dixisse ubi Crotonem memorabat (fragm. 447). eam enim urbem olim Japyges tenebant (cf. Ephor. ap. Strab. VI p. 262 C), quos arcebant qui eo venerant coloni Graeci. Ipsam autem Crotonem fortasse nominavit, ubi Italiae hanc oram legisse Argonautas narrabat in Aet. II 4. Aliter Rauch. p. 78, qui pone fr. 448 fragmento locum dedit.

445.

*Οὐδ' ὅθεν οἶδεν ὁδεύει*
*θνητὸς ἀνήρ.*

Schol. Dionys. Perieg. 221: Θεόκριτος (VII 114) ἕως Βλεμύων αὐτὸν (Νεῖλον) ὁρᾶσθαί φησιν, ὁ δὲ Καλλίμαχος, οὐδ' ὅθεν κ. τ. λ. De contorta verborum collocatione diximus Vol. I p. 429. Fragmentum arctissime cum fragm. 241 cohaesisse et ad Ἰοῦς ἄφιξιν pertinuisse conieci ad fragm. 241.

446.

*Λοκροί. — Ζέφυρος ἄνεμος.*

„Schol. Dionys. Perieg. 364: *οὗτος μὲν (Διονύσιος) ἀπὸ Ζεφύρου ὄρους, ὁ δὲ Καλλίμαχος καὶ ἄλλοι πολλοὶ Ἐπιζεφυρίους φασὶ τοὺς Λοκροὺς καλεῖσθαι διὰ τὸ πρὸς Ζέφυρον ἄνεμον κεῖσθαι.* Tenendum, Callimachum inter eos referri, qui Epizephyrios Locros a Zephyro vento, non a Zephyro monte vocatos esse narraverint. ergo *Ζεφύρου ἀνέμου* memoria loco eius inerat, ipsum autem *Ἐπιζεφυρίων* nomen ne poterat quidem inesse, quum nullo pacto in hexametrum quidem vel pentametrum coartari possit. nam Callimachum non *Ἐπιζεφυρίους* gentem appellasse, sed *Ἐπιζεφύρους*, quae Rauchii sententia fuit de Aet. p. 78 n. 186, ea in nomine proprio parum probabilis suspicio est, etsi adiectivum *ἐπιζέφυρος* dicere ausus est Euphorion fragm. 68 Mein. (*ἤ τις ἔχεις κληῖδας ἐπιζεφύροιο Δυμαίης*). imo quum nomen includi hexametro non posset, abstinere eo poetam maluisse credo et paraphrasi potius usum esse, unde factum, ut Callimachi locus scholiastae imprimis ad probandum aptus videretur. Et ut ludamus aliquid, poterat poeta, si non his verbis, quae apud ipsum fuisse puto multo elegantiora, sed hac sententia uti

*οὗ τε Λοκροὶ*
*πρὸς Ζέφυρον νῦν κεῖντ' ἄνεμον, μέλλον δὲ λαβέσθαι*
*ἔνθεν ἐπωνυμίην.*

malebam enim quantum poteram scholiastae verborum rationem habere, quum is Callimachi vestigiis ingressus in his quoque esse videretur. Nulla igitur causa fuit, cur Callimachum de Locris Epizephyriis in hexametro carmine loquutum esse dubitaret Meinek. Anal. Alex. p. 107 seq. Quod fecisse poetam puto in Aet. II 4, Argonautas dicentem eam regionem praeternavigasse, ubi postea sedem habituri essent Locri Epizephyrii.

447.

*Κρότων — ἐυστέφανος.*

Schol. Dionys. Perieg. 369: *ἐυστεφάνοιο Κρότωνος εἶπε (Διονύσιος) διὰ τὰς νίκας τὰς ἐκ τῶν οἰκούντων, ὥς φησι Καλλίμαχος· πολλοὶ γὰρ Κροτωνιᾶται νικήσαντες*

*τοὺς ἱεροὺς στεφάνους καὶ ἀγῶνας ἐστεφανώθησαν.* In ultimis transponendae videntur voces *στεφάνους* et *ἀγῶνας*, nisi plane delendum *στεφάνους καί*, quod tacite Ernest. fecit. Callimachus autem, si quid video, non solum dixerat, Crotoniatas saepe in ludis sacris victores fuisse, sed ipso quoque urbis illius epitheto usus erat. Utrumque quo modo fieri potuerit ut demonstrem, hic quoque mihi liceat versus fundere:

*Κρότων θ', ἥ ποτ' ἐυστέφανος,*
*πολλὰ Κροτωνῖται ἐπειὴ νικῶντες ἀγῶσιν*
*εἰν ἱεροῖς στεφάνωμ' ἁβρὸν ἔμελλον ἔχειν,*

in quibus quantum licuit scholiastae verba imitatus sum. sed ne quis mihi nomen *Κροτωνῖται* vitio vertat, ut quod nec Stephan. Byzant. memoret nec Thesaurus Parisinus habeat, id nunc demum certo testimonio innotuit ex Etymol. Florent. p. 269 versum afferente hunc: *οὐδὲ Κροτωνίτης ἐξεκάθαιρε Μίλων*, qui fortasse ipsius est Callimachi (cf. ad fragm. anonym. 134). Illud autem Callimachus ut fragm. 446 (cui vicinum censebat etiam Rauch. de Aet. p. 79 n. 189) eo loco dixisse videtur, ubi Argonautas procul vidisse narrabat eam regionem, in qua postea Croton sita esset, in Aet. II 4.

448.

*Πάντες, ἀφ' Ἡρακλῆος ἐτήτυμον ὅσσοι ἀμώμου,*
*ἔξοχα δ' ἐν πεδίοις οἳ πόλιν Ἰταλιδῶν*
*ᾠκίσατε.*

Schol. Dionys. Perieg. 376: *Τάρας δ' ἁλὸς ἐγγύθι ναίει, ἥν ποτ' Ἀμυκλαίων ἐπολίσσατο καρτερὸς Ἄρης]. ἥντινα Τάραντον. θηλυκῶς δὲ εἶπε. μέμνηται δὲ τῆς ἱστορίας καὶ* Καλλίμαχος *λέγων οὕτως· πάντες ἀφ' Ἡρακλέους ἐτήτυμον ἔσσα κώμου· ἔξοχα δ' ἐν πεδίοις οἳ πόλιν Ἰταλῶν ᾠκίσατε.* Ita locus corruptissimus primo editus a Ruhnkenio, in quo *Ἡρακλῆος* ipse correxit. tum *ὅσσοι* dedi ex mea emendatione, quod plurimi correxerant *ἐστέ* vel *εἰσί.* in fine versus ubi *εἰσι γόνοιο* Ruhnken., *ἐστ' Ἀμυκλαῖοι* Spohn. ad Nicephor. p. 29, *ἔστε Λάκωνες* Goettling., probantibus Müller. Dor. I p. 126 n. 5, Bergk. Anth. lyr. II n. 85 (coll. I n. 82), *ἔστε γενέθλης* Lobeck. Elem. Path. I p. 253 not. 26, ego praetuli quod invenerant Bernhardy ad schol. Dionys. l. l. et Words-

worth. ad Theocrit. XVII 25, nisi quod ille etiam *ἀγερώχου* legi posse aut latere putat nomen eius quem Callimachus carmine videatur alloquutus esse, hic autem *εἰσιν ἄμωμοι* malebat. plane singulare est, sed nescio an non verum, quod Müller. ad Geograph. p. 446 coniecit: *πάντες ἐφ' Ἡρακλῆος ἐτήτυμον ἔσσατε κόσμον*. In secundo versu *Ἰταλιδῶν* (quocum *ἐν πεδίοις* copulandum esse apparet) est ex emendatione Meinek. in Delect. poet. Anth. graec. p. 239, quam fecit etiam Bergkius. sed Bernhardy malebat *ἔξοχα δ' ἐν πεδίοισιν, ὅσοι πόλιν Ἰταλιήων*, Wordsworth. l. l. *Ἰταλικῶν*. Ceterum quod scholiasta dicit: *μέμνηται τῆς ἱστορίας Καλλίμαχος*, inde colligere nolim poetam uberius historiam pertractasse. immo indicavit tantum obiter ac ne nomen quidem urbis apposuisse videtur, ut quaenam esset ex aliis quae adiecit lectoribus coniectandum relinqueret, velut hoc modo: *οἳ πόλιν Ἰταλιδῶν ᾠκίσατε [κλεινήν, ὡρμημένοι ἔκ ποτ' Ἀμυκλῶν |, Παρθενίαι]*. nam ex Amyclis Tarentum urbem conditam esse etiam Dionys. Per. 377 memorat, ex hoc fortasse Callimachi loco, ex quo v. 837 quoque quod Dionysius habet, *ἔξοχα δ' ἀμπεδίον*, fluxisse videtur, de Partheniis autem omnibus nota res est (cf. Strab. VI p. 278 C seq.). Sed in capite fragmenti eius modi aliquid proxime praecessisse putaverim: [*πνείετε δεινὸν Ἄρην*], | *πάντες, ἀφ' Ἡρακλῆος ἐτήτυμον ὅσσοι ἀμώμου* (coll. Aeschyl. Agam. 360: *ἀτολμήτως Ἄρη πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως*). Suspicor enim Callimachum omnium qui ab Hercule originem ducerent ferocitatem celebrasse, qua non solum in Graecia facinora egregia perpetrassent multa, sed etiam in Italia deductis eo coloniis. Res aptissima erat carmini cui inscriptum erat *Ἰοῦς ἄφιξις*. Aliter iudicat Rauch. de Aet. p. 77 et n. 184.

## 449.

*Αἱ δὲ πάγον φορέουσιν ἐπ' Ἄρεος.*

Ex Etym. mss. Paris. primus eruit Ruhnkenius h. l., nunc autem eadem edita sunt ex Etymol. Paris. 2636 a Cramer. Anecd. Par. IV p. 61, 4, ex Etym. Traiect. apud Sturz. pone Etym. Gud. p. 758, item e codice Sorbon. a Gaisford. ad Etym. Magn. p. 139, 8, e codice Angel. a Ritsch. Opusc. I p. 682, ubi nihil variat scriptura, nisi quod

in Angelic. legitur sic: *Καλλίμαχος· αἱ δὲ πάγον φορέουσιν ἐπάρρεος.* at in Etym. Gud. p. 74, 58 paulo minus plenum fragmentum est: *Καλλίμαχος· αἵ δὲ πάγον φέρουσαι.* Furias intellexit Ruhnkenius quae Orestem ad Areopagum duxissent, Rauchius autem de Aet. p. 77 n. 183 de Daedalo interpretabatur qui propter interfectum Talum in Areopago condemnatus esse narratur. Sed neuter vidit, in ea re Callimachum usurum fuisse verbo *ἄγειν*, non *φέρειν*, nedum frequentativo *φορεῖν*, quod docet de re aliqua loquutum eum fuisse quae saepius repeteretur. Talis res non dubitamus quin fuerint *νηφάλια*, quae in Areopagum (nam ibi Furiarum sacellum erat) pompa ducere solebant *Ἡσυχίδες* memoratae in fragm. 123, quocum nostrum fortasse arcte cohaerebat ita, illud ut fragm. 123 praecederet, alterum statim sequeretur, *δέ* posito ea significatione quo ponitur *γάρ*. Quod si recte conieci, hoc quoque fragmentum referendum erit ad Aet. III 4.

450.

*Δελφὸς ἀνὴρ ἐμὸς ἱεροεργός.*

Ex Etym. mss. Parisin. (2667. conf. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 368) Ruhnkenius haec protulit: *Δελφοὶ καὶ Δελφός· Καλλίμαχος· Δελφὸς ἀνὴρ ἐμὸς ἱεροεργός.* Eadem ex Etymol. Paris. 2630 enotavit Bekker. pone Etym. Gud 814 et habent etiam Etymol. Bruxell. et Sorbon. apud Gaisf. ad Etym. Magn. p. 255, 12, nisi quod Sorbon. *Καλλίμαχος* omittit. Adde Etym. Angel. p. 685 Ritsch.: *Καλλίμαχος· Δελφὸς ἀνὴρ ἐμὸς ἱερόεργος* (sic), et Etym Florent. p. 84: *Καλλίμαχος· καὶ Δελφὸς ἀνὴρ ἐμοὶ* (sic) *ἱεροεργός*, cuius *ἐμοί* prae reliquorum *ἐμός* non probem. In Etym. Magn. p. 255, 12 nihil reliquum est praeter hoc solum *Δελφὸς ἀνήρ*, ne Callimachi quidem nomine addito. Fragmentum ex Aet. I 2 petitum puto. sed Rauch. p. 50 ad eum Aetiorum locum rettulit, unde est fragm. 32.

451.

*Καὶ τόσον ὀφθαλμοὶ πάρ' ἀπευθέες, ὅσσον ἀκουὴ εἰδυλίς.*

Etym. ms. Parisin. (2667, ut puto) a Ruhnkenio excerptum: *εἰδυλίς· ἐπιστήμων, εἰδυῖα. Καλλίμαχος· ἄκουσον*

ὀφθαλμοὶ γάρ. sed Etym. Ultraiectin. apud eundem (cf. Ruhnken. Epist. p. 116 ed. Tittmann.): Καλλίμαχος· καὶ κόσσον ὀφθαλμοὶ γὰρ ἀπαθέως ὅσον ἀκοή. εἴδυλις παρὰ τὸ εἴδω, τὸ γιγνώσκω. Haec quae Ernest. proposuit, pertinent ad Etym. Magn. p. 295, 31, ubi praeter εἰδυλίς· ἐπιστήμων, εἰδυῖα (quae fere etiam apud Suid. I 2 p. 755 et Zonar. p. 629 redeunt) ex Callimachi, opinor, loco et ipsa hausta et praeter derivationem a verbo εἴδω nihil legitur, nec quicquam ex Etym. Florent. enotatum a Millero, aut ex Angelicano a Ritschelio, aut ex Parisiensibus a Cramero, sed plura habet Etym. Gud. p. 163, 22: εἰδυλίς, ἐπιστήμων, εἰδυῖα· Καλλίμαχος· καὶ κόσσον ὀφθαλμὸς γὰρ ἀπ' εὐθεὼς ὅσσον ἀκούει, ἢ δύλις παρὰ τὸ εἴδω τὸ γινώσκω. Corruptissimo loco primus lucem afferre conatus est Reisk. ad Theocrit. Tom. II p. 145 coniciens: καὶ τόσον ὀφθαλμοὶ γὰρ ἀπευθέες, ὅσσον ἀκουὴ εἰδυλίς, cuius ignarus, ut videtur, Naek. Opusc. I p. 71 et ad Hecal. p. 156 ita emaculanda verba censebat: ὀκκόσον ὀφθαλμοὶ γὰρ ἀπευθέες, ὅσσον ἀκουὴ εἰδυλίς, non probatum tamen nec Reisigio in Com. crit. Sophocl. Oed. Col. p. 318, qui οὐκ ἴσον ὀφθαλμοὶ γὰρ ἀπειθέες (sic), ὅσσον ἀκουὴ εἴδυλις, nec Meinekio ad Callim. p. 226 seq. hoc potius commendanti: ἄισον· ὀφθαλμοὶ γὰρ ἀπευθέες κ. τ. λ., quibus hanc addit interpretationem: audiendum tibi est, si quid certo scire vis. Et Meinekio quidem in Naekiana coniectura plane intolerabilis videbatur particula γάρ tertio loco posita, quod mihi tamen non tam intolerabile visum (cf. Vol. I p. 381 extr.) quam in ipsius Meinekii coniectura intolerabile est verbum ἀΐω ultra praesens et imperfectum declinatum, cuius aoristum ἄισον sine teste aliquo nemo admittere velit, quicquid dicit Mein. ad Sophocl. Oed. Colon. 1192. Nihilo tamen minus ne Naekii quidem conamen probo, in quo multo magis offensioni est, quod ὀκκόσον — ὅσσον voluit esse pro ὁπόσον — τόσον, cui similia nec ipse habeo et desiderabat Doederlinus in Reden und Aufsätze I p. 352 seq. Praeterea Naekiano non minus quam Reisigiano et Meinekiano emendandi facilitate praestare videbatur a Reiskio commendata scriptura, in qua tamen γάρ quarto loco collocatum non iam habeo qua ratione excusem. Sed γάρ leviter in πάρ mutato non iam erit quod

quis Reiskianae coniecturae iure obiciat. Dixerit igitur Callimachus: quanto oculi cuique *adsunt* imperiti, tanto gnarae sunt aures, iis nimirum, qui res vetustas tradere aliis cupiunt, ad quas cognoscendas nullum est ab oculis auxilium, sed unum ab auribus quibus aliorum de istis rebus narrationes percipimus. Id praedicare si in quempiam, in Callimachum maxime conveniebat, qui in Aetiis rerum origines expositurus (aptiorem enim huic fragmento locum non invenio quam Aetiorum prologum) eas res narrare voluit, quorum testis oculatus non fuit. Non erat igitur cur Naekius diceret controversiam Callimacho fuisse non vulgo iudicante proverbiis (cf. Leutsch. ad Paroemiograph. p. 744) *ὦτα ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα* esse. nam ne poterat quidem de his proverbiis cogitare. haec enim ad eas tantum res pertinent, quae praesentes sunt et visu aeque atque auditu percipi possunt, non ad eas, quae a vita hominum nunc viventium remotissimae sunt.

[452]

[Fragmentum ex primo Aetiorum libro est ipso indicante teste. itaque vide supra fragm. 13[b].]

[453]

[Errore Ruhnkenii fragmentum denuo hic invenisse locum, quum sit fragm. 44, Bastius ad Gregor. Corinth. p. 368 monuit].

454.

*Ἐκ δ' ἄρτους σιπύηθεν ἅλις κατέθηκεν ἑλοῦσα.*

Ex Etym. ms. Paris. (n. 2667, ut puto) Ruhnkenius haec excerpsit: *σιπύη, τὸ κανίσκιον ἢ ἡ ἀρτοθήκη. Καλλίμαχος· ἐκ δ' ἄρτους κ. τ. λ.*, item ex Apollon. Dyscol. tunc inedito (cf. nunc de Adverb. p. 605, 6): *τῇδε ἔχει καὶ τὸ Θήβηθεν, ἀλλὰ καὶ τὸ Ἀθήνης Ἀθήνηθεν, σιπύης σιπύηθεν· ἐκ δ' ἄρτους σιπύηθεν.* Accedat Zonar. p. 1645: *σιπύη· τὸ κανίσκιον ἢ ἡ ἀρτοθήκη. Καλλίμαχος· ἐκ δ' ἄρτους σιπύηθεν ἅλις κατέθηκεν ἑλοῦσα.* De Hecale cogitandum esse admodum probabilis Ruhnkenii suspicio est (in Hecal. Cap. V), probata Naekio p. 145 et Meinekio ad Callim. p. 187. Et huic quidem *παρέθηκεν* scribendum videbatur, quia Hecale panes e panario depromptos hospiti apposuisset.

verum quidem hoc. sed quum mulier panes ex suspenso ut videtur panario expromeret, recte dici poterat κατατιθέναι.

455.

Ἄβαλε μηδ' ἀβόλησαν.

Schol. Ms. in Dionys. Thrac.: τὸ γὰρ αἴθε εἴθε φησὶν ὁ ποιητής. καὶ Καλλίμαχος· ἀβάλλε μηδ' ἀβόλησαν. Haec, quae sine dubio Ernest. debet Ruhnkenio, non leguntur in iis eorum scholiorum Excerptis, quae ex codicibus Marcianis et Hamburgensi Villoisson. in Anecd. gr. II p. 98 seqq. et Bekker. in Anecd. p. 647 seq. dederunt. Videntur igitur quae nunc ap. Bekker. p. 946, 9 seq. leguntur, in prototypo extitisse paulo pleniora. Ἄβαλε vocem esse ἐντελῆ, cuius prima longa sit et unde aphaeresi fiat βάλε, Apollonius Dyscolus (add. Epimerism. Hom. in Cram. An. Ox. I p. 264 seq.) putabat, sed ex duobus vocabulis, ἆ et βάλε, compositum Herodianus. cf. de utroque Lehrs. ad Herodian. περὶ διχρόνων p. 367 seq. (cf. Herod. I p. 17, 1 coll. I p. 521, 29 et Etym. Magn. p. 186, 45), unde tamen cum Naekio p. 156 aliisque colligere nolim ἆ βάλε Herodianum putasse divise scribendum esse, ut praeter Naekium etiam Blomf. ad. h. l. voluit. nam etsi ex duabus vocibus constans vocabulum Herodianus putabat, inde tamen non sequitur continuo, ut divise scripserit. neque aliter in schol. Hom. Jl. XXIV 343 (= Herodian. II p. 127, 26), ubi τὸ ᾱ πρὸ τοῦ β συστέλλεσθαι docet, videtur dicturus fuisse: διὸ τὸ ἄβαλε καὶ κατὰ τοῦτο ἐσημειοῦτο (coll. Eustath. ad Jl. p. 1353, 42). Communis igitur inde ab Apollonio grammaticorum scriptura haec fuisse videtur, ut unum vocabulum esset, quo modo scripta vox invenitur etiam in Hesych. I p. 5, Apollon. Archib. p. 7 Toll., Gramm. in Bekk. Anecd. p. 321, 10, Suid. I 1 p. 12, Choerobosc. Orthogr. in Cram. Anecd. Oxon. II p. 381, 1, Etym. Magn. p. 1, 56, item in codice Palatin. Anthol. VII 583, 1. VII 699, 3. IX 218, 1. nam ad recentiores quoque poetas illa vox aberravit, inter quos imprimis nominandus est Agath. in Anth. Pal. VII 583, 1 ἄβαλε μηδ' ἐγένοντο γάμοι, qui si suum istud ex hoc Callimachi fragmento expressit adhibito simul eiusdem Epigram. XIX (ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες), ut plura ex eodem fonte hausit (cf. Dilthey de Cydipp. p. 101 not.) Callimachei

fragmenti scripturam ἀβάλε firmare videtur, quod facit etiam qui et ipse saepe usus est poeta nostro, Apollinar. in Psalm. LXVII 18, nisi quod ibi ἄββαλε scriptum invenio in Sylburgiana. Ceterum illud ἀβάλε fere ubique sic invenio scriptum, παροξυτόνως, etiam in codice Palatino, quem constanter sic habere Paulssenus, de cod. Palat. p. 44 extr., monet, unde Jacobsius in Praef. vol. III p. LX, p. LXIII, p. LXIX suum illud ἄβαλε correxit, ut id praeter Apollinarium non iam conspiciatur nisi in Apollon. Dyscol., schol. Dionys. Thrac. l. l., schol. Hom. Jl. XXIV 343, i. e. in libris a Bekkero editis, praeterquam quod is etiam in Anecd. p. 321 ἀβάλε edidit. Quam tonosin certo aliquo grammatici testimonio defendere nequeo. nolim enim in hanc rem uti Theognosti loco in Cramer. An. Ox. II p. 156, 10: οὐδὲν τῶν εἰς ε̄ ληγόντων ἐπιρρημάτων ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν πρὸ τέλους ἐχόντων τὸν τόνον, διὰ τῆς αῑ δίφθόγγου γράφεται, οἷον τῆλε. αἶθε. ἄγε. φέρε. δεῦτε. κεῖσε. τῆδε. πόσε. ὧδε. ἀβάλε. ibi enim ὦδε. βάλε scribendum esse apparet ex Joann. Alexandr. p. 33, 33 (= Herodian. I p. 496, 24). is enim iisdem fere adverbiis in re simili utitur. Sententiam autem fragmenti patet esse: utinam ne obviam quidem facti essent, quod de Argonautis Medeam dixisse arbitror (Aet. II 6) optantem, ne eos unquam vidisset. sed Dilthêyo l. l. ex Epigrammate sumptum videbatur, Riesius autem in Mus. Rhenan. XXI p. 506 Callimachi verba putabat Catullum LXIV 171 expressisse cum reliquo toto eius carmine.

[456]

[Hoc fragmentum quum certa metri indicia ad Choliambos revocare viderentur, inter hos locum ei assignandum putavi. cf. fragm. 98[a].]

457.

*Ἱππομένης. — Λειμωνίς.*

Schol. Aeschin. p. 281 Schultz.: Ἱππομένης ἀπὸ Κόδρου καταγομένος. ἡ δὲ θυγάτηρ Λειμωνίς· οὕτω Καλλίμαχος. Verba pertinent ad historiam notissimam (cf. Schneidew. ad Paroemiograph. I p. 214 et ad Heraclid. Polit. p. 35) de Hippomene Codride, quam ita narrat Aeschines in Timarch. 182: ἀνὴρ εἷς τῶν πολιτῶν, εὑρὼν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα

*διεφθαρμένην καὶ τὴν ἡλικίαν οὐ καλῶς διαφυλάξασαν μέχρι γάμου, ἐγκατῳκοδόμησεν αὐτὴν μεθ' ἵππου εἰς ἔρημον οἰκίαν, ὑφ' οὗ προδήλως ἔμελλεν ἀπολεῖσθαι διὰ λιμὸν συγκαθειργμένη. καὶ ἔτι καὶ νῦν τῆς οἰκίας ταύτης ἕστηκε τὰ οἰκόπεδ' ἐν τῷ ἡμετέρῳ ἄστει, καὶ ὁ τόπος οὗτος καλεῖται παρ' ἵππον καὶ κόραν.* Propter Ovid. Ib. 333 et 456 Callimachum quoque in Ibide narrasse hanc historiam censebat Hecker. Com. Call. p. 61 seq. assentiente Schneidewino ad Heraclid. p. 36. sed eius modi fabulas Ovidium undecunque potuit corrasisse, ex aliis quoque Callimachi libris, supra monitum p. 279. Et hanc quidem historiam in Ὑπομνήμασιν expositam fuisse contenderim.

458.

*Ἐν δ' ἐτίθει παγίδεσσιν ὀλέθρια δείλατα δοιαῖς.*

Etym. Magn. p. 254, 47: *δέλεαρ· τὸ τῷ ἀγκίστρῳ περιτιθέμενον, ἐφ' ᾧ τοὺς ἰχθύας ἀγρεύεσθαι καλεῖται. ἐν δ' ἐτίθει παγίδεσσιν ὀλέθρια δείλατα δοιαῖς.* Ita olim edebatur sine Callimachi nomine, sed ex cod. Leidensi sive Vossiano Ruhnkenius protulit: — *τοὺς ἰχθύας ἀγρεύεσθαι, ἀφ' οὗ καὶ δείλατα. Καλλίμαχος· ἐν δ' ἐτίθει κ. τ. λ.*, et sic nunc e Vossiano edidit Gaisford., qui etiam in Dorvillian. esse dicit *καλ*) i. e. *Καλλίμαχος*. Erravit igitur Tittmannus, qui ad Zonar. p. 482 locum: *δέλεαρ ἀπάτη καὶ κλίνεται δελέατος. ἀφ' οὗ καὶ δείλατος· οἷον ἐνδιετέθη παγίδεσιν ὀλέθρια δείλατα δοιοῖς* — annotavit: ex Oppiano, nisi fallor. Idem autem illud *δείλατα* ipsi adeo Homero Od. XII 252 restituere voluit Callistratus grammaticus pro *εἴδατα* (cf. schol. Odyss. p. 548 Dind.), quem si quis cum Rudolpho Schmidt. in Comment. de Callistrato Aristophan. p. 15 n. 37 statuerit, in antiquis Homeri *ἀντιγράφοις* inventam scripturam et a Callimacho quoque ibi lectam restituere voluisse, me quidem non habebit adversantem. Callimachum autem ista verba cum fragm. 233 coniuncta in Hecale posuisse Heckerus Com. Call. p. 119 censebat, quae parum mihi probabilis videtur suspicio esse, qui potius crediderim dicta haec fuisse in Aetiorum ea parte ubi de inventoribus rerum expositum fuit, i. e. in Aet. III.

[459].

[Ex Hecale petitum esse hoc fragmentum testes affirmant. alius igitur ei locus assignandus erat. cf. fragm. 66[c].]

460.

*Μουσέων δ' οὐ μάλα φειδὸς ἐγώ.*

Cod. Vossian. in Etym. Magn. p. 791, 11, cuius locum primus protraxit Ruhnk., postea Gaisf.: τὸ δὲ φιδὼς (in margine: εὗρον φίδος) ὄνομα τὸ σημαῖνον τὸ φειδωλός ἐπεκράτησε διὰ τοῦ ῑ γράφεσθαι, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· Μουσέων δ' οὐ μάλα φιδὸς ἐγώ. Versu Callimachi non nominato idem praecipit Etym. Gud. p. 549, 48: τὸ φίδος (sic) τὸ ῥηματικὸν ὄνομα, τὸ σημαῖνον τὸ φειδωδές, ἐπὶ κρατήσει (corrige φειδωλός, ἐπεκράτησε) διὰ τοῦ ἰῶτα γράφεται (corr. γράφεσθαι), quae Choerobosci observatio est, ut patet ex eius Orthographia in Cramer. Anecd. Oxon. II p. 273, 21: φείδομαι, ει δίφθογγος. τὸ δὲ φιδως (sic) τὸ ῥηματικόν (sic), ὃ σημαίνει τὸ φειδωλός, ἐπεκράτησεν διὰ τοῦ ῑ γράφεσθαι. Res per se non est incredibilis. similiter enim praeter εἴκελος inde ab Homero ἴκελος in usu fuisse constat. illud autem permirum accidit, quod Etym. Vossian. formam φιδός probaturus Callimachi apposuit versum, in quo illa vox longam habet penultimam, quae quo iure produci potuerit, intelligere se iure negat Lobeck. Rhem. p. 279 seq. Et possit quidem facili negotio Callimachi versus in ordinem cogi ita scribendo: *Μουσέων οὐ μάλ' ἔγωγε φιδός.* sed non dubito quin Dindorf. in Thes. Paris. Vol. VIII p. 695 et M. Schmidt. ad Hesych. IV p. 235 vocem φιδός iure νοθείας insimulaverint et Dindorfio accedo affirmanti, Choeroboscum librariorum aequalium mala scribendi ratione deceptum fuisse. neque enim verum esse arbitror, quod Lentzius in Herodian. II p. 598, 11 Choerobosci locum inter Herodianea recipiens statuisse videtur, ab ipso Herodiano Choerobosci observationem profectam esse. Itaque nobis persuasimus, Callimachum quoque cum aliis (cf. Lobeck. l. l.) φειδός scripsisse, idque in Aetiorum Prologo, ubi dixerit, etsi plurima a Musis acceperit ad cognoscendum iucunda, nolle tamen omnia se effundere, ne dicatur carminum se non esse parcum. Et de sede fragmenti

idem iudicat Hecker. Com. Call. p. 56. de sententia autem aliter iudicant Meinek. ad Call. p. 272 et Dilthey de Call. Cydipp. p. 26 n. *Φιδός* non mutavit Bergk. Anth. lyr. I n. 131 = II n. 144.

461.

*Ὑμέν.*

Apollon. Dyscol. de Adverb. p. 567, 17: *ὅτι καὶ δύο συλλαβῶν ἀποκοπαὶ γίνονται, ἐν τῷ περὶ παθῶν ἐδείχθη. τό τε γὰρ πρόπαρ οὕτως ἔχει καὶ τὸ μάκαρ, πηδά, καὶ τὸ ὑμέν παρὰ Καλλιμάχῳ.* Haec ex Apollonio tunc nondum edito Ernestio suppeditavit Ruhnkenius (cf. Ruhnk. Epist. ad Ernest. p. 104 Tittm.), ubi etiam Helladii meminit apud Phot. Biblioth. p. 531 A 18 Bekk.: *ὅτι ἡ μάκαρ μονήρης ἐστὶ λέξις καὶ ἐν τοῖς θηλυκοῖς δάμαρ. τὸ δὲ μάκαρ ἐκ τοῦ μακάριος ἀποκέκοπται, ὥςπερ καὶ τὸ ὑμέναιε γέγονεν ἀποκοπὲν ὑμέν.* Cuius testimonium (in quo aperta iamborum vestigia elucent, cf. supra p. 205) si ad eundem quem Apollonius in animo habebat Callimachi locum respicit, de quo non dubito, iure affirmare nobis videmur, in eodem loco praeter *ὑμέν* fuisse etiam *Ὑμέναιε* positum. aliter enim Helladius non dixisset *τὸ ὑμέναιε*, sed *τὸ ὑμέναιος*. Et viderunt hoc etiam alii. Quonam autem modo Callimachus dici potuerit *ὑμέν* fecisse per apocopen ex *ὑμέναιε*, adeo latet, ut non mirer Dindorfium in Thesaur. Paris. Vol. VIII p. 92 D de *ὑμέν* plane dubitasse. Nec qui omnem istam Apollonii de apocope duarum syllabarum doctrinam post Bast. ad Gregor. Corinth. p. 573 expendit, Lobeck. Elem. Path. II p. 312 seqq., quicquam protulit quod quis libenter probare velit. Ita enim censet p. 314: Callimachus fortasse metro obsequens scripsit *Ὑμὲν ἴθ' ὦ Ὑμέναιε*, ultima correpta contra regulam oxytonorum in *ην* exeuntium. At quis credat, et Callimachum contra inviolatam linguae legem (cf. Choerob. Dict. p. 272, 8 seqq. = Herodian. II p. 717, 13) ausum esse a nominativo *Ὑμήν* formare vocativum *Ὑμέν*, nec grammaticos talem errorem notaturos fuisse, qui quae canoni se subtrahere videntur quattuor nomina, diligenter enumerant et excusant quantum possunt (cf. Choerob. l. l. p. 272, 14 seq.). Itaque nullo modo concedendum Lobeckio quod *Ὑμέν* Callimacho

putat pro vocativo fuisse, et quum quaerendum sit aliud quidpiam quod certe linguae leges non violet, proponemus quod tametsi in coniectura positum est totum, tamen non videbitur inepte excogitatum esse. Ita enim iudico, *ὑμέν* Callimacho non substantivum fuisse, sed interiectionem acclamantium deo, ut non solum *εὐάν* dicebatur (cf. Dind. Thes. III p. 2186 C), sed etiam *αἶαν* (Theodos. Goettling. p. 78, 31: *τὸ αἶαν καὶ τὸ αἶας — nonne καὶ τὸ αἰαῖ? — θρηνητικόν*). Neque hoc nimium quaesitum videri poterat. simillime enim Apollini draconem Pythicum interficienti *Ἰήιε* acclamasse Nymphae narrantur ab Apollonio Rhod. II 712, sed eidem deo in eadem re occupato acclamabatur etiam *ἰή* (Callim. in Apoll. 102 coll. 21, 25, 79, 96). quum igitur et interiectio *ἰή* et nomen *Ἰήιε* in acclamando aeque in usu esset, non mirum si Callimachus vel ab aliis iam usurpatam interiectionem *ὑμέν* adhibuit vel primus in usum suum finxit. Atque in formula illa solemni *ὑμὴν ὦ ὑμέναιε* (cf. Lobeck. l. l.) ipsum illud *ὑμήν* videtur epiphonema indeclinabile putasse Oppian. Cyneg. I 341. nam quum alii voce *ὑμήν* extra constructionem posita dicere voluissent „*Ὑμὰν*“ *οὐκ ἔτ' ἄειδε* (Bion. I 91) vel „*Ὑμὴν Ὑμέναιε*“ *λιγαίνων* (Nonn. Dionys. XVI 290), ille epiphonema nuptiale verbo aptans scribere malebat: *ὡς δὲ τις ἠιθέων — ἐς θάλαμον βαίνῃσιν Ὑμὴν Ὑμέναιον ἀείδων.* Et Callimachum quidem dummodo sumamus vocis *ὑμήν* priorem syllabam voluisse brevem esse, ut voluit Nonnus l. l. volueruntque etiam alii (certe Euripid. Troad. 331, ubi *Ὑμὴν ὦ Ὑμέναι' Ὑμήν* respondet v. 314 *Ὑμὴν ὦ Ὑμέναι' ἄναξ*), non Theocrit. XVIII 58 (*Ὑμὰν ὦ Ὑμέναιε γάμῳ ἐπὶ τῷδε χαρείης*), putaveris tale quid dixisse (ut hic quoque poetae sententiam meis verbis graecis exprimam) *νῦν δ'* „*ὑμέν, ὦ Ὑμέναιε*“ *νόμῳ φθέγξασθαι ἔοικε*, in quibus ipsum Callimachum, Hym. in Apollon. 21 et 25, imitatus sum. Sed Dilthey de Cydipp. 97 non minore iure propter Nonn. l. l. coniecit Callimachum scripsisse „*Ὑμὲν ὦ Ὑμέναιε*“ *λιγαίνων*, nisi quod is quoque pro substantivo *Ὑμέν* habebat. Nec eiusdem arridet coniectura, fuisse fragmentum in Cydippa elegia. multo enim facilius fuit ad fr. 196 referre, i. e. ad epithalamium Arsinoae.

462.

[*Καὶ*] *τῶν οὐκ ἀγαθῶν ἐρυσίπτολιν.*

Schol. Hom. Jl. VI 305: *ἐρυσιπτολι· πλεονασμὸς τοῦ ε. οἱ δὲ παρὰ Καλλιμάχῳ* (cod. Lips., unde primus publicavit Ernest., *τοῦ ε. παρὰ Καλλιμάχῳ. οἱ δέ*)· *τὸν οὐκ ἀγαθὸν* (*τῶν οὐκ ἀγαθῶν* LV) *ἐρυσίπτολιν, ἄλλως* (*παρά τισι δὲ* L) *ἡ ποιοῦσα ἐριπεῖν τὰς πόλεις. ἄμεινον δὲ ῥυσίπτολι, καὶ οἰκεῖον ταῖς περὶ σωτηρίαν εὐχομέναις τῆς πόλεως.* Locum corruptissimum, ad quem emendandum nihil conferunt Etym. Magn. p. 378, 36 et Gudian. p. 210, 29, ita fere ad sanitatem revocari posse reor: *πλεονασμὸς τοῦ ε. ὃ δὲ παρὰ Καλλιμάχῳ* „*τῶν οὐκ ἀγαθῶν ἐρυσίπτολιν*“ *ἄλλως* (scil. *εἴρηται*), *ἡ ποιοῦσα ἐριπεῖν τὰς πόλεις κ. τ. λ.* Quod utut est, hoc certe constare videtur, *τῶν οὐκ ἀγαθῶν* ad Callimachi verba pertinere nec cum E. Scheer. Callim. *Ὁμηρικ.* p. 11 legendum esse *παρὰ Καλλιμάχῳ ἐπιθετικὸν οὐκ ἀγαθόν.* Multo rectius et vere fortasse Lobeck. Elem. Path. I p. 49, ubi de adiectivo *ἐρυσίπτολις* exponit n. 5, Callimachum putavit *φωτῶν οὐκ ἀγαθῶν ἐρ.* scripsisse conferens Lav. Pallad. 43: *ἔξιθ' Ἀθαναία περσέπτολι.* Sed fortasse in Callimachi verbis ne lenissima quidem Lobeckii mutatione opus est, si ita Minervam *περσέπτολιν* cum bonorum virorum Minerva *πολιούχῳ* et adiutrice coniunctam alicubi poeta nominavit: [*καὶ*] *τῶν οὐκ ἀγαθῶν ἐρυσίπτολιν* (nisi hic quoque *ἐρυσίπτολι* dixit). Quod videtur in ea elegia fecisse ad quam pertinet fragm. 503, i. e. ad Aet. I 4.

[463.]

[Hic Ernest. posuit quod habet Sextus Empiricus p. 621. qui quum auctorem non nominet, inter certa Callimachi fragmenta ponere noluimus, sed inter fragmenta anonyma quae Callimachi esse videantur. ibi nobis est n. 391.] Contra quum suo numero notatum ab Ernestio non sit proximum Callimachi fragmentum non dubitabile, quod ille obiter memoravit p. 418 hic in ordine reponendu putavimus.

464.

*Ἐτεοκλέης — Πολυνείκης.*

Ovid. Trist. V 5 vers. 33:

commune sacrum quum fiat in ara
fratribus, alterna qui periere manu,
ipsa sibi discors, tamquam mandetur ab illis,
scinditur in partes atra favilla duas.
Hoc, memini, quondam fieri non posse loquebar,
et me *Battiades* iudice falsus erat.

Hinc patet Callimachum Eteoclis et Polynicis memorasse mutuam caedem, quorum ne in rogo quidem inimicitia desiit, ut poeta docuit. Fragmenti qui primus meminit Ruhnkenius ad Aetia rettulit, ut fecit etiam Rauch. de Aet. 19. sed Heckero Com. Call. p. 61 potius videbatur ex Ibide sumptum propter Ovid. Ib. 35. Ego narrasse rem Callimachum crediderim in Aet. I 9, ubi proelium et fugam septem ducum narrans etiam mutuam caedem fratrum memorare potuit, quorum inimicitiae ne morte quidem desierint.

Iam sequantur quae post Bentleium et Ernestium accesserunt fragmenta, quorum pauca tantum nominavit certa incertis miscens Blomfieldus.

465.

*Ἧχι πάλους ἐβάλοντο, διεκρίναντο δὲ τιμὰς
πρῶτα γιγαντείου δαίμονες ἐκ πολέμου.*

Schol. Vatic. ad Eurip. Hecub. 467. p. 256 Cobet. (I p. 337 Dind.): *τιτάνων· ἀντὶ τοῦ γιγάντων. ὑποσυγχέουσι δὲ τὴν ἐν ἑκατέροις διαφοράν. καὶ Καλλίμαχος· ἧχι πάλους ἐβάλοντο κ. τ. λ.* Leves scribarum errores correxit Cobetus, ipsum autem Callimachi fragmentum ego in Philol. Vol. VI p. 495 cum fragm. 195 sic coniungendum putavi:

*Μηκώνην μακάρων ἕδρανον αὖτις ἰδεῖν
ἧχι πάλους ἐβάλοντο κ. τ. λ.,*

quod postea fecerunt etiam Meinek. ad Call. p. 131, Bergk. Anth. lyr. I n. 47 = n. 50, Rauch. de Aet. n. 48. Locum haec habere potuerunt in Aet. III 4.

466.

*Πάλαι δ' ἔτι Θετταλὸς ἀνὴρ*
*ῥυστάζει φθιμένων ἀμφὶ τάφον φονέας.*

Schol. AB Leid. Hom. Jl. XXII 397: *διὰ τί Ἀχιλλεὺς θανόντα σύρει τὸν Ἕκτορα; — ὁ δὲ Καλλίμαχός φησιν ὅτι πάτριόν ἐστι Θεσσαλοῖς τοὺς τῶν φιλτάτων φονέας σύρειν περὶ τοὺς τῶν φονευθέντων τάφους. Σίμωνα γάρ φησι, Θεσσαλὸν τὸ γένος, Εὐρυδάμαντα τοῦ Μειδίου σῦραι* (ultimam vocem sententiae incommodo Bekkerus omisit, etsi est in schol. vulgar. et certe in schol. Lips. 683 Bachm.) *ἀποκτείναντα Θράσυλλον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἄρξασθαί τε* (copulam addunt schol. vulg., quae habent *ἅψασθαί τε.* sed Lips. legunt *ἁψάμενον*) *τοῦ νόμου πρῶτον· τοῦτον γὰρ ἐξάψαι τοῦ δίφρου τὸν φονέα καὶ περὶ τὸν τοῦ τετελευτηκότος τάφον ἕλκειν. ὡς Θεσσαλὸν οὖν καὶ τὸν Ἀχιλλέα πατρίῳ ἔθει καὶ τοῦτο ποιῆσαι καὶ δῆσαι τὸν Ἕκτορα.* In fine quae diductis literis scribenda curavi a Bekkero ex A B Leid. addita documento sunt ipsum quoque Callimachum tractum Hectorem circa Patrocli tumulum rettulisse ad Thessalorum illum morem, cuius si uspiam in Aetiis narrandi locus erat. Ac firmatur illud eo, quod Porphyrius ad Jl. XXIV 15 idem dicit fecisse Aristotelem, cuius copias saepe in usum suum convertisse Callimachum constat. Sed Bentleius, ut qui ultima scholii verba non nosset, Callimachi puram narrationem ad Ibin rettulit p. 465 Ern., fretus verbis scholiastae ad Ovid. Ib. 329 (p. 465 Merk.): Callimachus dicit Eurydamantem et Thrasyllum inimicos fuisse, Eurydamantem vero a Simone Larissaeo circa tumulum Thrasylli raptatum esse (paulo aliter schol. Bernens. apud Merkel. Prolegom. in Apollon. Rhod. p. XXII). Sed Bentleium secutus etiam Ruhnkenius ap. Ernest. l. l. qui primus versus Callimachi nos docens ad Ibin revocavit locum Procli ad Platon. Polit. p. 391: *εἴρηται μὲν οὖν καὶ ὑπὸ τῶν παλαιῶν, ὡς Θετταλικόν τι τοιοῦτον ἔθος ἦν, καὶ ὁ Κυρηναῖος μαρτυρεῖ ποιητής· πάλαι δ' ἔτι Θεσσαλὸς ἀνὴρ ῥυστάζει φθιμένων ἀμφὶ τύμβον φονέας.* At, ut dixi, ad Aetia referenda Callimachi verba erant, in quibus locum iis assignare studui in Prolegom. Aet. p. 77, et inter Aetia

memoravit etiam Bergk. Anthol. lyr. p. 128 ed. I et p. 149 ed. II. Ex Aetiis igitur Ovidius in Ibid. l. l. putandus est sumpsisse Eurydamantis et Thrasylli memoriam, nisi fortasse ita statuendum est Callimachum de istis hominibus bis exposuisse, et in Aetiis et in Ibide. Ceterum Procli *τύμβον* iure ex schol. Hom. correxit Blomf. p. 215, sed *πάλαι δ' ἔτι*, quod iniuria olim affectavi l. l., mutandum non erat, nam cf. Held. ad Plut. Timol. X p. 374.

467.

*Καὶ νήσων ἐπέτεινε βαρὺν ζυγὸν αὐχένι Μίνως.*

Cyrill. Alex. contr. Julian. VI p. 191 Tom. I Spanh. *Μίνως — οὐ τὰ Κρητῶν ἰθύνειν ἤθελε μόνον, ὧν ἀνῆπτο τὴν ἀρχήν· ἀνεπτόητο δὲ οὕτως εἰς πλεονεξίαν καὶ τοῖς κατ' οὐδὲν αὐτῷ προσήκουσιν ἐπεμαίνετο, ὡς πολέμου μὲν νόμῳ τὰς νήσους ἑλεῖν καὶ ἐν δορυκτήτων μοίρᾳ ποιεῖσθαι τοὺς ἐλευθέρους, ἐπαφεῖναι δὲ καὶ τῆς ἀπωτάτω τῆς ἐνούσης αὐτῷ σκαιότητος, τὴν διὰ πείρας αὐτῆς καὶ πραγμάτων ἀνοσίων ὁρμήν. Ὅμηρος γοῦν ὀλοόφρονα γενέσθαι φασὶν αὐτόν* (Od. XI 322), *Καλλίμαχος δέ· καὶ νήσων κ. τ. λ.* A Bentleio praetermissum, sed a Spanh. p. 392 Ern. et ad Hym. in Dian. 194 (II p. 308) iam prolatum, explicavit Naek. de Hecal. p. 57 (add. Opusc. I p. 248), qui in Hecale locum olim habuisse fragmentum putat. Mihi potius ad Aetiorum librum quartum pertinere videbatur, ubi de Androgeo agebatur, ut Bergkius quoque existimat Anth. Lyr. I p. 126 sive II p. 146 et Rauch. de Aet. p. 55. Quod autem Naek. l. l. Callimachum scripsisse putabat *νησάων ἐπέτεινε κ. τ. λ.* coll. hym. in Del. 66 et 275 et fragm. 428 (item schol. ad Jl. XIXI), ea incerta admodum coniectura est, nam *νήσων* etiam in Dian. 183, 187, in Del. 3, 325 legitur.

468.

*Δωδεκάκις περὶ τύμβον ἐπήγαγεν ἴθματα δίφρου.*

Schol. Pindar. Pyth. V 39: *φασὶ δέ τινες, ὅτι δώδεκα δρόμους ἀνύει τὸ τέλειον ἅρμα, τὸ δὲ πωλικὸν ὀκτώ. τοῦτο δὲ μαρτυρήσει καὶ ὁ Καλλίμαχος λέγων· δωδεκάκις περὶ δίφρον ἐπήγαγεν ἴθματα δίφρου.* Hoc quoque fragmentum omiserat Bentl., sed attulerat Spanheim. I

p. 394 Ern. servato tamen gravi vitio, quod etiam Boeckhius fecit II p. 380. nam *περὶ δίφρον* nec per se sensum habet nec eum altero *δίφρου* simul stare potest. quod quos non fugerat, Heynius *περὶ νύσσαν ἐσήγαγεν*, Heckerus autem in Com. Callim. p. 132 (memor ille ut videtur Hom. Jl. XXIII 327 seqq.) *περὶ φιτρὸν ἐσήγ.* scribendum censuerunt. Contra Bergkius in Praef. Anthol. lyr. ed. II p. XIV non prius *περὶ δίφρον*, sed alterum *δίφρου* corruptum ratus, simul ut servetur *ὄθματα* (quod in *ἴθματα* demum Boeckh. mutavit auctoribus J. G. Schneidero et Ph. Buttmanno) coniecit *δωδεκάκις περὶ δίφρον ὅτ' ἤγαγεν ὄθματα νωμῶν*, quae ut elegans emendatio est, ita magis a literarum ductibus recedere videtur, quam nostra recedit proposita dudum in Prol. Aet. p. XIII *δ. περὶ τύμβον ἐπήγαγεν ἴθματα δίφρου.* Nisi forte praestat hoc: *δ. περιδινέ' ἐπήγαγεν ἴθματα δίφρου*, circumcursantem (scil. *τέρμα*) currum. cf. Incert. in Anthol. Pal. VI 23, 5 *περιδινέα κύρτον.* Apoll. Rhod. I 1059 *τρὶς περὶ χαλκείοις σὺν τεύχεσι δινηθέντες τύμβῳ ἐνεκτερέιξαν.* Eustath. ad Od. p. 1385, 6 *ἡ τοῦ τροχοῦ περιδίνησις.* De re vid. Pind. Ol. III 33 *δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμου ἵππων.* Ad Olympiacum agonem pertinere mecum statuit etiam Rauch. p. 60 seq., Heckeri *φιτρόν* magis probans.

## 469.

*Καλλιχόρῳ ἐπὶ φρητὶ καθέζεο παιδὸς ἄπυστος.*

Schol. Clement. Alex. IV p. 101 Klotz.: *τὸ φρέαρ Καλλίχορον οἱ παλαιοὶ ὀνομάζουσι· Καλλίμαχός φησιν· Καλλιχόρῳ ἐπὶ φρῆτι καθέζεο παιδὸς ἄτανστος.* Hoc fragmentum ad hym. in Cerer. 16 post Naek. ad Hecal. p. 11 Schneidewinus, Heckerus (Com. Call. p. 139), Meinekius revocaverunt, quod cur parum credibile mihi videatur indicavi in Exc. in hym. VI p. 373. Ego Cereris hanc fabulam denuo Callimachum attigisse puto in Aetiis, ubi de Cereris inventis egit. cf. Aet. III 4. — *Ἄπυστος* primus emendavit Naek. l. l., sed Cobetus in Mnem. X p. 317 scribi iussit *πάμπαν ἄπαστος*, cuius causam non video.

470.

*Μὴ ὀφέλετ' ἀλλήλοισιν ἐπὶ πλέον ὄμματα δῦναι.*

Schol. V. ad Hom. Jl. XXIV 254 (Ἕκτορος ὠφέλετ' ἀντὶ θοῆς ἐπὶ νηυσὶ πεφάσθαι): καὶ Καλλίμαχος, μὴ ὀφέλετ' κ. τ. λ. Qui primus produxit Naek. de Hecal. p. 242 iniuria commendavit ὠφέλετ', sed aptissime admonuit Paul. Silentiar. in Anth. Pal. V 255, 3 οὐ κόρον εἶχον ἔρωτος ἀφειδέος· ἱέμενοι δέ, εἰ θέμις, ἀλλήλων δυμέναι ἐς κραδίην, ἀμφασίης ὅσον ὅσσον ὑπεκρήυνον ἀνάγκην, ἀλλήλων μαλακοῖς φάρεσιν ἑσσάμενοι. nam ut ἔρωτα ἀφειδέα Paulus habet ex Callim. Epigr. XLVII 7 (cf. Excurs. p. 435), ita etiam ἀλλήλων δύμεναι ἐς κραδίην eidem acceptum referre videtur. quod si est, in sequentis versus initio apud Callimachum fuit ἐς κραδίην agebaturque de nimio amore et ὄμματα subiectum fuit. Cohaerebat autem nisi fallor fragmentum cum frag. 107 et ipsum ad Aet. I 3 referendum, cui etiam magis accommodari poterit si scripserimus μὴ ὀφέλετ' ἠλιθίοισιν κ. τ. λ. Fragmentum est ap. Bergk. Anth. lyr. I 127, II n. 140.

471.

*Οἵ δ' ἕνεκ' Εὐρυνόμη Τιτηνιὰς εἶπον ἔτικτε.*

Schol. V. ad Hom. Jl. XVIII 399: ἐπαναλαμβάνει, ὡς τῆς Χάριτος μητρὸς οὔσης Εὐρυνόμης· οἱ δέ μέ κ' Εὐρυνόμη Τιτηνιὰς εἶπι ἔτικτε. Callimachi nomen addit, etsi in ipso fragmento addendo paulo illiberalior Apollon. Dyscol. de Coniunct. p. 505, 17: ἐπίμεμπτοι οὖν οἱ τὰς συντάξεις παρασυγχέοντες, ὧν ἐστὶ Καλλίμαχος· οὐδ' ἕνεκ' Εὐρυνόμη Τιτηνιάς. sic Bekkerus edidit, sed Bast. ad Greg. Corinth. p. 899 in codice legi testatur οιδενεκευρυνόμη, unde scripsit οἵ δ' ἕνεκ' quo assumpto reliqua ut supra apposui correxit Bergk. Anth. lyr. I p. 123 n. 66 = Anth. lyr. II p. 150 n. 68. Aliter Hermann. apud Lobeck. Aglaopham. p. 398 not. h. οἶδ' ἕνεκ' E. Τιτηνιάς, εἴπερ ἔτικτε τὰς ἰδανὰς Χάριτας, acute ille ultima verba ex schol. Jl. XIV 172 (nobis fragm. 535) huc referens. sed Bergkio praeiverat Hecker. Com. crit. de Anthol. gr. I p. 182 corrigens: ἥ δ' ἕνεκ'. Εὐρυνόμη Τιτηνιὰς εἶπεν ἔτικτεν, ad Aetiorum prologum referens et de verborum structura conferens fr. 445 add.

Excurs. in Epigr. XLII p. 429. Ceterum Eurynomen Gratiarum (unde ad Aet. I 4 rettuli) matrem nominant plures (cf. Lobeck. in Aglaph. p. 398), sed his quos Callimachus opposuerit, sive Heram dixerint sive aliam nominaverint matrem Gratiarum (cf. Unger de Sinid. p. 110) incertum est. *Τιτηνίς* autem vel *Τιτηνιάς* (Lobeck. Pathol. Prol. p. 466) Eurynome appellatur non quod inter Titanes numerabatur, sed quod Tethyis Titanidis filia fuit, quem ad modum Circen, quae fuit Helii filia i. e. Hyperionis Titanis neptis, Ovid. Metam. XIV 383 et 438 appellat Titaniam eandemque XIV 14 et 376 Titanida, aut quo modo Latonam Coei filiam VI 185. atque adeo Dianam III 173 eodem modo nominat.

## 472.

*Δημεχθέα Χέλλωνα κακόκνημόν τε Κόμητα.*

Choerobosc. in Theodos. p. 134, 20 Gaisf. = Bekker. Anecd. p. 1188 (ubi *Χελλῶνα* scribitur, quod iure reprobat Nauck. de Arist. Byz. p. 177 not. 28) et Goettling. in Theodos. p. 241: *τὸ δὲ κύριον ὄνομα τὸ Κόμης διχῶς εὑρέθη κλινόμενον παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, εὑρίσκεται γὰρ Κόμου ἡ γενική, Ἰωνικῶς δὲ καὶ Κόμεω, ὥσπερ Ἀτρείδης Ἀτρείδεω τὸ πατρωνυμικόν, εὑρίσκεται δὲ καὶ διὰ τοῦ τος κλινόμενον τῷ λόγῳ τῶν ἰαμβικῶν, οἷον Κόμητος, ὡς παρὰ τῷ Καλλιμάχῳ, δημεχθέα Χελῶνα κακόκνημόν τε Κόμητα.* Herodian. *περὶ μον. λέξ.* p. 12, 5, (Tom. II p. 918 Lentz.) *τὰ εἰς λων λήγοντα ἀρσενικὰ ὀνόματα, εἰ διπλασιάζοι τὸ λ, οὐ θέλει ὑπὲρ δύο συλλαβὰς εἶναι ὡς ἔχει τὸ Χέλλων, Καλλίμαχος δημεχθέα Χέλλωνα* (*χελλῶνας* cod.). — *Χέλων Χέλωνος* (ut hic quoque scribit) Choerobosc. affert etiam l. l. p. 79, 28 nec Callimacho nec fragmento nominato, quod fecit etiam ibid. p. 44, 26, item Etym. Magn. p. 527, 33, ubi de declinatione vocis *Κόμης* agunt. Praeterea ad Callimachi hoc fragmentum Mein. in Leutschii Phil. XIV p. 43 (coll. ad Callim. p. 292) rettulit Hesych. II p. 511 *Κόμητα* (*Κόμιτα* cod.) *ἕνα τῶν ἑπτά* et intellexit de duobus quibusdam poetis tragicis Pleadis Alexandrinae, quos sub iocularibus his nominibus poeta in Epigrammate aliquo illusus sit. quae coniectura certe multo magis placet ea quam in Philol. VI p. 69 ten Brink proposuit, ad Ibidem referendum fragmentum et ita scriptum

*δημεχθέα, χέλλωνα, κακόκνημόν τε Κόμητα* intelligendum esse de Cometa Clazomeniorum tyranno (Suid. I 2 p. 1066), in quo etiam hoc offendit quod *Χέλλων* nomen potius esse Herodian. l. l. affirmat. Sed de Ibide cogitaverat etiam Naeke de Hecal. p. 232. At quidni putemus Callimachum dixisse in Prologo Hecalae?

473.

*Ἀλλ' ἀντὶ βρεφέων πολιὸν νέον, εἴρενα, μέσσον.*

Epimer. in Cramer. Anecd. Oxon. I p. 413 *ἄρσην ἄρσενος· τέρην τέρενος· τὸ Γέρην οὐκ ἔχει οὐδετέρου παρασχηματισμόν· τὸ δὲ μὴ οὕτως ἔχοντα φυλάττει τὸ η, σημειωμένου τὸ εἴρενος· ἀλλ' ἀντὶ βρεφέων πολιὸν νέον εἴρενα μέσσον.* Callimachi nomen addit Choerob. in Theodos. p. 276, 28 (= Bekk. Anecd. p. 1198) *τῷ πρώτῳ κανόνι τὸ εἴρην ἀντίκειται· εἴρην δὲ λέγεται ὁ δυνάμενος ὑπὲρ ἑαυτοῦ λέγειν, τουτέστιν ὁ εἴκοσιν ἐνιαυτῶν· τοῦτο γὰρ ὁ Καλλίμαχος διὰ τοῦ ε ἔκλινεν εἰπὼν ἀλλ' ἀντί βρεφέων πολλῶν εἴρενα μέσσων*, ubi tamen melior codex Marcianus apud Gaisf. Praef. ad Etym. Magn. p. 8 B plane ut Gram. Cram. habet *ἀλλ' ἀντὶ βρεφέων πολιὸν νέον εἴρενα μέσσον.* Eadem habet post Callimachi nomen fragmentum omittens Choerob. ibid. p. 69, 28, quem exscripsit Lascaris Gramm. p. 132 (p. 62 fol. adv. ed. Aldin. 1512). Miror autem multum viros doctos desudasse in emendando Callimacho scilicet corruptissimo. nam Naek. de Hecal. p. 17 *ἀλλ' ἀντὶ βρεφέων πολλῶν νέον εἴρενα μέσσω* coniecit, ultimum ut sit pro *μείζονα*, Lobeck. autem Paralip. I p. 193 seq., ubi de voce *εἴρην* disputat (add. Nauck. de Aristoph. fragm. p. 97 not. 19), *ἀλλ' ἀντὶ βρεφέων πολλῶν πολὺν εἴρεν' ἄμησαν* (vel *ὄλεσσαν*) scribendum idque fragmentum cum fr. 424 et fr. 200 iungendum censebat, tum Heckerus Com. crit. in Anth. I p. 203, qui de Coroebo intellexit et ad Aetiorum carmen de Lino rettulit, *ἀ. ἀ. β. πολιὸν νόον εἴρενα, μέσσον* (*ἡλικίην*, vel *μεστὸν θάρσεος*) scribi malebat, Bergkius denique in Anth. lyr. I p. 124 *ἀ. ἀ. β. πολλῶν ἶον εἴρενα μέσσον*, sed in Anth. II p. 144 *ἀ. ἀ. β. πολλῶν εἶν' εἴρενα μέσσων* (coll. Arcad. p. 200 = Herod. I p. 546 Lentz. et Lex. *περὶ πνευμάτ.* p. 214: *εἶνα, τὸν ἕνα*) edidit

et utrobique ad Aetior. libr. I (de Lino) revocavit, ut fecit etiam Rauch. p. 15. Unus quantum scio nihil mutandum qui censebat Bernhardy in Jahrb. für wissensch. Kritik 1838 II p. 353 *νέον εἴρενα* iunxit parum probabiliter, *μέσσον* autem recte de *μεσήλικι* intellexit coll. Senec. Ep. 22: adolescentem, senem, medium (add. Hesiod. fragm. CXVI Goettl. *ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων*). At quid vetet *νέον* pro verbo haberi et sic verti: pro infantibus quos amiserant a Poena interemptis vicissim senem, iuvenem mediaeque aetatis virum *λοιμῷ* interemptos unum et alterum in rogo coacervare coacti sunt, i. e. *πολιὸν νέον, εἴρενα, μέσσον* [*ἐν πυρὶ πολλόν*], ut saepe dicitur *νῆσαι πυράν* de rogo et in Hom. Jl. VII 428 coll. 431 habemus *νεκροὺς πυρκαϊῆς ἐπενήνεον ἀχνύμενοι κῆρ, ἐν δὲ πυρὶ πρήσαντες ἔβαν*. Recte enim viri docti suspicati sunt, in Lini Coroebique historia fragmentum olim locum habuisse. Ceterum *εἴρενες* Callimachus, nisi plane falsus sum, scripsit etiam in hym. IV 299.

## 474.

*Ἀτράκιον δήπειτα λυκοσπάδα πῶλον ἐλαύνει.*

Choerobosc. in Theodos. p. 304, 20 (= Bekk. Anecd. p. 1346): *ἔτι σεσημείωται τὸ Ἄτραξ Ἄτραγος διὰ τοῦ γ κλιθὲν* (*ἔστι δὲ ἔθνος*), *περὶ οὗ ἔστιν εἰπεῖν ὅτι τοῦτο ἀναλογώτερόν ἐστι διὰ τοῦ κ κλινόμενον, οἷον Ἄτρακος, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ, Ἀτράκιον δὲ ἔπειτα λυκοσπάδα πῶλον ἐλαύνει, ἀντὶ τοῦ Ἄτρακα πῶλον ἐλαύνει ἀποσπασθεῖσαν ἀπὸ λύκου*. — Callimachus his verbis usus videtur in *Αἰτίων* libro primo agonem aliquem describens, Olympiacum fortasse (cf. Prolegom. in *Αἰτ.* p. XIV = p. 66, ut statuit etiam Rauch. p. 61). Et ad agones revocavit etiam Bergk. Anth. lyr. I n. 75, II n. 73. De *δήπειτα*, cui Lentz. de Herodian. II p. 740 substituere malebat *δ' ἄρ' ἔπειτα*, vide ad Hym. IV 160, *λυκοσπάδες* autem *ἵπποι* sunt *ποδώκεις* (cf. ad Nicandr. p. 146, ubi add. Plutarch. Quaest. conviv. II 8 et Stanlei. ad Aeschyl. Prom. 998, interp. ad Horat. Carm. I 8, 6). Postremo pro *ἐλαύνει* fortasse legendum *ἔλαυνεν*.

475.

*Ἔστιν ὕδος καὶ γαῖα καὶ ὀπτήτειρα κάμινος.*

Choerobosc. in Theodos. p. 384, 1 (= Bekk. Anecd. p. 1209) ὥσπερ ἀπὸ τοῦ γῆρας γῆρος καὶ ἀπὸ τοῦ δέρας δέρος, οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς ὕδας εὐθείας, ἐξ ἧς ἡ γενικὴ ὕδατος, γίνεται ὕδος, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ, ἔστιν ὕδος καὶ γαῖα καὶ ὀπτῆρα κάμινος. ἔχομεν δὲ καὶ δοτικὴν διὰ τῆς ει διφθόγγου, ὡς παρ' Ἡσιόδῳ (Opp. 61). Non toto Callimachi loco hinc sumpto usus est. Const. Lascar. Gramm. p. 73 fol. adv. ed. Venet. 1512: ἔστιν δὲ παρὰ ποιηταῖς καὶ τὸ ὕδος, τοῦ ὕδεους καὶ ὕδους. ὅθεν καὶ Καλλίμαχος, ἔστιν ὕδος καὶ γαῖα. Recepimus autem egregiam Naekii emendationem, de Hecal. p. 170, ὀπτήτειρα, de figulo aliquo intelligentis, quem ad modum in Hesiod. l. l. ad Pandoram effingendam Hephaestus iubeatur γαῖαν ὕδει φύρειν. Merkelius tamen ad Ovid. Jb. p. 406 corrigere malebat: ἔστ' ἂν ὕδος καὶ γαῖα καὶ οὐκ ὀπτῇ ῥα κάμινος, quae Ovidius in Ibid. 133—136 in usum suum converterit. At Naekii emendatione contentus Meinek. Philog. exercit. in Athenae. I p. 19 (= Anal. crit. in Ath. p. 98) cum Lehrsio de Prometheo interpretatur, qua in re vix tamen placeat praesens ἔστιν (nisi forte Callimachus ἔσκεν scripsit). Ab his omnibus recessit Hecker. Com. Call. p. 105, qui ad Hecalen revocavit et de fabrica figulina intellexit, quam in Κωλιάδι ἄκρᾳ, Atticae promontorio, fuisse constat. Adde Plin. Nat. hist. VII 194: Laterarias ac domum constituerunt primi Euryalus et Hyperbius fratres Athenis, antea specus erant pro domibus. et paulo post 198 figlinas Coroebus Atheniensis (invenit), quae fere persuadent istud fragmentum locum habuisse in eo Αἰτίων libro, ubi de inventionibus agebatur. cf. supra p. 110. Aliter Rauch. de Aet. p. 75. De ὕδος diximus ad hym. II 110, ubi add. Eustath. ad Jl. p. 1560, 27, Etym. Magn. p. 549, 55.

476.

*Πάσχομεν ἄστηνοι· τὰ μὲν οἴκοθι πάντα δέδασται.*

Etym. Florent. p. 50 Mill.: ἄστηνος· ὁ δυστυχὴς καὶ πένης· Καλλίμαχος· πάσχομεν ἄστηνοι, τὰ μὲν οἴ-

κοθεν πάντα λέλασται, εἴρηται παρὰ τὸ στάσιν, ubi Etym. Magn. p. 159, 11, Gudian. p. 87, 26 (coll. p. 154, 21) Suid. I 1 p. 808, Zonar. I p. 313 eandem agnoscentes originationem, quae Seleuci fuit (cf. Etym. Gud. l. l. et cod. Taurinens. ap. Peyron. ad Etym. M. l. l.), Callimachum tamen cum fragmento suo non memorant. et omittit etiam Hesych. I p. 305 ἀστηνόν (sic)· δύστηνον, χαλεπόν, qui aliam ibidem habet formam: ἀστῆνες· ταλαίπωροι, δυστυχεῖς, et ἀστηνεῖ, ἀδυνατεῖ. In ipso fragmento Miller οἴκοθι correxit, sed λέλασται intactum reliquit cum Nauck. in Bulletin. de l'Acad. imp. des scienc. de S. Petersburg. Tom. XIII p. 356, quod in δέδασται mutandum fuit (ut feci in Fleckeis. Annal. 1869 p. 104). Sumptum hoc ex Hom. Od. XV 412 δίχα δέ σφισι πάντα δέδασται, et Jl. XV 189 τρίχθα δὲ πάντα δέδασται, add. Jl. I 125. Queruntur qui haec dicunt domi agrum suum omnem inter hostes distributum esse, fortasse Dryopes. cf. p. 59.

477.

*Αὐτίκα Κενθίππην τε πολύκρημνόν τε Πρόσυμναν.*

Etym. Florent. p. 183 Mill. Κενθίππη τόπος Ἄργους. Καλλίμαχος· αὐτίκα Κενθρίππης (sic enim hoc loco habet codex, non Κενθίππης. cf. Duebn. not. p. 463) τε πολύκρημνόν τε Πρόσυμναν. εἴρηται δὲ πρῶτον ἐκεῖ κεντῆσαι τὸν Πήγασον ἵππον Βελλεροφόντης. Etym. Magn. p. 503, 33 praeter nominis originationem Callimachi omnem memoriam nobis invidit, Suidas autem II 1 p. 208 praeter solum nomen nihil habet. Sed ad eundem hunc locum pertinet Etym. Flor. p. 251 Mill.: πολύκρημνος· πολύκρημνόν τε Πρόσυμνον· ἐπίθετον τόπου Ἄργους, ὅς καλεῖται Πρόσυμνα· γράφεται δὲ καὶ διὰ τοῦ η καὶ διὰ τοῦ ι. καὶ ὅτε μὲν διὰ τοῦ ῆ ἡ πολλοὺς κρημνοὺς ἔχουσα, διὰ δὲ τοῦ ι η πολλὰς κριθὰς ἔχουσα, διὰ τὸ εὔκαρπον τοῦ τόπου, quae omissa Callimachi memoria in Etym. Magn. p. 681, 37 in magnam inopiam reciderunt. Ceterum Κενθίππη mihi ali, unde non nota, sed de Πρόσυμνα cf. Bursian. Geograph. von Griechenl. II p. 4t- U7.ramque Callimachus memorasse videtur eo loco quo dixit quos viros Adrasto Thebas profecturo Argos armaverit, ubi Prosymnam etiam Stat. Theb. IV 44 nominavit.

478.

*Δηὼ ὅπου Κλυμένου τε πολυξείνοιο δάμαρτα.*

Etym. Flor. p. 189: *Κλύμενος, ὄνομα κύριον ἥρωος· Καλλίμαχος δέ, Δηώ τε πο Κλυμένου πολυξείνοιο δάμαρτα· Δηὼ μὲν ἡ Περσεφόνη* (leg. *καὶ Περσεφόνη*. nam *ἡ* et *καὶ* saepissime confusa. cf. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 384 not. et Bast. Com. palaeogr. p. 815), *Κλύμενος δὲ ὁ ἥρως*, ubi in Etym. Magn. p. 521, item in Suid. II 1 p. 301 et Etym. Gudian. p. 329, 37 Callimachi memoria deest. *Κλύμενον* autem (vel *Περικλύμενον*, Hesych. III 35) tum alibi Plutonem appellabant (cf. Jacobs. ad Anthol. II 1 p. 110), cum in Hermione urbe (cf. Preller, Demetr. et Perseph. p. 57 n. 3), ubi Lasus civibus (cf. Bergk. fragm. lyr. p. 1109) hymnum fecerat, cuius hoc fuit initium: *Δάματρα μέλπω κόραν τε, Κλυμένοι' ἄλοχον Μελίβοιαν, ὕμνων ἀναγνῶν Αἰολῆδα βαρύβρομον ἁρμονίαν.* Ex quo Callimachi fragmentum supplemus sic: *Δηὼ ὅπου Κλυμένου τε πολυξείνοιο δάμαρτα [μέλπουσιν]*, ut urbs Hermione intelligatur, quae memoratur etiam fragm. 186, quod illi proximum locum habuisse videtur (in Hecal. VI, ut puto), *τε πο* autem non videbatur facilius corrigi posse quam quo fecimus modo nec placuit *τε πο* plane eicere. Postremo *πολύξεινος* illum *πολυδέκτην* vel *πολυδέγμονα* vel *πανδοκέα* Plutonem significat, de quo cf. Ruhnk. ad Hym. in Cer. 9.

479.

*Χύτλων ἀντιάσαντες [ἐσιτεῦντ'] ἔντομα μήλων.*

Etym. Flor. p. 312: *χύτλα· οἷον, χύτλα τέ οἱ χεύαντο, καὶ ἥγνισαν ἔντομα μήλων· χύτλα κυρίως εἰσὶ τὰ μεθ' ὕδατος ἔλαια· καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰ ἐναγίσματα, Καλλίμαχος· χύτλων ἀντιασίτων, ἔντομα μήλων.* Turbata haec sunt in Etym. Magn. p. 816, 8, ubi prior tantum locus apponitur (qui est Apollon. Rhod. II 926, sine dubio ex Callimacho ductus, sed ad improprium vocis usum docendum, quod falsum est. recte contra schol. Apoll. Rhod. I 1075, etsi testimonio utens nullo: *χύτλα κυρίως τὰ μεθ' ὕδατος ἔλαια, καταχρηστικῶς δὲ τὰ ἐναγίσματα.* alii enim grammatici fere proprium tantum usum memorant, ut schol.

Hom. Od. VI 80, Suid. II 2 p. 1694, Hesych. IV p. 301. In Callimachi igitur loco χύτλον non μελίκρατον (cf. Nitzsch. ad Od. Tom. III p. 162), sed καταχρηστικῶς totum ἐνάγισμα significabat. unde sententiam restitui, quem ad modum potui, (nam Millerus nihil nisi ἀντιασίτων in ἀντιάσαις mutare scivit) et intelligo homines qui fame pressi vel ἐναγίσματα, si incidebant, comedebant, fortasse Dryopes. cf. p. 59. Sed Nauck. in Bulletin de l'Acad. l. l. p. 356 cum Millero ἀντιάσαις scribit, ἔντομα μήλων autem ex Apollonii loco male additum censet.

480.

*Βουθόη, ἥ Δρίλωνος ἐπὶ προχοῇσιν ἐνάσθη.*

Etym. Magn. p. 207, 17: Βουθοίη· πόλις τῆς Ἰλλυρίδος. Σοφοκλῆς Ὀνομακλεῖ Βουθοίη Δρίλωνος ἐπὶ προχοῇσιν ἐνάσθη. Sic fere etiam Etymol. Florentinum p. 68. sed cod. Marcian. ap. Gaisf. l. l. habet: σοφοS ονο (μ) κλεῖ βουθόη δρίλωνος ἐπὶ προχοῇσιν ἐνάσθη, quae vix dubium est quin olim ita scripta fuerint: Σοφοκλῆς Οἰνομάῳ· Καλλίμαχος κ. τ. λ. nam Callimachi nomen in Etymologicis hoc siglo scribi constat: καλ) vel κα. cf. Gaisf. ad 237, 45. 254, 47. 325, 31. 404, 50. 498, 10 et saepius (cf. ad fr. 391, 532 et Bentl. ad 251). Sic haec statim post editum a Gaisfordio Etymol. Magnum emendavi in Bergkii Zeitschrift für die Alterthumsw. 1848 No. 99, p. 786 Sophocli eripiens versum qui adscribi ei non potuit multisque offensioni fuit (etiam Mein. Anal. Alex. p. 168) ac Callimacho fragmentum vindicans. Et persuasi Bergkio Anth. I p. 128 n. 52 (ed. II p. 148 n. 55), non item Nauck. Tragic. graec. fragm. p. 284, qui tamen Callimachi nomen fortasse recte a me erutum dicit, quod nunc fecit etiam Miller. ad Etym. Florent. l. l. Sed a Bergkio tamen paululum mihi discedendum video. nam quum in lemmate cod. Dorvill. habeat Βουθόη (ut in antecedenti glossa p. 209, 9, quae tamen ab altera hac non diversa est), tum in ipso versu cod. Marcian. et Florentin. item legant Βουθόη, non Βουθοίη, praeterea quum Βουθόη, non Βουθοίη urbis nomen fuisse aliunde constet (cf. Steph. Byz. p. 180, 19. Scylac. 24 seq. Butua Plin. Nat. hist. III, 144), quod firmatur etiam nominis originatione quam habet Philo

apud Steph. Byz. l. l.: *Βουθόη — διὰ τὸ Κάδμον ἐπὶ ζεύγους βοῶν ὀχούμενον ταχέως ἀνύσαι τὴν ἐς Ἰλλυρίους ὁδόν* — ob has igitur causas Callimachum existimo urbem nominasse *Βουθόην*. quamquam fortasse etiam ulterius progrediendum fuit. quem enim solum nunc scimus poetam nomine *Δρίλων* usum, is primam eius syllabam non ut Callimachus producit, sed corripit, Nicandr. Ther. 607 *ἶριν θ', ἣν ἔθρεψε Δρίλων καὶ Νάρονες ὄχθαι*, unde facile aliquis suspicetur Callimachum scripsisse *Βουθόη, ἥ τε Δρίλωνος κ. τ. λ.* sed quum Nicandrum in vocum mensura saepe aliquid novasse constet (cf. Nicandr. p. 236 et p. 272), ab hac quidem parte intactum relinquendum esse Callimachi fragmentum putavi. Sed videndum sitne potius *Βουθόη*, ἢ scribendum ob causam supra pag. 90 (Aet. II 5, eo enim pertinere locum puto) propositam.

## 481.

*Μὴ μετρεῖν σχοίνῳ Περσίδι τὴν σοφίην.*

Plutarch. de Exil. 10 p. 602 seq.: *ὅπου γὰρ οὐ φαύλως δοκεῖ λέγειν ὁ Καλλίμαχος τὸ μὴ [μετρεῖν] σχοίνῳ Περσίδι τὴν σοφίην, ἦπου τὴν εὐδαιμονίαν σχοίνοις καὶ παρασάγγαις μετροῦντες, ἐὰν νῆσον οἰκῶμεν διακοσίων σταδίων, ἀλλὰ μὴ τεσσάρων ἡμερῶν ὥσπερ ἡ Σικελία περίπλουν ἔχουσαν, ὀδυνᾶν ἑαυτοὺς καὶ θρηνεῖν ὀφείλομεν ὡς κακοδαιμονοῦντες; τί γὰρ ἡ πλατεῖα χώρα πρὸς τὸν ἄλυπον βίον;* Locum dedi ex recensione Duebneri, qui copiis Contianis nobis invidens Callimachi fragmentum sic dedit, ut *μετρεῖν* cancellis incluserit. Quod si codices poetae locum scribi iubent: – ⏑ ⏑ *μὴ σχοίνῳ Περσίδι τὴν σοφίην*, simile tamen verbum, atque est *μετρεῖν*, in propinquo fuit. Ipsum autem fragmentum sine dubio prope fr. 155 et 306 fuit ut statuit etiam Hecker. Com. Call. p. 52 et videtur statuere Bergk. Anth. Lyr. I p. 133 n. 108 = II p. 155 n. 116. nam *σοφίη* intelligendum de poeticis facultatibus. Ego ad Aetiorum Prologum refero.

482.

Ὃ πρὸ μιῆς ὥρης θηρίον οὐ λέγεται.

Galen. in Hippocrat. de Fract. III 51, V p. 72 Bas., XII p. 59 Chart., XVIII 2 p. 611 Kühn.: ὁ ἠλίθιος εὐήθης ὁμοίως λέγεται τῇ τε γλυκείᾳ καὶ τῷ καλλίᾳ, γλυκεῖαν μὲν τὴν σὺν ὀνομαζόντων τῶν ἀνθρώπων ὅταν θύηται (sic Lobeck. Aglaoph. p. 878, vulgo εὐήθη) τοῖς θεοῖς εὐφημίας ἕνεκα, καλλίαν δὲ τὸν πίθηκον, ἐπειδὴ καὶ τούτου τὴν προσηγορίαν φυλάττοντες λέγουσιν, ὥσπερ καὶ Καλλίμαχος ὃ πρὸ μιῆς ὥρας θηρίον οὐ λέγεται. His Lobeckius in Dissertat. de antiphrasi et euphemismo (Act. societat. graec. II) p 306 addit Lucian. Amor. 39: εἰ γοῦν ἀπὸ τῆς νυκτέρου κοίτης πρὸς ὄρθρον ἂν ἴδοι τις ἀνισταμένας γυναῖκας, αἰσχίω νομίσει θηρίων τῶν πρωΐας ὥρας ὀνομασθῆναι δυσκληδονίστων, ubi Mauricius Haupt. in Indic. lection. Berolinens. 1863/64 p. 7 ex cod. Guelpherb. et antiquorum exemplarium fide πρὸ μιᾶς ὥρας legendum docens Luciani locum probavit ex Callimachi expressum esse, qui dixerat: propterea (i. e. mali ominis causa) simia ante primam diei horam non nominatur. Quae sententia sine dubio ad Aetia referenda est, fortasse ad Aet. III extr. — Ὥρης pro ὥρας correxit Hecker. Com. Call. p. 34, quod nescio cur spreverit Bergk. Anth. lyr. II p. 158 n. 146. tum μιῆς pro πρώτης est, quod ex usu Pythagoreorum fuisse videtur (cf. Lobeck. Aglaoph. p. 429 not. a), postea autem non invaluit fere nisi in scriptoribus sacris (cf. Thesaur. Parisin. III p. 287 C), unde Nonn. Paraphr. υ 1 dixit τῇ δὲ μιῇ φθαμένῃ μετὰ σάββατον ἠριγενείῃ Μαγδαλινὴ Μαρίη φιλοδάκρυος ἐγγύθι τύμβου πρώιον ἴχνος ἔκαμπτεν, quae in Evang. Joann. invenerat sic: τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων Μαρία κ. τ. λ. Ex aliis scriptoribus quae his comparemus non invenimus nisi talia exempla, ubi numerali εἷς additum ordinale, ut Diodor. XVI 71 extr. ἀπὸ τῆς μιᾶς τετταρακοστῆς ἄχρι τῆς τρίτης καὶ τετταρακοστῆς, de quo usu cf. L. Dindorf. Thes. Paris. III p. 287 D. errant enim qui huc referendos etiam eos locos censeant, ubi in enumeratione post ἓν sequitur τὸ δεύτερον, τὸ τρίτον, quem ad modum in Hom. Jl. XVI 173, 179, 193, 195, 196 est τῆς μὲν ἰῆς στιχὸς ἦρχε —, τῆς δ'

*ἑτέρης —, τῆς δὲ τρίτης —, τῆς δὲ τετάρτης —, πέμπτης δέ*, cuius modi alibi quoque reperiuntur exempla (cf. Foertsch. Obs. in Lys. p. 37 not.). nam in eius modi locis a simplici enumeratione, cuius indicium inest voci cardinali *εἷς*, mox transitur ad ordinationem, quod significant nomina ordinalia *δεύτερος, τρίτος*, ut utrumque genus coniunctum sit, revera autem alterum pro altero positum esse dici nequeat, etsi pro *μιᾶς* etiam *πρώτης* poni poterat. Paulo autem antiquior et testatior altera est numeralium commutatio, qua pro cardinalibus usurpata invenimus ordinalia. nam sic Hom. Jl. VIII 404 seq. (v. 418 seq.): *οὐδέ κεν ἐς δεκάτους περιτελλομένους ἐνιαυτοὺς ἕλκε' ἀπαλθήσεσθον, ἅ κεν μάρπτῃσι κεραυνός* (cf. Eustath. l. l.). Aeschyl. Sept. 117 *ἑπτὰ δ' ἀγήνορες πρέποντες στρατοῦ δορυσσόοις σάγαις, πύλαις ἑβδόμαις προσίστανται* (cf. Herm. p. 279). Christodor. Ecphras. 380 *Ἡρόδοτος — ὠγυγίων κλέα φωτῶν — ἐνάταις ἀνεθήκατο Μούσαις.*

## 483.

*Ἠ διὰ πεμφίγων αἰὲν ἄγουσι νέα;*

Galen. ad libr. VI Epidem. Tom. V p. 455 Bas., Tom. IX p. 385 Chart., XVII 1 p. 881 Kühn.: *τῶν προγνωστικῶν οἱ πλεῖστοι ἐπὶ τῶν κατὰ τοὺς ὄμβρους σταγόνων εἰρῆσθαί φασι τὰς πέμφιγας· ὁ δὲ* (*ὁ μὲν* corrigit Mein. Anal. Alex. p. 113) *Καλλίμαχος ὧδε· μὴ διὰ πεμφίγων ἐνάγουσιν ἔα.* Fragmentum restitui qua poterat facilitate. nam quum olim haec ita scripta essent: *ΗΔΙΑΠΕΜΦΙΓΩΝΑΙΕΝΑΓΟΥΣΙΝΕΑ*, post *ΓΩΝ* illud *ΑΙ* ut saepe pro dittographia literae *Ν* habitum et male omissum est, sed quod restabat illius vocis (*ΕΝ*) temere sequenti verbo adiectum est cui parum convenit, similiterque in fine *Ν* male est ab ultima voce *ΕΑ* avulsum et cum antecedenti *ΑΓΟΥΣΙ* coniunctum. At Bentleius, qui aliquanto post demum hoc Callimachi fragmentum olim a se omissum attigit in Epist. ad Mill. p. 500 seqq., nihil ausus est mutare, nisi quod post *πεμφίγων* lacunam notavit. sed Hermannus in dissert. de Aeschyl. Prom. solut. p. 25 (= Op. IV p. 277) scripsit *μὴ διὰ πεμφίγων ἐναγίσματα*, quod Naek. de Hecal. p. 247 paululum immutavit sic: *δείδια πεμφίγων ἐναγίσματα*, metuo guttas pluviae mortuo Theseo parentantes, et ad Hecalen

rettulit, etsi ab hac metro excluditur, quum fragmentum pentametro similius quam hexametro sit. atque pentametro adaptavit etiam Bergk. in Leutschii Philol. Vol. XVI p. 603: *μὴ διὰ πεμφίγων λευκὸν ἄγουσιν ἔαρ*, qui Ὧραι intelligit, sed fragmento locum in Anthol. lyr. non concessit. nos deos intelligimus: profecto [dii] per imbres semper nova et insolita portendunt et adducunt. quo autem Aetion in loco fuerit nescio, nisi fuit in tertio Aetiorum libro extremo.

484.

*Κρηνέων τ' Ἑλλοπίῃ μισγομένων ἑκατόν.*

Schol. Victor. ad Hom. Jl. XVI 234: *Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου*] *οἱ περὶ Ζηνόδοτον πολυπίδακος διὰ τὸ Καλλιμάχου „κρηνέων τ' Εὐρώπῃ μισγομένων ἑκατόν"*, ut habet etiam cod. Townl. ap. Cramer. Anecd. Paris. III p. 286, nisi quod *κρηναίων τ'* legit. Ex hoc autem Callimachi loco non potuerunt quicquam Zenodoti asseclae colligere, nisi si *Εὐρώπη* significabat regionem Dodonaeam. iam tametsi scimus Europae nomen olim arctiore sensu usurpatum esse, nescio tamen, an nunquam *Εὐρώπη* significasse Epirum vel potius eam Epiri partem, ubi sita erat Dodona, demonstrari possit. Itaque iam olim in Jenaisch. Literaturzeitung 1848 n. 218 p. 871 A scribendum conieci *κρηνέων τ' Ἑλλοπίῃ κ. τ. λ.*, cui conferendus Stephan. Byzant. p. 268, 18: *ἐλέγετο καὶ ἡ περὶ Δωδώνην χώρα Ἑλλοπία, ἧς οἱ οἰκήτορες Ἑλλοί καὶ Σελλοί*, et Philochorus ap. Strabon. VII p. 328 C: *Φιλόχορος δέ φησι καὶ τὸν περὶ Δωδώνην τόπον ὥσπερ τὴν Εὔβοιαν Ἑλλοπίαν κληθῆναι· καὶ γὰρ Ἡσίοδον οὕτω λέγειν· ἔστι τις Ἑλλοπίη, πολυλήιος ἠδ' εὐλείμων· ἐνθάδε Δωδώνη τις ἐπ' ἐσχατιῇ πεπόλισται* (fr. Hesiod. n. 54 Goettl. = 149 Markscheff.). Alteram sententiae Callimacheae partem firmat Plin. Nat. histor. IV 2: (in Epiro) — Hellopes, Molossi, apud quos Dodonaei Jovis templum oraculo inlustre et Tomarus mons *centum fontibus* circa radices Theopompo celebratus coll. Solin. cap. XIII. Haec certissima mihi coniectura videtur, etsi sine vitii suspicione Callimachi locum citant Naek. de Hecal. p. 50, Hecker. Com. Call. p. 16, Meinek. ad Stephan. Byz. p. 247, Lobeck. Pathol. El. I p. 212 n. 35 extr. sed qui et ipse sanum pu-

tabat versum Callimachi, Bergk. in Fleckeisen. Annal. vol. LX (1860) p. 316 et in Poet. Lyric. graec. II p. 614, Europam non diversam statuit ab eo Dodonae lacu, qui *Παμβῶτις λίμνη* vocabatur, et fragmentum ad Glaucum elegiam rettulit coll. Ovid. Met. XIII 953 (vid. Anth. Lyr. II p. 148 n. 48). quae mihi admodum incerta coniectura videtur. idem Bergkius antea in Anthol. Lyric. I (ubi fragmentum Callim. est n. 20) praef. p. VI *Εὐρώπῳ* corrigendum censuerat, ut intelligeretur fluvius cognominis Thessaliae fluvio, quem memorant Excerpt. Strabon. Tom. II p. 77, 4 Kram. et ipse Strab. IX p. 441 init. Casaub. Ac ne habemus quidem hic Callimachi fragmentum, sed Antimachi, si fides est Duentzero, de Zenodot. stud. Homer. p. 117. sed cur ineptum sit putare, *τοὺς τοῦ Ζηνοδότου* (velut Ptolemaeum *τὸν Ἐπιθέτην*) magistri sui lectionem *πολυπίδακος* firmasse aliquo Callimachi loco? cf. Jenaische Literaturz. l. l. et Bergk. Poet. Lyr. II p. 614. Ceterum ad Aetia (quibus supra ascripsimus versum, Aet. II 5) Callimachi fragmentum revocavit etiam Naek. de Hecal. p. 50. nam de Dodone alibi quoque in illo carmine actum. De condito oraculo Dodonaeo interpretatur Rauch. p. 26.

### 485.

*Περσίη, ἧς θ' ἕνεκεν πένθος ἀπωμόσατο.*

Apollon. Dyscol. de Coniunct. p. 504, 30, loco lacunis foede lacerato, quem sic explere conati sumus:

*[μηδὲ παραλείπωμεν] ἔτι εἰς ἀπόδειξιν τοῦ λόγου καὶ τὸ ἀσύν[θετον ἔσθ' ὅτε εἶναι] καὶ ἐν γένους παραλλαγῇ καὶ ἀριθ[μοῦ· τοῦ εἵνεκα σὺ] στεναχίζων· τῆς ἕνεκεν καὶ νῆες· τῶν ἕνεκ' [ἐξεσίην πολ-]λήν ὁδόν. ἴσως, φησὶν ὁ Τρύφων, τὸ τ πρὸ [τοὔνεκα ὅμοιον] τῷ περσιητ' ἕνεκεν πένθος ἀπομόσατ[ο ἰωνίζοντος πολλάκις] τοῦ Καλλιμάχου, ὑπολαβόντος αὐτοῦ καὶ τ[ὸ τ ἀντὶ τοῦ τε εἶναι] καὶ τὸ τοὔνεκα οὕτως ἔχειν. καὶ οὐκ ἔστιν ἑ[κατέρου σχή-]ματος ἡ αὐτὴ ἀπολογία. οὐ γὰρ οἷόν τε τὸ [τοῦ οὕνεκεν ἐκδέ-]ξασθαι τοὔνεκεν, ἐπεὶ οὐδέποτε τὰ ἄρθρα τ[ὰ προτακτικὰ τὰ] τῆς ἐκθλίψεως παραδέχεται.* De *τοὔνεκα* agens Apollonius postquam attulit Homeri locos Od. XVI 188. XVII 288. XXI 20 (quorum ultimus in codice scriptus est *τῶν ἐν συ * * * λὴν*

ὁδόν), Tryphonem τοὔνεκα (vel potius τ' οὕνεκα. ita enim scribere debebat) sic facit explicantem, ut ex τοῦ οὕνεκα enatum sit ἐκθλίψεως ope. Et hanc quidem male in usum vocatam esse Apollonius docet, quod autem τ non esse in ϑ versum Trypho iudicaverat idque citato Callimachi loco defenderat, non reicit Apollonius, nec potuit reicere, quum talem aspirationis neglectum in ipso Homero agnosceret in libro de Adverb. p. 562, 27 laudans non solum ἀπηλιώτης (de quo cf. Lobeck. ad Aiac. 805), sed etiam ἐπίστιόν ἐστιν ἑκάστῳ ex Hom. Odyss. VI 265 et, quod imprimis memorabile, epicum hunc locum: ἐπ' Ἡφαίστοιο θύρῃσιν, qui unde sumptus sit nec ipse indicavit nec qui Apollonium sequitur Choerobosc. Dictat. p. 878, 4 (Gram. in Cram. Anecd. Oxon. IV p. 374, 8) ex Homero, unde citat, indagare posset, mihi autem errore procreatus videtur doctissimo grammatico cum notissimo Homeri loco Jl. II 788 ἐπὶ Πριάμοιο θύρῃσιν confundente alium nescio quem, fortasse Hesiod. Theog. 866 ὑφ' Ἡφαίστου παλάμῃσιν, in quo legerit ὑπ' Ἡφαίστου, quem ad modum etiam in Wolfiana et aliis quibusdam editionibus exaratum ibi invenimus nullo quidem quantum nunc scimus addicente codice. certe saepe hoc modo erratum fuit in vetustissimis codicibus, ut in Jl. II 330 vel Aristarchus legisse dicitur κεῖνός τ' ὥς, Herodianus denique κεῖνός θ' ὥς (cf. schol. A et B). Itaque etiam Trypho in Callimachi loco sic inveniebat scriptum: τωπερσίῃ, ἧς τ' ἕνεκεν πένθος ἀπωμόσατο. nam περσιη et ἀπομοσατ apparet esse scribae qui librum de Coniunct. exaravit errores, quos correxi in Proleg. in Callim. Αἰτίων fragment. p. III, in qua re mihi assensus est Bergk. Anthol. lyr. I p. 131 n. 86 = II p. 152 n. 89. quamquam nunc non dubito, quin τ' pro θ' quoque paulo vetustior scribendi error fuerit quo falli tamen Trypho non debebat. Ceterum ad Aetia fragmentum rettuli ac locum habuisse suspicor proxime fragmento 139, ubi item de persea arbore sermo est, quae Isidi sacra erat (cf. Plut. de Is. et Osir. c. 68).

486.

*Εἴτε μιν Ἀργείων χρῆν με καλεῖν ἀάτην.*

Herodian. περὶ μονήρ. λέξεως p. 42, 27 Dind. (Herodian. Vol. II p. 948, 14): σημειῶδες ἄρα τὸ ἄτη ἐκτεῖ-

νον τὸ α. λέγεται δὲ καὶ τρισυλλάβως ἐν συστολῇ τοῦ α, ὡς παρὰ τῷ Κυρηναίῳ· εἴτε μὶν ἀργείων χρῇ μὲν καλεῖν ἀάτην. τὸ δὲ αἴτιον τῆς ἐκτάσεως ἐν τῇ δισυλλάβῳ προφορᾷ ἐν ἑτέροις εἴπομεν (cf. vol. I p. 342, 15 et II p. 314, 21 Lentz.), ubi Lehrs. corrigit εἴτε μιν 'Α. χρὴ καλέειν 'Αάτην, quem sequitur Lentzius. ego contra cum Heckero com. crit. de Anthol. (1 p. 200) et Doederl. Gloss. Hom. I p. 161 praetuli χρῆν με καλεῖν, Bergkius autem Anth. lyr. I p. 79 n. 79 = II p. 151 n. 82 malebat κρή με καλεῖν ἀάτην, probantibus Rauch. l. l. p. 66 et Nauck. Eurip. Stud. II p. 159, qui locum ita redintegrari posse putabat: [εἶθ' Ἑλένην δή], εἴτε μιν 'Αργείων κ. τ. λ. — De voce ἀάτη, quae αὐάτα scribitur in Pind. Pyth. II 28 et agnoscitur etiam a gramm. in Cramer. Anec. Oxon. I p. 4, 11, cf. Lobeck. Pathol. Elem. II p. 50 seq. et Goettling. de Accent. p. 100 seq. Μίν autem Lehrsius cum aliis de Helena intellexit (qui afferre poterat Eurip. Androm. 103: Ἰλίῳ αἰπεινᾷ Πάρις οὐ γάμον ἀλλά τιν' ἄταν ἠγάγετ' εὐναίαν εἰς θαλάμους Ἑλέναν), sed Heckerus ad elegiam de Lino et Coroebo fragmentum revocavit. utrumque aeque incertum est atque tertium hoc, quod mihi placuit, cogitandum esse de Achille (Aet. I 14), qui Argivorum 'Αάτη eodem iure vocari potuit quo Achilleus appellatus fuisse dicitur ob ἄχος Jlio immissum in fragm. 549.

487.

'Αρχόμενοι μανίην ὀξυτάτην ἔχομεν.

Choerobosc. Dictat. in Theodos. I p. 15, 13: ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι διὰ τοῦτο περὶ τῶν εἰς σ ληγόντων πρῶτον διαλαμβάνει (Θεοδόσιος), ἐπειδὴ τὰ εἰς σ λήγοντα δυσχερέστερά εἰσι τῶν εἰς ν, ξ, ρ, ψ ληγόντων, ἐπειδὴ κατὰ τὸν Θουκυδίδην (II 8) „ἀρχόμενοι πάντες ὀξύτερον διαλαμβάνονται.“ καὶ Καλλίμαχος δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο λέγει, ἀρχόμενοι μανίην ὀξυτάτην ἔχομεν. Protuli olim Proleg. in Aet. p. XVII et de Achille furente intellexi. Sed hoc mirifice frigere videtur Carolo Dilthey de Cydipp. p. 57 nec ita ut ego voluerim ἀρχόμενοι accipi posse putat. qua in re nescio, cur recte dici nequeat ἀρχόμενοι μαίνεσθαι ὀξύτατον μαινόμεθα, praesertim si intelligatur de Achille rabide pugnante (ut saepe dici μαίνεσθαι constat), quo fit ut sententia fragmenti Calli-

machei proxime accedat ad Thucydidis locum, qui et ipse de belli initio est. At Dilthey de Acontii in Cydippam amore actum fragmento existimat (coll. Ovid. Ep. XX 207: et te dum nimium miror — nota certa furoris —) atque adeo *ἐχέμεν* corrigi voluit, cuius correctionis causam non video. nec mutandi causam vidit Bergkius qui fragmentum habet in Anth. lyr. I p. 135 n. 128 = II p. 158 n. 141.

488.

*Νήϊδες οἳ Μούσης οὐκ ἐγένοντο φίλοι.*

Choerob. Dictat. in Theodos. I p. 193, 12: *δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι φασί τινες ὡς καὶ τὸ νῆις, ὃ σημαίνει τὸν μηδὲν ἐπιστάμενον ἤγουν τὸν ἄπειρον, παρώνυμόν ἐστι, καὶ τούτου χάριν, ὡς παρώνυμον καὶ μακροκατάληκτον, διὰ τοῦ δος κλίνεται, οἷον νήϊδος, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ νήϊδες οἳ μούσης οὐκ ἐγένοντο, φίλοι.* Choerobosci nondum edito libro Hemsterhusius ad fr. 111 p. 484 Ern. egregia coniectura Callimacho fragmentum vindicavit notum sibi ex Hephaest. p. 54 (= p. 96, 15 et p. 97, 7 Gaisf. ed. II), quod ut Hephaestio sine Callimachi nomine habet, ita habent etiam schol. Hephaest. p. 200 Gaisf., schol. in Dionys. gramm. p. 749 Bekk., gramm. post Etym. Gudian. p. 667, 15, ubi *αἳ* scribitur. Et Hemsterhusii coniecturam praeter Blomf. (cui est fragm. 493) secutus est Hecker. Com. Callim. p. 54 seq. qui recte fortasse interposuit carmini, quo Callimachus in adversarios suos invectus est (cf. Proleg. Aet.). Inter *ἄδηλα* posuit Bergk. Anth. lyr. I p. 133 n. 110 et II p. 155 n. 118, sed altero loco *Μούσης, οὐκ ἐγ.* distinxit, quum Gaisf. post *ἐγένοντο* demum comma posuisset cum Hemsterhusio, nullum autem interpunctionis signum posuisset Heckerus, recte, nisi fallor. nam hoc dicere poeta velle videtur: qui Musae imperiti huic non erant amici. utrobique autem Bergkius cur *οἱ* scribere maluerit nescio, sed quod idem utroque loco etiam *νηΐδες* dedit cum schol. Hephaestionis et Dionysii Thracis et cum gramm. Gudian., *νῆις* cum reliquis testibus apertis verbis commendant Etym. Magn. p. 604, 13 (cf. Herodian. Lentz. I p. 85, 10), Etym. Gudian. p. 52, 13, Orion. p. 110, 33.

489—491.

*Παίσατε, τῶν δ' ἐτέων ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη —*

*Τίκτεσθαι, βροντᾶν δ' οὐκ ἐμόν, ἀλλὰ Διός —*

*Ῥέζειν καὶ στεφέων εὖαδε τῷ Παρίῳ —*

Hephaest. Enchirid. p. 96 Gaisf. II, de priore pentametri parte agens: *ὥστε αὐτὸ ποτὲ μὲν τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον, ποτὲ δὲ τρισκαιδεκασύλλαβον, ποτὲ δὲ δωδεκασύλλαβον εἶναι. Καὶ τοῦ μὲν τεσσαρεσκαιδεκασυλλάβου ἓν σχῆμα· παῖς ἅτε, τῶν δ' ἐτέων ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη. ὁμοίως δὲ τοῦ δωδεκασυλλάβου ἕν· τίκτεσθαι· βροντᾶν δ' οὐκ ἐμόν, ἀλλὰ Διός. Τοῦ δὲ τρισκαιδεκασυλλάβου δύο σχήματα, ποτὲ μὲν πρῶτος ὁ δάκτυλος· νήϊδες οἵ Μούσης οὐκ ἐγένοντο, φίλοι. πότε δὲ δεύτερος· ῥέζειν, καὶ στεφέων εὖαδε τῷ Παρίῳ.* Horum quattuor schematum, quorum auctores Hephaestio non apponit, tertium modo vidimus esse fragmentum Callimachi, ut reliqua quoque tria fragmenta eiusdem poetae esse admodum sit veri simile. nam quum quattuor illa schemata vulgaria sint nec opus esset eorum exempla operose conquiri ex omnium elegographorum libris, ex eodem omnia poeta eodemque eius carmine i. e. ex Callimachi Aetiis, sumpta esse quis neget, praesertim quum quintum quod postea Hephaestio apponit exemplum paulo insolentius, *ἱερά, νῦν δὲ Διοσκουρίδεω γενεή*, et ipsum apertis verbis ex Callimacho desumptum dicat, cuius scimus etiam esse quod fere in initio huius de pentametro dactylico disputationis apposuit p. 96, 15 *νήϊδες οἳ κ. τ. λ.* Atque hanc coniecturam iam olim protuli in Schneidewini Philol. VI p. 536 seq. assentientemque mihi habui Bergk. Poet. lyr. p. 1355 coll. Anth. lyr. II p. 159 n. 157 et n. 158, p. 146 n. 37 (I p. 126 n. 35). Et primum fragmentum (*παίσατε, τῶν δ' ἐτέων ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη*) Callimacho quodam modo vindicat etiam hoc, quod ad verbum expressum est ab Agathia, acerrimo Callimachi imitatore, Anthol. Palat. V 282, 4 *ὄμμα δὲ θέλγειν οὐ λάθε· τῶν δ' ἐτέων ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη*, oculo non latuit (oculus non oblitus est) demulcere (amatores), etsi annorum decas non parva est. neque enim opus esse puto ut *ὄμμα δὲ*

*θέλγον οὐ λίπε* legatur cum Carolo Dilthey de Cydipp. p. 101 not. extr., ubi *θέλγον* iam aliis placuit. sed cf. Lobeck. ad Buttmanni gr. gr. II p. 232 (1839) et Plutarch. Aristid. XVII: *ἔλαθε δ' αὐτὸν — σύνθημα δοῦναι τοῖς Ἕλλησιν.* Nec in ipso Callimachi fragmento Gaisfordum sequi malui qui quod libri habent *παίσατε* non dubitavit seiungere: *παῖς ἅτε* —, probatum illud Bergkio (qui tamen frustra ad Apoll. Dysc. de Adv. p. 566 provocat, ubi *πεσατε* non potest nostrum esse, sed ex *περὶ τοῦ ἅτε* corruptum est. cf. Bekk.) et Dilth. nam *παίσατε* utitur etiam Hom. Od. VIII 251, quamquam ibi est s a l t a t e. sed nihil impedit quin Callimachum putemus, usum verbo *παίζειν* pro *ἀφροδισιάζειν* (cf. Naek. de Choeril. p. 245), hoc dicentem fecisse nescio quem: l u d i t e, d u m a e t a s p a t i t u r, n a m a n n o r u m d e c a s non tenuis est, sed m a g n a m a d m u t a n d a m p u l c h r i t u d i n e m v i m h a b e t. qua sententia ita Agathias usus est, ut Melitem paulo maiorem natu mulierem tamen pulchritudinem sibi conservasse dixerit, tametsi potens sit annorum decas. atque in hunc sensum *ἐτέων δεκάδας* intellexerunt etiam Philodem. in Anth. Pal. V 13, 8 et Lucian. vel Menecrat. ibid. IX 55, 2. Ad Epigrammata fragmentum Callimacho mecum vindicatum refert Dilth. l. l.

Alterius fragmenti item auctorem celans maximam partem affert etiam P l u t a r c h. d e a d u l a t. e t a m i c o X p. 54 D, ubi adulatorem facit amici poeticas facultates extollentem, sed suas deprimentem: *εὐφυὴς εἰμι ποιητὴς καὶ στίχον οὐ φαυλότατον γράφων, β ρ ο ν τ ᾶ ν δ' ο ὐ κ ἐ μ ό ν, ἀ λ λ ὰ Δ ι ό ς*, unde veri simile est Callimachum quoque totum fragmentum de poesi intellexisse. certe *τίκτειν* de poeta dici potuisse carmina condente docet Eurip. Supplic. 180 *ἐχρῆν — τὸν ὑμνοποιὸν αὐτὸς ἂν τίκτῃ μέλη χαίροντα τίκτειν.* Quod quem non fugit Dilthey Anal. Call. p. 5 acute intellexit frustulum hoc cum fragm. 165 olim coniunctum fuisse ita:

*μηδ' ἀπ' ἐμοῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδὴν*
*τίκτεσθαι· βροντᾶν δ' οὐκ ἐμόν, ἀλλὰ Διός,*

nisi quod *δ'* post *βροντᾶν* positum sine causa delevit. nam si particulae *γάρ* vicem obtinere statueris, nihil habebit offensionis.

Denique tertium fragmentum tam apertis verbis quasi

clamat ex Aetiis se desumptum esse, ut vix alii atque Callimacho ascribi possit. Constat enim audita Androgei morte, de quo in *Αἰτίων* libro IV Callimachus egit, Minoem patrem quo tempore in Paro insula Gratiis sacra faciebat, coronam de capite deiecisse et tibias inhibuisse etsi perficientem sacrum. Rem cum aliis (cf. Sueton. Tiber. 70 cum not. Casauboni et Lobeck. Aglaoph. p. 686 seq.) narrat Apollodor. III 15, 7, qui addit: *ὅθεν ἔτι καὶ δεῦρο χωρὶς αὐλῶν καὶ στεφάνων ἐν Πάρῳ θύουσι ταῖς Χάρισιν*, quod egregium constituisse *αἴτιον* dignissimumque Callimacho iure existimabat Naek. de Hecal. p. 66 seq., at quo modo poetae nostro vindicaret non perspexit. Primus ego in Philol. VI p. 537 ad illam rem retrahens fragmentum ab Hephaestione laudatum sic redintegrandum censui:

*[τῷ σφ' ἄτερ αὐλῶν]*
*ῥέζειν καὶ στεφέων εὔαδε τῷ Παρίῳ,*

assensum nactus Bergkii in Anthol. lyr. I p. 126 n. 35 = II p. 146 n. 37 (coll. Praef. p. XIII), Rauchii de Aet. p. 55, Caroli Dilthey Anal. Call. p. 3.

## 491b.

*Τέμνοντα σπορίμην αὔλακα γειομόρον.*

Etym. Magn. p. 229, 43: *γειομόρος, ὁ γεωργὸς καλεῖται· τέμνοντα σπορίμην αὔλακα γειομόρον. Εἴρηται ἀπὸ τοῦ τὴν γῆν μορεῖν, ὅ ἐστι πονεῖν. γειομόρος οὖν ὁ γεωπόνος.* In his cod. V omittit *καλεῖται* cum ipso fragmento, non aliam puto ob causam atque quod *καλεῖται* siglo expressum non intelligebat, quod intelligi debebat *Καλλίμαχος*, ut nunc aperte habet Etym. Florent. p. 75. Sed iam antea Callimachi nomen vidit restituendum esse Heckerus in Schneidew. Philol. Vol. IV p. 478 probavitque Bergkio Anth. lyr. I p. 135 n. 126 = II p. 157 n. 137, qui Praef. ed. II p. XVI fortasse ad Molorchum et Aetia spectare putabat. equidem Proleg. in Aet. p. XI de Theiodamantis bove intellexi, ut fecit etiam Rauch. p. 38. nam de *ἀρότρῳ* certe cogitari non potest, de quo sane voce *γειομόρος* utitur Dionys. Perieg. 190: *οὐ γὰρ γειομόροιο τομὴν ἐδάησαν ἀρότρου.* propter

*σπόριμος* iam ab Heckero allatus est locus Theocriti XXV 219 *σπορίμοιο δι' αὔλακος*. adde Hym. anon. in Isim 72 *ὥρεα καὶ πεδίων σπορίμαν βάσιν*.

492.

[*οὐδὲ*] * * * * * * *ἤιεν ἐκδοὺς*
*σάμβαλον αὐλείου*.

Schol. B. L. V. ad Il. XVI 235: *ἀνιπτόποδες· οἱ φυλασσόμενοι μή τι μιαρὸν πατῆσαι. ἢ μὴ προϊόντες τοῦ ἱεροῦ, ὡς μὴ δεῖσθαι νίπτρων. καὶ Καλλίμαχος· ἤσεν ἐκδοὺς σάμβαλον αὐλείου.* Similiter schol. A D, sed Callimachi fragmento non addito: *τινὲς δὲ αὐτοὺς διὰ τοῦτο λέγουσιν ἀνιπτόποδας, ὅτι οὐκ ἐξίασιν ἔξω τοῦ ἱεροῦ.* Cur Selli pedes non lavarent quum nec ex Homeri verbis constaret nec e fragmento Euripid. Erecht. n. 368 Nauck. (ubi inter testes omissa Eudoc. in Viol. p. 40): *ἐν ἀστρώτῳ πέδῳ εὕδουσι, πηγαῖς δ' οὐχ ὑγραίνουσιν πόδας*, iam olim docti homines ad coniecturas confugere coacti sunt. inter eas autem fuit etiam quam Homeri scholiasta ex Callimachi fragmento duxit, quo nisi constitisset Sellis non licuisse ex aede exire, fieri ea coniectura non potuit. unde certum est ex fragmento Callimachi negationem male excidisse. ne autem scholiastae coniectura nimis cuiquam temeraria videatur, finge Callimachum inter Dodonae memorabilia obiter Sellos memoraturum Homeri versu l. l. *σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι* ita usum esse, ut facta inde *ὑποφητῶν* et *χαμαιευνῶν* aperta mentione *ἀνιπτόποδας* omitteret, sed ea quae scholiasta adduxit verba poneret. quis ita non existimet Callimachum istis verbis voluisse nomen *ἀνιπτόποδες* quasi *παραφράζειν*, praesertim si in hunc fere modum scripsit:

[*οὐδὲ χαμαιεύνης ὑποφήτης*] *ἤιεν ἐκδοὺς*
*σάμβαλον αὐλείου* [*ἐς ῥυπόεσσαν ὁδόν*].

Qui negationem excidisse perspexit Naek. de Hecal. p. 50 nimis tamen violenter correxit *οἷσιν ἄθικτον σάμβαλον αὐλείου*. quo partim probato Rauch. de Aet. p. 18 scribi voluit *ἦσιν ἄθικτον* et confidenter fragmentum sic correctum historiae a Callimacho in Aetiorum libro primo (cf. frag. 6) tractatae inseruit, sed nec scholiastae Homeri quam debebat

rationem habebat et apertissime erravit de voce *σάνδαλον*, quam mulierum tantum fuisse dicit. nam Mercurium et Amphitryonem *σάνδαλα* subligantes sibi habemus in Hym. Hom. in Herm. 83 coll. v. 139 et Theocrit. XXIV 36, item Sappho frag. 98 Bergk. *θυρώρῳ* dicit esse *σάμβαλα πεμπεβόηα*, et Hipponax frag. 18 Bergk. sibi postulat *σαμβάλισκα*. cf. Voss. Mytholog. Briefe I 18. Nos non dubitamus quin ad Aetiorum II 5 fragmentum revocandum sit.

493.

*Ὁ δ' ἐκ Λοκρῶν τείχεος Ἰταλικοῦ*
*παρ* * * * * * * * * * *ἦεν ἀμύντωρ.*

Schol. Hom. Jl. XXII 56: *τεῖχος· τὴν πόλιν.* *Καλλίμαχος· ὁ δ' ἐκ Λοκρῶν τείχεος Ἰταλικοῦ παρῆν Ἀμύντωρ.* Hoc fragmentum qui primus attulit Blomfieldus p. 315 nihil vidit quod saluti sit, sed vidit Heckerus Com. Callim. p. 144 et Com. crit. de Anthol. I p. 75, qui *παρῆν Ἀμύντωρ* in *παρῆεν ἀμύντωρ* mutato (coll. Hom. Jl. XV 610: *αὐτὸς γάρ οἱ ἀπ' αἰθέρος ἦεν ἀμύντωρ*) tria ultima fragmenti verba ad finem hexametri reiecit. qua in re quae in quarto pede existeret caesura trochaica, eam vitari non posse dicit. sed quidni vitemus *πάρ* quidem in initio hexametri retinentes et reliquos tantum duas voces ad finem reicientes? Ita simul versus paulo similior fit Homerico nec admisit Callimachus quae ullo modo reprehendi potuerint. quis enim reprehendere ausit talem versum qualem ludibundi iecimus, ut certe demonstremus quam facilis res fuerit:

*ὁ δ' ἐκ Λοκρῶν τείχεος Ἰταλικοῦ*
*παρ* [*στρατὸς αἰχμητὴς μάλα καρτερὸς*] *ἦεν ἀμύντωρ.*

Sic etiam facile perspicitur cur scholiasta, ut absolutam daret sententiam, omissis intermediis coniungeret *παρῆεν*. Atque haec ratio multo mihi magis placet quam qualem Mein. in Diatrib. in Call. p. 240 not. iniit, qui ex lyrico carmine petitum fragmentum putabat. ac similiter Bergkius Praef. Anthol. lyr. II p. XVIII epigrammatis partem esse existimabat, in quo poeta disticho iambicum trimetrum subiecisset ad Simonidis exemplum (cogitavit opinor de Simonidis carmine in Anthol. Pal. XIII 14 = fr. 125 p. 1160 suae editionis). Quem autem Callimachus nominaverit mihi non con-

stat, illud autem constat, de Aetior. II 4 cogitandum esse. Et de Aetiis etiam Rauch. p. 78 seq. cogitavit, Heckerus autem l. l. ad Comam Berenicae fragmentum rettulit. Ceterum Herzberg. in Bergk. Diar. antiq. 1847 p. 135 de Anaxilao Rhegino fragmentum interpretatur qui Zanclen duxerit Messenios.

494.

*Ἐπασσοτέρω καθίσασα*
*παρ πυρί.*

Cramer. Anecd. Oxon. I (Epimerism. Homer.) p. 64: *ἀγορὰ ἦν καὶ ἄγυρις, καὶ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν εὑρίσκομεν τὸ μόγις μύγις· τότε τύτε· ἐπασσύτεραι Δαναῶν κίνυντο φάλαγγες* (Jl. IV. 427), *ἐπασσότεραι γὰρ ὤφειλεν εἶναι· τὸ γὰρ ἁπλοῦν ἀσσότερος. τὸ γοῦν ὀφειλόμενον τῷ σχήματι ἀπέδωκεν ὁ Κυρηναῖος εἰπών· ἀσσοτέρω καθίσασα παρὰ πυρί.* Cum his conferas Herodian. *περὶ μον. λέξ.* p. 71, 26 (coll. Herodian. I p. 195. II 927 seq. Lentz.): *τὸ δὲ ἐπασσύτερον, ὥς τοτ' ἐπασσύτεραι Δαναῶν οὐκ ἔχει φυσικὸν τὸ υ, ἐκ δὲ τοῦ ἀσσοτέρου ἐτράπη, ἀσσοτέρω καθίσασα παραὶ πυρί* (Od. XVII, 572), et Gramm. Cram. Anecd. Oxon. I p. 362: *ἀντιθέσει τοῦ ο εἰς υ, ὥσπερ παρὰ τὴν ἀγορὰν ἄγορις καὶ ἄγυρις· ὥσπερ παρὰ τὸ κίθαρα κίθαρις· καὶ ἆσσον ἀσσότερον τὸ ἀκόλουθον· καὶ ὁ ποιητής* (Od. XVII 572) *ἀσσοτέρω καθίσασα παραὶ πυρί· κατ' ἀντίθεσιν ἀσσότερος* (leg. *ἀσσύτερος*) *καὶ ἐν συνθέσει ἐπασσύτεραι Δαναῶν κίνυντο φάλαγγες.* Quae ut inter se conciliaret Lentzius in Herodianeorum vol. II p. 356 in grammatici Cramer. priore loco scripsit: *τὸ γοῦν ὀφειλόμενον ἀπέδωκεν ὁ ποιητὴς εἰπὼν ἀσσοτέρω κ. τ. λ.*, nisi forte Callimachi locus exciderit. Mihi ultimum hoc unice verum videtur, quum ex ipsius grammatici verbis Callimachus *ἐπασσύτεραι* in ordinem redegerit, non simplex. quod quum ita fecisse videatur, ut simul locum Homericum alium (Od. XVII 572) imitaretur, quod saepe eum fecisse constat, equidem ita corrigendum grammaticum putaverim: *τὸ γοῦν ὀφειλόμενον τῷ σχήματι ἀπέδωκεν ὁ Κυρηναῖος εἰπὼν ἐπασσοτέρω καθίσασα παρ πυρὶ τὸ ἀσσοτέρω καθίσασα παραὶ πυρί.* quod si est, fragmenti verba inter duos versus dispescenda et simul *παρ πυρί* emendandum esse apparet. Certe *ἀσσοτέρω καθίσασα παρὰ πυρί* Callimacho

detrahere non ausi sunt Hecker. Com. de Anth. gr. I p. 172 et Dilthey. Analect. p. 14, quorum ille in Hecale fragmentum habuisse locum statuit. atque aptissimum video ei fuisse prope fragm. 237 coll. Naek. p. 124.

495.

Ἥρης
ἁδρὸν ὑφαινέμεναι τῇσι μέμηλε πάτος.

Meletius de corporis humani fabrica (Cram. Anecd. Oxon. vol. III coll. p. 93 Ritschl. Opusc. I p. 700.): τὸν τοῦ διαφράγματος ὑμένα περίπεπλον λέγουσι διὰ τὸ περιειλεῖσθαι αὐτὸν τοῖς σπλάγχνοις· ἢ πέπλον διὰ τὸ ὑφαπλοῦσθαι (legendum ἐφαπλοῦσθαι)· ἢ πάτος ἀπὸ τοῦ πεπῆχθαι καὶ οἷον συνεσφίχθαι· διὸ καὶ ὁ Καλλίμαχος οὕτως ἔφη· Ἥρης ἁγνὸν ὑφηνέμεναι τῇσι μέμηλε πάτος. Plurimum hic locus negotii facessivit Lobeckio in Rhem. p. 307, ubi praeter alia Meletium non πάτος sed πάγος vel πάχος, Callimachum autem φάρος scripsisse sibi persuasit correpta priore eius vocis syllaba quam agnoscit sane Herodian. de Monad. p. 122 et 127 et de Dichron. p. 366 Lehrs. (= Herod. I p. 392. II p. 15, 940, 942 Lentz). Mihi autem poetas διάφραγμα illud περίπεπλον vel πέπλον et πάτος aliquando dixisse non aeque incredibile videtur atque Lobeckio, praesertim quum idem διάφραγμα etiam simili voce χιτών appellaretur (cf. Poll. II 212). Sed praecipua errandi causa Lobeckio haec fuit, quod Meletium ceterorum quae apposuit διαφράγματος nominum simul originationem etymologicam addidisse putabat. imo Meletius quo nominum illorum congruentiam demonstraret, διαφράγματος naturam indicavit convenientem iis rebus, quae his nominibus proprie significantur. itaque illud dicit περίπεπλον appellari quia velut quoddam περίπεπλον περιειλεῖται τοῖς σπλάγχνοις, tum πέπλον, quod iis tamquam πέπλος ἐφαπλοῦται (hoc enim verbum necessario est vulgato substituendum). postremo διάφραγμα etiam πάτος nominari refert propter naturam suam πεπηγμένην καὶ οἷον συνεσφιγμένην, qualem etiam πάτος fuisse consentaneum est i. e. densum et confertum sive οὖλον, ut οὖλαι χλαῖναι appellari solent. Haec omnia minime mihi videntur inepta esse, sed illud iure aliquis dixerit ineptum,

quod Meletius postquam *πάτος* memoravit statim addidit *διὸ καὶ Καλλίμαχος ἔφη Ἥρης ἁγνὸν ὑφαινέμεναι τῇσι μέμηλε πάτος.* neque enim ullo pacto nunc perspici potest cur *διό* dixerit, quae vox locum suum tueri nequit, nisi in ipso quoque fragmento eius vestimenti quod *πάτος* vocabant illa densitas indicata fuit. Hanc igitur ob causam Callimachi fragmentum paululum corruptum esse reor, cuius corruptionis si hanc medelam adhibuerimus, ut *ἁδρόν* scribatur pro *ἁγνόν*, omnia iam recte procedent. *Πάτος* autem ne cum Lobeckio attrectemus vetat cuius ille tum immemor fuit Hesychii locus III p. 293: *πάτος· ἡ πεπατημένη καὶ λεωφόρος ὁδός· καὶ ἔνδυμα τῆς Ἥρας· καὶ κόπρος*, qui varia vocis genera miscuit, si quidem recte Meletius neutrum genus agnoscit, de quo nulla iusta dubitandi causa est. sed *ἁγνόν* iniuria tenere videtur Bergk. in Anth. lyr. I p. 130 n. 78 = II p. 151 n. 81. Ceterum fragmentum intelligendum de mulieribus Elidensibus quae *ἑκκαίδεκα καλούμεναι ὑφαίνουσι τῇ Ἥρᾳ* teste Pausan. V 16, 2 et VI 24, 8, et nisi fallor memorabantur in Aetiis. cf. Aet. I 4, ubi cum Minervae peplo comparatus esse videtur Herae. Ad Herae quemdam festum diem rettulit Rauch. p. 62.

## 496.

*χεὶρ ἡ Πολυδευκείη*
*καὶ σφυρὸν Ἰφίκλειον*

Gramm. in Cram. Anecd. Oxon. IV p. 329, 6 (Herodian. II p. 861 Lentz.): *ἰστέον μέντοι ὅτι τὸ κτητικὸν ἐπὶ τῶν σωματικῶν μερῶν λαμβανόμενον καὶ* (lege: *λαμβανόμενον μόνον κατὰ*) *τεθνηκότων θέλει λαμβάνεσθαι· οἷον βοεῖα κεφαλὴ ἡ τοῦ τεθνηκότος βοός, οὐ γὰρ ἂν ἐπὶ ζῶντος εἴποι τις τοῦτο· διὸ καὶ μέμφονται τὸν Ζηνόδοτον* (cf. Lobeck. Elem. II p. 98), *ἐπειδὴ τὸ ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων κτητικὸν ἔλεγε, καὶ τὸν Καλλίμαχον „χείρη Πολυδυκείη“ καὶ „σφυρὸν Ἰφίκλειον,“ ὅτι ἐπὶ ζωόντων ἐχρήσατο κτητικῷ ἐπὶ σωματικοῦ μέρους.* Canonem iisdem paene verbis proponunt Etym. Magn. p. 507, 17, Gudian. p. 318, 3, gram. Cram. Anecd. Oxon. I p. 239, omisso Callimachi fragmento, ex quo tamen ductum *Πολυδεύκεια χείρ* (leg. *Πολυδευκεία χείρ.* cf. Herm. Opusc. III p. 308) sine auctoris no-

mine legitur etiam in Choerob. Orth. ap. Gram. Cram. Anecd. Oxon. II p. 305 et Etym. Magn. p. 461, 45. Sed intra Atticismi terminos canonem coercens Etym. Magn. p. 203, 31: *βοὸς πόδα οἱ μὲν Ἀττικοὶ ἐπὶ ζῶντος λέγουσιν, ἐπὶ δὲ τῶν τεθνηκότων βόειον πόδα φασίν*, — ne sic quidem vincet. nam ut in uno genere consistam, *Ἑκτορέα χείρ* legitur in Eurip. Rhes. 762, item *βασίλεια* (sic) *χείρ* Etym. Magn. p. 451, 50, *Ἡρακλεία χείρ* ibid. p. 436, 21, quae et ipsa ex tragoedia petita videntur. adde *Κηφείη χείρ* Arat. 279 (qui habet etiam *ὁπλαὶ δ' Ἵππειοι* 487, *Ὀφιούχεοι ὦμοι* 488, *Ὀφιούχεα γοῦνα* 521). sed paulo aliter habet *χεὶρ ἱπποδάμεια* in Euphorion. fr. CLXV. In ipso autem Callimachi fragmento a Gaisfordo aliisque sic recessi, ut quae duo adhuc putabantur fragmenta in unum coniungerem, *καί* ipsius ratus Callimachi esse, non grammatici. praeterea *χεὶρ ἡ* dudum ante Rauch. de Aet. p. 60 correxi in Proleg. Aet. p. XVI, ubi ad primum Aetiorum librum rettuli. *Πολυδευκεΐη* autem sumpsi a Meinek. ad Call. p. 152 not. facilior enim ita ad ordinandum versus videbatur quam sic *χεὶρ | ἡ Πολυδευκείη καὶ σφυρὸν Ἰφίκλεον*.

## 497.

*Οἵτε βιοπλανὲς ἀγρὸν ἀπ' ἀγροῦ*
*φοιτῶσιν.*

Choerobosc. Dict. in Theodos. p. 447, 13 Gaisf. (= Bekk. Anecd. p. 1253 et eiusdem adnot. in Etym. Magn. post Et. Gudian. p. 788): *ἔστιν ἐπιτηδέες καὶ κατὰ κρᾶσιν ἐπιτηδεῖς, καὶ βιοβλανέες καὶ κατὰ κρᾶσιν βιοπλανεῖς, καὶ λοιπὸν κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ι γίνεται ἐπιτηδὲς καὶ βιοβλανές, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ, οἵτε βιοπλανὲς ἀγρὸν ἀπ' ἀγροῦ φοιτῶσιν, καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ* (Jl. I 142), „*ἐς δ' ἐρέτας ἐπιτηδὲς ἀγείρομεν.*“ Paulo minus plena et sine Callimachi nomine haec apposuit Joann. Alex. *Τονικὰ παραγγ.* p. 15, 27 (= Herodian. Lentz. I p. 422, II p. 278) — *χωρὶς εἰ μὴ ἐκ πάθους εἶεν διὰ τὸ βιοπλανές, οἵ οἵ τε βιοπλανὲς ἀγρὸν ἀπ' ἀγροῦ.* Tandem solum *βιόπλανες* (nam de accentu discrepat cf. Lehrs. Quaest. ep. p. 139) affert etiam nomen Callimachi celans Apollon. Dysc. de Pronom. p. 118 C, item Etym. Magn. p. 198, 11, ubi in Florent. p. 65

adiectum est οὕτως Ἡρωδιανός, sed aeque omissum Callimachi nomen. Non erat autem cum Naek. p. 109 ex Joanne recipiendum οἷοι, nec φοιτεῦσιν cum eodem scribere voluimus, quum hoc solo nitatur Bekkeri indicio Adnot. in Etym. M. l. l., ut error esse videatur. Ceterum rectissime Naek. l. l. ad Hecalen fragmentum revocavit, quam sententiam probat Hecker. Com. Call. p. 115. cf. Hecal. V.

498.

θήκατο, μὴ ἔσω αἷμα
πιλῆται μύτιλον.

Schol. Ambros. ad Theocrit. VIII 86 p. 65 Ziegl.: οἱ μὲν χρώματος εἶδος τὴν μυτάλην, οἱ δὲ ὄνομα ἤκουσαν, οἱ δὲ τελευταίαν. Καλλίμαχος· θήκατο μὴ εἰς αἷμα πῖλ μῦταλ/. In ultima voce patet latere adiectivum μύτιλος, quod agnoscit Herodianus (cf. I p. 162, 15 et II p. 551, 25 Lentz.): μύτιλος ὁ ἔσχατος, memoratum illud etiam ab Hesychio III p. 133: μύτιλον· ἔσχατον· ἀφ' οὗ καὶ τὸν νεώτατον· οἱ δὲ καὶ τὸ ἀποβαῖνον. καὶ ὁ νήπιος. καὶ ὁ νέος, et ab eodem III p. 113, ubi paulo alia forma est quae invenitur etiam apud Herodian. l. l.: μίτυλον· ἔσχατον. νήπιον. Λακεδαίμονες. In altera autem quae huic antecedit voce nescio an non aliud quid deprehendere quis possit atque πιλῆται a verbo πιλεῖν. quod quum Apollon. Rhod. IV 678 de spissato per aerem terrae solo usurpaverit: χθὼν — οὔπω διψαλέῳ μάλ' ὑπ' ἠέρι πιληθεῖσα, non videtur dubitari posse quin etiam de sanguine spissato dici potuerit, fortasse per venenum aliquod, quem ad modum Plin. Nat. hist. XXV 152 cicutae seminis succum expressum spissando sanguinem necare narrat. Quae si probabuntur, ad numeros restituendos nihil iam videtur opus esse nisi ut εἰς mutetur in ἔσω (i. e. ἔνδον, ἐν τῷ σώματι, coll. Apollon. Rhod. IV 712 ἦ δ' εἴσω πελανοὺς μελίκτρά τε νηφαλίῃσι καῖεν et Lehrs. de Aristarch. p. 136 (= p. 141). nec inepta erit sententia. videtur enim aliquis vulneri quae ab animali venenato illata erat imposuisse herbam aliquam, ne venenum intus vel extremum sanguinem spissaret. ac potuit poeta ita dicere: [φάρμακα πόλλ' ἐπὶ δήγματ'] ἐθήκατο, μὴ ἔσω αἷμα πιλῆται μύτιλον [θηρὸς ὑπαὶ σιάλῳ.] nam coniunctivus modus post praeteritum ἐθή-

κατο positus offensione caret, cf. Exc. ad Hym. III p. 243. Puto autem Heraclem intelligendum esse, quem (in Aetiis sine dubio) Callimachus narraverat Cerberum ex inferis extraxisse fragm. 161.

499.

*Τῶν κανόνων ὤῃσι περὶξ λεγνωτὸν* * * *

Erotian. voc. Hippocrat. p. 127, 5 ed. Klein.: *τὰ λέγνα τῆς ὑστέρης· ἀντὶ τοῦ τὰ πέρατα. λέγνα γὰρ ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι τὰς τῶν ἱματίων ὤας, ὡς καὶ Καλλίμαχός φησι λέγων· τὸν τῶν κανόνων ἐσιπερὶξ λεγνότων χιτῶνα, ἐντεῦθεν δηλῶν, ὡς τὸ λέγνον τὴν ὤαν σημαίνει καὶ οἷον τὸ πέρας.* Fragmentum fugerat magnum Bentleium cuius sagacitate non adiuti Spanhemius, Foesius, Kleinius salutem loco non attulerunt, quorum quem primum nominavi *τὸν τῶν γούνων ἐπιπερίξ*, alter *τὸν τὴν ὤαν ἔχοντα ἐπιπερὶξ* aut *τὸν προσσωτὸν ἐπιπερίξ* scribi iussit, neuter autem versum rimari scivit, qui tamen facile restitui poterat. nam si secundum Erotianum Callimachus ipse ibi dixit *τὸ λέγνον τὴν ὤαν σημαίνειν*, apparet in fragmento vocem *ὤα* fuisse et Callimachum scripsisse *τῶν κανόνων ὤῃσι περὶξ λεγνωτὸν* ⏑ – ⏑. nam *λεγνωτόν*, non *λεγνώτων* vel *λεγνότων* (ut Kleiniana habet), non solum Eustachius in editione sua scripsit sine dubio ex codice suo Vaticano, sed legitur etiam in codice Dorvilliano, qui nunc est Oxoniensis, secundum Franzium p. 368, quem codicem Kleinius hic non memorat. Hac autem ratione Callimachi locum, quatenus quidem ab Erotiano allatus est, plane persanatum existimamus. neminem enim adversaturum mihi indicaverim affirmanti voces *τόν* ab initio et *χιτῶνα* in fine versus hexametro repugnantes non Callimachi verba esse, sed lexicographi, et Kleinium ita certe scribere debuisse *λέγων τὸν „τῶν κανόνων* * * * *λεγνωτὸν“ χιτῶνα.* Cuius versus in integrum restituendi non unum video modum, velut si quis coniciat: *ἔργον | τῶν κανόνων ὤῃσι περὶξ λεγνωτὸν ἔδυνεν.* equidem tamen meliorem medelam invenisse mihi videor. neque enim incredibile est Erotianum in integriore illo ipso Callimachi loco legisse vocem *χιτῶνα*, etsi non in versus fine. quod si est, hoc fragmentum cum fr. 59 *στάδιον δ' ὑφέεστο χιτῶνα* coniungi poterit, (quod ex Hecale petitum

et ad Theseum referendum esse iure statuit Naeke de Hecal. p. 85), modo post λεγνωτόν inveniatur vox, quae ad κανόνων apta sit, hoc fere modo:

σтάδιον δ' ὑφέεστο χιτῶνα,
τῶν κανόνων ὤησι περὶξ λεγνωτὸν [ὕφασμα].

Sic fere iam disputavi supra vol. I p. 201.

500.

Λᾶες Δευκαλίωνος ὅσοι γενόμεσθα.

Epimerism. Hom. in Cramer. Anecd. Oxon. I p. 264, 25 ἄλλοι δὲ (scil. λέγουσι λαοὺς) παρὰ τοὺς λάας ὠνομάσθαι, λαοὶ Δευκαλίωνος ὅσοι γενόμεθα· Καλλίμαχος. ubi Gaisf. γενόμεσθα correxit. praeterea Naek. de Hecal. p. 231 in fine supplens γεγειῶν vel γενέθλης omnia iam expedita putabat. in quo egregie falsus est. nam ut nunc res est, ex Callimachi fragmento non apparet, quod vult grammaticus, nomen λαοί cohaerere cum voce λᾶες, ut hac voce nullo modo careri possit. aliter enim vacillat demonstratio. Perspexit hoc, qua est sagacitate, Theodorus Bergkius, qui in com. critic. specim. I Marburg. 1844, p. 2 scribendum censuit λαοὶ Δευκαλίωνος ὅσοι λάων γενόμεσθα ediditque ita in Anth. lyr. I p. 128 n. 50 = II p. 148 n. 53, et assentientem sibi habebat Rauch. l. l. p. 27, qui ad historiam conditi oraculi Dodonaei refert. Quamquam autem paulo etiam melius expleri potuit λαοὶ Δ. ὅσοι γενόμεσθ' ἀπὸ λάων, tamen neutrum probo, sed praetuli quod ob corrumpendi simul et emendandi facilitatem praestare videbatur, λᾶες Δ. ὅσοι γενόμεσθα. nam voce λαοὶ non aeque opus est atque λᾶες et fragmentum vel sic praestat id cuius causa appositum est a grammatico, i. e. non ad definiendum, sed ad explicandum. Atque fabula ex notissimis est (cf. Pind. Ol. IX 45 seq. et Munker. ad Hygin. CLIII), ut si λᾶες Δευκαλίωνος Callimachus dixit, errare nemo potuerit. Refero autem ad Aet. II 5 (cf. p. 91), quamquam non video quo modo redarguam, si quis contenderit, poetam non totam Deucalionis enarrasse fabulam, sed de unius alicuius hominis duritie et crudelitate nescio ubi in Aetiis, ubi plurimi loci cogitari possunt, loquentem in universum dixisse: nam quotquot lapides Deucalionis eramus homines omnes sumus duri sive ut

aliquid ludam graece: *καὶ γὰρ ἀεὶ λᾶες Δευκαλίωνος ἴσοι γενόμεσθα* [*παλαιοῦ, σκληροί ἐμεν*] (de ultima voce cf. fr. 294), quem ad modum etiam Ovid. Met. I 414 ob hanc originem lapideam durum dicit genus humanum. Vel sic tamen in vicino huic fragmento esse potuit fr. anon. 277 *φωλεοὶ ἦν προπάροιθεν.*

501.

*Ὁ δρόμος ἱερὸς οὗτος Ἀνούβιδος.*

Heliopolim Aegypti urbem describens Strab. Geograph. XVII p. 805 narrat: *τῆς δὲ κατασκευῆς τῶν ἱερῶν ἡ διάθεσις τοιαύτη· κατὰ τὴν εἰσβολὴν τὴν εἰς τὸ τέμενος λιθόστρωτόν ἐστιν ἔδαφος, πλάτος μὲν ὅσον πλεθριαῖον ἢ καὶ ἔλαττον, μῆκος δὲ καὶ τριπλάσιον καὶ τετραπλάσιον, ἔστιν ὅπου καὶ μεῖζον· καλεῖται δὲ τοῦτο δρόμος, καθάπερ Καλλίμαχος εἴρηκεν· ὁ δρόμος κ. τ. λ.* Videtur ex Epigrammate sumptum, quamquam Aegyptiaca etiam in Aetiis attigit, cf. fragm. 182 et alibi.

502.

*Κεῖθι γὰρ ὦτα γονῆος ἀπέθρισεν.*

Etymol. Florent. p. 99 Mill. *ἔθρισεν· Καλλίμαχος· κεῖθι γὰρ κ. τ. λ.* iam sequuntur quae omissa Callimachi memoria sola supersunt in Etym. Magn. p. 319, 25: *παρὰ τὸ θερίζω κατὰ συγκοπὴν θρίζω. καὶ ἀποθρίζω καὶ ἀπέθρισεν.* Fragmentum *αἴτιον* aliquod redolet quo indicatum erat locum quendam denominatum esse ab auribus patri cuidam ab aliquo demessis. id quis fecerit aut qui locus fuerit incertum est, nisi quod scimus in Cypro locum vel potius gentem fuisse *Ὠτιεῖς* appellatum (cf. Stephan. Byz. p. 713, 8). Ceterum *ἀπέθρισε* (*σὴν κεφαλὴν αἴλουρος*) habet etiam Callimachi strenuus imitator Agath. Anth. Pal. VII 204, 5, cuius locum, non Callimachi, affert Suid. I 1 p. 539.

503.

*Ἵλαθί μοι, φαλαρῖτι, πυλαιμάχε.*

Schol. Hom. Odyss. III 380: *ἵληθι ἀπὸ τοῦ ἵλημι. διὰ δὲ τὸ μέτρον ἐκτέταται ἡ παραλήγουσα, ὡς ἐν τῷ δίδωθι δέ μοι κλέος ἐσθλόν. ὑγιῶς οὖν Καλλίμαχος ἔκλινεν*

*ἵλαθί μοι, φαλαρῖτι πυλαίμαχε.* Sic Dindorfius edidit optimos codices secutus, etiam Harleianum in Cram. Anec. Paris. III p. 435, 31. ex parte praeiverat Hecker. Com. Call. p. 150, felicior ille quam cum Buttmanno Naekius de Hecal. p. 274. nam primus attulit Etym. Gudian. p. 549, 39: *φαλαρίτης* (sic) *Ἀθηνᾶ*, unde *φαλαρῖτι* egregie firmatur. Buttmanni autem opinio est, Callimachi fragmentum ex hymno aliquo aliunde ignoto in Martem allatum esse. Nos cum Heckero l. l. ex Aetiorum ea elegia petitum putamus, in qua imprimis partes fuerunt Minervae Aet. I 4 cf. Prol. Aet. p. 62. in fine igitur eius elegiae illa verba posuit, fere ut fragm. 120 in extrema aliqua elegia legebatur qua Herculem celebravit poeta. Ad Aetiorum prologum rettulit Bergk. Anth. lyr. I p. 124 n. 8 = II p. 143 n. 8 (coll. Zeitschrift für die Alterthumsw. 1836 n. 67). De *πυλαιμάχε*, quod ex *πυλεμάχε* recte Dindorfius restituit, cf. Lobeck. Parerg. in Phryn. p. 648 seq.

504.

*Αἷμα τὸ μὲν γενεῆς Εὐξαντίδος.*

Etym. Florentin. p. 134 Mill.: *Εὐξαντίδος· οἷον αἷμα τὸ μ. γ. Ε. Εὐξάντιος, τὸ πατρωνυμικὸν Εὐξαντιάς Εὐξαντιάδος ἆρον τὸ ἄλφα καὶ γίνεται Εὐξαντίς Εὐξαντίδος. Ἡρωδιανὸς περὶ Παθῶν* (cf. Lentz. II p. 239). Qui ab initio decurtato fragmento scripsit auctor Etymol. Magn. p. 394, 35: *Εὐξαντίδος· γενεῆς Εὐξαντίδος*, et ipse auctorem versus tacet, quem Callimachum fuisse constat ex schol. Dionys. Thrac. p. 850, 26 et Gram. Cram. Anecd. Oxon. IV p. 327, 1: *τὸ δὲ Εὐξαντιάς ἀπὸ τοῦ Εὐξάντιος· τὸ δὲ Εὐξαντίδος παρὰ Καλλιμάχῳ ὕφεσιν ἔχει τοῦ α.* De nominis formatione cf. Lobeck. ad Buttmann. Gramm. graec. II p. 439, Proleg. Pathol. p. 464, Elem. Path. I p. 224. Videtur autem versus frustulum ad Mileti urbis primordia pertinere. nam *Μίλητος Εὐξαντίου τοῦ Μίνωος, ἀφ' οὗ καὶ ἡ πόλις Μίλητος*, ut testatur schol. Apollon. Rhod. I 185. ac fuit ibi genus Euxantidarum, ut apparere videtur ex schol. Ovid. Ib. 473: Nicander (cf. Nicandr. p. 133) dicit Macelon filiam Damonis cum sororibus fuisse. Harum hospitio Jupiter susceptus cum Thelonios (?), quorum hic

Damo princeps erat, corrumpentes venenis successus omnium fructuum fulmine interficeret servavit eos. sed Macelo cum viro propter viri nequitiam periit. ad alias vero servatas quum venisset Minos, cum Desithone (leg. Dexithea coll. Apollod. III 1, 2 extr.: *Μίνως — ἐτέκνωσε — ἐκ Δεξιθέας Εὐξάνθιον* concubuit, ex qua creavit Eusantium, unde Eusantiae fuerunt, ubi iam in Nicandr. p. 133 de Callimacho admonens Euxantium, unde Euxantiadae scribendum dixi (et Euxantie certe habet cod. Bernens.), nam *α* in hoc nomine omittere nisi poetae quidem ut Callimacho non licuit. Cui genti erat fortasse, ut saepe factum scimus, publice traditus cultus dei alicuius, velut Apollinis *οὐλίου*, quem Milesii celebrabant (cf. Strab. XIV p. 635 C). Sed potest etiam ad Aet. II 1 locus referri non ea tamen ratione qua fecit Rauch. l. l. p. 37 n. 57.

505.

*Νύμφιε Δημοφόων, ἄδικε ξένε.*

Herodian. de monad. p. 10, 8 Dind. (II p. 915 coll. I p. 311 Lentz.): *τὰ περισπώμενα* (scil. *εἰς ων λήγοντα*), *εἰ λέγοιτο ἐν πλείοσι συλλαβαῖς, διὰ τοῦ ο λέγεται. Δημοφόων, Καλλίμαχος νύμφιε Δ. κ. τ. λ.*, quae in usum suum convertit Choerobosc. Dict. in Theodos. p. 298, 15 (Bekk. Anecd. p. 1361 B): *τὰ εἰς ων περισπώμενα τὴν ἐντέλειαν διὰ τοῦ ο καὶ ω ἔχουσιν, οἷον ἀμ κόων* (leg. *ἀμνοκόων* cum Lentz. Herodian. II p. 722), *Ἀγλαοφόων, Δημοφόων, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ νύμφιε — ξένε.* Fragmentum ad Phyllidis historiam pertinere manifestum est. eam num elegia aliqua in Aetiis uberius Callimachus persecutus sit, ut statuit Rauch. l. l. p. 70 seq., plane incertum est. nam potuit etiam obiter admonere tumuli Phyllidis, quem vidit etiam ex Troia urbe Lacedaemonem navigans Paris apud Colluth. 215. Fortasse igitur fuit olim in elegia de Argonautis.

506.

*Οἳ δὲ τὸν αἰνοτάλαντα κατέστεφον.*

Choerobosc. in Theodos. Can. p. 281, 1 (= Bekk. Anecd. p. 1422 A): *ὅτι δὲ καὶ τοῦ τάλας τάλαντος ἦν ἡ*

*γενική, δηλοῖ ὁ Ἱππῶναξ· εἰπών, τί τῷ τάλαντι Βουπάλῳ συνῴκησας;* (fragm. 12 Bergk.), *καὶ ὁ Ἀντίμαχος δὲ γινώσκει τὴν διὰ τοῦ ντ κλίσιν, ἐν οἷς φησίν οἱ δὲ τὸν λινοτάλαντα κατέστυγον.* Sed codex Marcianus apud Gaisford. praef. Etym. Magn. p. 8, qui codex etiam alibi salutaris factus est Choerobosco, habet *Καλλίμαχος* pro *καὶ ὁ Ἀντίμαχος*, et in fragmento legit *αἰνοτάλαντα κατέστεψαν*, quorum illud iam Bekkerus coniectura invenit, alterum autem docere videtur Callimachum non *κατέστυγον* dedisse, ut etiam Bekkerus habet, sed *κατέστεφον*. atque *κατέστυγον* iam displicuit Stollio qui inter Antimachi fragmenta (n. 170) locum posuit, et *κατέστενον* scribere maluit parum probabiliter. idem autem rectissime de Archemoro fragmentum intellexisse videtur. certe septem duces Thebas profecturi quum Ophelten a serpente necatum vidissent, aptissime dicentur miserum puerum coronasse (cf. Eurip. Phoeniss. 1632 *νεκρὸν καταστέφων*) et sepelivisse, cuius in honorem tum Nemea instituerunt. Itaque ad Aetia fragmentum revocandum censeo cf. Proleg. Aet. p. 68 coll. Rauch. l. l. p. 46 seq. minus commode Duebner. ap. Stoll. l. l. p. 192 de Oedipode cogitavit.

### 507.

*Οὖλον μητέρ᾽ Ἄρηος.*

Schol. B ad Il. XXI, 536 *οὖλος. καὶ Καλλίμαχός φησιν οὖλον μητέρ᾽ Ἄρηος, ἤτοι τοῦ ὀλοθρευτικοῦ.* Ubi quod Juno dicitur saevi Martis mater, vix aliam potuit causam habere atque quod ea vel populo cuidam vel uni alicui homini infesta bellum huic movebat. Itaque quis non cogitet de Hercule, cui inde ab ortu Juno infesta fuit et multorum bellorum causa. cf. supra p. 65. Ad Aetia certe revocat etiam Rauch. p. 79.

### 508.

*Μυρμιδόνων ἐσσῆνα.*

Herodian. de Monad. p. 17, 6 Dind. (= Lentz. Herod. II p. 923 coll. I p. 15): *οὐδὲν εἰς ην λῆγον ὄνομα ὀξυνόμενον καθαρεύει κατὰ χρῆσιν Ἑλλήνων, ἀλλ᾽ ἀεὶ πρὸ τοῦ η σύμφωνον ἔχει ἢ σύμφωνα· οἷον σωλήν — ἐσσήν ὁ οἰκιστής, Μυρμιδόνων ἐσσῆνα, Καλλίμαχος.* Quum *ἐσσῆνα*

Herodianus interpretetur non regem (quem alibi vox significat cf. ad Hym. I 66), sed *οἰκιστήν*, Callimachum oportet intellexisse Aeacum, cui quo modo in Aetiis locus esse potuerit dixi in Proleg. Aet. p. 73. Paulo aliter Rauch. p. 65.

509.

*Τρωϊάδας δ' ἵππους.*

Etym. Magn. p. 770, 36 seq. (cf. Lehrs. Herod. II p. 420): *Τρῳάς. τὸ μὲν Τρῳαί σημαίνει τὰς Τρωϊκὰς ἢ γυναῖκας ἢ ἵππους, τὸ δὲ δμῳαί τὰς δούλας. καὶ οὐκ ὤφειλεν ἔχειν τὸ ι —. λέγει δὲ ὁ τεχνικὸς ὅτι ἔχει τὸ ι, ἐπειδὴ εὕρηται κατὰ διάστασιν Τρωϊάδας γυναῖκας καὶ Τρωϊάδας* (hanc vocem addit cod. V.) *ἵππους. καὶ Τρῳούς ἀντὶ τοῦ Τρωϊκοὺς ἢ ἄνδρας ἢ ἵππους, ἀποβολῇ τοῦ κ Τρωΐους καὶ συναιρέσει Τρῴους.* In his aliquid offensionis est. nam tametsi *Τρωαί* de mulieribus Troianis saepe apud Homerum legitur, *ἵπποι Τρῳαί* certe semel Jl. XVI 393, item *Τρῳοὶ ἵπποι* Jl. XXIII 291, tamen, quod quisque ex grammatici verbis expectet, nec *Τρωϊάδες ἵπποι* apud Homerum leguntur, nec *Τρῳοί* ita ut viros (*Τρῶας*) significet. Haec igitur ex aliis, si non attulisse utrumque, certe novisse Herodianus censendus est. atque *Τρῷοι* certe (i. e. *Τρῶες*) alii etiam grammatici agnoscunt et analogia defendunt, Choerob. in Theodos. p. 92, 8 et p. 283, 1. Etym. Magn. p. 770, 35. Quod autem ad *Τρωϊάδας ἵππους* attinet, percommode accidit, quod Etymol. Magni locum ibi sic scriptum habet codex Florentin. p. 287 Miller.: *Τρῳάς· ἔχει τὸ ι, ἐπειδὴ εὕρηται κατὰ διάστασιν Τρωϊάδας γυναῖκας· καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ*, unde sic olim in Etymologico scriptum fuisse credibile sit: *ἐπειδὴ εὕρηται κατὰ διάστασιν Τρωϊάδας γυναῖκας καὶ Τρωϊάδας ἵππους παρὰ Καλλιμάχῳ.* Aliter locum correxit La Roche, Hom. Unters. p. 215: *Τρωιάδας γυναῖκας καὶ ἵππους δὲ Τρῳούς ἀντὶ τοῦ Τρωικούς, ἢ ἄνδρας ἢ ἵππους κ. τ. λ.* Hinc igitur novum sumpsi Callimachi fragmentum, in quo supplevi *δ'*, quod etiam in Homerico loco allato omissum erat. quo autem loco lectum olim fuerit nescio, etsi Troicarum rerum etiam alibi in *Αἰτίοις* poeta meminit. cf. Prol. in Aet. p. 76 seq.

510.

*Ἴσχε τέκος, μὴ πῖθι.*

Epimerism. Homeri in Cramer. Anecd. Oxon. I p. 207: *ἔσθι — ὅπερ οἱ Ἀττικοὶ ἴσθι κατὰ τροπήν, ὥσπερ τὸ ἔσχω ἴσχε· ἴσχε τέκος μὴ πῖθι*, ubi Cramerus hoc fragmentum, inquit, ex Callimacho desumptum esse nos docet anonym. auctor de Barbar. et Soloecism. cod. Barocc. 216, quem primum vulgavimus in Philolog. Mus. nov. IV p. 113 (*περὶ τὰς ἐγκλίσεις, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ. ἴσχε τέκος, μὴ πῖθι*), ut ediderat etiam Boissonad. in Anecd. graec. III p. 239. *ἴσχε τέκος* sine Callimachi nomine hinc habet etiam Suid. I 2 p. 1088. Ad Hecalen recte videntur rettulisse Naek. de Hec. p. 124 et p. 153, Hecker. Com. Call. p. 91. cf. Hecal. cap. IV.

511.

*Γρήϊον εἶδος ἔχουσα.*

Gramm. *περὶ ποσότητος* in Cram. Anecd. Ox. II p. 286 (paulo ante editus in Mus. Philol. Cantabr. IV p. 113 cf. Herod. II p. 438 et p. 555 Lentz.): *τὰ εἰς σ λήγοντα ὀνόματα μονοσύλλαβα περισπώμενα διὰ τοῦ ειος παραγόμενα διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται· οἷον βοῦς βόειος· σῦς σύειος· μῦς μύειος· παῖς, παίδειος τρόπος· δεῖ δὲ προσθεῖναι μὴ ὄντα ἀπὸ τῶν εἰς αυς, ἐπειδὴ ταῦτα διὰ τοῦ ι γράφονται· οἷον γραῦς γράϊος, καὶ γρήϊος παρὰ Καλλιμάχῳ· γρήϊον εἶδος ἔχουσα, τουτέστιν γραός.* Idem fragmentum sine Callimachi nomine habent Epimer. Hom. in Cramer. Anecd. Oxon. I p. 295, Etym. Magn. p. 603, 23, Gudian. p. 407, 41, Florent. p. 221. (Herodian. Lentz. II p. 555). De Hecale dubitanter intellexit Naek. p. 116, de Junone ego in Proleg. Aet. p. X seq., de Cerere Rauch. p. 68 coll. Ovid. Fast. IV 571: (Ceres) simularat anum.

512.

*Ἰύζων δ' ἀν' ὄρος.*

Schol. Theocrit. VIII 30 p. 290 Ahrens.: *ἰυκτά· ὁ συρικτὴς ὁ λιγύφθογγος· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ἰυκτής. Καλλίμαχος· ἰύζων δ' ἀν' ὄρος.* Callimachi fragmentum habet etiam cod. Ambros. p. 63 Ziegl., sed priora sic dat:

ἰυγκτά· κράκτης. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἰύζειν. Quod si ἰύζειν est κράζειν, ut Hesychius quoque II p. 377 exponit ἰύζει· κραυγάζει, βοᾷ, ποιῶς φωνεῖ, nihil impedit quominus fragmentum de Hercule intelligamus per montes Hylam quaerente, ut fecerunt etiam Dilthey. de Cydipp. p. 88 et Rauch. de Aet. p. 36, p. 39, nisi quod hic de sacerdote cogitavit qui sacro facto Hylae ter eius nomen vocabat cui respondebat echo. cf. Antonin. Lib. XXVI extr. Quo autem modo A. Riese in Mus. Rhenan. Vol. XXI (1866) p. 507 ex hoc fragmento, in quo ἰύζειν pro ἰύζων tamquam deus ex tripode scribi iubet, Catulli versus, LXIV 127 seqq., expressos dicere potuerit, nemo facile intelligat.

513.

Μέσσαβα βοῦς ὑποδύς.

Procl. schol. in Hesiod. Erg. 467: τὰ μέσσαβα τῶν μεσσάβων. λέγονται δὲ αἱ τοῦ ζυγοῦ γλυφαί. καὶ ὁ Καλλίμαχος· μέσσαβα βοῦς ὑποδύς. Tzetz. schol. in Lycophr. 817 p. 799 Müll.: μέσαβα δὲ λέγονται αἱ τοῦ ζυγοῦ γλυφαί, ἔνθα οἱ αὐχένες τῶν βοῶν δέδενται, ὡς Καλλίμαχος· μεσάβους ὑποδύς. De voce μέσσαβα praeter Hesych. III p. 95 vide Etym. Magn. p. 173, 49, quae ducta sunt ex schol. Apoll. Rhod. III 232, ut docet Etym. Florent. (p. 54 Mill.) ubi additur: οὕτως σχόλιον εὗρον εἰς τὰ Ἀργοναυτικά. Ceterum fragmentum ad Triptolemi bovem aratorem et Action librum, ubi de Cerere frugum inventrice sermo fuit, revocavi in Schneid. Philol. VI p. 534 (cf. supra p. 108), quod probavi Rauch. l. l. p. 69.

514.

Ἄρτι θέναρ
βάλλει.

Schol. Aristoph. Plut. 388 p. 346 Duebn. ἀπαρτί. — ἐπίρρημα δέ ἐστιν ὡς ἀμογητί, παρὰ τὸ απηρτισμένον καὶ πλῆρες. κέχρηται δὲ αὐτῷ Ἡρόδοτος (II 158), λέγων „ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδιοι ο' ἀπαρτί." καὶ Φερεκράτης ἐν Κραπατάλοις (II 1 p. 289 Mein.) „φράσον μοι. ἀπαρτὶ δή που προσλαβεῖν." συνωνυμεῖ δὲ (hanc voculam cum Ald. et cod. Florent. restituimus) ἡ ἄρτι (hoc addidimus de nostro) λέξις. ἔσθ'

ὅτε γὰρ καὶ ἀπηρτισμένως δηλοῖ (sic explenda haec erant) καὶ χρονικὸν ἐπίρρημα δηλοῖ, ὡς καὶ Καλλίμαχος, καὶ Πλάτων (Lys. p. 215 C) ἐπὶ τοῦ νῦν· „ἤδη ποτέ σου ἤκουσα λέγοντος καὶ ἄρτι ἀναμιμνήσκομαι.“ His remediis, quae sane non sunt longe quaesita, expedivisse nobis scholium videmur, quod adeo male habebat Mauricium Schmidt, ut locum ei inter libri περὶ διεφθορυίας λέξεως testimonia concedere nollet et librum περὶ διαφορᾶς λέξεως (sic enim ante egregiam Dindorfii operam in scholio Aristophaneo legebatur) comminisci mallet, de Didym. p. 412 seq., quia ἀπαρτί corruptis vocibus accenseri non posset. At Didymus non ἀπαρτί inter διεφθορυίας λέξεις rettulit, sed ἄρτι vocem ex ἀπαρτί corruptam (διεφθορυῖαν) putavit, quod docet ex Platone allatum exemplum, ut ἄρτι necessario restitui alicubi in antecedentibus debuerit. Istam autem suam sententiam ut Didymus probaret, ἄρτι docuit συνωνυμεῖν voci ἀπαρτί, quod aliter demonstrare non potuit nisi ut ἄρτι non solum χρονικὸν ἐπίρρημα esse doceret quem ad modum ἀπαρτί in Pherecratis loco, sed etiam ἀπηρτισμένως esse ut ἀπαρτί in loco Herodoti. Hanc autem alteram demonstrationis partem patet nunc desiderari, quam iure nobis videmur restituisse interpositis verbis ἀπηρτισμένως δηλοῖ, quae quo pacto excidere facile potuerint apparet ex repetitis mox vocibus καί et δηλοῖ. Ut autem Platonis locus docet ἄρτι esse χρονικὸν ἐπίρρημα, ita apparet ad alteram demonstrandam significationem destinatum fuisse aliquem Callimachi locum cuius nunc nihil superest. at ab hac quoque parte scholium plane in integrum restitui ut liceat factum est codicis Veneti 474 praestantia, quem iniuria hic sprevit Dindorfius. is enim codex quum aliorum verba ὡς καὶ Καλλίμαχος omittat iisque substituat haec: ἄρτιθεν ἃ βράλλει, plane obtusi ingenii esse oportet qui non videat, Didymum et ex eo Symmachum, scholiorum fontem praecipuum, dedisse ὡς καὶ Καλλίμαχος „ἄρτι θέναρ βάλλει,“ facillimum enim fuit pro corrupto hoc: ΑΡΤΙΘΕΝΑΒΡΑΛΛΕΙ duabus literis transpositis admodum sibi similibus verum restituere ̓ΑΡΤΙΘΕΝΑΡΒΑΛΛΕΙ, coll. Hom. Jl. V 339 Τυδέος υἱὸς ἄκρην οὔτασε χεῖρα (Veneris) — εἶθαρ δὲ δόρυ χροὸς ἀντετόρησεν — πρυμνὸν ὕπερ θέναρος. Atque Callimachus fortasse de eodem atque Homerus cogitavit, Diomede Venerem vulnerante, quem memorare potuit

in Aetiis ubi de agone Patrocli instituto egit (cf. Proleg. in Aet. p. 76), cui Diomedes ut par fuit interest etiam in Hom. Jl. XXIII, 290 seq. Quaeri autem potest dederitne Callimachus non *βάλλει*, sed *βάλλεν*.

515.

*Μέσσον ἔπι ναύταις.*

Schol. Hom. Jl. XV 628 (*ναῦται — τυτθὸν γὰρ ὑπὲκ θανάτοιο φέρονται*): *πρῶτος δὲ εἶπε τὸ Ἀναχάρσιδος τοῦ Σκύθου, ὅς ἐρόμενός τινα τῶν ναυτῶν πόσον ἀπέχομεν τοῦ ὕδατος, καὶ μαθὼν ὡς τέσσαρας δακτύλους, τοσοῦτον, φησί, καὶ τοῦ θανάτου. καὶ Ἄρατος* (299) „*ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον.*" Quibus in Victoriano additum: *καὶ Καλλίμαχος. μέσον ἐπὶ ναύταις.* Obscurissimum fragmentum, in quo hoc tamen ex Arati maxime loco certum est, Callimachum quoque dixisse, intervallum idque minimum nautas separare ab interitu qui ab undis immineat. Sed huius sententiae memoria ea, quae est de interitu, ut a scholiasta in Arati versu omissa est (*Ἄιδ' ἐρύκει*), quoniam ex ipso quem explicabat Homeri loco colligi posse putavit et Arati versus quantum apposuit absolutam quadamtenus sententiam efficere videbatur, ita etiam in Callimachi fragmento omitti potuit. at reliqua duo quae dixi (intervallum idque minimum) nullo modo negligi a scholiasta potuerunt. Itaque omni quidem coniectura supersederi nequit, quam instituemus sic, primum ut intervallum restituamus scribendo *μέσσον ἔπι* (i. e. *ἐν μέσῳ*). sed parvitatis notio quum extrinsecus restituenda esset, hoc facilius fieri non posse videbatur quam ut *θρίξ* male excidisse existimaremus, quam vocem ita poni potuisse figurate vel ex Theocrit. XIV 9 patet: *λασῶ δὲ μανεὶς ποκα, θρὶξ ἀνὰ μέσσον.* Contrario autem modo progressus Carolus Dilthey Anal. Callim. p. 12 seqq. intervalli notionem (quae in *μέσσον* mihi satis apparere videbatur) omisit, parvitatis restituit scribens *μεῖστον* (i. e. *ἐλάχιστον*, Hesych. III p. 83, 17), quod meo minus mihi placet praesertim quum reliqua scribat sic: *μεῖστον ἐπεὶ* [*ξύλον*], quamquam ultimam in *ἐπί* productam syllabam satis ipse defendisse videatur locis Callim. Hym. III 55 et 161 (add. Hom. VIII 324 *θῆκε δ' ἐπὶ νευρῇ* coll. Od. XI 607. — Od. XII 427 *ἦλθε δ' ἐπὶ Νότος*). Idem autem vir doctus

elegantisque iudicii Callimachi verba ex epigrammate sepulcrali in hominem naufragio absumptum servata conicit et cum Blomf. p. 316 olim statim ante *ἔνθ' ἀνέμων μεγάλων πνεῦμα διωλύγιον* (frg. 111) locum habuisse putavit. Quod si verum sit, possit fortasse paulo melius scribi:

*ἔνθ' ἀνέμων μεγάλων πνεῦμα διωλύγιον*
*μέσσον ἐπὶ ναύταις* [*θάνατον κακὸν ἐξετάνυσσε.*]

Sed potuit sine dubio etiam alibi fragmentum sedem habere suum atque adeo pentametri pars esse, velut sic formatum *μέσσον ἔπι ναύταις* [*θρὶξ τέτατ' ἀργαλέοις*]. Ceterum cf. ad Aet. II 3.

516.

*Στρογγύλος ἐστὶ λίθος.*

Epimerism. Homer. in Cramer. Anecd. Oxon. I p. 51, 26, ubi de nominibus in *υλος* agitur: *τὰ τριγενῆ παροξύνεται, οἷον ἀγκύλος, καμπύλος· στρογγύλος ἔστι λίθος· Καλλίμαχος.* eodem sine dubio pertinent quae habet schol. Aristoph. Pac. 28: *ὥσπερ γυναιξὶ γογγύλην*] *αἱ γὰρ γυναῖκες, ἵνα μὴ δοκοῖεν πολυφάγοι εἶναι, ἐκ τῆς πυκνότητος τῆς μάζης, μικρᾶς εἶναι δοκούσης, ὀλιγοφαγίας δόξαν ἐμφαίνουσι, στρογγύλας αὐτὰς ποιοῦσαι τὰς μάζας. (γογγύλῃ δὲ παρείκασεν αὐτάς, ἐπειδὴ καὶ αἱ γογγύλαι στρογγύλαι παρ' αὐταῖς. ἔστι δὲ λαχάνου εἶδος, ὃ παρά τισιν ῥάφανον καλεῖται).* — *Ἄλλως. ὡς τῶν γυναικῶν ἑαυταῖς ἐπιμελέστερον τριβουσῶν, ὥστε μὴ διακεχύσθαι τὴν μᾶζαν διὰ τὸ ἄτριπτον εἶναι, ἀλλὰ συνεστράφθαι. παρατετήρηκε δὲ ταῦτα καὶ Σώφρων καὶ Καλλίμαχος*, ubi tamquam novum scholium alii codices habent *γογγύλος ἐστὶ λίθος*, sed verissime Meinek. ad Callim. p. 147 monuit, sic scriptum olim fuisse: *παρατετήρηκε δὲ ταῦτα καὶ Σώφρων· καὶ Καλλίμαχος „γογγύλος ἐστὶ λίθος."* Quod autem idem Mein. non solum in schol. Aristoph., sed etiam in Epimerismis *γογγύλος* scribi iubet, in quo eum secutus est Lentz. Herod. I p. 164, equidem contrarium potius verum esse et priore quoque loco *στρογγύλος ἐστὶ λίθος* corrigendum puto, quoniam in schol. Aristoph. ex ipso Aristophane facile irrepere potuit *γογγύλος*, et *στρογγύλος* unice commendari videtur qua ipse scholiasta Aristophanis utitur voce *συνεστράφθαι.* Causa autem cur

Callimachi fragmentum afferretur vix alia esse potuit atque quod ipse quoque Callimachus illud de maza aliqua dixit, ut statuit etiam Meinekius, qui fragmentum ad Thesei coenam in Hecale descriptam revocavit, ut fecerat iam in Bergk. Diar. 1845 p. 1065. ac vide Hecal. V. aliter Naek. p. 173.

517.

*Τέκνα σύεσσι μένος Βάκαλες.*

Choerobosc. Dictat. in Theodos. p. 13, 11 Gaisf. (= Bekk. Anecd. p. 1174): *τινὲς δὲ ἠθέλησαν τὸ λ τελικὸν λέγειν τῶν ἀρσενικῶν ὀνομάτων, ἐπειδὴ τὸ βάκαλ κλινόμενον εὑρέθη, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ, τέκνα συῒ μὲν βάκαλες.* Non integrius fragmentum praestant nec codex Coislinianus apud Goettling. ad Theodos. p. 234 nec codex Marcianus apud Gaisford. praef. Etym. Magn. p. 7, ubi *τέκνα σοι κ. τ. λ.* legitur. Nobis primum hoc certum videtur esse, *Βάκαλες* intelligi debere illum populum Libycum, de quo Herodot. IV 171 et Nonn. Dionys. XIII 376: *Ἀνσχῖσαι Βάκαλές τε συνήλυδες, οὓς πλέον ἄλλων Ἄρεϊ τερπομένους Ζεφυρήιος ἔτρεφεν ἀγκών*, ubi libri partim habent *Κάβαλες* (cf. Koehler. de Nonn. p. 40), frequentissimo erroris genere, ut docet Unger. Elect. crit. p. 4, qui tamen in Nonno cum Wesselingio probavit *Κάβαλες.* Quem populum quum Nonnus bellicosissimum esse dicat, aliquam certe inventam emendandi loci corruptissimi rationem esse puto. nam fortis animi homo saepe dicitur *συῒ εἴκελος ἀλκήν*, ut Hom. Jl. IV 253. V 783. Apollon. Rhod. III 1351 etc., unde emendatus locus prodiit, qualem supra proposui, in quo non tam novasse aliquid quam scribendi compendia a scribis quia non intelligebant omissa addidisse mihi videor. Ceterum Callimachum non uberius de illo populo narrasse existimo, sed aliud tractantem memoravisse regionem, ubi Bacales incolebant, velut hoc modo: [*ὅπου*] *τέκνα σύεσσι μένος Βάκαλες* [*τίκτουσιν ὅμοια*]. Quod ubi in Aetiis fieri potuerit conieci supra p. 61, Aet. II 2.

518.

*Φὴ νέος οὐκ ἀπάλαμνος.*

Joann. Alexandr. *τονικ. παραγγέλμ.* p. 29, 17: *τὸ δὲ μὴ ἀπαγορευτικόν, καὶ νή, καὶ φὴ νέος οὐκ ἀπάλαμνος*

*χωρὶς τοῦ ι γράφεται καὶ ὀξύνεται*, et idem paulo post p. 31, 15: *φὴ ἀντὶ τοῦ καθάπερ φὴ νέος οὐκ ἀπάλαμνος*. Sine auctoris nomine fragmentum apponunt etiam Etym. Magn. p. 78, 30, Etym. Florent. p. 27, Etym. Paris. 2720 in Cramer. Anecd. Paris. IV p. 9, ubi partim *φῇ* legitur, et Eustath. ad Hom. Jl. p. 174, 2, qui *ἤ νέος κ. τ. λ.* habet. Sed Callimachi fragmentum esse iure Bergkius ap. Stoll. ad Antimachi Reliq. p. 99 suspicatus est ex schol. Homer. Venet. XIV, 499: *πρὸς δὲ τὸν Ζηνόδοτον* (qui *δὲ φὴ κώδειαν ἀνασχών* scripserat. cf. Bekker. Sched. Homer. p. 56 seq.) *ὑγιῶς ἀποφαίνεται ἐκεῖνο, ὅτι ὁ ποιητὴς οὐδέποτε οἶδε τὸ φή ἀντὶ τοῦ ὡς, οἱ δὲ μετ' αὐτόν, ὥσπερ Ἀντίμαχος καὶ οἱ περὶ Καλλίμαχον*. Et Antimachi certe fragmentum scholiasta addit ad v. 500: *φὴ γέρων οἶσιν*, quod ab aliis aliter correctum ego in Schneidew. Philol. Vol. VI p. 523 ita emendandum putabam: *φὴ γέρον οἶσον* i. e. *ὡς σαπρὸν σπάρτον*. nam *οἶσον* est *σχοινίον* testantibus schol. Hom. Jl. XI 105, Theognost. Canon. in Cram. Anecd. Oxon. II p. 24, 11, Hesych. III p. 199 n. 406, quod fortasse etiam *οὖσον* dicebatur, ut est in fragm. Alexandri Aetol. ap. Mein. Anal. Alex. p. 220 v. 21. *γέρον* autem *οἶσον* dictum ut *γέρον σάκος* Hom. Od. XXII 184 et *γέρον γράμμα* Aeschyl. fragm. 305 Dind. (= 323 Nauck.). similiter *γραῖος* constat ad res referri, ut *γραῖα ἐρείκη* dicit Aeschyl. Agam. 280, ad cuius loci similitudinem in Philetae fragmento ap. Athen. V 192 E *θρήσασθαι πλατάνῳ γαίῃ ὕπο* corrigo non *λασίῃ ὕπο* cum Heinrichio et Meinekio, aut *τανάῃ ὕπο* cum Unger. Analect. Propert. p. 89, sed *πλατάνῳ γραίῃ ὕπο*. Sed Callimachus ubi *φὴ νέος οὐκ ἀπάλαμνος* dixerit, plures loci excogitari possunt, sed ego crediderim dixisse in Hecalae cap. VIII.

519. 520.

*Εὐσεβίη τέθνηκεν.*

*Ἀδρανίη πόδε πολλόν.*

Apollon. Dyscol. de Synt. IV 12 p. 341 Bekk.: *παρὰ δὴ τὸ ἀφανές ὄνομα ἀπετελεῖτό τι θηλυκὸν κατὰ παρώνυμον σχηματισμόν, ἀφανία καὶ ἀφάνεια. δισσὰ γὰρ τὰ τοιαῦτα, εὐσεβής εὐσέβεια, ἀφ' οὗ πάλιν τὸ εὐσεβίη τέθνηκεν· εὐμά-*

*θεια, ἀλλὰ μὴν καὶ εὐμαθία, εὐμαθίην ᾔτεῖτο διδοὺς ἐμέ. οὕτως ἔχει καὶ τὸ ἀδρανίη τόδε πολλόν.* Huius schematismi, cuius plurima sunt apud omnes poetas exempla, quum inter tria testimonia ab Apollonio apposita unum sit Callimachi, ut docet eius Epigramm. XLIX: *εὐμαθίην ᾔτεῖτο διδοὺς ἐμὲ Σῖμος ὁ Μίκκου*, promptissima fuit suspicio, cetera quoque duo exempla eiusdem esse poetae (coll. not. ad fragm. 489). quam coniecturam fecit etiam Hecker. Com. crit. de Anthol. I p. 161, Bergkius autem Poet. lyr. p. 1355 primum certe *εὐσεβίη τέθνηκε* Callimachi (cuius in Hecalae cap. V locum habere potuit) esse putat ob eandem causam, sed alterum plane incertum dicit cuius sit. at hoc quoque Callimacho eum vindicaturum fuisse satis scio, nisi propter corruptum eius habitum eum fugisset, quam facile notis Callimachi historiis inseri posset. corruptum autem esse docet quod reliqua duo fragmenta aliquatenus ad sententiam absoluta sunt, ut nihil quidem lucremur Heckerii l. l. coniectura: *ἀδρανίη, τὸ δὲ πολλόν*, quae et ipsa imperfecta sunt. Quod non item cadit in nostram hanc profecto non nimis difficilem: *ἀδρανίη πόδε πολλόν* (coll. Apollon. Rhod. II 200: *ῥικνοῖς ποσὶν ἧε θύραζε τοίχους ἀμφαφόων· τρέμε δ' ἅψεα νισσομένοιο ἀδρανίῃ γήρᾳ τε*), quod quo modo intelligi possit supra p. 180 docuimus, nisi simul corrigendum etiam *ἀδρανίῃ* et *πάλλον*, quod fere valet *ἔτρεμον*, ut saepe *πάλλειν* intransitive usurpatur (cf. Thes. Paris. VI p. 106 C). Quis autem non statim cogitet de Hecale, quae propter *τὴν ῥικνότητα* baculo utebatur ad sustentandum, ut est in Hecal. fragm. 49, cuius in vicinitate hoc quoque fragmentum olim locum habuisse probabile est. De priore fragmento cui Bergk. l. l. contulit Theogn. 1141, ego comparo etiam Sophocl. Philoct. 1443: *ἡ γὰρ εὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς.*

521.

*Κούρη δὲ παρείατο δακρυχέουσα.*

Epimerism. Hom. in Cramer. Anecd. Oxon. I p. 373, 29 (Lentz. Herod. II p. 225): *παρείατο· Καλλίμαχος, κούρη δὲ παρείατο δακρυχέουσα. Τινὲς πλεονασμὸν ἡγήσαντο τοῦ α· ἀντὶ τοῦ παρῆν γάρ ἐστιν καὶ παρεκαθέζετο· οὐκ ἔστιν δὲ πλεονασμὸς ἀλλὰ πληθυντικόν ἐστὶν ἀντὶ ἑνικοῦ τεθει-*

*μένον.* Etymol. Magn. p. 653, 20: *παρείατο δακρυχέουσα· ἀντὶ τοῦ παρῆν ἡ κόρη δακρύουσα,* silens Callimachi nomen. Hinc frustra Hermannum in Wiener Jahrb. CIV p. 232 attentasse fragmentum patet quod ita scribi voluit *κούρῃ δὲ παρείατο δακρυχέουσαι.* Verum enim vero plures sunt loci, ubi formae in — *αται* et — *ατο* non pro plurali sed pro singulari sunt, quos locos grammatici non fere sine reprehensione dimittunt, velut schol. Hom. Jl. XXIII 197, ubi Euphorionis locum affert. Eodem pertinet Callimachi alius locus fragm. 32, item alii apud Lobeck. ad Buttm. Gr. gr. II p. 8 not. 4 et p. 487 (coll. Elem. Path. I p. 408) et Mein. Anal. Alex. p. 158. adde quod adeo in Hom. Od. III 438 (cf. La Roche) testium pars habet non *θεὰ κεχάροιτο ἰδοῦσα,* sed *θεὰ κεχαροίατ' ἰδοῦσα,* fortasse ex Zenodoto (cf. Duentz. de Zenodot. stud. Hom. p. 63 seq.). Quo autem loco Callimachus illis verbis usus sit plures cogitari possunt. equidem de Clite intelligenda censebam Proleg. Aet. p. 71, Rauch. l. l. p. 68 ad Aetiorum elegiam de inventis frugibus revocabat. Naek. de Hecal. p. 175 dubitanter Sinidis filiam Perigunen intellexerat.

## 522.

*Μούσῃσι γὰρ ἦλθον ἐσόβδην.*

Etym. Magn. p. 612, 57: *ὄβδην ἐπίρρημά ἐστι μεσότητος· ἀπὸ τοῦ ὦμμαι ὄβδην, ὡς ἀπὸ τοῦ ἕστηκα στάδην. συνέστειλε τὸ ω εἰς ο. Μούσῃ γὰρ ἦλθεν ἐς ὄβδην.* Auctoris nomen fragmento paululum decurtato addit Herodian. *περὶ μον. λ.* p. 28, 5 Dind. (= Herodian. II p. 934 Lentz.): *εἰς ἐπίρρημα, ὡς ἀπὸ τοῦ ὄπτω ὄβδην, ὃ καὶ Καλλίμαχός φησιν ἦλθον ἐσόβδην,* et schol. Dionys. Thrac. p. 942 *τὸ ἐπίρρημα ὄβδην, ὡς καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ ἦλθες ἐσόβδην.* Solum adverbium *ἐσόβδην* sine Callimachi nomine habet etiam Apollon. Dysc. de Adverb. p. 611, 28, quod *ἐς ὄβδην* scribit Hesych. II p. 204, sed cf. Lobeck. Elem. Path. I p. 628 coll. Paralip. p. 155. In constituendo fragmento Naekium de Hecal. p. 117 secutus sum (nisi quod *Μούσῃσι* debetur Sylburgio), qui locum fragmento assignavit in Aetiorum prologo probantibus Hecker. com. crit. de Anth. I p. 179, Bergk. Anthol. lyr. I p. 123 n. 2 = II p. 143 n. 2, Rauch. p. 11.

## 523.

*Ἵν' ἀμαζόνες ἄνδρες ἔωσιν.*

Theognost. Canon. in Cramer. Anecd. Ox. II p. 38, 22 (cf. Herod. II p. 732 Lentz.): *τὰ εἰς ων ὀξύτονα ἔχοντα πρὸ τοῦ ω ἕν τι τῶν διπλῶν ἢ τὸ σ, ἐπίθετα ὄντα ἢ ἐθνικά, τρέπει τὸ ω ἐπὶ τῆς γενικῆς, οἷον Αὐσὼν Αὐσόνος — Ἀμαζὼν Ἀμαζόνος· λέγεται γὰρ καὶ ἀρσενικῶς, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ, ἵν' Ἀμαζόνες ἄνδρες ἐῶσιν.* Cum his iunge Etym. Magn. p. 75, 53 *λέγονται δὲ οὕτω* (i. e. *ἀμαζόνες*) *καὶ οἱ πένητες οἱ μάζαν οὐκ ἔχοντες*, et Etym. Gud. p. 41, 3: *ἀμαζόνες οἱ πένητες, οἱ μάζαν μὴ ἔχοντες ἤγουν τροφήν* coll. Steph. Byz. p. 81, 20. Ad Aetia (III 4) rettuli in Schneidew. Philol. VI p. 535 assensum nactus Rauchii p. 70. Dindorfii in Thes. Paris. I 2 p. 9 C coniectura *ἔασιν* inutilis est.

## 524.

*Ὀλίγην νησῖδα Καλυψοῦς,*
*Γαῦδον.*

Ammonius de Different. p. 103: *ὀλίγον καὶ μικρὸν διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ ὀλίγον ἐπ' ἀριθμοῦ, τὸ δὲ μικρὸν ἐπὶ μεγέθους τάσσεται. Ἀριστόνικος ἐν ὑπομνήματι, ἐκάλεσ' ἐπὶ στοιχείου ὀλίγην νησῖδα Καλυψοῦς, φασὶ δὲ οὕτω, ὀλίγην μικρὰν ὑπαλλακτικῶς. τὸ μὲν γοῦν ὀλίγον ἐπ' ἀριθμοῦ, τὸ δὲ μικρὸν ἐπὶ μεγέθους τάσσεται, καὶ Ὅμηρος „δίφρον ἀεικέλιον παραθεὶς ὀλίγην τε τράπεζαν“* (Hom. Od. XX 259). Non ab omni parte doctae de his placent disputationes Valcken. Animad. in Ammon. p. 180 seq., Lehrs. de Arist. stud. Homer. p. 6 seq., Naek. de Hecal. p. 228 seq., quorum tamen partim adiuti opera corruptissimum locum ita corrigimus: *Ἀριστόνικος ἐν ὑπομνήματι* (*ε'* addere voluit Lehrs. l. l.): *„Καλλίμαχος ἐν β' αἰτίων στοιχείῳ ὀλίγην νησῖδα Καλυψοῦς. φησὶ δὲ οὕτω ὀλίγην μικρὰν ὑπαλλακτικῶς, τὸ μὲν γοῦν — τράπεζαν.“* Habemus igitur ipsa Aristonici ex commentario in Homerum verba, ubi Callimachi ex Aetiis apposuit fragmentum. sed scribae ibi non intellegebant compendium hoc: *καλ)*, quod Callimachum significat (cf. ad fr. 480), et cum *καλ'* confundebant, quod sane *καλεσ* legi poterat, ut saepe *ες* cum elisionis signo confusum est

(cf. quos nominat Wordsworth. ad Theocrit. p. 48). praeterea *αιτι* cum compendio aliquo male mutatum est in *ἐπί*. De *στοιχεῖον* praeter alia vide Choerob. in Theodos. p. 517, 13: *παρὰ τῷ ποιητῇ ἐν τῷ β στοιχείῳ τῆς Ἰλιάδος*, ubi adicitur Il. II 400. Obiter moneo idem vocabulum restituendum esse in schol. Theocrit. I 115 p. 79 Ahr. *Ἐπαφροδίτου λέγοντος ἐν τῷ περὶ στοιχείων, ὡς ἀρεθούσας καλοῦσι τὰς κρήνας*, ubi Ahrensio p. 476 verisimile videtur operis titulum esse ex *ἐν τῷ περὶ λέξεων κατὰ στοιχεῖον* corruptum, alii autem velut Lehrs. ad Herod. de Monad. p. 38 et Hecker. in Schneidew. Philol. V 430 de Epaphroditi operis titulo non dubitant, quamquam nec alibi eius modi libri memoria extat nec facile dici potest, quo pacto in tali libro eius rei mentio fieri potuerit. at quantocius corrigendum *Ἐπαφροδίτου λέγοντος ἐν τῷ στοιχείῳ ν'*, ut eius grammatici commentarius intelligatur in Homeri Odysseam scriptus, ex cuius libro N modo memoratus erat v. 408: *πὰρ Κόρακος πέτρῃ καὶ ἐπὶ κρήνῃ Ἀρεθούσῃ*. Callimachi autem fragmento, cui *Γαῦδον* addendum ex Strabon. I p. 44 et VII p. 299 (cf. ad fr. 38) et quod non concesserim nobis eripi Lehrsii coniectura l. l. *κέλσεν ἐπιστείχων ὀλίγην νησῖδα Καλυψοῦς*, locum suum recte vindicavit Hecker. Com. Call. p. 41 in Aetiorum ea elegia, quae fuit de Argonautis redeuntibus, i. e. II 3.

## 525.

*Χολῇ δ' ἴσα γέντα πάσασθαι.*

Etym. Magn. p. 477, 10. *εὕρηται τὸ ι* (vocis *ἴσος*) *μακρὸν καὶ βραχύ· παρὰ μὲν τῷ ποιητῇ ἀεὶ μακρόν, παρὰ δὲ τοῖς πεζολόγοις βραχύ. Καὶ παρὰ τοῖς ἐποποιοῖς εὕρηται καὶ συνεσταλμένον, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ*, quibus Etym. Florent. p. 171 Miller. statim addit hoc: *χολῇ δὲ ἴσα γεντα παίσαις*. Corruptis verbis mederi non conatus est Millerus atque adeo *γεντα*, cui interrogationis signum appinxit, in suspicionem vocare videtur. Sed hoc sine dubio sanum est et invenitur etiam in fragm. 309 *γέντα βοὸς μέλδοντες* et in Nicandr. Alex. 62 et 557 et agnoscitur a grammaticis, qui mox *κρέας* explicant (Herodian. Lentz. I p. 390, 4. Hesych. I p. 424, Eustath. p. 918, 29. 1854, 34), mox *μέλη* (Suid. I p. 1088), mox denique *σπλάγχνα* (Hesych. I p. 411,

ubi *γαῖντα* scribitur, et p. 424). Ultimam explicationem si ad Callimachi hoc fragmentum accommodaverimus et memores fuerimus Homerici *σπλάγχν᾽ ἐπάσαντο*, facilis praesto est eius emendatio, quam supra dedimus. Putamus autem dici, in sacrificio, quod expeditionis alicuius causa suscipiebatur, *τὰ ἱερὰ οὐ καλὰ γενέσθαι* et inter alia signa deterrentia etiam hoc fuisse, quod *τὰ σπλάγχνα* fel resipiebant. Ac dixerat fortasse hoc Callimachus in Aetiis eo loco quo septem duces Thebas profecturos esse narravit (libr. I 9). At longe aliter iudicat Nauck. in Bulletin de l'Academ. imperial. des sciences de S. Petersbourg T. XIII p. 350, qui *χόλα δὲ ἴσα γέντ᾽ ἀπαίσαις* (i. e. *ἐγένεθ᾽ ἀπάσαις*) corrigit et aeolici poetae putat, fortasse Alcaei, cuius nomen in *Καλλιμάχῳ* corruptum sit, nisi Callimachi fragmentum exciderit.

526.

*Νόμον δ᾽ ἤεισεν Ἄρηος.*

Schol. Vatican. in Lycophr. 249 p. 13 Bachmann. (Rostoch. 1848): *ἐπετήδευον πάλαι μέλη τινὰ πρὸς τὸ παροξῦναί τε καὶ εἰς ἀνδρείαν κινῆσαι τοὺς ἀκούοντας, καὶ Καλλίμαχος· νόμον δ᾽ ἤεισεν Ἄρηος.* quae Bachmann. ad Hecalen, Rauch. p. 38 ad Aetia referebat, sed melius ille, si quid video. cf. Hecal. cap. VIII.

527.

*Ἐλαίης αἵματι δεῦον.*

Schol. Nicandr. Alex. 87. *εἶαρ ὑπὸ τῶν νεωτέρων τὸ αἷμα, τὸ λίπος· καὶ Καλλίμαχος ἐλαίας τὸ αἷμα τὸ δαῦον εἶπεν· πολλάκι δ᾽ ἐκ λύχνου πῖον ἔλειξαν ἔαρ.* Correximus haec et illustravimus ad fr. 201.

528.

*Πολυπτῶκές τε Μελαιναί.*

Etym. Gudian. p. 300, 11: *πᾶν γὰρ ὄνομα μονοσύλλαβον ἐν τῇ συνθέσει βαρύνεται· οἷον χθὼν αὐτόχθων· Θρᾷξ Σαμόθραξ, χωρὶς τοῦ πτὼξ πολυπτώξ, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ πολυπτῶκές τε Μέλαιναι. Μέλαιναι δέ εἰσι τόπος τῶν Ἀττικῶν.* Ex eodem fonte qui sine dubio Herodianus fuit, etiam Choerobosc. Dict. in Theodos. p. 176 (= Bekk. Anecd.

p. 1191 et adnot. ad Etym. Magn. p. 886) hausit: *πᾶν γὰρ ὄνομα μονοσύλλαβον ἐν τῇ συνθέσει ἀναβιβάζει τὸν τόνον, οἷον χθών αὐτόχθων, παῖς εὔπαις, Θρᾴξ Σαμόθραξ, δαίς ὁμόδαις, κλείς κατάκλεις, πούς δίπους, χωρὶς τοῦ πτώξ πολυπτώξ, πολυπτῶκές τε Μέλαιναι. Τὸ δὲ Μέλαιναι τόπος ἐστὶ τῆς Ἀττικῆς.* De eodem canone Etym. Magn. p. 435, 32 seq. et p. 639, 19 (Herod. I p. 240, 11 Lentz.) seq. iisdem fere verbis agens solum habet sine versu et nomine Callimachi *πολυπτώξ*, quod eodem modo affert Eust. ad Jl. p. 484, 4 et p. 1922, 8 (Herod. I p. 46) coll. Lobeck. Paralip. p. 282. (Accentum vocis *Μελαιναί* posui cum Mein. ad Steph. p. 441). Ad Hecalen certa coniectura fragmentum rettulit Naek. de Hecal. p. 187 coll. fr. 56.

529.

*Ἐποιήσαντό με φόρτον.*

Schol. Sophocl. Antig. 1036 *κἀμπεφόρτισμαι· πεπραγμάτευμαι, προδέδομαι, φόρτος γεγένημαι· ἐποιήσαντό με φόρτον. Καλλίμαχος.* Figurato sensu haec Callimachum quoque dixisse (deceperunt me) Sophoclis locus cui apposita sunt manifesto docet. Pertinebat fortasse ad historiam Hecalae, quae, quum non obscurae fuisset originis nec plane pauper, cur in solitudinem tamen recessisset narrasse videtur. cf. Hecal. V.

530.

*Ἐπὶ τρύγα δ' εἶχεν ἐδωδῇ.*

Schol. ad Theocrit. VII 69 in cod. Ambrosian. 222 p. 56 Ziegl.: *τρύγα δὲ τὸν νέον οἶνον. Καλλίμαχος. ἐπὶ τρύγα δ' εἶχεν ἐδωδήν*, ubi in reliquis codicibus omittuntur *Καλλίμαχος ἐπί κ. τ. λ.* Illa ut recto talo starent scribendum nobis videbatur *ἐδωδῇ*. Suspicor autem fragmentum in Aetiis locum habuisse, ubi de Herculis apud Molorchum hospitio narravit.

531.

*Τὸ μὲν θύος ἤρχετο βάλλειν.*

Schol. Hom. Jl. IX 219: *ἡ διπλῆ, ὅτι θῦσαι οὐ σφάξαι ὡς* (hoc inserit Lehrs. de Arist. stud. Hom. p. 92) *ὁ Τιμόθεος ὑπέλαβε καὶ Φιλόξενος ὁμοίως τῇ ἡμετέρᾳ συνηθείᾳ,*

*ἀλλὰ θυμιᾶσαι. καὶ ὅτι θυηλὰς τὰς ἐπιθυομένας ἀπαρχάς. καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ* (XIV 446) *ἦ ῥα καὶ ἄργματα θῦσε θεοῖς αἰειγενέτῃσιν.* Ita est in Veneto A, quibus Victorianus addit: *Καλλίμαχος δὲ κακῶς· τὸ μὲν θύος ἤρχετο βάλλειν. Ὅμηρος δὲ θύον τοῦ θυμιάματος* (Od. V 60 *ὀδμὴ κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδειν*). Reprehendi autem videtur Callimachus, quod, quum Homer. Jl. IX 220 dixerit *ὁ δ' ἐν πυρὶ βάλλε θυηλάς*, ille eodem sensu *θύος βάλλειν* posuerit. fortasse etiam hoc notabatur, quod *τὸ θύος*, quo loco solo singulariter apud Homerum dicitur, non pluraliter ut saepe, Od. V 60, aliud quid valet atque in Callimachi fragmento. Quod si Callimacho *θύος* fuit *θυηλαί* i. e. *ἄργματα* diis offerri solita, non inepte aliquis cogitaverit de Triptolemo, de quo agebatur in Aetiis III 4. Sed Rauch. l. l. p. 55 de Minois et Androgei historia intelligendum fragmentum dicit.

## 532.

*Ὅθεν εἰληλούθειν.*

Choerob. Dict. in Theodos. p. 596, 10 (Herodian. II p. 268 Lentz.): *(τὰ Ἀττικὰ) ἀπὸ βραχείας ἀρχόμενα κατὰ τὸν παρακείμενον ἐν τῷ ὑπερσυντελικῷ χρονικῶς μεγεθύνονται οἷον ἀλήλιφα ἠληλίφειν — ὄδωδα ὠδώδειν, πλὴν τοῦ ἐλήλυθα, ἐληλύθειν γὰρ ὁ ὑπερσυντελικὸς διὰ τοῦ ε, ὅθεν ἀναλογώτερόν φασι τὸ παρὰ Καλλιμάχῳ ὅθεν εἰληλούθειν*, ubi codex Baroccian. apud Gaisf. pro ultima voce habet *ἠληλούθειν*, ut ex eodem codice Cramer. edidit in Anecd. Oxon. IV p. 417. Sed idem Choerobosc. Dict. p. 600 plusquamperfectum *ἠληλύθειν* in universum reicit nec ita dixisse Callimachum memorat, cuius *εἰληλούθειν* sine dubio formatum putabat ex Homerico perfecto *εἰλήλουθας*. Qua in re nihil referebat, utrum grammaticus Callimachi *εἰληλούθειν* pro prima persona haberet, an pro tertia, quod epicus sermo flagitabat. Sed si in hac re ab Homerico usu ad Atticorum Callimachus non deflexit, fragmentum fortasse intelligendum erit de Jasone. cf. Aet. II 3.

533.

Ὠλόψατο χαίτας.

Etym. Gudian. p. 426, 19: ὀλοφυρόμενος, κυρίως τὸ μετὰ τιλμοῦ τῶν τριχῶν κλαίειν. Καλλίμαχος· ὀλόψατο χαίτας. Eadem habent Orion. p. 113, 20, item Etym. Hav. ap. Bloch. post Etym. Gud. p. 986 et cod. reg. apud Larcher. ad Orion. l. l. sive apud Koes. post Orion. p. 188. Quorum consensus fragmentum Callimacho ita vindicat, ut non possit de Antipatro Sidonio auctore cogitari, qui et ipse in Anth. Pal. VI 241, 5 ὠλόψατο χαίταν dixit, unde tamen Suid. I 1 p. 1184 et I 2 p. 72, item Zonar. p. 591 citant δάψατο χαίταν. Sed etiamsi de lectione Antipatri Jacobsiana certa res sit, nihil tamen impediat, quin Callimachi verba in usum suum Antipatrum convertisse putemus, praesertim quum Nonni imitatio XXI 70 et XL 104 ad Callimachum nos rapiat. atque utrumque poetam idem dixisse Naekii quoque sententia erat. aperte autem errant qui fragmentum ad Call. hym. III 77 referendum censent, ut Ernest. l. l. Videtur autem fragmentum de alicuius mulieris luctu intelligendum, velut Clitae (cf. Aet. p. 71) vel Hypsipylae Opheltem a dracone interfectum deplorantis. parum autem probabiliter Naek. p. 251 ad Hecalen fragmentum pertinere sibi persuasit.

534.

Δασπλῆτα Κόροιβος.

Etym. Magn. p. 249, 7: δασπλῆτις ἡ Ἐρινύς. καλὸν δασπλῆτα Κορυβός. Καλόν varie corrigunt, καλῶν Ruhnk. Ep. crit. II p. 156, Mein. Anal. Alex. p. 153 et Doederl. Gloss. Homer. I p. 223 (nam καλῶν ibi exprimendum fuisse ipse mihi coram significavit), sed κανὼν Hecker. Com. crit. de Anth. graec. (I) p. 204. At mihi in ista voce latere videtur Καλλίμαχος (cf. ad fragm. 453), quod tamen non probavit Dilth. de Cydipp. p. 29 n. 1, sed aliam coniecturam non protulit. Et de Callimacho auctore etiam Hecker. l. l. cogitavit, qui cum Rauch. de Aet. p. 14 de Coroebo Poenae interfectore i. e. de Lini fabula quae in Aetiis tractata fuit locum intellexit. Ceterum masculini δασπλήτης, ex quo aeolicum δασπλῆτα Callimachus fecit (cf. ad Vol. I p. 328, ubi

add. *ἰυκτά* Theocrit. VIII 30), aliud, si memini, exemplum non legitur, sed masculinum etiam *δασπλής* legitur, ut saepe in Nonnianis, Dionys. IV 383. IV 400. VI 182 (XXX 201. XLII 391). XXI 63. XXIII 25. XXV 529. XXVIII 126. XXVIII 222. XL 45. Paraphr. ϑ 188. Verum *δασπλήτης* primum firmatur feminino *δασπλῆτις* quo Homerus (Od. XV 234) et alii usi sunt, tum defenditur analogia. nam similiter iuxta leguntur *γυμνής* et *γυμνήτης*, *ψιλής* et *ψιλήτης*, *λιπερνής* et *λιπερνήτης*, *χερνής* et *χερνήτης*, *πλάνης* et *πλανήτης*, *ἄρτοι ζυμῆτες* et *ζυμῆται* (Krueger. ad Xenoph. Anab. VII 3, 21), *Γένης* et *Γενήτης* (Stephan. Byz. p. 202 coll. Bergk. in Mus. Rhen. 1842 p. 363) etc. atque ipsum illud *δασπλήτης* affertur in Epimer. Hom. in Cram. Anecd. Oxon. I p. 149, 22.

535.

*Τὰς σὰς ἰδανὰς χάριτας.*

Schol. A ad Hom. Jl. XIV 172 (Herod. II p. 89 Lentz.): *γίνεται δέ τινα ἀπὸ ῥημάτων διὰ τοῦ ανος παραγόμενα ὀξύτονα, ἅπερ τὴν τρίτην ἀπὸ τέλους ἔχει βραχεῖαν ἢ αὐτόθεν ἀπὸ τῶν ῥημάτων μετειληφότα, ὡς ἀπὸ τοῦ ἄγω ἀγανός, στέγω στεγανός, ἢ ἐκ τῆς μακρᾶς τῆς κατὰ τὰ ῥήματα εἰς βραχεῖαν μεθιστάμενα, ὡς παρὰ τὸ ἵκω ἱκανός — εἴδω ἰδανός, „τὰς ἰδανὰς χάριτας“ ὁ Καλλίμαχος.* Eandem rem, de qua disputat Lobeck. Proleg. Path. p. 182, Herodianus tractans de Monad. p. 7, 22 Dind. (Herod. II p. 912 Lentz.) Callimachi nomen omittit, fragmentum autem apponit tale: *τὰς σὰς ἰδανὰς χάριτας.* sic enim codex habet, ubi Lehrsius optionem inesse dicit inter *τάς* et *σάς*, quorum *σάς* praefert. mihi potius utrumque poetam dedisse persuasum est, quod ne quis propter nimium scilicet sigmatismum respuat, videat is Lobeck. Paralip. p. 16 seq. ac quidni Callimachus dicere potuerit: pulchritudinem tuam quisque praedicabat, *εἰ] τὰς σὰς ἰδανὰς χάριτάς [ποθεν ἀθρήσειε]*, quae apte dici poterant de Cydippe (cf. Dilth. de Cyd. p. 30 seq. et infra fr. 562). de *χάριτας* cf. Hom. Od. VI 237. Nec mutabo iudicium si quis *τόσσας ἰδανὰς χ.* scribendum censuerit. Alii quo fragmentum rettulerint indicavimus ad frag. 471.

536.

*Τοῖς κήδεα λέξον ἑά.*

Apollon. de Pronom. p. 139 Bekk: τὸ μέντοι „ἀλλ' αἰεὶ φρεσὶν ᾗσιν ἔχων" (Hom. Od. XIII 320), ἀντὶ τοῦ ἐμαῖς, εὐλόγως ὑπ' Ἀριστάρχου ὑπωπτεύετο ὡς νόθον, καθὸ ἀδιάπτωτος ἐν ἀντωνυμίαις. πλεῖστα γοῦν ἔστι παρ' ἑτέροις εὑρεῖν, „σφέτερον πατέρα" (est Hesiod. Op. 2) ἀντὶ τοῦ ὑμέτερον, ἀντὶ τοῦ τεά τοι κήδεα λέξον ἑά παρὰ Καλλιμάχῳ. Sic Bekkerus scribi iussit, quasi Callimachi fragmentum esset ἑά τοι κήδεα, quod statuit etiam Ruhnkenius, qui tamen excerptis tantum ex Apollonio uti potuit et sic edidit: ἀντὶ τοῦ, τέα κήδεα λέξον, ἑά παρὰ Καλλιμάχῳ, unde restituto quod in illis excerptis non apparuit, Naek. de Hecal. p. 159 Callimachi fragmentum fuisse putabat ἑά τοι κήδεα λέξον. Cui quod obmovit Naekius, metrum efficere verba certe non usitatum Callimacho, hoc ita diluit Hecker. Com. Callim. p. 144, ut finem pentametri esse diceret cui ultima vox bisyllaba deesset. At nihil impedit, quominus Apollonium ista ita intelligi voluisse putemus: ἀντὶ τοῦ τεά, τοι κήδεα λέξον ἑά, ut Callimachi posterior pentametri pars absoluta fuerit. Atque ita Dindorfium quoque in Thes. Paris. III p. 1359 C. iudicare video, nisi quod non recte τοι aut plane delendum aut cum καί commutandum dicit. etsi enim concedi debet τοι habere aliquid incommodi, sive pronomen esse putas, sive particulam, corrigendum tamen potius quam eiciendum existimamus. nec nimis quaesitum aut ineptum est quod suademus: τοῖς i. e. his, quos modo dixeram, parentibus vel amicis. Acute autem Hecker. l. l. coniecit, fragmentum proxime antecessisse versui 1 fragmenti 67. Ex lyrico carmine verba petita esse sibi persuasit Meinek. ad Callim. p. 143 seq. Num potius ex Cydippe est?

537.

*Μουσέων κεῖνος ἀνὴρ ἀτέει.*

Schol. Hom. Jl. XX 332: ἀτέοντα, ἀφροντιστοῦντα. Καλλίμαχος· Μουσέων κεινὸς ἀνὴρ ἀτέει. Correxit Bergk. Anth. lyr. II p. 155 n. 119 et iure videtur prope fr. 488 posuisse.

538.

*Φιλαδελφήων ἄτμενος ἢ Ἀδάνων.*

Etym. Florent. p. 51 Miller.: *ἀτμήν· ὁ δοῦλος. Καλλίμαχος· φιλαδελφίων ἄτμενος ἢ ἀδείμων. ἀτμὴν εἴρηται παρὰ τὸ τιμὴ ἀτιμὴν καὶ κατὰ συγκοπὴν ἀτμήν, οἷον ἄτιμος· ἢ πολύτιμον* (fort. *πολύτμητόν* Mill.) *τινα ὄντα ὑπὸ τῶν μαστίγων, τοῦ α ἐπιτατικοῦ νοουμένου.* In his Milleri emendationem certissimam praestat Etym Magn. p. 164, 34, in ipso autem Callimachi fragmento videri possit *ἀτμένος* scribendum esse, id ut genetivus sit, nam aliud praeter *ἀτμήν* (de cuius tonosi duplici constat Herodiani testimonio I p. 15, 1 et II p. 923, 11 Lentz.) grammaticus Florentinus non affert. Sed quum etiam nominativus *ἄτμενος*, qui in frustulo Callimacheo conspicitur, bis agnoscatur ab Hesychio I p. 315, item ab Ammonio de Diff. adfin. vocab. p. 71 et Eustath. ad Odyss. p. 1750, 63, eo quis inclinet, ut potius in grammatico Florentino scribendum censeat: *ἀτμὴν ἢ ἄτμενος ὁ δοῦλος.* Atque haec verisimilior mihi videtur quam in qua olim fui sententia, grammaticum in unum contraxisse duo lemmata, quae in archetypo fuerint et etiam nunc sunt in Etym. Magn. p. 164, 32 et p. 164, 36, quorum alterum novam suppeditat originationem et talis est: *ἀτμένες, οἱ δοῦλοι, οἳ ἄτερ μένους ὄντες διὰ κακοπάθειαν* (coll. schol. Nicandr. Alex. 426: *ἀτμένες οἱ δοῦλοι, οἷς ἕπεται τὸ κακοπαθεῖν*), sed a primo auctore vix adici potuisse videtur, nisi simul ad probandum addebat poetae locum, qui talis erat, ut novam illam originationem subministraret, quasi *παρετυμολογοῦντος τοῦ ποιητοῦ τὸν ἀτμένα.* ex altero igitur hoc archetypi lemmate grammaticum Flor. putabam solum retinuisse Callimachi fragmentum ab Etym. Magno omissum. quod si est, in fragmento *ἀτμένες* scribendum fuit pro *ἄτμενος*. At nondum in portu navigamus. etsi enim facile quis concedat in fragmento corrigendum esse *Φιλαδελφήων*, item concedat in *ἀδείμων* quoque latere nomen incolarum urbis alicuius, tamen haec quae fuerit difficile est ad dicendum. Interim si Bastii observationis in Com. palaeogr. p. 975 prolatae memores fuerimus, *ει* et *α* saepe a librariis confundi, facilis prodibit correctio haec: *Ἀδάνων*, quos puto eius urbis appellari incolas, cuius nomen

*τὰ Ἄδανα* fuit. eos Stephanus quidem Byz. p. 25 seq. nominatos esse dicit *Ἀδανεῖς* vel *Ἀδανηνούς* vel *Ἀδανίτας*, sed idem tamen alibi aliquoties repetit, apud poetas *τὸ ἐθνικόν* et *τὸ κύριον τοῦ ἥρωος ἀφ' οὗ ἡ πόλις* saepe idem esse, ut huius quoque urbis incolas poeta Callimachus *Ἀδάνους* appellare a conditore potuerit, cuius *Ἄδανος* nomen fuisse Stephan. Byz. p. 24, 19 testatur. Quamquam quinam Philadelphenses et Adani intelligendi sint (plura enim eiusdem nominis oppida), quos sua in servos crudelitas infames reddiderit, plane nescimus. quid quod etiam quae de crudelitate diximus, sola nituntur originatione altera, qua propter *τὸ κακοπαθῆσαι* vocatos *ἀτμένας* esse proditur. nec magis nobis liquet, ubi Callimachus fragmentum posuerit, quod sane haud cunctanter redintegramus sic, ut *φή* (cf. ad fr. 366 et 518) ante *Φιλαδελφήων* inferciamus. Nihil in Callimachi fragmento mutare ausus est Nauck. in Bulletin. l. l. p. 356, quod fortasse ex Epigrammatis petitum sit.

539.

[*Αὔλιος*], *ὅς δυθμὴν εἶσι μετ' Ἠελίου.*

Schol. Hom. A. Jl. XI 62: *ἡ διπλῆ ὅτι τινὲς γράφουσιν αὔλιος* (pro *οὔλιος*), *ὅ ἐστιν ἑσπέριος, πρὸς ὃν αὐλίζεται τὰ ζῷα. καὶ Καλλίμαχος, ὅς δύθμην εἶσι μετ' ἠελίου.* Recte Blomfieldus p. 314 versum redintegravit sic: [*ἀστὴρ*] | *αὔλιος ὅς δ. εἶσι μ. η.* coll. Apollon. Rhod. IV 1630: *ἀστὴρ αὔλιος, ὅστ' ἀνέπαυσεν ὀϊζυροὺς ἀροτῆρας*, qui locus hinc videri possit expressus. et fortasse etiam illud suum *αὔλιος ὁ ἑσπέριος ἀστήρ* Stephan. Byz. p. 146, 12 Callimacho debet. Blomfieldum secuti sunt Bergk. Anthol. lyr. II p. 157 n. 138 et Rauch. l. l. p. 68, qui de sede fragmenti mecum consentit (cf. Schneidew. Philol. VI p. 534), fuisse in elegia de Thesmophoriis (nobis III 4). Quod autem Lobeck. Paralip. p. 393 et p. 394 extr. *δυσθμήν* in Callimachi fragmento in schol. Villoisson. l. l. scribi dicit, error est, nec iure eius formae testem affert Theognost. in Cram. Anecd. Oxon. II p. 111, 32: *τὰ εἰς μη δισύλλαβα ἔχοντα ἐν τῇ πρώτῃ συλλαβῇ τὸ υ, μεθ' οὗ ἐστὶ δύο σύμφωνα, ἀπὸ ῥημάτων γενόμενα, διὰ τοῦ υ ψιλοῦ γράφονται, οἷον νυγμή· ξυσμή· πυγμή· δυσθμή.* nam quod is duo tantum *σύμφωνα* me-

morat, aperte aspernatur ab erranti scriba sibi obtrusum *δυσθμή* pro *δυσμή*. nisi forte Theognostus scripserat: *πυγμή. δυσμή ἢ δυθμή*, quorum hoc affert etiam p. 112, 4, Callimachus autem praeter hunc locum in Hym. VI 10 quoque habet.

540.

*Ἡβαιὴν οὔ τι κατὰ πρόφασιν.*

Schol. Hom. A. Jliad. II 380: *οἱ μὲν τὸ πλῆρές φασι βαιόν, οἱ δὲ ἠβαιόν. ἔστι δὲ εἰπεῖν ὅτι παρὰ μὲν τῷ ποιητῇ ἀπὸ τοῦ η ποιεῖ τὴν ἀρχὴν ἀεί, „ἐλθόντες δ' ἠβαιόν* (Od. IX 462), *παρὰ μέντοι τοῖς νεωτέροις δισσὴ ἡ χρῆσις· „βαιὸν ὑπὲρ ποταμοῖο". καὶ Καλλίμαχος δέ, ἠβαιὴν οὔτι κατὰ πρόφασιν.* Callimachi cum nomine fragmentum etiam scholiastae B et L afferunt, sed nihil faciunt ad schol. A emendandum, in quo corrigendum videtur: *παρὰ μέντοι τοῖς νεωτέροις δισσὴ ἡ χρῆσις· βαιὸν ὑπὲρ ποταμοῦ Ἄρατος, Καλλίμαχος δὲ κ. τ. λ.* nam Arati est sic scriptus versus 358 auctorisque nomen excidit etiam apud Zonar. p. 971, ubi legitur *βαιὸν ἐπὶ ποταμοῦ.* Callimachus autem qua in elegia istud frustulum posuerit nemo facile dicat. sed non inepte tamen suspicari nobis videmur, in Cydippa elegia poetam narrasse, propter causam nequaquam levem factum esse, ut Acontius et Cydippe ex sua uterque patria Delum navigarent (cf. Dilthey. de Cyd. p. 49 seqq.). nimirum deus ita voluerat.

541.

*Ὅς τ' Ἰταλὴν ἐφράσαθ' ἁρμονίην.*

Schol. Vratisl. ad Pind. Olymp. XI 13 p. 241 seq. Boeckh. *οὐκ ἀπὸ σκοποῦ δὲ μουσικοὺς εἶπε τοὺς Λοκρούς, ἀλλ' ὅτι ἐστί τις ἁρμονία Λοκριστὶ προσαγορευομένη, ἣν ξυναρμόσαι φασὶ Ξενόκριτον τὸν Λοκρόν. Καλλίμαχος· ὃς Ἰταλὴν ἐφράσαθ' ἁρμονίην.* *Τ'* post *ὅς* addit Boeckhius, qui de hoc Xenocrito egit in Comm. de metr. Pindar. p. 279 et Explic. Pind. p. 197 (coll. Mueller. de Dor. I p. 331 n. 3). qui quum Callimachum de Locris Epizephyriis etiam alibi egisse moneat, hoc fragmentum putare videtur olim cum fr. 446 vel 493 aliquo modo cohaesisse, quod probo, etsi

etiam aliter statui posse video. nam quum Xenocritus Locrus qui poeta *τυφλὸς ἐκ γενετῆς* (Heraclid. Pont. *περὶ πολιτ.* XXX) fuit, etiam *παιᾶνας* scripserit (Plut. de Music. IX, qui tamen postea, c. X, addit: *περὶ δὲ Ξενοκράτους, ὃς ἦν τὸ γένος ἐκ Λοκρῶν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ, ἀμφισβητεῖται, εἰ παιάνων ποιητὴς γέγονεν· ἡρωικῶν γὰρ ὑποθέσεων πράγματα ἐχουσῶν ποιητὴν γεγονέναι φασὶν αὐτόν· διὸ καί τινας διθυράμβους καλεῖν αὐτοῦ τὰς ὑποθέσεις· πρεσβύτερον δὲ τῇ ἡλικίᾳ φησὶν ὁ Γλαῦκος Θαλήταν Ξενοκράτους γεγονέναι*), huius quoque poetae censuram in epigrammate agere Callimachus potuit, ut egit Archilochi, Antimachi, Arati, aliorum. cf. Prol. Aet. p. III.

## 542.

*Πρώκιον ἐνδυκέως εἶδαρ ἔδων.*

Schol. Theocrit. IV 16: *τὴν σταγόνα τῆς δρόσου πρῶκα λέγουσιν ἀπὸ τοῦ πρωῒ πέμπεσθαι. καὶ Καλλίμαχος „ὥς κεν ἐκεῖναι πρῶκες ἔραζε πέσωσι“* (i. e. hym. II 41). *καὶ „πρώκιον ἐνδυκέως εἶδαρ ἔδων“.* Ita cum Abrensio edidit Bergk. Anthol. lyr. II p. 159 n. 159. nam priorum conamina non magis placent quam Heckeri Com. Callim. p. 147 *πρώκων* (sic. nisi hic typothetarum error est pro *πρώκιον*) — *γάννυται.* Sed quaeri tamen potest malueritne poeta scribere *πρώκινον*, quem et ipsum ut Theocritum l. l. locutum esse de cicadis certum videtur, sed ubi loquutus sit coniectura non videtur investigari posse.

## 543.

*Ὁ δ' ἀείδων Μαλόες ἦλθε χορός.*

Choerobos. Dict. in Theodos. p. 132, 14 (= Bekk. Anecd. gr. p. 1187. Herodian. II p. 278 et 619 Lentz.): *οἱ Δωριεῖς τῶν εἰς εις τῶν διὰ τῆς ει διφθόγγου ἀποβάλλουσι τὸ ι, οἷον χαρίεις χαρίες, τιμήεις τιμῆες, Μαλόεις Μαλόες· τοιοῦτοι γάρ εἰσιν καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ „ὁ δ' ἀείδων Μαλόες ἦλθε χορός“, ἀντὶ τοῦ Μαλόεις. Μαλόεις ἐστὶν ὁ Λέσβιος.* In grammatici verbis *τοιοῦτοι γάρ εἰσιν* omnes qui afferunt tenere video praeter Lentz. altero tantum loco II p. 619, ubi tacite *τοιοῦτο γάρ ἐστι* edidit rectius. nisi forte aliud vocis *Μαλόες* exemplum ex Callimacho Choeroboscus

attulit, quod excidit. Ipsum autem Callimachi fragmentum Buttm. Lexil. I p. 43, Bergk. Anth. lyr. I p. 126 n. 33 et II p. 146 n. 35, item Rauch. l. l. p. 53 ita dispescunt, ut ὁ δ' ἀείδων antecedenti versui ascribant. sed ego cum Gaisford., Bekk., Lentz., Ahrens. de dial. Dor. p. 173 not. 2 ad unum omnia versum revocavi. certe ἀείδειν prima syllaba producta est etiam in fr. 42 et 138. praeterea Bergk. et Mein. ad Callim. p. 201 extr. Μαλλόεις scribi iubent, ut scribitur sane in Hesych. III p. 69, sed contra literarum ordinem: Μαλλόεις Ἀπόλλωνος ἐπίθετον ἢ ἐπώνυμον, quam scripturam improbat etiam Ahrens. l. l. p. 507, nec commendat Stephan. Byz. p. 430, 6 originatio: Μαλόεις Ἀπόλλων ἐν Λέσβῳ καὶ ὁ τόπος τοῦ ἱεροῦ Μαλόεις ἀπὸ τοῦ Μήλου τῆς Μαντοῦς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν Λεσβικῶν πρώτῳ. ac contra Μαλλόεις scripturam disputaverat etiam Plehn. in Lesbiac. p. 116. Ceterum mecum (Proleg. in Aet. p. IV) Bergkius et Rauch. l. l. ad Callimachi librum quartum Aetiorum fragmentum rettulerunt.

## 544.

### Ἄβδηρα.

Schol. Ovid. Ib. 465 p. 469 Merk. Callimachus dicit quod Abdera est civitas in qua talis est mos quod uno quoque anno cives totam civitatem publice lustrabant et aliquem civium quam habebant devotum illa die pro capitibus omnium lapidibus obruebant. Cf. supra de Ibid. p. 282.

## 545ᵃ.

### Αἴσακος.

L. Caecil. Minut. Apulei fragm. de Orthogr. p. 136 Mai. (p. 9 Osann.): Aesacus habet ae diphthongum, pater Priami auctoribus *Callimacho*, Porphyrio, Nasone eiusque interprete. Haec nisi corrupta sunt (num patris Priami? nam Aesacus Priami filius fuit), grammaticus egregie erravit. Nec in universum fides est isti Apuleio, sed si verum est, Callimachum de Aesaco rettulisse, potuit hoc in Aet. I 14 facere.

545 b.

*Ἄκτιος.*

Hygin. Poet. astron. II 37 (Argo) navim factam Pindarus ait in Magnesia oppido cui Demetrias nomen est, *Callimachus* autem in iisdem finibus ad Apollinis Actii templum, quod Argonautae proficiscentes statuisse existimantur in eo loco qui Pagasae vocatur ideo quod Argo ibi primum compacta dicitur, quod est graece *παγᾶσαι*, ubi scribendum videtur *πεπῆχθαι* ut est in schol. Apollon. Rhod. I 238 et Etym. Magn. p. 646, 41, vel *ναυπηγῆσαι* coll. Strab. IX p. 436: *ἀπὸ δὲ τῆς ναυπηγίας τῆς Ἀργοῦς καὶ Παγασὰς λέγεσθαι μυθεύουσι*, vel *παγῆναι* ut est in schol. Gregor. Nazianz. p. 1236 Mign. Apollinis Actii mentionem in eadem re etiam Apoll. Rhod. I 404 fecit. Callimachus ubi eam rem narrasse videatur dixi in Proleg. Aet. p. X.

546.

*Ἀμφορεύς.*

Schol. Apollon. Rhod. I 1207: *ἀπρεπὲς δὲ νεανίαν* (i. e. Hylam, qui apud Apollon. fontem adit ad hauriendam aquam) *ὑδρίαν βαστάζειν. Ὅμηρος δὲ πρεπόντως παρθένον. πιθανώτερον δὲ ἦν ἀμφορέα εἰπεῖν, ὡς Καλλίμαχος.* Sic Keilius edidit ex certissima Heckeri in Com. Call. p. 78 emendatione. olim enim *ἀμφότερα* legebatur. Praeterea autem aliud vitium latere in hoc scholio videtur. quum enim Hylas Apollonii l. l. non *ὑδρίαν* ferat, sed *κάλπιν*, quam vocem in animo scholiastam quoque habuisse docet Homeri mentione — huius enim locum Od. VII 20 *παρθενικῇ ἐικυῖα νεήνιδι κάλπιν ἐχούσῃ* intelligit — scholiasta non dubito quin scripserit: *ἀπρεπὲς δὲ νεανίαν κάλπιν εἰς ὑδρείαν βαστάζειν.* Quamquam nimis severus iudex scholiasta fuit. nam Nonnus quoque, etsi Dionys. III 87. XIV 430. XLVII 394 Homerum sequitur, tamen etiam XI 333 *κάλπιν* puero dat. cf. Joann. Gaz. Ecphras. II 121. Locum suum fragmento assignavi Proleg. Aet. p. XI. cf. Rauch. de Aet. p. 39 coll. Meinek. Vind. Strab. p. 239.

547.

*Ἀρτακίη.*

Schol. Apollon. Rhod. I 957: *Ἀρτακία κρήνη περὶ Κύζικον, ἧς καὶ Ἀλκαῖος* (n. 114 Bergk.) *μέμνηται καὶ Καλλίμαχος, ὅτι τῆς Δολιονίας ἐστίν.* Ultima verba cur non ad Callimachum, sed ad Alcaeum pertinere dicat Rauch. de Aet. p. 37 ipse viderit. certe etiam Apollonius Rhodius I 952, cuius narrationem secuti hoc fragmentum cum Rauch. ad Aetia revocamus (cf. Aet. I 11), Doliones ibi memorat.

548.

*Αὔσιγδα.*

Stephan. Byz. p. 147, 13: *Αὔσιγδα πόλις Λιβύης, οὐδετέρως, ὡς Καλλίμαχος.* Ad Aet. II 7 fragmentum pertinuisse supra suspicatus sum.

549.

*Ἀχιλεύς.*

Gramm. in Cram. Anecd. Oxon. IV p. 403, 29: *οἱ δὲ συνηγοροῦντες τῷ ἑνὶ λ* (nominis *Ἀχιλλεύς*) *φασὶν οὕτως· πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς ἀναλογίας, ἵνα ᾖ ὅμοιον τῷ Ἰλεύς, βασιλεύς· εἶτα καὶ ἐκ τῆς ἐτυμολογίας. Ἀχιλεὺς γὰρ ἀπὸ τοῦ εἶναι ἄχος τοῖς Ἰλεῦσιν* (sic) *ἤγουν τοῖς Τρωσὶ κατὰ φερωνυμίαν· ὑπὸ γὰρ θείας προνοίας, ὥς ἔφη Καλλίμαχος, ἐκλήθη οὕτως.* Eandem etymologiam proferunt schol. Hom. Jl. I 1 p. 1, 39 Bekk., Etym. Magn. p. 181, 26, Gudian. p. 99, 39, Gram. Cram. Anecd. Paris. III p. 270, 28, p. 300, 22, p. 324, 28 (Herodian. Lentz. II p. 480), Tzetz. in Cram. Anecd. Oxon. III p. 377, 32 (= Matrang. Anecd. p. 375 sive ad Lycophr. 798 sive schol. Hom. ed. Bachm. p. 782, 21), Eustath. ad Jl. p. 14, 21, Callimachi tamen testis nomen non nominantes, nisi quod Eustath. l. l. addit: *θείᾳ προνοίᾳ, καθά τις ἔφη,* nomen factum esse. Unde probabile fit ipsa hic Callimachi verba aliquatenus servata esse, quae fortasse haec fuerunt: *ὑπὸ γὰρ θείης ὅ προνοίης | ἐκλήθη Ἀχιλεύς,* et a poeta dicebantur in Aetiorum libro primo. cf. Proleg. in Aet. p. XVII coll. Rauch. l. l. p. 65 n. 146, qui tamen aliud argumentum magis probat. Eidem autem nominum

explicandorum studio etymologico, quo omnis fere generis poetae tenebantur (cf. Mein. Anal. Alex. p. 99 seq. et Dilthey de Cydipp. p. 37 seqq.) obsecuti alii nomen *Ἀχιλεύς* aliter explicabant, cf. Mein. l. l. et Roulez ad Ptolem. Hephaest. p. 134.

## 550.

### *Βάττος.*

Strab. XVII p. 837: *λέγεται δὲ ἡ Κυρήνη κτίσμα Βάττου. πρόγονον δὲ τοῦτον ἑαυτοῦ φάσκει Καλλίμαχος.* Eodem fortasse respicit L. Caecil. Minutian. Apuleius de Orthograph. p. 137 Mai. (p. 10 seq. Osann.): Battus — fuit et Polymnesti filius, qui Cyrenem condidit, unde Cyrenenses poetae (poetis?) dicuntur Battiadae, Herodio et Proculo et Proclo Pindari enarratoribus * * * *Callimachus* * * * Strabo item; sed et C. Proculus Antimachum secutus in opere quod de Lyde et ipse habet centum et quadraginta elegorum libris. unde latus Callimachus (Antimachus verissime correxit Osann. p. 25) C. Melisso in libris iocorum dicitur sic * * *. Haec enim quae lacunis deturpata esse res ipsa docet et editor punctis positis indicabat, sic redintegranda censeo: enarratoribus. (Hunc Battum) Callimachus (proavum suum dicit), Strabo item etc. Strabonis memoria sane ad Call. Epigr. XXIII referri nequit, sed dixisse hoc poeta videtur in Aet. II 7. cur autem Callimachus a Batto Cyrenae conditore genus suum ducere nequiverit, quod dicit Hecker. Com. Call. p. 11 omnium Cyrenensium atavum poetam dixisse Battum putans, equidem non perspicio.

## 551.

### *Γάλα.*

Gram. in Cram. Anecd. Oxon. IV p. 338, 5 (Herod. Lentz. II p. 646): *τὸ γάλα γάλακτος, γάλακτι παρὰ Καλλιμάχῳ ὡς ἀπὸ εἰς ξ ληγούσης εὐθείας· τὰ τῶν στοιχείων ὀνόματα ἄληκτα.* Prorsus incredibile est tritissimae formae *γάλακτος γάλακτι* testem advocari Callimachum, qui quum potius rarissima quaeque ex latebris remotissimis anquireret,

multo est credibilius poetam pro aclita voce *γάλα* testem produci, quam saepius agnoscunt grammatici (cf. ad Epigr. LI), sed testem non addunt. Itaque corruptum habebimus locum, quem sic corrigendum putamus: *τὸ γάλα, γάλακτος γάλακτι (ὡς ἀπὸ τῆς εἰς ξ ληγούσης εὐθείας) παρὰ Καλλιμάχῳ ὡς τὰ τῶν στοιχείων ὄνοματα ἄκλιτον.*

551[a].

*Γαῦδος.*

Strab. I p. 44 et VII p. 299, quos locos dedimus ad frag. 38 extr., ubi ad Aet. II 3 pertinuisse coniecimus. cf. fr. 524. De Strabonis locis, quantum de Callimacho referunt, errat Nitzsch. ad Odyss. vol. II p. 19.

552.

*Δίκτη.*

Stephan. Byz. p. 231, 3: *Δίκτη, ὄρος Κρήτης. Καλλίμαχος ἐ * * * τὸ ἐθνικὸν Δικταῖος καὶ Δικταία.* Emendatio incerta est, quum non constet ad *Δίκτη* Callimachi memoria pertineat an ad sequentia. prius si est, inter fragmenta referendus locus (nam *Δίκτη* hodie quidem in Callimacheis non apparet) ac corrigendum fortasse *Καλλίμαχος Αἰτίοις.* sin autem ad sequentia referendum Callimachi testimonium, certe non suppleri cum Meinekio debet *ἐν τῷ Ἀρτέμιδος ὕμνῳ*, in quo nec *Δικταῖος* nec *Δικταία* legitur, sed *Δικταῖον* (v. 199), ut praestet alterum Meinekii supplementum *ἐν ὕμνοις.* nam cf. hym. I 4 et 47. *Ἑκάλῃ* commendaverat Salmasius sine iusta causa. cf. Naek. de Hecal. p. 207.

553.

*Διόσθυος.*

Etym. Magn. p. 278, 28 (Herodian. Lentz. II p. 847): *Διόσκορος οἳ μὲν παραθέσει λέγουσιν, ὅτι ἡ Διός γενικὴ ἐν τῇ συνθέσει ἀποβάλλει τὸ σ· εἰ οὖν τὸ Διόσκορος ἐφύλαξε τὸ σ, δηλονότι ἐν παραθέσει ἐστί. Δεῖ σημειώσασθαι τὸ διόσθυος παρὰ Καλλιμάχῳ· ἐν συνθέσει γὰρ ὢν ἐφύλαξε τὸ σ. ἔστι δὲ ὄνομα μηνός.* Vide de hoc mense Boeckh. ad schol. Pind. Ol. III 33 et ad Corp. Insc. II p. 273, 369 seq., de nominis formatione Lobeck. El. Path. I p. 311. Quod

autem Blomfieldus, qui primus hoc fragmentum e fuga retraxit p. 400, ad librum Callimachi de Mensibus revocavit, mihi non aeque certum videtur. nam quum in Ἤλιδι mensis nomen hoc fuerit (cf. schol. Pind. l. l.), locum in Aetiis habere potuit prope fr 295 quamquam etiam Rhodiorum mensis erat Διόσθυος. cf. Ross. Hellen. I 2 p. 115. Sed potest etiam ad agonem Olympicum referri ut voluit etiam Rauch. p. 61. cf. C. F. Hermann, über Griech. Monatskunde p. 55 seq.

## 554.

### *Δρεπάνη.*

Plin. Nat. hist. IV 52: Corcyra — Homero dicta Scheria et Phaeacia, *Callimacho* etiam *Drepane*. At quum nomen insulae *Φαιακία* vel potius *Φαιηκίη* apud Homerum non extet (quamquam agnoscunt Steph. Byz. p. 654, 13 et Suid. II 1 p. 223, 12. II 2 p. 1437, 4), sed is tantum *Φαιήκων γαῖαν* dicat, suspicio oritur Plinium scripsisse potius: Homero dicta Scheria, et Phaeacia Callimacho, etiam Drepane, quo fit, ut pro *Δρεπάνη* Callimachi (qui certe *Φαίηξ* dixit fr. 336) testimonium e manibus effugere videatur, cuius nominis nec Stephan. Byz. p. 238 et p. 654 auctorem nominat nec Eustath. ad Od. p. 1521, 30, sed locupletem auctorem habemus Apollon. Rhod. IV 990, ubi schol. ad v. 984 Drepanes nominis originationem addit ex Aristotelis Politiis. quem quum saepissime Callimachus sequutus sit, verisimile sane est *Δρεπάνην* Callimachum quoque nominasse, in Aetiis puto II 4. Sine causa autem Hecker. Com. Call. p. 37 anonymum versum a Steph. Byz. p. 238, 18 citatum: *Δρεπάνην κλείουσιν ἀπὸ Κρονίδαο σιδήρου* Callimacho vindicat. conf. Mein. ad Steph. l. l.

## 555.

### *Δρομέσι.*

Choerobosc. Dict. in Theodos. p. 218, 20, de dativo plurali nominum in *ευς* agens: *δεῖ παραφυλάξασθαι τὸ υἱέσι παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις· ἔτι δὲ σημειούμεθα καὶ τὸ δρομέσι παρὰ τῷ Καλλιμάχῳ· ἐκεῖνος γὰρ δρομέσιν ἔγραψεν ὀφείλων ἐπιγράψαι δρομεῦσι*, unde corrigendus eiusdem Choerobosci locus p. 115, 16 (= Bekk Anecd. p. 1185,

10 coll. Herod. Lentz. II p. 663), ubi editur: *ἐκεῖνα γὰρ οὕτως ἐπέγραψεν, ὀφείλων ἐπιγράψαι κ. τ. λ.*, quamquam etiam cod. Marcian. ap. Gaisf. Praef. ad Etym. Magn. p. 7 priore loco *ἐκεῖνος — ἔγραψεν* habet. Ex Choerobosco haec praeter gram. in Cram. An. Ox. IV p. 337, 11 sumpsit Const. Lascaris Gramm. p. 56 adv. et p. 77 av. ed. Aldin. 1512, non ex Apollonio Dyscolo, ut suspicatur Blomf. (qui primus Callimacheum *δρομέσι* ex uno Lascaris loco attulit), nam 'Lascarin plurima ex Choerobosco hausisse et res docet et ipse profitetur Lascaris. cf. Gaisf. Praef. in Choerob. p. IV. Sed ex eodem atque Choeroboscus fonte i. e. ex Herodiano hausit partim maiore accuratione usus Gramm. codicis Barocc. in Crameri Anec. Oxon. III p. 254, cuius verba pridem ex codice Laurent. cum doctis hominibus communicata erant a Bandinio Catal. I p. 146, sed ex codice Augustano ap. Hermann. de Emendand. rat. gramm. p. 310 post XXVIII cum aliis exciderunt. Sunt autem haec: *ζητεῖται πῶς τῶν διὰ τῆς ευ διφθόγγου προφερομένων ὀνομάτων φυλαττόντων τὴν ευ δίφθογγον ἐπὶ τῆς δοτικῆς, οἷον ὁ ἀριστεὺς τοῖς ἀριστεῦσι, ὁ ἱππεὺς τοῖς ἱππεῦσιν, ὁ Σιμωνίδης ἐπέγραψεν ἐπινίκοι δρομέσι, δέον τοῖς δρομεῦσιν.* Quae cum Choerobosci verbis collata fidem facere videntur Herodianum ita fere scripsisse: *πῶς — ὁ Καλλίμαχος Σιμωνίδῃ ἐπέγραψεν „ἐπίνικοι δρομέσι“.* Atque *ἐπίνικοι* praeter Schneidew. in Exercit. crit. p. 20 iam commendavit Bergk. Lyric. poet. p. 1115, qui addit: sane a diligentioribus grammaticis ad Callimachum potius haec carminum (Simonidis) inscriptio refertur (cf. Choerob.), tamen verisimile est Callimachum propterea hac forma usum esse, quoniam in ipsius Simonidis carminibus reperit vel quod iam antiquiores editiones hunc titulum (*ἐπίνικοι δρομέσι*) suppeditabant. Sed mihi non dubium videtur quin unius fuerit Callimachi forma *δρομέσι* (de cuius ratione grammatica vid. Lobeck. Elem. Path. I p. 259) et usus sit in epigrammate aliquo, in quo, ut in aliis epigrammatis de aliis poetis (cf. Proleg. Aet. p. III), ita de Simonide censuram egit his fortasse verbis utens:

*ἐπίνικοι*
*[φρασθέντες] δρομέσιν [καί τ' ὀχέων ἐλάταις]*,

quum eius carmina cum laude commemoraret. unde simul perspicitur cur grammatici verbum *ἐπιγράφειν* usurpare potuerint. Sed tamen Schneidew. l. l. p. 20 seq. Callimachum in *Πίναξι παντοδαπῶν συγγραμμάτων* Epinicia cursoribus a Simonide scripta inscripsisse *ἐπίνικοι δρομέσι* existimat (cf. frag. 100[d] n. 27), Rauch. p. 61 ad agonem Olympicum refert.

556.

*Ἑκάτη.*

Schol. (Ambros. 222) ad Theocrit. II 12: *Καλλίμαχος καταλέξω δέ φησι * * * τῇ Δήμητρι μιχθεὶς ὁ Ζεὺς τεκνοῖ Ἑκάτην διαφέρουσαν ἰσχύι καὶ μεγέθει. ἣν ὑπὸ γῆν πεμφθῆναι ὑπὸ τοῦ πατρὸς πρὸς Περσεφόνης ζήτησιν. καὶ νῦν Ἄρτεμις καλεῖται καὶ Φύλαξ καὶ Δᾳδοῦχος καὶ Φωσφόρος καὶ Χθονία.* Prima quattuor verba, quae in scholiis vulgatis desunt, ex codice Ambrosiano demum accesserunt et docent ipsa hic tradi Callimachi verba ex opere aliquo pedestri oratione scripto, eo fortasse libro, cui *ὑπομνήματα* inscripserat. Itaque haud cunctanter initium scholii sic corrigimus: *Καλλίμαχος κατὰ λέξιν φησὶν οὕτως· τῇ Δήμητρι κ. τ. λ.* mox infinitivus *πεμφθῆναι* rem turbat nec iam *κατὰ λέξιν* dictus est, ut mox denuo *καλεῖται*, quae et ipsa Callimachi esse patet. recte autem ista quoque habebunt, si reposito quod facile excidere potuit vocabulo ita scripserimus: *πρὸς Περσεφόνης ζήτησίν φασιν.*

557.

*Ἑός.*

Apollon. Dyscol. de Pronom. p. 139 C: *πλεῖστα γοῦν ἔστι παρ' ἑτέροις εὑρεῖν σφέτερον πατέρα ἀντὶ τοῦ ὑμέτερον, ἀντὶ τοῦ τεά τοι κήδεα λέξον ἑά παρὰ Καλλιμάχῳ* (cf. frag. 536) *καὶ πάλιν παρ' αὐτῷ ἀντὶ τοῦ σφωϊτέρου.* Ergo alicubi apud Callimachum *ἑός* significabat vestrum amborum, quod dictum erat de duobus quibusdam hominibus, qui coniungi solebant, velut de Castore et Polluce (Aet. I 12), quorum in Aetiis mentio fuit, aut de

Eteocle et Polynice, de quibus item in Aetiis poeta egerat (cf. frag. 464). quamquam nec ad alia conicienda deest materia.

558.

*Εὐρώπη.*

Schol. ad Eurip. Rhes. 28 p. 21 Dind.: *διττὰς δὲ τὰς Εὐρώπας ἀναγράφουσιν ἔνιοι, μίαν μὲν Ὠκεανίδα, ἀφ' ἧς καὶ τὸ ἓν μέρος τῆς οἰκουμένης κληθῆναι, καθάπερ Ἀπίων ἐν τοῖς περὶ ἐπωνύμων καὶ Ἀριστοτέλης ἐν πρώτῳ τῆς Θεογονίας, ἑτέραν δὲ Φοίνικος ἔνιοι καὶ Ἀγήνορος, ὡς καὶ Εὐριπίδης καὶ ἄλλοι ἱστοροῦνται, ἧς τοὺς περὶ τὸν Μίνω γενέσθαι φασίν. ἔνιοι δέ εἰσιν οἳ καὶ παρὰ τὴν αὐτὴν ὠνομάσθαι τὴν ἤπειρον, καθάπερ καὶ Καλλίμαχος, Ζηνόδοτος δὲ ἐξ αὐτοῦ.* Zenodoti memoria docet intelligenda esse *ὑπομνήματα ἱστορικά.* cf. supra p. 353. Rauch. tamen l. l. p. 29 ad Aetia revocavit.

559. 560.

*Ἡρακλέης. — Ἡσιόνη.*

Servius ad Virgil. Georg. I 502 (e cod. G., de quo vide Lion. praef. p. XI): tam longe bellorum causas, semel adversus Herculem gesta, semel adversus Apollinem et Neptunum docet, ut *Callimachus* propter pollicitam Hesionem, Apollini et Neptuno propter muros constructos. Scholium corruptissimum, quod Virgilii versui huic appositum est: satis iam pridem sanguine nostro Laomedonteae luimus periuria Troiae, sic putamus in integrum restitui posse: *Laomedontis belli* causas, *simul* adversus Herculem *gesti*, *simul* adversus Apollinem et Neptunum, *docet fuisse* Callimachus *Herculi* propter pollicitam Hesionem, Apollini et Neptuno propter muros constructos. Poterat hoc obiter narrare Callimachus, ubi de Achille dixit qui et ipse Troianis multorum causa dolorum fuit (cf. Aet. I 14). quamquam etiam in Hypomnemasis narrare potuit. Propriam huic rei elegiam comminiscitur Rauch. l. l. p. 64 nihil auxilii Servii loco afferens.

## 561.

### Ἶσις.

Tortellii Comment. de orthograph. fol. 136 rect. (ed. Venet. 1484), cuius loci primus admonuit Osannus in programm. Giessen. 1829: tandem teste *Callimacho* Aegyptio historico, quem secutus est Seneca in libro, quem de sacris Aegyptiorum composuit: cum Osiris a Stityphone (? num Stesiphone?) Aegyptio vel (ut ait Servius super VI Aen. v. 154) a Typhone fratre occulte occisus et laniatus fuisset et ab uxore Jside diu eius membra quaererentur nec inveniri possent, irascebatur in Aegyptios regina et magnos quotidie in fletus prorumpebat dicente Lucano circa finem octavi (v. 831) —, sed tandem ad locum deveniens Philas iuxta Syenem extremam Aegypti partem, cum laceratum illum comperisset, in maximos prorupit luctus. Et illic Aegyptiis placata, ob comperta membra locum graece Philas, hoc est latine amicas, teste Servio super VI Aenei. nominavit, et ad illum sepeliendum se accinxit locumque comperit et elegit pro illius sepultura tutissimum et transitus difficillimi, hoc est insulam Abaton, quae inaccessibilis interpretatur, eo quod sit in palude iuxta Memphim limosa et papyris undique implicita. in hac illum sepeliri curavit et paludem Stygem hoc est maerorem vocari voluit. nec illam transire aut ad insulam quemvis posse accedere statuit, nisi certis diebus et quibusdam prius sacris imbuti et initiati essent. Si quis forte in ea palude deperisset nec cadaver comperiri posset, centum annis, *ut praefati auctores*, illi sacra quaedam officia solvebantur. quod Virgilius ipse tetigisse videtur, cum in VI Aenei. (v. 329) ait: *centum errant annos volitantque haec litora circum.* Sed cum deinde Aegyptiis apparere coepisset bos instar numinis, putaverunt illum Osirim esse et ut deum adorare (adoravere?). Et commutato nomine Apim illum vocaverunt, hoc est bovem. Sic enim bos

eorum lingua apis vocatur. Hucusque pertinere videtur Callimachi narratio, Servii illa, Lucani, Vergilii locis a Tortellio distincta. nam quae sequuntur ex fide Solini 135 et Plin. Nat. hist. VIII 184 referuntur et ipsa ornata a Tortellio locis Ovidii, Tibulli, Juvenalis, Servii, tum ex fide Lactantii, Herodoti, Diogenis Laertii ac poetarum latinorum. Callimachum autem intelligendum esse nostrum, Batti filium, eo apparere videtur, quod Seneca in Quaest. nat. IV 2, 15 etiam Callimachi fragm. CLXXXII respicit. Quod autem Callimachus hic audit Aegyptius historicus, prior vox poetae natales indicare videtur, alteram ad *ὑπομνήματα* potius quam ad poesin viri spectare puto. quamquam de Aegypto et Iside alibi quoque in poematis dixit.

562.

*Κεστός.*

Schol. A ad Jl. III 371: *πολύκεστος· ὅτι πολύκεστος ὁ πολυκέντητος· ἐκ δὲ τούτου ὁ ποικίλος δηλοῦται διὰ τὰς ῥαφάς. καὶ ὁ τῆς Ἀφροδίτης κεστὸς ἀπὸ τούτου· „τῇ νῦν τοῦτον ἱμάντα ποικίλον“* (Jl. XIV 219). *ὁ δὲ Καλλίμαχος ὡς ὄνομα κύριον τοῦ ἱμάντος τὸν κεστὸν ἐκδέχεται.* Cum his iungendum schol. A ad XIV, 214: *ἡ διπλῆ, ὅτι κεστὸς ἐκ παρεπομένου ὁ ποικίλος, ἀπὸ τοῦ διὰ τὰς ῥαφὰς κεκεντῆσθαι, ἐμπεποικιλμένης τῆς φιλότητος καὶ ἱμέρου καὶ ὀαριστύος· καὶ οὐκ ἔστι κύριον ὄνομα ὥς ἔνιοι τῶν ἀρχαίων. διὸ καὶ ἐπ᾽ ἄλλου λέγει „ἄγχε δέ μιν πολύκεστος ἱμάς“* (Jl. III 371). Docemur igitur hoc scholio, quod ex ipsius Aristarchi commentariis manasse manifestum est, Callimachum eumque non solum putasse *κεστόν* esse nomen proprium et uni convenire Aphroditae, non quo hoc grammatici et interpretis instar alicubi dixisset, sed quod in poemate aliquo quid sibi de *κεστῷ* videretur tacite et obiter indicaverat. ita enim hi scholiastae loqui solent. cf. ad Jl. IX 206: *ἡ διπλῆ, ὅτι Εὐφορίων* (fr. 133) *κρεῖον τὸ κρέας ἐξεδέξατο.* ad Jl. XXII 209: *κῆρας τὰς μοίρας λέγει, οὐ τὰς ψυχάς, ὡς ἐξεδέξατο φαύλως Αἰσχύλος.* (cf. Nauck. Tragic. graec. fragm. p. 69). XXIV 528: *ἕως τοῦ δίδωσι βούλονται στίζειν, ἵνα μὴ δύο πίθοι ὦσι κακῶν καὶ εἷς ἀγαθῶν, ὥσπερ καὶ ὁ Πίνδαρος* (Pyth. III 81) *ἐξεδέξατο. φησὶ γοῦν κ. τ. λ.*

ac similiter ad II 872 *ἡ διπλῆ — ὅτι οὐ λέγει ὅπλα αὐτὸν ἔχειν χρυσᾶ, ὡς καὶ πάλιν ὁ Σιμωνίδης* (fr. 214 Bergk. *ἐξέλαβεν*. ad VII 507 *ἡ διπλῆ ὅτι — χροαίνων οὐκ ἔστιν ἐπιθυμῶν, ὡς Ἀρχίλοχος* (fr. 177 Bergk.) *ἐξέλαβεν*. schol. Od XI 579 *τὸ δέρτρον Ἀντίμαχος μὲν ὁ Κολοφώνιος τὸν ἐπίπλουν ἀκούει — λέγει γὰρ κ. τ. λ.* (fr. XLIV Stoll.), et saepe alibi. Non intelligo autem, cur Dilthey. de Cydipp. p. 30 scholium ita interpretatus sit, ut Callimachum pro substantivo usurpasse putaverit *κεστός* vocabulum, quum Homerus adiective posuerit et *κεστός* et *πολύκεστος*. Eidem autem viro docto libenter concedimus, in Cydippe elegia poetam vocabulo usum esse, nisi quod eum ita fere dixisse crediderim: praedicabat, qui tuas gratias videbat (fr. 535), pulchritudinem tuam atque ipsam Aphroditam vel *κεστόν* suum dedisse tibi putabat.

## 563.

### *Κόλχοι.*

Schol. Apollon. Rhod. IV 303: *τῶν Κόλχων* (qui Argonautas persequebantur) *οἱ μὲν διὰ τῶν Κυανέων πετρῶν ἔπλευσαν, ὡς καὶ Καλλίμαχος. φησὶ δ' Ἀπολλώνιος ὑποστρέψαι αὐτοὺς ἐναντίως Καλλιμάχῳ. ἄλλοι δὲ μετὰ Ἀψύρτου Ἴστρον εἶχον.* In ultimis sine dubio scribendum *εἰς Ἴστρον εἶχον*, appellebant. De re cf. Aet. II 5.

## 563a.

### *Κόρκυρα.*

Strab. I p. 44 et VII p. 299, quos locos ad fr. 38 apposuimus, ubi ex Aet. II 4 sumptos esse coniecimus.

## 563b.

### *Κρόνιος λόφος.*

Schol. Lycophr. 42 in cod. Vindob. ap. Bachmann. I p. 17: *περὶ τὸν καλούμενον Κρόνιον λόφον* (*ἐν Ὀλυμπίᾳ*), *οὗ μέμνηται Καλλίμαχος*. Ad Aet. I 8 supra revocavimus.

564.

*Κύρβη.*

Phot. Bibl. ex Helladii Chrestom. p. 532 B 9 Bekk.: *ὅτι τὸ κύρβεις οἱ μὲν Ἀττικοὶ ἀρρενικῶς ἐκφωνοῦσι, Καλλίμαχος δὲ οὐδετέρως.* Aliud neutrius generis exemplum neque Lobeckius novit Rhemat. p. 302 neque grammatici habent, qui saepe vocem *κύρβεις* explicant, cf. Nauck. de Aristoph. Byz. fragm. p. 219 seq., ubi de discrimine agit quod fuit inter *κύρβεις* et *ἄξονας*, adde gramm. in Not. et extrait. de Mss. Paris. XIII 2 p. 138. singularis autem nominis forma poesi potius quum prosae orationi vocabulum vindicat atque commodum locum habebat in elegia de frugibus inventis (III 4), cui ascripsi in Schneidew. Phil. VI p. 535. nec refragatur Rauch. l. l. p. 69.

565.

*Νέδοντος.*

Theodosius (sive potius commentarius in Theodosium. similem errorem Bekker. Anecd. p. 1270 not. notavit) in cod. Hafn. n. 1975 apud Dindorf. ad schol. Aristoph. Av. T. III p. 418): *τὰ εἰς δων λήγοντα βαρύτονα δισύλλαβα διὰ τοῦ ω κλίνονται, εἰ μὴ μετοχικὴν κλίσιν ἀνεδέξαντο, οἷον κώδων κώδωνος, φείδων φείδωνος, χλίδων χλίδωνος· σημαίνει δὲ τὸν περὶ τοὺς βραχίονας κείμενον κόσμον. Τὸ Λάδων ὑπὸ Ἀντιμάχου* (fr. 30 Stoll.) *διὰ τοῦ ω κλίνεται· „ἐγγύθι δὲ προχοαὶ ποταμοῦ Λάδωνος ἦσαν“* (correxit Meinekius Delect. Anth. p. 128 *ἔασιν*, qui ad firmandam coniecturam afferre poterat Apoll. Rhod. III 743: *ἔνθα δὲ καὶ προχοαὶ ποταμοῦ Ἀχέροντος ἔασιν.* ego praefero *Λάδωνος ὅθ' ἦσαν*). *ὡσαύτως καὶ ὑπὸ Ἐρατοσθένους ἐκλίθη „Λάδωνος περὶ χεῦμα.“ Ἡ μέντοι Κόριννα* (fr. 12) *διὰ ντ τὴν κλίσιν ἐποιήσαντο* (sic) *τῷ λόγῳ τῶν μετοχῶν, οἷον „Λάδοντος δονακοτρόφου.“ τὸ γὰρ* (? *γέ* ?) *Νέδων ὁ μὲν Καλλίμαχος τῷ λόγῳ τῶν μετοχικῶν διὰ τοῦ ντ κλίνει Νέδων, Νέδοντος· οἱ δὲ περὶ Δίδυμον* (cf. Schmidt. de Didym. p. 403) *καὶ Ἀπίωνα διὰ τοῦ ω ἀναλόγως κλίνουσιν οἷον Νέδων Νέδωνος.* Eadem habet Choerob. in Theodos. p. 75 (= Bekk. Anecd. p. 1393 seq. cf. Herod. Lentz. II p. 729), sed in media oratione lacuna

sive consilio sive fortuito immissa aberravit sic scribens: *ὑπὸ τοῦ Ἐρατοσθένους ἐκλίθη Λάδωνος· τὸ μέντοι Νέδων τῷ λόγῳ τῶν μετοχικῶν διὰ τοῦ ντ κλίνει Κόριννα, οἷον Νέδοντος, οἱ δὲ περὶ Δίδυμον κ. τ. λ.* At Didymo et Apioni adversa fronte obloqui videtur Stephanus Byz. p. 471, 15: *Νέδων, ποταμὸς καὶ τόπος τῆς Λακωνικῆς. τὸ τοπικὸν Νεδούσιος καὶ Νεδυυσία ἡ Ἀθηνᾶ. κλίνεται δὲ Νέδοντος.* videtur, inquam, obloqui. neque enim constat, num loci et urbis nomen *Νέδων, Νέδοντος* utrumque fuisse dicere Stephanus voluerit, an urbis tantum nomen *Νέδων Νέδοντος* fuisse. hoc si voluit, cum Strabone consentit, qui VIII p. 360 *ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς Νεδουσίας* memorat, *ἐπώνυμον τόπου τινὸς Νέδοντος, ἐξ οὗ φασιν οἰκίσαι Τήλεκλον Ποιάεσσαν*, sed VIII p. 353 dicit *τοῦ μὲν Παμισοῦ ῥέοντος διὰ ταύτης καὶ του Νέδωνος.* Hinc iure colligere nobis videmur Callimachum non flumen *Νέδωνα* memorasse, sed urbem *Νέδοντα*, unde hoc certe efficitur, ut fragmentum non inseramus libro *περὶ Ποταμῶν*. quamquam ubi de urbe Nedonte poeta egerit incertum est. Ad Aetia fragmentum pertinere putabat Rauch. p. 79 extr.

## 566.

### *Νηρίς.*

Schol. in Statii Theb. IV 46: Neris montis nomen Argivi, ut ait *Callimachus.* Montem, cui hoc nomen fuerit, nescimus, sed urbem novimus ex Pausan. II 38, 6, Steph. Byz. p. 474, 4 ipsiusque Statii loco, ubi urbes enumerat, quae Adrasto armatos viros mittebant (cf. fr. 477), ut in eadem re Callimachus quoque urbis Neridis memor fuisse videatur.

## 567.

### *Πιτθεύς.*

Schol. Eurip. Hippol. 11: *ἦν δὲ ὁ Πιτθεὺς σοφὸς καὶ χρησμολόγος καὶ ἱερὸς θεοῖς, ὃς καὶ ἔλυσε τὸν χρησμὸν τῷ Αἰγεῖ „μὴ λύσῃς ἀσκόν“ καὶ τὴν θυγατέρα ἔδωκεν εἰδὼς τῇ σοφίᾳ οἷος ἔσται ὁ τεχθησόμενος. παρ' αὐτῷ δὲ ὁ Θησεὺς ἐπαιδεύετο, ὥς φησι Καλλίμαχος.* Ad Hecalen (III) locum pertinere rectissime statuit Naekius p. 69.

568.

Schol. Saibant. ad Hephaest. p. 73 ed. Gaisf. II: *ἰστέον ὅτι τοῦτο τὸ ἀπ' ἐλάσσονος Ἰωνικὸν λέγεται ἀνακλώμενον καὶ μητρῳακὸν καὶ γαλλιαμβικὸν ἀπὸ τοῦ τοὺς Γάλλους, ὅ ἐστι τοὺς κιναίδους, ἰαμβίζειν καὶ ὑμνεῖν τὴν Ῥέαν κατὰ τὴν ἀγράν* (nonne *τὸν ἀγρόν*? an *τὴν ἀγοράν*?). *διὰ τοῦτο γὰρ μητρῷον* (*μητρῳακόν*?). *ἴσως δὲ διὰ* (idne delendum?) *τοῦτο καὶ ἀνακλώμενον διὰ τὴν κλάσιν τῆς φωνῆς αὐτῶν καὶ ἁπαλότητα, ὃ καὶ Καλλίμαχος κέχρηται*, i. e. *quapropter* etiam Callimachus utitur. nam fortasse non opus est, ut *ᾧ καὶ Κ. κ.* cum Bergk. Poet. lyr. p. 1349 corrigatur. Fortasse igitur quod ipse Hephaestion ibi producit fragmentum anonymum: *Γαλλαὶ μητρὸς ὀρείης φιλόθυρσοι δρομάδες, | αἷς ἔντεα παταγεῖται καὶ χάλκεα κρόταλα*, Callimachi poetae est, non Euphronii Chersonesitae, cuius putat Bergk. l. l.

569.

Plotius de Metr. in Putschii Gram. Latin. p. 2655: choriambicum catalecticum pentametrum *Callimachium* fit quatuor choriambis, quinto pede amphibrachy. nec Babylones numeros ut melius quidquid erit geremus coll. Serv. Centimetr. p. 1823: *Callimachium* constat tetrametro et amphibracho, ut est hoc: armipotens Mars genitor Romulidum ut venias precamur. cf. ad fragm. XXXVI.

570.

Atil. Fortunat. in Arte p. 2672 Putsch. sive potius Caesius Bassus fragm. de Metris ap. Keil. Gram. lat. VI p. 255: ithyphallicum metrum saepe recipit hunc tribrachum, ut etiam apud Menandrum in Phasmate et *apud Callimachum* in epigrammatibus ostendi potest. Ad hunc locum idem Fortunatianus respexisse ibidem videtur p. 2674 (Caes. Bass. p. 258): altera divisio est (Phalaecii hendecasyllabi), cuius feceram mentionem, quum de epodo *Callimachi* dicerem. quamquam haud scio an is quidem locus parum sanus sit.

571.

Atil. Fortunat. p. 2676, sive potius Caes. Bassus in Keil. Gram. Vol. VI p. 261: quarta divisio est hendecasyllabi talis: *castae quas veneramur o sorores.* nam priore commate *Callimachus* in epigrammatibus usus est et Bacchylides in carminibus et alii. Videtur Bassus fragm. Callimachi 116 (ἡ παῖς ἦ κατάκλειστος κ. τ. λ.) respicere, quae Bergkii quoque sententia est praef. Anthol. lyr. II p. XVII seq., item Keilii.

572.

Atil. Fortunat. p. 2680 Putsch. sive Caes. Bass. in Keil. Gram. VI p. 265: apud Euripidem et *Callimachum* et quosdam antiquae comoediae scriptores tale inveni genus (Saturnii versus): turdis edacibus dolos comparas, amice. Sed recte fortasse Gaisford. ad Hephaest. II p. 195 suspicatur, respici fragm. 116.

573.

Gloss. cod. Laurentiani in Theocrit. XVII, 15: (ἐκ πατέρων οἷος μὲν ἔην τελέσαι μέγα ἔργον Λαγείδας Πτολεμαῖος, ὅτε φρεσὶν ἐγκατάθοιτο βουλάν, ἂν οὐκ ἄλλος ἀνὴρ οἷός τε νοῆσαι) p. 417 Ahrens.: καὶ Καλλίμαχος· βουλὰν ἄν. Sed quum βουλὰν ἄν ipsa sint Theocriti verba, hoc lemma fuisse suspicor scholii, Callimachi autem locum excidisse. apposuit fortasse scholiasta verba Callimachi ex hymn. in Jov. 87 seq.

---

Atque haec quidem post Bentleium et Ernestium nova accesserunt Callimachi fragmenta quae aut poetae nomine a scriptoribus qui citant insignita sunt aut, si non sunt, certissima ratione et externis causis Callimacho vindicari debent (cf. fr. 480. 489. 490. 491. 518. 519. 520). In cuius generis investigandis fragmentis si quod nos fugit veniam petimus, quam etiam Bentleio eiusdem criminis reo libenter dabit quicunque rei difficultatem consideraverit. In eadem autem re magnopere cavendum erat, ne locis quibusdam scriptorum decipi nos

patEremur qui vel suo ipsorum errore vel scribarum oscitatione Callimacho ascribunt quae ascribenda aliis erant. Ut igitur ex fragmentis Bentleianis expellendum erat 330 apud Etym. Magn. p. 629, 32, ubi codices qui post Bentleium innotuere Gaisfordium coegerunt ut Callimachi nomini substitueret Comani, ita nos in schol. Theocrit. VII 60 et schol. Hom. Jl. III 1 Callimachi nomen, etsi in eadem re habent etiam Etym. Magn. p. 172, 30, Etym. Gud. p. 94, 5, Cram. Anecd. Oxon. I p. 2, 19, Parisin. III p. 8, 17, non putabamus ferendum esse, sed cum Comani nomine commutandum, quod in Etym. Gudiano quoque p. 265, 36 fieri debere existimamus (nam eiusdem locum, p. 261, 13, non debebam Vol. I p. 388 addere. cf. enim fragm. 35[b].), quoniam in omnibus illis locis memorantur grammaticae quaedam quisquiliae, quae a Callimacho plane alienae videntur esse. cf. Vol. I p. 388. Contra Callimachi nomen, quod saepe cum Antimachi de loco certare videmus (cf. Stoll. ad Antim. fragm. p. 107 seq.) pertinaciter tenemus in fragm. 180 et 506, ubi testes utrumque poetam nominant, nec Callimachum nobis eripi patimur in loco Luciani de loquacitate Callimachea (de qua cf. Mein. ad Call. p. 256 seqq.) agentis in libro quo modo histor. conscrib. LVII: *Ομηρος — ποιητὴς ὢν παραθεῖ τὸν Τάνταλον καὶ τὸν Ἰξίονα καὶ Τιτυὸν καὶ τοὺς ἄλλους· εἰ δὲ Παρθένιος ἢ Εὐφορίων ἢ Καλλίμαχος ἔλεγε, πόσοις ἂν οἴει ἔπεσι τὸ ὕδωρ ἄχρι πρὸς τὸ χεῖλος τοῦ Ταντάλου ἤγαγεν,* aut in Eunap. vit. Diophanti p. 93 seq. Boiss.: *ἡ δόξα τῶν ἀνθρώπων Προαιρεσίῳ κἀκεῖνον ἀντήγειρεν ὡσεὶ Καλλίμαχον Ὁμήρῳ τις ἀντιστήσειεν* (cf. Addend. p. XLVII), ubi etsi codices unum nominant Callimachum, fuerunt tamen qui Antimachum substituere mallent. Sed recte fortasse Meinekius in Steph. Byz. p. 650, 5 edidit: *Ὑπερβορέους — Καλλίμαχος — τοὺς αὐτοὺς φησιν εἶναι τοῖς Ἀριμασποῖς*, quamquam codices unice praestant *Ἀντίμαχος*. quae si vera est correctio, Stephani locus referendus est ad Callim. hym. in Del. 291. Contra Antimacho fragm. LII *πωρητὺν ἀλόχοισι καὶ οἷς τεκέεσσιν ἕκαστος θέντο* tot vindicant testes a Stollio nominati (quibus adde codices Gaisfordii ad Etym. Magn. p. 744, 3 et 744, 53), ut qui solus Callimacho ascribit Triclinius ad Sophocl. Oed. Col. 14 audiendus non sit. Et tametsi in Euseb. Praep. evang. X

p. 491 Vig., *περὶ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως — προηρεύνησαν — Στησίμβροτος ὁ Θάσιος καὶ Καλλίμαχος ὁ Κολοφώνιος κ. τ. λ.*, Callimachus iure cedet Antimacho (cf. Tatian. orat. ad Graec. p. 48 B = p. 120 Ott. = fragm. 390), ita tamen Epigr. in cod. Pal. IX 321, quod Antimacho ascribitur, non audemus cum Stoll. ad Antim. p. 111 et aliis vindicare Callimacho. cf. Vol. I p. 104. Plane autem ex vano haustum, quod Blomf. p. 499 seq. in Etym. Magn. p. 3, 50: *ἀβοληтύς· ἔντευξις, ἀπάντησις· Ἀντίμαχος* alucinatur pro Antimacho reponendum esse Callimachum. nam ne *Ἀντίμαχος* quidem in illo Etymologici loco extat videnturque nimis properantis viri oculi ad v. 7 aberrasse ubi est *ἀβολήτωρ — Ἀντίμαχος Ἰναχίνη*. — Porro apertus error est, quod in Zonar. Lex. p. 692 unus codex *Καλλίμαχος* dat pro *Καλλίας* (nam cf. Etym. M. p. 331, 31), aut quod in schol. Jl. XIV 255 item unus codex *Καλλίμαχον* habet, non *Καλλίστρατον*, quem alii nominant. contra recte in schol. Hephaest. p. 38 cod. Sabaut. dedit (*μέτρον*) *Καλλιμάχειον* pro vulgato *Κλεομάχειον*, nec in fragm. 100[d] n. 17 putamus iure Callimachum cessurum Nicomacho aut in Plin. Hist. Nat. IV 64 recte mutari Callidemus in Callimachum, quae Mauricii Schmidt sententia est in Quaest. Hesych. p. CLXXVIII. sed male Spitzner. ad Hom. Jl. II 855 ex Strabon. XII p. 542 Cas. Callimachum citavit pro Callisthene, qui omnium codicum consensu firmatur, et Nitzsch. ad Odyss. III p. 29 not. Apollodoro supposuit Callimachum. nec probamus, quod Ruhnkenius in ep. ad Ernest. p. 116 Tittm. in Etym. Reg. (cf. cod. Sorb. ap. Gaisf. ad Etym. Magn. 160, 53 et Etym. Gud. p. 87, 52) *Καλλίμαχος* scribi iubet pro *Πολέμαχος*, cui multo probabilius *Πτολεμαῖος* substituit Lentz. ad Herodian. II p. 169, aut quod Bergk. Poet. lyr. p. 360 *Καλλίας* in Suid. I 1 p. 689 sive in Bekk. Anecd. p. 442 subrogavit *Καλλίμαχον*, aut quod in Athen. III p. 73 E fragmento huic: *ὡς δ' ὅτ' ἀέξηται συκνὸς δροσέρῳ ἐνὶ χώρῳ* Meinekius cum Valcken. ep. ad Ernest. p. 47 Tittm. *Καλλίμαχος* praescripsit pro *Λάχης* (quidni enim *Λέσχης*? similiter ap. Hesych I p. 404 ex *λάχης* Meinekius fecit *Καλλίμαχος*), aut quod in schol. Apoll. Rhod. IV 965 (**Τίμαιος Θρινακίαν φησὶ καλεῖσθαι τὴν Σικελίαν, ὅτι τρεῖς ἄκρας ἔχει. οἱ δὲ ἱστορικαὶ Θρίνακόν φασιν ἄρξαι τῆς Σικελίας**)

Heckerus in Schneidew. Philol. V p. 418 pro *Τίμαιος* legendum *Καλλίμαχος* praecipit, quum Timaeus parum apte opponatur historiarum scriptoribus. at potuit scholiasta Timaeum, ubi purum is geographum egit, opponere historicis et ipsi historico Timaeo. Postremo manifestus error est, quod in Stephan. Byz. p. 634, 4 in Aldina *Καλλίνῳ* substitutus est *Καλλίμαχος*, qui error commissus est etiam in incerto scriptore Censorino adiungi solito cap. IX. — Nimis etiam incerta Toup. Emend. in Suid. IV p. 45, in Hesych. I p. 325 n. 96 scribendum conicientis *ταχέως δή, καὶ Καλλίμαχος, ὡς αὖτις, πάλιν, ἐκ δευτέρου*.

Non minore autem cautione opus est si quando Callimacho a veteribus ascribuntur quae aliorum esse vel ipsi nostris oculis videmus vel testes quidam affirmant. Ita iniuria Bentleius Callimacho ascripsit fragm. 316 *ὁ δ' οὐκ ὅθετ' αἴσυλα ῥέζων*, quae Homeri sunt, Jl. V 403, cuius immemor Bentleius ex Epimerismis Homeri tum ineditis, sed postea editis a Cramero in Anecd. Oxon. I p. 51 (*καμπύλος· στρογγύλος ἐστι λίθος, Καλλίμαχος* — fr. 516 — *σεσημείωται τὸ αἴσυλος, οὐ οὐδέτερον τὸ αἴσυλον, „ὁ δ' οὐκ ὅθετ' αἴσυλα ῥέζων“*) Callimacho ascripsit vel grammatici iniussu, ut de hoc quidem loco etiam Scherr., Callim. *ὁμηρ.* p. 18, errasse censendus sit. sed si vel tantillum grammaticus addiceret, non dubitaremus sane hoc quoque fragmentum Callimacho vindicare, quem constat saepissime ita Homerica in usum convertisse. atque haec causa fuit cur Callimacho non eriperemus fragm. 289 et 494, ubi verba Homerica vel tota vel paululum immutata a Callimacho traducta sunt. Sed similis Bentleiano Schneidewini error videtur, qui in Goettinger. gel. Anz. 1848 p. 1789 versum ab Etym. Sorb. ap. Gaisf. ad Etym. Magn. p. 173, 11 allatum hunc: *ἀλλ' ἔμεν ἀπροτίμαστος μεγάροισιν ἐμοῖσιν* —, Callimachi esse coniecit, quum Homeri sit Jl. XIX 263. Contra non ausi sumus Callimacho detrahere fragm. 109 propterea, quod secundi versus pars *ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ* a testibus non paucis ascribitur Hesiodo, cuius ex carminibus solum hoc frustulum Callimachum sumpsisse si quis putaverit, non refragabor, modone totum fragmentum Hesiodo vindicare voluerit. Nec propter Etym. Florent. p. 127 verba haec: *Ἐρξίας· ὄνομα κύριον. Καλλίμαχος·*

Ἐρξίῃ, πῇ δ' αὖτ' ἄνολβος ἀθροΐζεται στρατός — poetam nostrum novo hoc fragmento ditare volumus, quod plures iique idonei testes tribuunt Archilocho. cf. Gaisf. ad Hephaest. p. 37 et Bergk. Lyric. p. 699.

Sed etiam in eorum numero fragmentorum quae auctore non nominato circumferuntur et plurima sunt, multa esse Callimachi quis neget qui consideraverit praeter Homerum vix alium quemquam poetam saepius ad testimonium dicendum produci quam Callimachum vel a lexicographis propter λέξεις rariores, quas ex remotissimis angulis poeta petere solebat, vel a technographis qui insolentiora dicendi genera Callimachi locis libenter firmant, vel a scholiographis, qui veterum instituta et mores non iniuria libenter explanant eius poetae locis quem novimus de his rebus docte et accurate summo adhibito studio scripsisse. Atque non desunt fragmenta olim anonyma, quae recens inventa monumenta literaria Callimachi esse apertis verbis declarant eorumque sagacitatem, qui ad Callimachum coniectura rettulerant, luculenter comprobarunt, quem ad modum factum in fragm. 488 et alibi. Sed si unquam, in hac re summa cautione opus est, ne quod fragmentum, cuius aliqui testes auctorem silent, aut anonymum putemus esse aut Callimacho adeo ascribamus. velut Ruhnk. Ep. ad Ern. p. 21 Tittm. anonymum fragmentum apud Suid. II 1 p. 508: τοὺς δὲ μεθυστὰς καλλείψω λατάγων πλέγμασι τερπομένους Callimacho ascripsit, quod ex Agathiae epigr. Anthol. Pal. V 296 a Suida petitum est. item Meinekius ad Callim. p. 121 fragmentum sine auctoris nomine in schol. Hom. Jl. XXI, 141 productum hoc: μέσφα Σαλάγγωνος ποταμοῦ Callimachi dixit esse, cui grammaticus demum de suo addiderit ποταμοῦ, sed fugit virum egregium Apollonii Rhodii esse versum IV 337: μέσφα Σαλαγγῶνος ποταμοῦ καὶ Νέστιδος αἴης. Similiter versum a Dracone Stratonicensi p. 67, 11 citatum πολλάκι δειμαίνουσα μίτους ἀνεβάλλετο Μοῖρη Hermannus p. 157 inter ἄδηλα numeravit, sed legitur in Anthol. Pal. IX 199, 2. Possem plura huius erroris exempla addere nisi vererer, ne quis diceret velle me egregiorum virorum laudi aliquid detrahere, nec vel haec attulissem, nisi quam his viris damus veniam, eadem mihi petenda esset. In animo enim est, iunctim hic componere anonyma fragmenta

epica et elegiaca, si non omnia, certe ea quae apud lexicographos, technographos, scholiastas, item Plutarchum Callimacho saepe utentes reperiuntur, quibus fragmentis sperandum est aliquando novis inventis subsidiis Callimachi nomen accessurum esse. Quamquam hoc in me non recepissem negotium et in iis afferendis fragmentis anonymis acquievissem quae ab aliis iam ad Callimachum relata sunt, si mihi licuisset ad tale fragmentorum epicorum et elegiacorum provocare corpus, quale lyricorum poetarum habemus Bergkii, comicorum Meinekii, tragicorum Nauckii.

1. Suid. I 1 p. 57 Bernh. (add. Zonar. p. 30 extr. et Etym. Paris. 2669 in Cram. Anecd. Paris. IV p. 90): ἄγκος. ὑψηλὸς τοῦ ὄρους τόπος·

ποσσὶ δ' ἀνελθεῖν
. ἄγκος ἐς ὑψικάρηνον ἐδίζετο.

Post Buttmann. Gr. gr. II p. 154 not. ad Callimachi Hecalen rettulit Hecker. Com. Call. p. 122.

2. Suid. I 1 p. 126: ἀείπλανα. πεπλανημένα, φλύαρα, πλήρη φλυαρίας.

ἀείπλανα χείλεα γρηός.

Primus Callimacho vindicavit Ruhnk. ep. ad Ernest. p. 21 Tittm. sequentibus Blomf. p. 317, Naek. de Hecal. p. 154, Hecker. l. l. p. 112. sed ad *Μυθικά* incerti poetae revocat Bergk. Anthol. lyr. II p. XXII, qui fortasse ἀεὶ πλάνα scribendum dicit me non addicente. cf. Lobeck. Elem. Path. I p. 590 seq. —

3. Suid. I 1 p. 130: ἀήσυρον. τὸ λεπτόν, τὸ μετέωρον καὶ κοῦφον, τὸ ἐλαφρόν. παρὰ τὸ ἀέρι σύρεσθαι. ἐπὶ ὀρνέων·

ἀήσυρον γόνυ κάμψει,

quod ἀήσυρον ὂν γ. κ. scribendum esse non vidit qui ad Hecalen refert Hecker. l. l. p. 111, sed non fugit Meinek. Anal. Alex. p. 168 cui Euphorioni vel Callimacho assignandum videtur, nec Bergkium in Anth. lyr. II p. XXI ad *Μυθικά* revocantem, qui etiam ἀ. ὡς γ. κάμψῃ scribi posse putat. —

4. Suid. I 1 p. 168 coll. Zonar. p. 100: ἄκμηνος. ἄγευστος·

ἄκμηνος δόρποιο.

non est Homeri Jl. XIX 163, ut censebat Bernhardy, ubi est ἄκμηνος σίτοιο, sed ex illo Homeri loco effictum a poeta aliquo, quem Callimachum esse putabat Hecker. p. 125 (cf. Hecal. VI), auctorem *Μυθικῶν* Bergk. l. l. p. XXI. —

5. Suid. I 1 p. 251 (add. Zonar. p. 133): ἀλυκόν. δριμύ

ἀλυκὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ.

Non Homeri est, ut putabat Tittm. ad Zonar. l. l., Jl. II 266, ubi hodie legatur θαλερὸν δέ οἱ ἔκφυγε δακρύ, sed ad huius versus normam ab aliquo alio poeta factum, Callimacho aut Euphorione, ut statuit Mein. Anal. Alex. p. 168, a Callimacho quidem in Hecale, cui assignat Hecker. l. l. p. 123. cf. Hecal. V. —

6. Suid. I 1 p. 251 (add. Zonar. p. 133. Etym. Magn. p. 71, 33. Cram. Anecd. Paris. IV p. 6): ἀλυκρά. χλιαρά

γέντο δ' ἀλυκρά

Callimacho assignat Hecker. p. 113, item Lobeck. Elem. Path. I p. 102 (qui etiam de spiritu monuit) et Bergk. Poet. Lyr. p. 1356. cf. Hecal. V. —

7. Suid. I 1 p. 644 (et partim I 1 p. 267): — καὶ ἀποῤῥώξ, ἀπόσπασμα ὄρους — οὗτος δὲ ἦν ἄρα Ἐριννύων ἀποῤῥώξ·

πᾶσα δ' ἀποῤῥὼξ
πέτρη ἔην ὑπένερθε, καὶ ἄμβασις οὔ νύ τις ἦεν.

Ad Hecalen refert Hecker. p. 122. —

8. Suid. I 1 p. 803 (add. Zonar. p. 323):

ἀσταγὲς ὕδωρ.

τὸ πολυσταγές. neque Nicandr. Ther. 307, nec Apollon. Rhod. III 804 est, sed fortasse Callimachi, ut statuit Hecker. p. 109. Cf. Aet. III 4 coll. Rauch. de Aet. p. 67.

9. Suid. I 1 p. 904 (coll. Zonar. p. 354): αφραστύες, ἀσυνεσίαι.

σχέτλιαι ἀνθρώπων ἀφραστύες.

Post Ruhnk. Ep. ad Ernest. p. 21 et Ep. crit. II p. 132, item Blomf. p. 318 Callimacho dederunt in Hecale Naek. p. 252 et Hecker. p. 124. Ego ad Aet. II 6 revocaverim. —

10. Suid. I 1 p. 919: ἀχλύς. σκότος, ὁμίχλη, ζόφος, ἀμβλυωπία. καὶ

ἠέρος ἀχλύσαντος.

ἀντὶ τοῦ σκοτισθέντος. Callimacho vindicat Hecker. p. 105 seq. Legebatur nisi fallor in Aet. II 8. —

11. Suid. I 1 p. 976: βέβυστο· ἐπεπλήρωτο.

βέβυστο δὲ πᾶσα χύλοιο.

Callimachi vel Euphorionis esse putat Mein. Anal. Alex. p. 168, Hecalae Callimacheae Hecker. p. 118 (recte fortasse. cf. Hecal. cap. VII), incerti auctoris *Μυθικῶν* Bergk. Praef. Anthol. lyr. II p. XXI. —

12. Suid. I 1 p. 1069:

γαμβρὸς Ἐρεχθῆος.

ὁ Βοῤῥᾶς. τὴν γὰρ Ὠρείθυιαν θυγατέρα αὐτοῦ ἔγημεν, ἐξ ἧς τίκτεται Ζήτης καὶ Κάλαϊς. Ad Callimachum rettulit Hecker. p. 111, ac locum habere potuit in Aet. I 12. —

13. Suid. I 1 p. 1076: γέγειαι βόες, αἱ ἀρχαῖαι. Callimacho assignat Hecker. p. 109, γέγειαι | αἱ βόες commendans. cf. etiam Dilthey de Cydipp. p. 101 not. et Bergk. Anth. lyr. II p. XIV, qui scuta vetusta interpretatur.

14. Suid. I 1 p. 1126: γοερόν. θρηνῶδες, λυπηρόν, κατανυκτικόν. καὶ

γοεροῖο γόοιο.

non puto Suidam respexisse, quod Küsterus sibi persuasit, Hom. Jl. XXIV 524, ubi est κρυεροῖο γόοιο. sed quum veteres editiones habeant γοεροῖο μόνοιο, Suidam scripsisse putaverim γοεροῖο γόνοιο, quod intelligo de Terei filia. Praeterea in Suidae verbis καί usum non habet, ut pro eo Καλλίμαχος scribendum censeam. —

15. Suid. I 1 p. 1195: δέδοιμι· οἰκοδομοίην·

οἰκίον εὖτε δέδοιμι.

Etiam Zonar. p. 487 etsi *δίδοιμι· οἰκοδομοίην* citat, tamen recte *δέμοιμι* corrigere videntur. De Callimacho auctore, et quidem de Hecale, cogitat Hecker. p. 119. cf. Hecal. V. —

16. Suid. I 2 p. 9: *Αἰγεία θάλασσα*, quod portentum vocat Bernhardy. nihilo tamen minus Hecker. p. 111 fragmentum esse Callimachi arbitrabatur. at scire velim quo pacto metro dactylico *Αἰγεία* adaptaverit. debebat certe *Αἰγεῖα* vel *Αἴγεια* scribere vocali ultima *α* generis feminini correpta, quod etsi Hecker. Com. crit. in Anthol. I p. 52 negat fieri posse, multis tamen exemplis probavit Meinek. Delect. poet. Anthol. p. 212 seq., cui adde de adiectivis in *ειος* Buttm. Gram. graec. II p. 407 (ed. I), *δίκραιρα* Apoll. Rhod. IV 1613 (cf. Merkel.), *ἀντιπέραια* Dionys. Perieg. 962 (cf. Bernhardy). nec aliter Ptolemaeo in Hom. Od. XI 597 *κραταί' ἴς* commendare licuit. Sed malebat Heckerus *Αἰγαία* scribere (*Αἰγαίη*?), quod tamen ordini a Suida instituto se subtrahit. At videor mihi *Αἰγεία* contra Bernhardy et Hecker. tueri posse. nam *Αἰγαῖον* (*πέλαγος*) aliter quidem secundum rationes grammaticas appellari non potuit quum ab *Αἰγαί* vel *Αἰγά* nomen habeat. sed quum praeter *Αἰγά* illud promontorium, unde mari nomen fuit, etiam *Αἴξ* nominaretur (cf. Steph. Byz. p. 38 et locos a Meinekio citatos), causa non est cur negemus a poeta aliquo ab hoc nomine maris appellationem petitam esse. quod si fuit, recte formatum est *Αἰγεία θάλασσα*. illum tamen poetam suspicor doricum potius vel aeolicum fuisse, qui hoc metri genere $___\smile_\smile$ usus sit. —

17. Suid. I 2 p. 24, 5: *αἰθέριον ὕψος. τὸ τοῦ αἰθέρος.* Hoc si ita metro vinctum statuerimus, ut scriptum fuerit

αἰθέριον

ὕψος

distichi fragmentum habebimus. cf. Aet. II 8. —

18. Suid. I 2 p. 28: *αἴθυια. ἡ ἴγδη. καὶ ἡ θαλαττία ὄρνις· αἰθυίης ὑπὸ πτερύγεσσιν ἔλυσαν πείσματα νηός. αἱ γὰρ αἴθυιαι ὅταν δύνωσι, κάκιστος οἰωνὸς ὑπάρχει τοῖς πλέουσι. τὴν δὲ αἰτίαν λέγουσιν, ὅτι γαλήνης οὔσης οὐ τολμᾷ προϊέναι φοβουμένη τὰ θαλάσσια ζῷα· χειμῶνα δὲ προορωμένη προέρχεται τῶν ἄλλων ζώων ἐν ταῖς καταδύσεσιν ὄντων.* Versum in mendo cubare apertissimum est, sed non satisfaciunt doctorum virorum coniecturae, Küsteri *αἰθυίης πτερύγεσσιν ἔλυσαν π. ν.*, Godofredi Bernhardy: *αἴθυι', ἧς πτερύγεσσιν ἔλυσεν π. ν.*, Heckeri l. l. p. 100: *αἰθυίης πτερύγεσσιν ἔλυσ' ὕπο π. ν.*, Meinekii ad Callim. p. 87: *αἰθυίης πτερύγεσσιν ἐλύσατο π. ν.*, Caroli Dilthey in Anal. Call. p. 19: *ὑπ' αἰθυίης* $\smile\smile__$ | *οὐκ ἀγαθαῖς πτερύγεσσιν ἐλύσατο π. ν.*, quae displicent omnia, quia rationem non habent eorum quae Suidas subicit *αἱ γὰρ αἴθυιαι ὅταν δύνωσι, κάκιστος οἰωνὸς ὑπάρχει.* nam unde hoc habuerit Suidas vel is, quemcunque exscripsit, nisi ex ipsius poetae fragmento? quod ita potius corrigendum esse persuasum habemus:

αἰθυίης [δύνοντος] ὑπὸ πτερύγεσσιν ἔλυσαν
πείσματα νηός,

ubi omissae vocis causa fuit inusitatior usus syntacticus, cuius tamen non rara sunt neque apud antiquiores neque apud recentiores poetas et scriptores exempla. cf. Matthiae Gr. gr. § 436, Hermann. ad Orphic. p. 346, Lobeck. Paralip. p. 550, Wellauer. ad Aeschyl. Eum. 918. imprimis autem poetae Alexandrini hanc amant incongruentiam. cf. Theocrit. XV 119 χλωραὶ δὲ σκιάδες μαλακῷ βρίθοντες ἀνήθῳ. Nicand. Ther. 329 καταψηχθέντος ἀκάνθης (add. ibid. 180 ἀσπίδος — ἄκριτα ποιφύσσοντος). Dionys. Perieg. 1121 γλαυκιόωντα λίθον καθαροῖο τοπάζου (etsi praecedit v. 1119 βηρύλλου γλαυκὴν λίθον). Nonn. Dionys. XXX 282 (Ἀθήνη) ἅζομαι Ἄρεα θοῦρον ἰδὼν γενετῆρα Λυκούργου, unde etiam in eiusdem II 199 μακροὶ ἠερόθεν τανύοντο δοκοὶ δολιχήρεϊ πυρσῷ Ζηνὶ συναιχμάζοντες non erat cur μακραί corrigeretur. Ceterum Hecker. l. l. fragmentum sumptum putabat ex historia Androgei, qui cum sociis malo omine ancoras solvit quum in Atticam navigaret, ubi moriturus erat, cui sententiae profecto non obstat quod Meinek. ad Call. p. 308 obmovet, Androgeum non in mari obiisse. quamquam non in Hecale, sed in Aetiorum libro quarto hoc fragmentum locum habuisse puto (cf. supra p. 111). Sed Dilthey l. l. p. 19 fragmentum ad aliquam pertinere procellae descriptionem credidit, quae in Aetiis alicubi inserta fuerit. Add. Rauch. p. 80. —

19. Suid. I 2 p. 29: αἰθύξασα, κινήσασα·

αὐτόθεν ἐξ εὐνῆς ὀλίγον ῥάκος αἰθύξασα

Callimachi Hecalae (cap. VI) assignat Hecker. p. 112, Callimacho vel Euphorioni Mein. Anal. Al. p. 168.

20. Suid. I 2 p. 72 (add. Eustath. ad Hom. Od. p. 1851, 45 et Montefalc. Bibl. Coisl. p. 233): ἔαρ λέγεται καὶ τὸ αἷμα, διὰ τὸ ἐν τῷ ἔαρι πλεονάζειν.

ἧχι κονίστραι
ἄξεινοι λύθρῳ τε καὶ εἴαρι πεπλήθασι.

Post Ruhnk. ep. ad Ern. p. 21 Tittm. et ad fragm. Callim. CCXLVII atque Blomf. p. 318 ad Callimachi Hecalen rettulit et de palaestra Cercyonis intellexit Nack. de Hecal. p. 184, coll. Unger. de Sinid. p. 761.

21. Suid. I 2 p. 175: ἐλέγχομεν. ἀντὶ τοῦ κακολογοῦμεν.

νυκτὶ δ' ὅλῃ βασιλῆας ἐλέγχομεν.

Callimachi esse putat Hecker. p. 112, auctoris *Μυθικῶν* Bergk. praef. Anth. II p. XXII, ego video apte explicari posse, si ad Act. II 8 relatum fuerit. —

22. Suid. I 2 p. 186: ἐλινύοντας. διατρίβοντας ἢ ἐγχρονίζοντας. καὶ

πότμον ἐλινύσειεν

ἀντὶ τοῦ τὴν δυστυχίαν παύσειεν. De Theseo Hecalae Calli-

macheae intellexit Hecker. p. 108, de Acontio Dilth. de Cyd. p. 85, ego ad Aet. II 7 rettulerim. —

23. Suid. I 2 p. 188 (add. Zonar. p. 684): ἑλίχρυσος. τὸ τοῦ κισσοῦ ἄνθος·

ἄνθει ἑλιχρύσου ἐναλίγκιος.

Ex Hecale Callimachi petitum et cum fragm. XLIV coniunctum fuisse existimat Hecker. p. 108. —

24. Suid. I 2 p. 239: ἔνδιος· μεσημβρινός.

ὄφρα μὲν οὖν ἔνδιος ἔην ἔτι, θέρμετο δὲ χθὼν
τόφρα δ' ἔην ὑάλοιο φαάντερος οὐρανὸς ἤνοψ.

οὐρανὸς ἤνοψ Suid. citat etiam I 2 p. 863 coll. Zonar. p. 995 (vid. Doederl. Gloss. Homer. I p. 152). Pro ἔνδιος aperte scribendum ἔνδιον (meridies), nam ad illud neque sequens οὐρανός retrahi potest, ut statuit Bernh., neque ad praecedens aliquod ἡμέρα referri credibile est, ut voluit Hecker. l. l. p. 106. cum ἔνδιον cf. Apoll. Rhod. I 603 ὅσσον ἐς ἔνδιόν κεν ἐΰστολος ὁλκὰς ἀνύσσαι (coll. IV 1312 ἔνδιον ἦμαρ ἔην). Ad Hecalen Callimachi pertinere putat Hecker. l. l. p. 105 seq., qui et ipse ἔνδιον suasit. (Quod autem paulo ante ap. Suid. p. 238 legitur fragmentum: τρισσὰ μὲν ἀντολικῶν ἀναπέπταται ἔνδια κύκλων, non anonymi est, sed Pauli Silent. Ecphr. Eccl. I 221, quod Bernhard. fugit.) —

25. Suid. I 2 p. 371: ἐπίσειεν. ἐπανετείνετο

τοῖς δ' ἐπίσειε φόβον ὡς αὐτίκα τεθνήξοντος.

ubi τεθνηξομένοις malebat Portus, sine causa. nam dicit incertus poeta, aliquem (medicum, opinor) timorem inicere quibusdam quasi statim moriturus esset eorum propinquus. Ad Μυθικά Bergk. Praef. Anth. II p. XXII revocat τῷ pro τοῖς commendans. In φόβον producta ultima offensioni esse non debet. —

26. Suid. I 2 p. 383 coll. eod. II 2 p. 1537 et Zonar. p. 799: ἐπήλυσις. ἐπιδρομή.

ἐπήλυσιν ὄφρ' ἀλέοιτο
φώριον.

τουτέστι λῃστρικήν. Ex Hecale Callimachi sumptum statuit Hecker. p. 93, in Μυθικοῖς scriptum fuisse Bergk. l. l. p. XXI.

27. Suid. I 2 p. 842 coll. Zonar. p. 986: ἠλιτενὴς πέτρα. ὑψηλή. Fragmentum esse ex Hecale Callimachi Hecker. in Schneid. Phil. V p. 415 existimabat, qui saltem πέτρη scribere debebat. Sed equidem adeo de ἠλιτενής dubito, quod etsi a Meinekio etiam Nicaeneto poetae restitutum est Anal. Alex. p. 314, praeter Suidam et Zonaram a nemine nominatur nec video quo pacto apte explicari possit. Contra ἁλιτενὲς πέτρα ne pedestres quidem scriptores respuunt (cf. Wesseling. ad Diodor. III 44), quod grammatici (Hesych. I p. 124, Etym. Magn. p. 64, 54, Etym. Gud. p. 36, 10) interpretantur παράλιον, ταπεινόν vel ὁ παράλιος τόπος, ὁ παρατεταμένος τῇ θαλάσσῃ. καὶ ἁλιτενές ταπεινόν. Itaque Suidam corrupta scriptura deceptum ἠλιτενής

scripsisse arbitror pro ἡ 'λιτενὴς πέτρα (ut in Call. V 47 optimi libri ἧς dant pro ἡ'ς), quod sane explicare non potuit ὑψηλή, sed debebat ταπεινή. nisi igitur οὐχ ὑψηλή scripsit, ex scriptore aliquo attulit ἡ 'λιτενὲς πέτρα ὑψηλή (vel rupes aliqua alta ad mare usque pertinens), cuius explicatio interierit, quod subinde apud Suidam factum constat. —

28. Suid. I 2 p. 863: ἦνοψ. ὁ λαμπρός. οὐρανὸς ἦνοψ (cf. I 2 p. 239). καί

ἤνοπα πυρὸν ἔδουσι,

quod fragmentum Hecalae Callimachi deberi putat Hecker. l. l. p. 106. Sed si Callimachi est, potuit etiam ex Aetiis sumi, ubi de Triptolemo actum, qui quum Cereris dona eo attulisset ἵν' ἀμαξόνες ἄνδρες ἔωσιν (fr. DXXIII), illi iam ἤνοπα πυρὸν ἔδουσι. De interpretatione vocis ἦνοψ dubitatur. cf. Doederl. Gloss. Hom. I p. 152. —

29. Suid. I 2 p. 885: Ἡρακλῆς. ὄνομα κύριον.

ἀέριον κλέος ἔσχε.

Fragmentum dubitat Bernhardy num ad poetam quendam redeat. ac sane epici esse non potest, quem ἠέριον scripturum fuisse certum est. neque si quis pedestri oratione nominis originationem attulit, aliter atque ἠέριον videtur dicturus fuisse. Sed per se quum eius modi originatio a poeta aliquo non abhorreat (cf. ad frag. DXLIX), de dorico poeta cogitabimus, praesertim quum α in ἄεριον tueatur etiam Etym. Gud. p. 247, 56 Ἡρακλῆς — παρὰ — τὸν ἀέρα, οἱονεὶ ἀέριον κλέος ἐσχηκώς, ubi etiam aliae extant vocis originationes. —

30 Suid. I 2 p. 989: ἰλυοῖσι. ταῖς καταδύσεσιν.

ἑρπετὰ δ' ἰλυοῖσιν ἐνέκρυφεν.

Callimacho dedit Hecker. p. 109, qui vocem habeat etiam hym. I 25. —

31. Suid. I 2 p. 1103: θαλέεσσι· τρυφαῖς θάλλειν ποιούσαις.

τὴν μὲν ἐγὼ θαλέεσσιν ἀνέτρεφον.

Θάλεεσσι· πιότητι, λιπαρίαις habet Hesych. II p. 298. Hoc quicunque scripsit poeta manifesto in usum suum convertit Hom. Il. IX 143 (coll. v. 285) ὅς μοι τηλύγετος τρέφεται θαλίῃ ἔνι πολλῇ, unde simul patet, quum simplex dativus θαλέεσσι non videatur ferri posse, emendandum esse:

τὴν μὲν ἐγὼ θαλέεσσιν ἐνέτρεφον.

hoc enim magis mihi verisimile quam sic statuere Suidam parum apte omisisse quod poeta ad constructionem necessarium addiderat in hunc fere modum: τὴν μὲν ἐγὼ θαλέεσσιν ἀνέτρεφον [ἐν μάλα πολλοῖς]. Ceterum Hecker. p. 118 de Callimachi Hecale intellexit quae ovem (quidni suem?) maximo studio nutrivisset eiusque carnem Theseo commendasset. cf. Hecal. cap. V. —

32. Suid. II 1 p. 102: καταῖξ. καταιγίς.

ἠδ' ἀπὸ Μηρισοῖο θοὴ Βορέαο καταῖξ.

Recte Toupius correxisse videtur ἡ δ' ἀπὸ Μηριζοῖο κ. τ. λ. sed

*Μηρισοῖο* tenet Lobeck. Prol. Path. p. 414. Primus versum Callimacho vindicavit Ruhnk. ep. ad Ernest. p. 20 Tittm. (coll. Callim. hym. IV 114), quem sequuntur Toup., Blomf. p. 317, Hecker. p. 105 et 107, de Hecale hic cogitans. sed Bernhardy inter Callimachum et Apollonium fluctuat. et certe Apollonius I 1203 *ἀνέμοιο καταῖξ* dixit et III 1376 *ἀνέμοιο καταίκες*. Potuit fragmentum esse in Aet. II 7. —

33. Suid. II 1 p. 125: *κατὰ ῥάβδον ἔφρασε, κατερραψῴδησεν ἢ κατὰ στίχον διῆλθεν.* Hinc Hecker. p. 111 talem Callimachi versum lucratum se putat

*κατὰ ῥάβδον*

*ἔφρασε,*

comparans Callimachi fragm. CXXXVIII. Fuit fortasse in Callimachi *Γραφείῳ*. —

34. Suid. II 1 p. 202: *κελέβη. κόγχη, ἡ λεκάνη ἢ τοιοῦτον σκεῦος, ἐν ᾧ δυνατὸν νίψασθαι πόδας·*

*ἐκ δ' ἔχεεν κελέβῃ, μετὰ δ' αὖ κερὰς ἠφύσατ' ἄλλο.*

eadem iisdem verbis habet schol. Gen. ad Theocrit. II 2 (nam apud Ahrens. p. 91 non invenio), nisi quôd melius hic quam apud Suidam scribi *κόγχη ἢ λεκάνη* videtur. mox idem Suid. II 1 p. 216 seq. hoc habet: *κεράς, ἐπίρρημα ἀντὶ τοῦ κεραστικῶς. μετὰ δ' αὖ κερὰς ἠφύσατ' ἄλλο. ὁ δὲ νοῦς· ἀπὸ τοῦ κεράσματος ἄλλο ἤντλησεν ἀπὸ τοῦ ἄγγους ἐν ᾧ ἦν*, quae non intelligo nisi *ἐπὶ τῷ κεράσματι* scribatur i. e. ad faciendam misturam (nam adverbium *κεράς* explicat, de quo vid. Lobeck. Paralip. p. 223), quae fit alia addita aqua. nam in praecedenti versu praecessisse vel in sequenti videtur secuta esse vox *ὕδωρ*. In ipso autem anonymi poetae versu offensioni est *κελέβη* quod alibi poculum significare constat (cf. Athen. XI p. 475 C), hic autem dicitur *σκεῦος ἐν ᾧ δυνατὸν νίψασθαι πόδας*. Sed non videtur tamen dubitari posse, quin poeta vocem in hanc significationem detorserit et dixerit aliquem aquam minus calidam infudisse *εἰς μελέβην* sive alveum. quod si est, praestat fortasse scribere *ἐν δ' ἔχεεν κελέβῃ*. Ceterum fragmentum putarunt Euphorionis esse Toup., Callimachi ex Hecale Mein. Anal. p. 168 et Hecker. l. l. p. 112, ex eiusdem historia de Molorcho Rauch. de Aet. p. 42 et 43. —

35. Suid. II 1 p. 297: *κλισία, ἡ σκηνή. λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ κλίνης*

*λέξομαι ἐν μυχάτῳ· κλισίη δέ μοί ἐστιν ἑτοίμη.*

Callimachi Hecalae (cap. VII) assignat Hecker. p. 94 et 117, *Μυθικοῖς* Bernhardy probante Naek. p. 233. —

36. Suid. II 1 p. 304: *κνηκίς. ἡ νεφελώδης ζώνη, τὸ μικρὸν νέφος*

*Οὐδέ ποθι κνηκὶς ὑπεφαίνετο, πέπτατο δ' αἰθήρ*

(coll. Hesych. II p. 497). Post Toupium Callimacho (Hecalae)

ascripsit Hecker. p. 105 seq., inter Callimachum et Euphorionem fluctuabat Mein. Anal. Alex. p. 168. Ego de Callim. Aet. II 8 cogitabam. —

37. Suid. II 1 p. 312: κοκκύαι. αἱ πρόγονοι·

ἀφ' ὑμέων κοκκύῃσι καθημένη ἀρχαίῃσι.

Duplex κκ neque Gaisfordii libri probant in Etym. Magn. p. 524, 52 (add. Etym. Gud. p. 333, 20 et Florent. ap. Miller. p. 191) neque literarum ordo in Hesych. II p. 504, neque Zonar. p. 1228, dissuadet autem praeter anonymum hunc versum Zon. versus in Anthol. Pal. IX 312, 5 τηλόθι δ' ἴσχε δρυὸς πέλεκυν· κοκύαι γάρ ἔλεξαν. recte igitur iam Portus scripsit κοκύαι — κοκύῃσι. idem in fragmenti initio pro ἀφ' scripsit πὰρ δ' ὑμέων, plurimi tamen ἀφ' plane omittunt, Toupius, qui εὐφήμως κ. παρημένη ἀ. reponendum censuit, Jacobsius Animad. ad Anthol. II 1 p. 205, in ἀφ' ὑμείων latere Εὐφορίων suspicans, Naek. de Hecal. p. 130 coniciens ὑμείων κοκύῃσι καθειμένη ἀρχαίῃσι. unus Hecker. p. 122 retento ex parte ἀφ' scribi posse putabat κῆφ' ὑμέων (i. e. καὶ ἐφ' ὑ.), quibus omnibus coniecturis Bergk. Praef. Anth. II p. XXII negabat versum iam esse in integrum restitutum. cui velim probari meam hanc coniecturam:

ἀμφ' ὑμέων κοκύῃσι καθήμεναι ἀρχαίῃσι,

quae dicit mulier, generis sui antiquam nobilitatem demonstratura. nam hoc dicit: circa vestras antiquas atavias sedentes (scil. nostrae κοκύαι), nimirum si quando apud reginas in sacris θυωρὸν — μίαν πέρι δίφρα τίθεντο (ut cum Callimacho Hym. III 134 loquar) αἱ ἡμέτεραι κοκύαι, quod sane nobilitatis signum erat. Itaque recte fragmentum meo quidem iudicio Naeke l. l. ad Hecalen (c. V.) Callimachi rettulit, item Hecker. p. 122, qui tamen quod pluralem ὑμέων de Theseo ferri posse negat, sine dubio errat. nam ὑμέων significat tuas et tuorum atavias. contra Lobeck. Proleg. Path. p. 488 n. 2 quercus Dodonaeas et insidentem iis columbam fatidicam significari atque in initio ἡμείων scribi debere existimabat. Euphorionis putabat esse Mein. Anal. Al. p. 167, Μυθικῶν Bergk. l. l. — .

38. Suid. II 1 p. 374: Κωλιάδος κεραμῆες. Κωλιὰς τόπος τῆς Ἀττικῆς, ἔνθα σκεύη πλάττονται. Fragmentum ad Hecalen refert Hecker. p. 105. cf. ad frag. CCCCLXXV et Aet. III extr. Paulo aliter Rauch. p. 75. —

39. Suid. II 1 p. 399: κρέκα. τὴν τρίχα.

πορφυρέην ἤμησε κρέκα.

Callimachi ex Hecale esse et intelligendum de Scylla existimabat Toup., quem sequuntur Nack. p. 61 et Hecker. p. 101, sed Parthenii esse putabant Bernhardy et Mein. Anal. Alex. p. 271 coll. schol. et Eustath. ad Dionys. 420. Ego cum Rauch. p. 56 ad Aet. IV 3 rettulerim. Nihil decernit Lobeck. Aglaoph. p. 284 not. —

40. Suid. II 1 p. 452: κύματος ἄκρον ἄωτον. ὁ ἀφρός. Versus frustulum Callimacho assignat Hecker. p. 111 qui confert Callim. Hym. II 112: ἄκρον ἄωτον. —

41. Suid. II 1 p. 453: κυμαίνει. ταράσσει· καὶ ἐπὶ τοῦ ζέειν.

αἶψα δὲ κυμαίνουσαν ἀπαίνυτο χυτρίδα κοίλην.

Mirabili consensu Callimachi Hecalae hoc fragmentum assignant Ruhnk. Epist. ad Ern. p. 20 Tittm., Toup. in Suid. III p. 182, Blomf. p. 316, Naek. p. 139 et p. 142, Hecker. p. 112. cf. Hecal. cap. V. —

42. Suid. II 1 p. 509: λάτρον. ὁ μισθός. λατρεία γὰρ δουλεία ἐπὶ μισθῷ. λάτρις δὲ διὰ τοῦ ι.

λάτριν ἄγειν παλίνορσον ἀεικέα τῷ κεραμῆι.

Hunc quoque versum Callimachi Hecalae vindicat Hecker. p. 105. sed cf. ad Aet. III extr. coll. Rauch. l. l. p. 76. —

43. Suid. II 1 p. 582: λιμός.

γαστέρι μοῦνον ἔχοιμι κακῆς ἀλκτήρια λιμοῦ.

add. Suid. I 1 p. 231 ἀλκτήρια λιμοῦ. τὰ δυνάμενα ἀλαλκεῖν τὸν λιμόν. Callimachi ex Hecale esse statuunt Ruhnk. ep. ad Ern. p. 21 Tittm., Blomf. p. 318, Naeke p. 131, Hecker. p. 92 (cf. Hecal. V), sed Μυθικοῖς ascribit Bergk. l. l. p. XXI. —

44. Suid. II 1 p. 663: μαθών. ἰδών — καὶ αὖθις (praecedit pedestris scriptoris testimonium).

ὡς ἔμαθε κἀκεῖνον ἀνιστάμενον.

Si ἔμαθεν scripseris (fortasse etiam καὶ κεῖνον), epici poetae versum habebis, quo tamen usus non est Hecker., etsi commode de Callimachi Hecale intelligi potest, quae Theseum vidit e lectulo assurrecturum. cf Hecal. VI extr. —

45. Suid. II 1 p. 676: μαλκίστατον. ψυχρότατον.

τόδε μοι μαλκίστατον ἦμαρ.

In Callimachi Hecale haec olim lecta fuisse putant Naeke p. 239 et Hecker. p. 123, qui τὸ δέ scribit. praeterea autem quod illi volunt μαλκίστατον ἦμαρ esse crudelissima vel mortifera dies, parum huic interpretationi opitulatur Suidae explicatio ψυχρότατον. Itaque iam olim in Schneidew. Philol. IV p. 565 ἦμαρ corruptum et in ἧπαρ mutandum esse indicavi, quod tamen non probavi Carolo Dilthey, Anal. Callim. p. 20, qui ψυχρὸν ἧπαρ vix ac ne vix quidem sermonis graeci usum ferre dixit. Sed quum ἧπαρ sit sedes metus, doloris aliarumque affectuum, non est profecto ulla causa, quod ψυχρὸν ἧπαρ non graecum esse dicamus. Ipsi tamen magis placet corrigere μαλκίστατον εἶαρ (i. e. sanguis), et ob hanc vocem, quae sane Callimachea est, poetae nostro assignare fragmentum voluit. —

45ª. Suid. II 1 p. 693: Μαραθών· τόπος Ἀθήνησιν. — τοῦτον Καλλίμαχος (fr. 350) ἐννότιον λέγει, τουτέστιν ἔνυδρον· καὶ Μαραθώνιον ἔργον. Ad Callimachi Hecalen (vid. cap. IX) alterum quoque fragmentum refert Hecker. l. l. p. 107. —

cf. *Μαραθώνιον ποίημα* Aeschyli, fratris Cynegiri (Herm. ad Aeschyl. frag. p. 412). —

46. Suid. II 1 p. 721: *μᾶσσον. μεῖζον, μακρότερον.*

*ἐπιπρὸ δὲ μᾶσσον ἐπ' ἄκρου*
*Αἰγαλέω θυμόεντος ἄγων μέγαν ὑετὸν ἔστη.*

Idem Suid. II 2 p. 1299: *ὑετός. τὸ ῡ μακρόν.*

*ἄγων μέγαν ὕετον ἔστη,*

ubi libri habent *ἄγον*, quod retinens Hecker. p. 102 seq. *νέφος* intelligit, quod imbrem adduxerit et super Aegialeo monte constiterit. Quae sententia multo praestat eorum opinioni, qui de Xerxe intelligebant magnum exercitum in Atticam adducente, ut Toup., Buttmann., Bernhardy, Naek. Opusc. I p. 159, qui Choerili frustulum putabant. De Callimachi Hecale cogitabat Hecker. l. l., qui tamen *ἐπὶ πρὸ δέ* scribit, quod *ἐπὶ δὲ πρό* dici debebat. ac confer Apoll. Rhod. I 30 *ἐπιπρὸ — κατήγαγε.* —

47. Suid. II 1 p. 995: *Νῖσος. ὄνομα κύριον. Νίσῳ δ' ἔλαχεν ἡ Μεγαρίς.* Haec non attulissem, nisi viderem Heckerum p. 101 poetae frustulum putasse *Νίσῳ δ' ἔλαχ' ἡ Μεγαρηΐς* idque ex Callimachi Hecale petitum esse. Nam ego pedestrem orationem invenire mihi videor, praesertim propter dativum *Νίσῳ*, ut scriptores loqui solent, quem ad modum Strab. IX, p. 443 Cas. *ἔνιοι δὲ (τὴν Θετταλίαν) — τὴν μὲν πρὸς νότον λαχεῖν φασι Δευκαλίωνι —, τὴν δ' ἑτέραν Αἵμονι* (cf. Dindorf. Thes. Paris. V p. 26 C), nam poetae accusativum praeferunt, ut Pind. Pyth. II 27 *τὰν (Ἥραν) Διὸς εὐναὶ λάχον πολυγαθέες*, et Oppian. Hal. V 378 *ἔξοχα γάρ μιν ῥινὸς ὑπὲρ μελέων στερεὴ λάχεν*, invertentes quod dici solebat ex. gr. *λάχεν Ἴναχον Ἥρη* (Call. Hym. IV 74) etc. Tamen etiam Rauch. p. 55 ad Callimachi Aetia rettulit. —

48. Suid. II 1 p. 1077: *ὀχή. στήριγμα, βάσταγμα.*

*γέντο δ' ἐρείκης*
*σκηπάνιον [χείρεσσιν], ὅ δὴ πέλε γήραος ὀχή.*

Alterum versum apposui cum Naekii supplemento p. 111, de quo tamen dubitari potest, etsi aliorum longe praeferenda est. idem cum Hemsterh. apud Ernest. p. 439, Ruhnk. Ep. ad Ern. p. 21 Titt. et Ep. crit. II p. 180 Lips., Blomf. p. 317 ad Callimachi Hecalen revocavit. add. Hecker. p. 88. Cf. supra p. 180. —

49. Suid. II 1 p. 1118: *ὄμπνιον ὕδωρ. τὸ τρόφιμον καὶ πολύ. λέγεται καὶ ὀμπνιηρὸν (ὄμπνηρον. cf. frag. anon. 215) ὕδωρ, τὸ τροφιμόν.* Hecker. p. 90 *ὄμπνιον ὕδωρ* fortasse ex Callimachi Hecale ductum arbitrabatur. cf. Hecal. IV. —

50. Suid. II 1 p. 1224: *οὐρίαχος· πλήξας ῥομβωτῷ δούρατος οὐριάχῳ· Ἐν ἐπιγράμμασι. καὶ αὖθις.*

*ὄφρα κεν ἐξ ὑάλοιο πυρικμήτοιο ταθέντας*
*οὐριάχους δέξαιντο.*

*τὰ οὐραῖα τῶν κανδηλῶν.* Primum fragmentum Antipatri est in

Anth. Pal. VI 111, alterum nec cuius sit scio neque quo modo explicem satis intelligo. ac ne Bernh. quidem auctorem videtur novisse. —

51. Suid. II 2 p. 16: ἅπτεται δὲ καὶ τῶν μεγίστων ἀνδρῶν ὁ φθόνος. — ἐρρώσθω δὲ καὶ ἀπίστω. ὅσα γὰρ δέδηγμαι τὴν καρδίαν καὶ οἷα δέδορκα τῷ μακρῷ χρόνῳ· ἀλλ'

εἴη μοι βίος πανεπάρκιος, —

ὄμμα βάλοι δὲ

μήποτ' ἐφ' ἡμετέραις ἐλπίσι βασκανίη —

φησί τις τῶν παλαιῶν. Ex his laciniis, quibus Suidas sive quem exscripsit orationem suam composuit, ignota sunt (cf. Bernhardy) οἷα δέδορκα τῷ μακρῷ χρόνῳ et εἴη μοι βίος πανεπάρκιος, quorum ultimum si cum Bentleio ap. Küster. correxeris εἴη μοι βίοτος πανεπάρκιος, habebis versum epicum, qui fortasse ex Hecale Callimachi est (Hecal. V). —

52. Suid. II 2 p. 25: παλιμβαλής. ὁ ἀνάταυρα πεσών, ὁ ὕπτιος. Ultimum Unger. de Sinid. p. 24 not. scribendum ἀνὰ ταῦρα πεσών idque ex Callimacho petitum existimat.

53. Suid. II 2 p. 110: παρὲκ νόον, ἀντὶ τοῦ παρ' ἐλπίδα

παρὲκ νόον εἰλήλουθας.

Hoc qui dixerit poeta nescimus. secutus autem est Hom. Jl. XX 133 et hym. Mercur. 547, ubi tamen παρὲκ νόον non est praeter spem, sed temere. —

54. Suid. II 2 p. 135: παρπόδα, παραυτίκα.

εἰ δὲ Δίκη σε

παρπόδα μὴ τιμωρὸς ἐτίσατο, δὶς τόσον αὖθις

ἔσσεται ἐν πλεόνεσσι παλίντροπος.

Ex Hecale sumpta putat Hecker. p. 122, Μυθικοῖς deberi Bergk. l. l. p. XX. — Lege αὖτις.

55. Suid. II 2 p. 138: πασσαγίην. πανοπλίαν.

εἷλε δὲ πασσαγίην, τόδε δ' ἔννεπε.

Callimacho vindicant Ruhnk. Ep. ad Ern. p. 21 Tittm., Blomf. p. 317, Naek. p. 237, qui putat pertinere verba ad Theseum abitum ab Hecale parantem. cf. Hecal. VI extr.

56. Suid. II 2 p. 210: περίθριξ. ὁ ἀπὸ γενετῆς πλόκαμος, ὁ μηδέπω καρείς·

ἔτι πλοκάμοιο περίθριξ.

Haec nego intelligi posse nisi scribatur ἔτι πλοκάμοισι περίθριξ, etsi sine nota editores praetermiserunt, etiam Toup. qui ad Callimachi comam Berenicae rettulit, item Naek. p. 160, de Callimachi Hecale et Theseo interpretans. cf. Hecal. cap. VI. —

57. Suid. II 2 p. 281: πίσεα. οἱ κάθυγροι τόποι.

καὶ ἀγλαὰ πίσεα γαίης

βόσκεο.

Primus Callimacho assignavit Ruhnk. Ep. ad Ern. p. 21, tum confidenter Blomf. p. 317, sed dubitanter Hecker. p. 108, qui de tauro Marathonio explicari fragmentum posse dicit, si βόσκετο

scriptum esset. Sed hoc non opus est, modo statuas poetam apostrophae figura usum esse. cf. Hecal. cap. VIII. —

58. Suid. II 2 p. 809: σκῶλος. εἶδος ἀκάνθης ἢ σκάνδαλον.

τοῦ μὲν ἐγὼ ζώοντος ἀναιδέσιν ἐμπήξαιμι
σκώλους ὀφθαλμοῖσι, καὶ εἰ θέμις ὠμὰ πασαίμην

Cum Callimachi fragm. CCXIX coniunctum de tauro Marathonio intelligit Hecker. p. 120 (cf. Hecal. cap. VII). —

59. Suid. II 2 p. 909: στόρνῃσι. ζώναις.

αἱ δὲ γυναῖκες στόρνῃσιν ἀνέστρεφον.

περὶ Θησέως. Qui cum Ruhnk. Ep. ad Ern. p. 21 ed. Tittm. in Callimachi Hecale (puta in Hecal. cap. X) fuisse putabat Toup. in Suid. II 197, rectissime ἀνέστεφον scripsit, sed quod ad explendum hiatum inseri posse sibi persuasit γυναῖκες [αὐτὸν μὲν] στόρνῃσιν, parum placet, etsi probatum Blomf. p. 316 et Naekio p. 263, qui et ipsi de Theseo victore tauri Marathonii agi et in Hecale fuisse fragmentum existimant. hoc probans Hecker. p. 100 tamen γυναῖκες * * * στόρνῃσίν μιν ἀνέστεφον magis sibi placere dixit. Mihi contra post στόρνῃσιν epitheton aliquod, quod ad illam vocem pertineat, excidisse videtur ex oratione poetae, quae talis fortasse fuit:

αἱ δὲ γυναῖκες
στόρνῃσιν [λευκῇσιν] ἀνέστεφον.

quamquam etiam καλῇσιν vel στρεπτῇσιν vel σεμνῇσιν etc. scriptum esse potuit, quae omnia propter τὸ ὁμοιοτέλευτον aeque facile excidere potuerunt. De sententia autem unus dissentiebat Schneidew. ad Simonid. Cei rell. p. 43, qui ad Aetiorum libros referri fragmentum iussit, ubi Callimachus originem φυλλοβολίας explicasset, quod sine teste Schneidew. novit. —

60. Suid. II 2 p. 1148: τινθαλέοισι. χλιαροῖς, θερμοῖς.

τινθαλέοισι κατικμήναιντο λοετροῖς.

χλιαροῖς, θερμοῖς· καθυγρανθείησαν. — J. G. Schneider. ad Nicandri Alex. 463 (ex quo hoc fragmentum translatum opinabatur) κατικμήναιο olim lectum fuisse suspicabatur, sed Hecker. p. 113 seq., qui ex Callimachi Hecale lavacrum Theseo paranti sumptum et πόδες intelligendum esse putabat, recte, ut opinor, fecit (cf. Hecal. V), sed quod κατικμήναιντο propter appositum a Suida interpretamentum καθυγρανθείησαν credidit novum exemplum esse aoristi medii passiva significatione praediti, errare videtur, nam nihil vel sic impedit quominus medium κατικμήναιντο (ξένοι) propria sua vi positum et accusativum πόδε additum fuisse existimemus. notabimus potius rariorem optativi in -αιντο usum pro -αιατο. — Bergk. hoc quoque fragmentum ad *Μυθικά* pertinere putavit. —

61. Suid. II 2 p. 1262: οἶδμα. κῦμα ἢ πέλαγος.

καὶ ἄγριον οἶδμα θαλάσσης.

*Πόντιον* οἶδμα θαλάσσης ex Arist. Av. 251, ἁλμυρὸν οἶδμα θαλάσσης ex Anthol. Pal. VI 30 noverunt interpretes, sed ἄγριον

*οἶδμα θαλάσσης* qui dixerit nemo hodie demonstrare potuit. —

62. Suid. II 2 p. 1296: *ὕδω τὸ ᾄδω — καὶ ὑδέοιμι ἀντὶ τοῦ ὑμνοῖμι.*

*Αἴθρην τὴν εὔτεκνον ἐπαγρομένης ὑδέοιμι.*

*Ἐπ' ἀγρομένης* (cf. Hom. Od. VIII 172: *μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισι*) Naeke p. 249, qui cum Toupio, Ruhnken., Blomfield. (p. 316) ad Hecalen fragmentum revocavit. atque sequitur Hecker. p. 97 seq., nisi quod de loco, quo positum in Hecale fuerit, aliter iudicat. Ego in capit. VI fuisse suspicor. —

63. Suid. II 2 p. 1361: *ὑποδράξ.*

*ἡ δὲ πελιδνωθεῖσα καὶ ὄμμασι λοξὸν ὑποδρὰξ*
*ὀσσομένη.*

Idem habet II 2 p. 173: *πελιδνόν — καὶ πελιδνωθεῖσα, ὠχριάσασα.* Ad *Μυθικά* pertinere putavit Toup., ad Callimachum Ruhnk. l. l. p. 20, item Blomf. p. 317 et Hecker. p. 118, qui de Callimachi Hecale cogitabat, recte, ut videtur. cf. Hecal. cap. VII. —

64. Suid. II 2 p. 1367: *ὑπόκρηνον. ὑπὸ τὴν κεφαλήν,*

*θῆκε δὲ λᾶαν*
*σκληρὸν ὑπόκρηνον.*

De Hecale Callimachea (cap. VI), quae suum lectulum concedens Theseo durius sibi ipsi cubile paraverit, dictum sibi persuasit Hecker. p. 117 seq. —

64a. Suid. II 2 p. 1405: *φαέθοντα τόκον. ἐπιφανῆ καὶ καταπληκτικὸν τὴν πρόσοψιν.* Eandem glossam habet Hesych. IV p. 226. Num de *Ἡλίῳ* intelligendum? —

65. Suid. II 2 p. 1518: *φόβη. κόμη, θρίξ.*

*ὅστε φόβῃσι*
*ξανθοτάτοις ἐκόμα.*

Callimachum auctorem putant Ruhnk. l. l. p. 21, Blomf. p. 317, Hecker. p. 107, qui de tauro Marathonio intelligit. *Μυθικά* fontem fuisse statuit Bergk. l. l. p. XXI. —

66. Suid. II 2 p. 1694: *χύτλα — δὲ λέγεται κυρίως τὸ ὑγροῦ ἔτι ἀπὸ ὕδατος ὄντος τοῦ σώματος ἀλείψασθαι.*

*φράσον δέ μοι, εἰς ὅτι τεῦχος*
*χεύωμαι ποσὶ χύτλα καὶ ὁππόθεν.*

quibus statim sine ulla coniunctione sequuntur haec:

*ὑγρὸν χύτλασον σεαυτὸν ἐν τοῖς στρώμασι*
*γυμναστικῶς*

Ultima manarunt ex Aristoph. Vesp. 1212, sed priorum quis auctor sit nemo invenit. nam quod Henricus Stephanus tamquam ex Epigrammate petitum citat, in Anthologia quidem non legitur (cf. Dindorf. Thesaur. Paris. VIII p. 1776 D). Potuit autem in Callimachi Hecale locum habere (cap. V), ubi Theseus ex Hecale quaesiverit alveum ad lavandos pedes. Certe Hecker. qui p. 112 ad hanc rem revocavit fragm. anonym. ap. Suid. II 1

p. 202, eodem iure hoc quoque fragmentum Hecalae Callimacheae vindicare debebat. —

---

67. Etym. Magn. p. 18, 48 (Herod. Lentz. II p. 275): Ἀδραστειδῶν. Ἄδραστος κύριον. Ἀδραστίδες, Ἀδραστιδῶν καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε

Ἀδραστειδῶν θάλος.

Ignorant interpretes qui hunc versum scripserit poeta, qui si ex usu omnia scripsit, non potest quin offendat, quum Adrastus ex filio Aegialeo nepotem non haberet, ut si huius θάλος poeta nominare voluit, non plurali numero Ἀδραστειδῶν, sed singulari uti debebat. Scribendum igitur erat Ἀδρηστεΐδεω θάλος, quod intelligi potuit de Aegialea, cui Ἀδρηστίνη cognomen est ap. Hom. Il. V 412, quae Diomedi nupserat et Aegialei filia fuit (Apollod. I 8 extr.), etsi alii ipsius Adrasti filiam faciebant (cf. Heyne l. l. p. 54). Sed magis tamen eo inclino, ut grammaticum errasse putem et in animo habuisse Pindari Ol. II versum hunc (45) Ἀδραστιδᾶν θάλος ἀρωγὸν δόμοις, quae paulo ibi insolentius intelliguntur de Thersandro, Adrasti nepote ex Argia filia et Polynice procreato, i. e. ex una Adrastine, non ex duobus Adrastidis. —

68. Etym. Magn. p. 48, 39 (Herod. I p. 167): ἀκινάγματα οἷον· χειρῶν ἠδὲ ποδῶν ἀκινάγματα.
τὰ τινάγματα τῶν ποδῶν μετὰ ῥυθμοῦ καὶ τῶν χειρῶν κινήματα. καὶ πλεονασμῷ τοῦ α καὶ τοῦ γ καὶ τροπῇ τοῦ η εἰς α ἀκινάγματα. Ἡρωδιανός. Fragmentum Euphorionis vel Callimachi putat Mein. Anal. Al. p. 168, lyrici cuiusdam Bergk. Lyr. p. 1328. —

69. Etym. Magn p. 71, 30 (add. Cram. Anecd. Paris. IV p. 6): ἀλυκρόν. ἀντὶ τοῦ θαλυκρόν οἷον

ἀπάντῃ πάντα θαλυκρὸς ἐγώ.

Recte corrigit Mein. Delect. epigr. p. 221 ἃ πάντῃ πάντα θ. ἐ., quod fecerunt etiam Lobeck. El. Path. I p. 102, Hecker. p. 113, Bergk. Lyr. p. 1356, qui Callimacho ascribunt. atque egregie hoc eo firmatur, quod rarissima voce θαλυκρός etiam Agathias Callimachi imitator usus est Anth. Pal. V 220, 1. ac vide Actior. II 1. —

70. Etym. Magn. p. 81 11 (Etym. Gud. p. 43, 35): ἄμβων. — λέγονται δὲ καὶ οἱ ὀρεινοὶ καὶ ὑψηλοὶ τόποι, οἷον

ἐπ' οὔρεος ἀμβώνεσσι.

Inter Callimachum et Euphorionem fluctuat Mein. Anal. Al. p. 168. ego Callimachum magis dixerim auctorem esse (fortasse in Act. III 3), quum voce ἄμβων etiam Aeschylus, qui saepe Callimacho facem praetulit, usus est. cf. Nauck. de Aristoph. Byz. p. 186 coll. Nicandr. p. 105. —

71. Etym. Magn. p. 83, 49 (Zonar. p. 143): ἀμίσαλλον οἷον

ἀμίσαλλοί τε γέροντες.

κατ' ἔνδειαν τοῦ γ, ἀμίσγαλλος, ὁ δυσάρεστος, ὁ μὴ ἄλλῳ μισγόμενος. ἢ ἑτεροῖον καὶ ἐξηλλαγμένον. Naeke ad Hecalen rettulit p. 154, et locum fortasse habuit in Hecal. cap. V. Conf. Lobeck. Proleg. Path. p. 91, qui ἀμίξαλλος flagitare videtur. —

72. Etym. Magn. p. 85, 25 (Zonar. p. 160, Matthiae lect. Mosquens. II 82 (in Suid. I 1 p. 249 post lemma ἀλοίτης reliqua exciderunt): ἀμορβεύεσκεν, συνωδοιπόρει. οἷον·

σὺν δ' ἡμῖν ὁ πελαργὸς ἀμορβεύεσκεν ἀλοίτης.

Habet etiam Favorin. Excl. p. 100, 15 Dind. Confidenter Callimacho ascripsit Blomf. p. 316, sed dubitat Naeke l. l. p. 229 seq. Ceterum recte fortasse Lobeck. Prol. Path. p. 383 correxit σὺν δ' ἡμῖν ὁ λέπαργος ἀμορβεύεσκεν ἀλοίτης (coll. p. 376), quorum illud etiam Hemsterh. ap. Gaisf. commendabat. —

73. Etym. Magn. p. 94, 42: Ἀμφιτρύων, ὁ περισσῶς τρωθείς (leg. τρυθείς) καὶ πονηθείς, ὁ ἥρως. παρὰ τὸ τρύος, ὅ ἐστι πόνος, οἷον καί

πολὺ τρύος ἤλασεν ἔξω.

Callimachi vel Euphorionis habet Mein. Anal. Al. p. 168, probabilius Dilthey de Cydipp. p. 38 Philetae. —

74. Etym. Magn. p. 96, 9: ἀνὰ δρυμά:

καὶ θῆρες ἀνὰ δρυμὰ πρηΰνονται.

Notavit Mein. Anal. Al. p. 168. Fortasse de Orpheo cogitandum (cf. Unger. Parad. Theb. p. 444) et legendum πρηΰνοντο. aptus certe locus fragmento fuit in Callim. Aet. I 12. —

75. Etym. Magn. p. 134, 24: Ἀραιτασιειδής. κατὰ συγκοπὴν Ἀρειτασιοειδής, ὡς σιοειδής σιειδής, συγκοπῇ τοῦ ο. Lobeck. ad Buttm. Gr. gr. II p. 450 ἀράχιδνα σιειδής commendavit, cui mihi multo praestare videtur Ἄραιθε σιειδής. Ἄραιθος fluvius est Epiri, cuius meminit Callimachus fr. CCIII et cui optime convenit illud epitheton. nam σίον certe palustre est. Nihil expedit G. Dindorf. in Thes. Paris. I 2 p. 1862 A. —

76. Etym. Magn. p. 135, 33 (Lentz. Herod. II p. 187): Ἀργαφίης. οἷον·

νιψάμεναι κρήνης ἔδραμον Ἀργαφίης.

Inter Parthenii fragmenta non sine causa posuit Mein. Anal. Alex. p. 282, qui de crisi videndus. sed Eratostheni ascribunt Bergk. Anal. Alex. II p. 19 et Lobeck. Elem. Path. I p. 93, Callimacho Hecker. com. crit. de Anth. (I) p. 180, qui ex Aetiis desumptum putat, Philetae putat Unger. de Sinid. p. 78 not. 15, qui νιψάμεναι κρήναις ἔδρακον scribendum censet. Sed nihil fragmentum offensionis habet (ne genitivus κρήνης quidem, qui apte a νιψάμεναι pendet ut λούειν ποταμοῦ dicitur et firmatur a Mein. l. l. p. 112), nisi forte νιψόμεναι praeferendum. ita enim perspicitur quo currant. Et sic tacite scribit Lobeck. l. l. Intelligo autem de Gratiis collato Alciphr. III 1: τὰς Χάριτας τὸν Ὀρχομενὸν ἀπολιπούσας καὶ τῆς Γαργαφίας κρήνης ἀπονιψαμένας, et ad Callimachum fragmentum refero. cf. supra p. 61. —

77. Etym. Magn. p. 139, 53 (Gudian. p. 75, 46): Ὀδυσσεύς Ὀδύσσειος Ὀδυσσέιος Ὀδυσσήιος οἷον

Ὀδυσσήιον μέγα δῶμα.

Homeri non est, nisi qui recte putant errore ex Odyss. XVIII 352 Ὀδυσσήιον ἐς δόμον ἵκει procreatum. sed equidem magis credo, a poeta quodam epico imitatore ad Homeri illius loci normam expressum hoc esse:

Ὀδυσήιον ἂν μέγα δῶμα. —

78. Etym. Magn. p. 157, 31, quem locum apponimus ex Lentzii emendatione, Herod. II p. 168: Ἀσπληδών. φασὶ γὰρ εἶναι Ἀσπληδόνα τὸν Πρεσβωνος καὶ Στερόπης. Ἀπολλόδωρος δέ φησιν Ἀσπληδόνα γνήσιον οὐκ εἶναι, εἴγε εὑρέθη

Σπληδόνα τ' ἠγαθέην.

ὅταν οὖν εὕρωμεν οἳ δ' Ἀσπληδόνα ναῖον (Il. II 511), πλεονασμὸς ποιητικός ἐστι τοῦ α. Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν. cf. Steph. Byz. p. 135, 12: Ἀσπληδών — γράφεται καὶ χωρὶς τοῦ α, ἀλλ' οὐ παρ' Ὁμήρῳ. —

79. Etym. Magn. p. 182, 3: ἀχνύς, ἡ λύπη. παρὰ τὸ ἄχος γίνεται παρώνυμον ἀχύς, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν ἀχνύς, οἷον·

τῆς δ' ὀλοφυρομένης ἀμφ' ἀχνύι εἴβεται αἰών.

λείβεται correxit, iniuria fortasse, qui inter anonyma fragmenta quae Euphorionis possint esse posuit Mein. Anal. Al. p. 168 (probabilius ad Callimachi Phyllidem rettulit Rauch. p. 71, quamquam etiam de Clyte intelligi potest). sed quae ibidem ex Etym. p. 41, 28 tamquam anonyma apposuit αἴγδην, πάσας δὲ σὺν ὀστέῳ ἶνας ἄμερσεν, Apollonii Rhod. sunt II 826, quae ex Etym. p. 97, 30 ᾗ χειμέριον ἀλὲν ὕδωρ, in Hom. Il. XXIII 420 extant. —

80. Etym. Magn. p. 182, 48: ἀχρής, οἷον·

ἀχρὴς δ' ἀνέπαλτο.

ἔστιν ἄχρους καὶ τροπῇ Αἰολικῇ τῆς ου διφθόγγου εἰς τὸ η, ὥσπερ τὸ φοβούμενος φοβημένος, γίνεται ἀχρής. Parum probabilis est virorum doctorum opinio, hoc fragmentum vel ex Hom. Il. VIII 85 ἀλγήσας δ' ἀνέπαλτο corruptum vel in Homeri loco ab aliis ita scriptum fuisse. cf. Lobeck. Elem. Path. I p. 315. Pertinet fortasse ad Hecal. cap. VII. —

81. Etym. Magn. p. 186, 38: — ἄγε προστακτικοῦ ῥήματος μετατιθεμένου γίνεται ἐπίρρημα παρακελευστικόν οἷον·

ἄγε δή μοι, ὦ Μοῦσα.

Hoc cuius poetae sit cum aliis ignoro, sed hoc video, si una transposita voce scripseris ὦ ἄγε δή μοι, Μοῦσα, epici poetae fragmentum futurum esse, fortasse Callimachi ex Aetiorum prologo. —

82. Etym. Magn. p. 217, 5: Βύνη. ἡ Λευκοθέα, ἡ Ἰνώ. οἷον·

Βύνης καταλέκτριαι αὐδηέσσης.

Fragmentum ex Lycophrone citat Eudoc. Viol. p. 238, ubi

non invenitur, quamquam is nomine bis usus est. nec auctorem noverat Mein. An. Alex. p. 123, ubi fusius de illo nomine egit (cf. ad Callim. frag. 172) et *καταλέκτριαι* contra Dindorf. defendens de Inonis *θαλαμηπόλοις* intelligit. cf. Bentl. ad fragm. CLXXII. Potuit a Callimacho dici in Aetiis, ubi de Inone et Melicerte. —

83. Etym. Magn. p. 230, 53 (Herodian. II p. 266): *γηράς* — *ἡ γενικὴ γηράντος ὡς ἱστάντος· οἷον*

*γηράντων ἀνδρῶν*

*καὶ ἡ δοτικὴ*

*γηράντεσσι τοκεῦσιν.*

*ἀντὶ τοῦ τοῖς γηρῶσιν. ἡ αἰτιατικὴ*

*γηράντας τιμᾶν.*

Quum secundus locus aperte sit Hesiod. Op. 188, item primus sine dubio ex Hesiodi fragm. 222 Marksch. petitus sit, ubi nunc quidem *ἀνδρῶν ἡβώντων* edunt, etsi Etym. Magn. etiam p. 13, 38 habet certe *ἀνδρῶν γηρώντων*, vix errabit qui etiam tertium locum eidem poetae ascribi velit. sed quaeri tamen potest num grammatici memoriae inhaerens Hesiodi locus Op. 185 *αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας* in istum modum deluserit. —

84. Etym. Magn. p. 241, 55: *γρουνοί, κορμοί, δρύινοί τινες ὄντες. κατὰ ἐναλλαγὴν τοῦ δ εἰς γ· οἷον·*

*γρουνοὶ μὲν δαίοντο, μέγας δ' Ἥφαιστος ἀνέστη.*

Vereor ne utroque loco male scriptum sit *γρουνοί* (quod est etiam in Florent. p. 79) pro *γρυνοί*. aliter enim grammaticus non solum *ἐναλλαγήν* istam, sed etiam *τροπὴν τοῦ υ εἰς ου* memorare debebat. Atque *γρυνός* solum afferunt lexicographi (Zonar. p. 452) et grammatici (cf. Herodian. I p. 176, p. 529, II p. 938 Lentz.) et firmatur usu auctorum (cf. Thes. Paris. II p. 793), etsi peiores codices nonnumquam praebent *γρουνός*. cf. Bachmann. ad Lycophr. 86. Nihil tamen vitii suboluit Meinekio qui Anal. Alex. p. 168 fragmenti auctorem nescivit. Potuit tamen in Hecale Callimachi locum habere, ubi ignem faciebat mulier ad coenam Theseo parandam. cf. Hecal. V. —

85. Etym. Magn. p. 259, 50: *δέχνυμαι — ἐξ οὗ τὸ*

*δέχνυσο μῆτερ.*

Imperativum *δέχνυσο* vetustioribus usitatum fuisse negans Mein. l. l. p. 263 seriorum exemplis praeter Parthenii aliorum firmavit octo, quibus adde Nonn. Dion. III 119. IV 112, 143. VIII 169. XIII, 113. XVIII 318, XIX 303. XXIII 65. XXV 337. XXXII 5. XXXIII 342. XXXIV 92. XL 568. XLII 114, 400, 479. XLIV 76. Colluth. 159. Orph. Argon. 83. Sed de altera voce *μῆτερ* iure dubitaveris, quum in cod. M. sit *μερῶν*, in D certe *με ρ*. Fuit igitur fortasse olim scriptum *δέχνυσο μηρῶν*, quod Hecale Callimachea dicere potuit Theseo carnem offerens. (cf. Hec. cap. VI.)

86. Etym. Magn. p. 266, 41 (cf. Herod. I p. 455, 18): ἐκ τούτου (δῆρις) γίνεται ῥῆμα δηρίω καὶ δηριῶ, περισπώμενον καὶ βαρύτονον· ὡς κόνις, κονίω, δῆρις δηρίω καὶ δηριῶ οἷον·

δὴ τότε δηριόωντο Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων

Ignoti poetae versum, in quo fortasse olim scriptum fuit τῇ (Ἰλίῳ) ποτε vel certe δή ποτε, iniuria Barnesius Homer. Il. XX 67 obtrusit. paulo maiore iure referri ad Callimachum potuit, qui belli a Neptuno et Apolline propter Hesionem cum Laomedonte gesti meminerat fragm. DLIX. —

87. Etym. Magn. p. 270, 15: Διασία, ἑορτὴ — παρὰ τὰς ἄσας, τὰς ἀνίας οἷον·

μή μιν ἔδουσιν ἄσαι.

Piers. ad Moer. Attic. p. 60 δή μιν commendavit, Hecker. autem l. l. p. 60 μῆτιν ἔδουσιν ἄσαι interpretatione non addita, et apertissime errans in mensura vocis ἄση. nam cf. Sapph. fragm. I, 3 μή μ' ἄσαισι μήτ' ὀνίαισι δάμνα, Eurip. Med. 246 ἔξω μολὼν ἔπαυσε καρδίαν ἄσης, et Oppian. Hal. III 433 (ubi tamen aliam significationem habet) πᾶσαν γὰρ ἄσην ἁλός, ἥν κε κίχῃσί, φέρβεται. Mihi si quicquam unum μή in ἤ mutandum videtur. —

88. Etym. Magn. p. 330, 21: ἐλειήτης· ὁ λέων·

ἐσχατιὴν ὑπὸ πέζαν ἐλειήταο λέοντος.

Ex Callimachi Com. Berenic. sumptum esse sibi persuasit Hecker. Com. crit. de Anth. I p. 78, inter cuius carminis fragmenta locum ei dedit Bergk. Anth. I p. 133 n. 104, II p. 154 n. 111. De nomine ἐλειήτης cf. Lobeck. Elem. Path. I p. 433 seq. —

89. Etym. Magn. p. 372, 5: εἰραφιώτης ὁ Διόνυσος λέγεται — ἀπὸ ἐρίφης τροφοῦ αὐτοῦ. οἷον·

κεῖθι δέ οἱ πρώτη μαζὸν ἐπέσχ' Ἐρίφη
χωρὶς ἀπ' ἀνθρώπων καὶ ἐπωνόμασ' Εἰραφιώτην.

Primus Aetiis (nobis Act. IV 4) Callimachi vindicavit Hemsterh. ap. Ernest. p. 423, tum alii, Naek. de Hecal. p. 69, Mein. Anal. Alex. p. 93, Hecker. Com. crit. de Anth. I p. 186, II p. 92, Bergk. Anth. I p. 128 n. 45, II p. 148 n. 47. Cobetus denique apud Gaisf. ad Et. Magn. l. l. ante κεῖθι excidisse putat κα$^{λ}$ i. e. Καλλίμαχος. Male autem nonnullos scribere ἐρίφην docet Nonnus Dion. XXI 81. —

89ᵃ. Etym. Magn. p. 414, 23: Ζωστήριος Ἀπόλλων παρὰ Ἀθηναίοις τιμώμενος. καὶ

ἠδ' ἐπαπειλήσας Ζωστηρίῳ Ἀπόλλωνι.

Sic enim scribendum. ἐπαπειλήσας praeter cod. M habet etiam Florentinus p. 121. Euphorionis putat Mein. Anal. Alex. p. 122. —

90. Etym. Magn. p. 417, 3 (Herod. I p. 505): ἰστέον ὅτι τὸ ἦχι γινόμενον ἐπεκτάσει τῆς χι συλλαβῆς, ὡς τὸ ναί ναίχι, οἱ Δωριεῖς ἅχι λέγουσι διὰ τοῦ α,

ἅχι Λίχα μέγα σᾶμα,

τουτέστιν ὅπου τοῦ Λίχα τὸ μέγα μνημεῖον. Καὶ

ἄχι ὁ κλεινὸς
Ἀμφιτρυωνιάδας.

Libri Ἀμφιτριωνίδης, cui praestare videtur a Sylburgio restitutum. nam hexametri vel pentametri partem esse non videtur negari posse. Callimachi putavit Ahrens. de dial. Dor. p. 272, poetae lyrici Bergk. p. 1332 n. 48 et 49. —

91. Etym. Magn. p. 418, 1.

ἠγαλέην κάλπιν ἀειρομένη,

τὴν κατεαγεῖσαν ἢ κολοβωθεῖσαν ἢ κοιλωθεῖσαν. παρὰ τὸ ἄγος, ὃ σημαίνει τὸ ῥῆγμα. Pentametri pars est, quam confidenter Callimacho adscripsit Meinek. An. Al. p. 168. —

92. Etym. Magn. p. 420, 40: ἥδω. παρὰ τὸ ἅδω, τὸ ἀρέσκω,

ἅδον φίλον ὥς κεν ἅδησι.

τὰ γὰρ ἀρέσκοντα ἡδέα. Fragmentum non intelligo nisi scribatur φίλῳ: placebam amico ut ipse placebat mihi. nam in sequenti versu fuisse videtur αὐτὸς ἐμοί. Etenim ἁνδάνειν τινά graecum esse nego cum Porson. ad Eurip. Orest. 1623. quod autem post praeteritum tempus rem fieri solitam significans in enuntiatione secundaria sequitur coniunctivus, nihil habet offensionis. cf. Hom. Od IV 792 ὅσσα δὲ μερμήριξε λέων ἀνδρῶν ἐν ὁμίλῳ δείσας, ὁππότε μιν δόλιον περὶ κύκλον ἄγωσιν κ. τ. λ. Callim. in Apoll. 41 ᾧ κεν ἐκεῖναι πρῶκες ἔραζε πέσωσιν, ἀκήρια πάντ' ἐγένοντο. Oppian. Hal. I 753 τοὺς δ' ὅτε κεν τρομέοντας ἴδῃ κρατερώτερον ἰχθύν, ἀμφιχάνων κατέδεκτο διὰ στόμα, μέσφα κε δεῖμα χάσσηται, τότε δ' αὖτις ἀνέπτυσε λευκανίηθεν. cf. Nicandr. p. 240 —

93. Etym. Magn. p. 433, 50 (coll. Plutarch. de latenter vivendo p. 1129): ἀπεροπεὺς οὖν καὶ ἠπεροπεύς.

ἦμος δ' ἠπεροπῆας ἀπεπτοίησεν ὀνείρους
ἠέλιος — ἀνασχών.

Alterum versum, cui apud Plutarch. substituuntur tamquam pedestria verbo ὁ ἥλιος ἀνασχών, ita edidit Gaisfordus lacuna indicata. sed versus pars facile restitui poterat scribendo ἀνσχὼν ἠέλιος. quamquam si quis praetulerit ἠέλιος ἀνσχών, non multum refragabor. nam quadrisyllabae vocis ultima in eadem versus sede similiter producitur in Callim. hym. IV 229 Ἀρτέμιδος, ἥτις τε θοῆς ὅτε παύσεται ἄγρης, et alibi. Ceterum ἠπεροπῆες — ὄνειροι sunt etiam ap. Apoll. Rhod. III 617, unde facile quis coniciat, Callimachi illud fragmentum esse, quem Apollonium saepe imitatum constat, fortasse petitum ex Hecale (cap. VII), aut, si alter versus pentameter erat, ex Molorchi historia quae in Aetiis fuit. —

94. Etym. Magn. p. 453, 6 θοή. σημαίνει πέντε· τὸ μέγα, οἷον·

θοαῖς ἀφροσύναις,

ἀντὶ τοῦ μεγάλαις· καὶ

θοὴ δ' ὑπεδέξατο γαῖα,

ἀντὶ τοῦ μεγάλη. κ. τ. λ. Adiectivum θοός inter alia significare μέγας etiam auct. Epimer. in Cram. Anecd. Oxon. I p. 200 seq. probare studuit. qui etsi praeter illa alia dua affert exempla, unum Pindari (cf. fragm. 193 Bergk.), alterum hoc:

θοῆς ἕστηκε πόλεως,

tamen ne sic quidem grammaticos victuros esse credo. nam primum in θοαῖς ἀφροσύναις, quod et ipsum Pindari fragmentum Bergk. Lyr. p. 342 putabat, ego autem ex medio pentametro sumptum arbitror (forte ex Aet. II 6), in hoc igitur fragmento θοαὶ ἀφροσύναι sunt, quae celeriter et raptim feruntur ad agendum ne puncto quidem temporis deliberationi dato, in reliquis autem tribus exemplis adiectivum apparet pro adverbio esse quod in hoc similisque significatus adiectivis frequentissimum esse constat (cf. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. 249) et factum est etiam in Antimachi fragm. LIII Stoll., quod in eadem disputatione paulo ante gram. Crameri affert: Ἄιδος ἐκπρολιποῦσα θοὸν δομόν, quod ille ἀκίνητον interpretatur, sed significat domum, ad quam cito quisque venit, ut etiam in illo θοὴ δ' ἐπεδέξατο γαῖα (quod fortasse ad Callimachi Hecal. cap. IX referendum), nam γῆ quoque ἐπιδεχομένη sive mors et tumulus cuique cito venit, et in ultimo exemplo, quod ita redintegrandum censeo:

θοῆς ἔ κ σ τ η σ ε π ό λ η ο ς

(ubi ultimum iam proposuit Bergk. Lyr. p. 342), dicitur quidam celeriter aliquid ex urbe removisse. Forte Theseus fuit qui Medeam Athenis eiecit (cf. Aet. II 10). Ceterum hexametrorum vestigia ubique agnovisse mihi videor, sed Bergk. l. l. de secundo Etymologi et quarto gram. Cramer. tantum concedit epica esse. —

95. Etym. Magn. p. 478, 1 (Herodian. II p. 209): ἴστη μὲν ὄμμα: ποικίλον ἐστίν. οἱ μὲν λέγουσιν, ὅτι ὅταν ἀποκοπὴ γίνοιτο τῶν εἰς θι προστακτικῶν, ἐπαύξησις ἀκολουθεῖ οἷον ἴσταθι καὶ κατὰ ἀποκοπὴν ἴστα καὶ ἐκτάσει ἴστη:

μέγεθος δ' ὃς ἴστη,

κ. τ. λ. Sic Gaisford. cum prioribus et Lentzio edidit non videns codicis sui Marciani lectionem

μέγεθος δ' ὅ σ ο ν ἴστη

unice et metro satisfacere et vero etiam sententiae. nam hoc, nisi fallor, sibi voluit ignotus poeta: quanta tibi magnitudo est, erige totam, quae videntur dicta esse in aliquem, qui sub cuspide πᾶς ἐάλη, ut est in Hom. Jl. XIII 408 et saepius. —

96. Etym. Magn. p. 500, 23 (cf. Gudian. p. 312, 29, Florent. p. 181 extr.): κεκλιμένος — ἔνθεν καὶ τὸ

ἐκέκλιτο λίμνῃ.

Homerus Jl. V 709 dixit λίμνῃ κεκλιμένος, quod videri possit grammaticus memoriae errore in illum modum corrupisse. Potest

tamen etiam ignoti poetae fragmentum esse idque ad Homerici loci normam factum, in quo tamen fortasse praestat cum Florentino (κέκλειτο λίμνη) omittere augmentum. aliter enim in quarto pede fuit caesura trochaica. —

97. Etym. Magn. p. 506, 5: κερκίς — καὶ εἶδος φυτοῦ·

τῷ μοι ἀναδραμέτην ἅτε κερκίδες

Hoc nescio quis expressit ex Hom. Jl. XVIII 56 et 437 ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος.

98. Etym. Magn. p. 513, 16: Κιδαλία· οἷον·

Κιδαλίης κρήνιδος ἐπλανήθην.

Ἐκ Πινδάρου,

χεῖρα Κιδαλίας.

Εἰς τὴν χεῖρα αἰτιατικὴν μὴ ποιήσῃς ἔκθλιψιν· Κιδαλία γάρ ἐστιν. Sic cum prioribus inepte edidit Gaisfordus, quae certum est ita in integrum restituenda esse: Κιδαλία· οἷον·

Κιδαλίης κρηνῖδος·

Ἐπλανήθη ἐκ Πινδάρου ΧΕΙΡΑΚΙΔΑΛΙΑΣ (fr. 298 Bergk.). εἰς τὴν χεῖρα αἰτιατικὴν μὴ ποιήσῃς ἔκθλιψιν, Ἀκιδαλία γάρ ἐστιν. cuius coniecturae meliorem fideiussorem nemo desiderabit Etymologo Florentino, cuius recensio ita habet p. 186 Mill.: Κιδαλία. ἡ γὰρ λίμνη Ἀκιδαλία ἐκαλεῖτο, οἷον Κιδαλίης κρηνίδος· ἐλπίζω δὲ ὅτι ἐπλανήθη ἐκ τοῦ Πινδαρικοῦ· ἄλλως γὰρ διέστειλε καὶ ἐπλανήθη χεῖρα Κιδαλίας· τὸ α ἔδωκε τῇ αἰτιατικῇ· οὐ γὰρ ἔκθλιψιν χεῖρα Κιδαλίς· ἔνθεν εἶπεν Κιδαλίης. Non recte igitur etiam Bergk. (qui de fragmento egit etiam in Mus. Rhenan. VI p. 35) in fragm. Pind. scripsit Χεῖρα Κιδαλίας, praesertim quum Acidaliae, qui Orchomeni fons erat, nomen aliunde quoque certum sit. cf. Menophil. Stobae. Tit. 65, Suid. I 1 p. 163 (Ἀκιδαλία ὄνομα κρήνης, cui II, 1 p. 252 Κιδάλη est νῆσος), Zonar. p. 104, Etym. p. 48, 22 (ubi citatur Choeroboscus, apud quem legimus quae citantur in Orthogr. p. 172, 16 = Herod. Lentz. II p. 471, 23, corrigenda illa ex Etym. Magn.), Serv. ad Vergil. Aen. I 720. Quo autem iure inter fragmenta lyrica adespota p. 1336 Bergkius posuerit Κιδαλίης κρηνῖδος ἐπλανήθην causam non exputo. mihi Κιδαλίης κρηνῖδος epicus quidam poeta, fortasse Callimachus, scripsisse videtur. Et fortasse non erravit qui Κιδαλία fontem dixit, quum et Παισός et Ἀπαισός (Unger. de Sinid. p. 104), Σπληδών et Ἀσπλήδων (cf. supra Etym. Magn. p. 157, 31), στάχυς et ἄσταχυς alia multa iuxta legantur, cf. Lobeck. Elem. Path. I p. 22 seqq. —

99. Etym. Magn. p. 544, 50: κύλλοι οὐδίζοντο. ὁ δὲ ποιητὴς παρὰ τὸ κύλον κ. τ. λ. Corruptissimum locum Lobeck. Elem. Path. I p. 23 ita emendavit, ut in lemmate scriberet

κύλλοι δ' οὐ δίζοντο,

addens, haec: hemistichium illud poetae epici esse puto de omissa post fruges repertas βαλανηφαγίᾳ loquentis ut Lucret. V 1415 *sic odium coepit glandis.* quod si

esset, de Callimacho cogitari posset, qui de ea re in Aetiorum Elegia de frugibus inventis egerat. At enim de istius coniecturae veritate gravissima causa est cur dubitetur. nam primum δίζημαι non passive dicitur, sed activam significationem habet (cf. vol. I p. 413). tum quod post lemma illud posita verba violentissime ab ipso correcta cum lemmate ita coniunxit, ut ibi iam de nominis ἄκυλος originatione cogitasse grammaticum putaret, ea vero parum credibilis opinio est. imo duo hic lemmata exciderunt, quorum alterum fuit κυλλός (quod cum interpretatione sua extat etiam in Etym. Gud. p. 353, 21, sed in Florentino quo modo res habeat non satis potest ex Milleri narratione p. 199 l. 8 perspici), alterum κύλον, unde venire Homericum ἄκυλος dixerat. Itaque in fragmento non glandis significationem agnoscemus, sed vulgarem, et κυλλοί (hunc enim accentum praeferimus cum Etym. Gudian. et grammaticis, qui adiectivum oxytonon esse volunt, Κύλλος autem proprium nomen esse dicunt. cf. schol. Hom. Jl. XVI, 234. Arcad. p. 53, 15. gram. in Cram. Anecd. Ox. I p. 338, 29. Herodian. Monad. p. 31 Lehrs.) interpretabimur: homines manum concavam facientes (i. e. mendicantes, ut κυλλὴν χεῖρα habere dicuntur δωροδοκοῦντες. cf. Aristoph. Eq. 1083 cum schol.) non quaerebant stipem. quae non impedio quominus quis eodem referat quo sua Lobeckius. nam frugibus inventis tanta fuit copia, ut iam non mendicantes stipem peterent. —

100. Etym. Magn. p. 570, 8: λοφνίς.

τεὰς ἀνὰ λοφνίδας ἴσχων.

τὰς λαμπάδας. Fragmentum esse Callimachi facile largitur Dilth. de Cyd. p. 14. —

101. Etym. Magn. p. 579, 183 (Herodian. II p. 251): *Μενέλας*:

*Μενέλας τε καὶ Ἀγαμέμνων.*

ἀπὸ τοῦ *Μενέλαος*. In his ubi *M. δέ τε καὶ Ἀ.* scripseris, hexametri partem habebis et fortasse poetam epicum. sed potest etiam lyrici poetae esse, praesertim si scripseris *Μενέλας τε κἀγαμέμνων*. —

102. Etym. Mag. p. 595, 34: μύρσος·

μύρσον ἐς ὠτώεντα παλαιφαμένης τε ἄγνοιο

μύρσος πλεκτόν ἐστιν ἀγγεῖον ἐξ ἄγνου πλεκόμενον λύγων. Prius tantum hemistichium dat Zonar. p. 1375, alterum autem scribendum παλαιφαμένης τ' ἄγνοιο. nam religio fuit particulam plane omittere, quod fecerunt Meinek. Comic. gr. II p. 6 et Anal. Alex. p. 168, Hecker. Com. Callim. 117, Callimachi Hecalen hoc fragmento ditantes. potuit enim poeta alteri adiectivo addere per copulam genetivum materiae, qui pro adiectivo est, praesertim addito in sequenti versu participio velut πλεχθέντ'. Ego fragmentum hoc in Aet. III 4 olim locum habuisse puto. —

103. Etym. Magn. p. 635, 22: καὶ τὸ πός, οἷον·

ὡς πὸς χειμαινομένοισιν.

Idem fragmentum eodem modo scriptum affert Choerob. in Theodos. p. 182, 33, sed idem p. 248 citat ὡς πὸς ἔχει μαινομένοισιν, quod corrigens Lobeck. Paralip. p. 86 ὦ πὸς ἄγ' ἱεμένοισιν coll. Theocrit. XV 70 hexametri partem epici poetae extutudit. et Lobeckium sequitur Lentz. Herod. I p. 403, II p. 281 et 903. Alii malint Dindorfium sequi, qui in Thes. Paris. VI p. 1540 C recte habere Choeroboscum altero loco ὡς πὸς ἔχει μαινομένοισιν dicit, quorum metrum sit choliambicum. quod si putabimus, ex lyrico poeta verba petita erunt. Sed vel sic pro μαινομένοισιν corrigendum erit μαιομένοισιν. nam illud parum convenit verbis ὡς πὸς ἔχει (i. e. ὡς ποδῶν ἔχουσι). Non celabo tamen olim me coniecisse [τέρματα δ'] ὡς πὸς ἔχει τάχα μαιομένοισιν [ἐφάνθη] i. e. victoriam celeriter petentibus, ut pedes ferunt, meta apparet. in quo si ἐφάνθη aoristus gnomicus fuit, praesens ἔχει non habet offensionem. —

104. Etym. Magn. p. 664, 4: περικαλλής, ἐκ τοῦ κάλλος γίνεται. „ὄσσε πάρος περικαλλέ' ἐόντε" (Hom. Od. XIII 401). ἀδύνατον τὴν μετοχὴν ἀπὸ τοῦ ο ἄρχεσθαι· θέλει γὰρ ἀπὸ τοῦ ε ἄρχεσθαι, „ἐκτὸς ἐόντας" (Jl. IV 151), καὶ

ἐνθάδ' ἐόντ' ἐμάχοντο.

ultimum fragmentum nec interpretes noverunt neque ego scio unde sit depromptum. Sed diu est ex quo suspicatus sum depravatum esse ex Jl. V 634 ἐνθάδ' ἐόντι μάχης, quae suspicio omni dubitatione exempta nunc est codicis Florentini auctoritate, ubi p. 240 idem ille Jliadis versus comes sequitur locum Jl. IV 151. —

105. Etym. Magn. p. 704, 15: ῥικνοῖσι· „ῥικνοῖσιν ἐπισκάζουσα πόδεσσιν" (Apoll. Rhod. I 669), καὶ

ἄψεα ῥικνά,

μέλη τὰ ῥυτίδας ἔχοντα. Haec verba, quorum auctor ignoratur, apprime conveniunt Hecalae Callimacheae. accedit quod Callimachus adiectivo usus est fragm. XL et eum secutus Apollonius Rhodius, ut statuere videtur ad eius I 669 scholiasta, item Gregorius Nazianz. cf. Naek. Opusc. I 244. Verum tamen incertam coniecturam puto, quoniam si quis illud ἄψεα ῥικνά ex ἄψεα ῥικνόν corruptum et ex Oppiani Cyneg. II 346 (γενέτην — πόδας βαρύν, ἄψεα ῥικνόν) desumptum dicat, nemo facile obloqui poterit. nam Oppiano quoque Etymologici Magni auctor aliquoties teste utitur. —

106. Etym. Magn. p. 714, 5: σίπαλος· ὁ εἰδεχθὴς καὶ ἄμορφος·

ἀλλὰ σὺ μὲν σίπαλός τε καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἔφηλος.

Ignotus versus auctor fuit Ruhnkenio Epist. crit. II p. 166, Lobeck. Proleg. Pathol. p. 140, Dindorf. in Thes. Paris. vol. VII p. 272 C. —

107. Etym. Magn. p. 806, 2 (add. Epimer. Hom. in

Cramer. Anecd. Oxon. I p. 435, 13): *χαλκοχίτων. τὰ εἰς ων λήγοντα — ἐν τῇ συνθέσει ἀναβιβάζουσι τὸν τόνον· χθὼν αὐτόχθων· χιτὼν ἀστροχίτων·*

*πόλῳ ἀστροχίτωνι.*

*λειμὼν εὐλείμων, αἰὼν μακραίων· χωρὶς εἰ μὴ τοπικὴν σχέσιν τινὰ σημαίνει, ὡς κοιτὼν προκοιτών· θυρὼν προθυρών.* Fragmentum Callimachi esse putaverim ex Coma Berenices, quam Conon cum reliquis sideribus viderit [*ἐν*] *πόλῳ ἀστροχίτωνι*. nam expressisse haec verba puto Catullum quum diceret LXVI 1 omnia qui magni dispexit lumina mundi, qui stellarum ortus comperit atque obitus. Accedit quod *ἀστροχίτων* non solum Orpheus habet Argon. 515 (*μήνη ἀστροχίτων*) et 1031 (*ἀστροχίτων νύξ*), sed etiam Nonnus suum illum *Ἀστροχίτωνα* Dionys. XL 408 inde finxisse videtur. Et Paul. Silent. Ecphr. Eccl. I 155 quoque voce usus est et Joann. Gaz. Ecphr. tab. mund. I 194 dixit adeo: *ἀνιχνεύων — πόλον ἀστροχίτωνα*. nam hunc Gazaei versum ab Etymologo Magn. intelligi nemo facile dicat quum illo teste alibi non utatur. De *πόλῳ*, quod coelum hic significat, cf. Schoemann. ad Aeschyl. Prometh. p. 305. —

108. Etym. Gud. p. 256, 39: *τὴν — τῶν σύκων ψύξιν πρασίαν λέγουσι.*

*πρασίης ψευδόμενον φύλακα.*

Eadem eodem vitio deformata habet Gram. Cramer. in Anecd. Oxon. II p. 448, sed *τρασίαν* certe habet Etym. Magn. p. 449, 27 coll. p. 764, 25, ubi versus vulgo omittitur, quem addit tamen Cod. Sorb. ap. Gaisf. p. 1283 G hoc modo:

*τρασιῆς ψευδόμενον φύλακα,*

vitiose tamen et ipse scribens *τρασίης* contra Herodiani praeceptum I p. 294, 24 Lentz. Dictum videtur de dracone qui Hesperidum *μῆλα* custodiebat. —

109. Etym. Gud. p. 308, 26: *Καύκοντες ἕικας βόας, ἀποκοπῇ καὶ συγκοπῇ, καύκωνες, καυκώνων πτολίεθρον* (Callim. Hym. I 39), *καὶ κατὰ συγκοπὴν κώκων. Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν* (II p. 218 Lentz.) Qui Lobeck. Elem. Path. I p. 377 emendasse dicit *Καύκων θ' ἐς ἕλ. β.*, Lentzius l. l. aperte erravit. Verum est:

*Καύκων θ' ἕλικας βόας,*

ut habent cod. V. ap. Gaisf. ad Etym. Magn. p. 1422 G, cod. Paris. ap. Cram. Anecd. Paris. IV p. 55, 29 et cod. Florent. p. 180, nisi quod in hoc scriptum *Καύκων τ' ἕλικας βόας*. Epicum fragmentum videtur. sed de Ibyco cogitat Bergk. Poet. lyr. p. 1332. —

110. Etym. Gudian. p. 348, 21: *κρόκαλα·*

*ἧχι πολυκροκάλοιο παρ' ἀνδήροισι Νεμείης.*

*κρόκαλα λέγεται αἱ ψῆφοι τῶν ποταμῶν, ἀπὸ τοῦ κροτεῖν καὶ ψοφεῖν· Νεμέα πότε ἐν Ἄργει παρ' ἀνδήροις, τοῖς τοῦ ποταμοῦ ἀναχωρήμασι.* Sic etiam cod Havn. ap. Bloch. ad Etym. Magn.

p. 934 et cod. Florent. p. 196, et ut videtur cod. Dorvill. apud Gaisf. ad Etym. M. p. 1539 D, qui codex quum habeat π κροκάλοιο, legendum fortasse περικροκάλοιο. Versum ad Aetia Callimachi rettulerunt Hecker. com. de Anthol. I p. 204 et Rauch. p. 45, certe ad Callimachum Bergk. Anthol. II p. 150 n. 74. Assentior Heckero et versum cum Callimachi fragm. 315 coniungendum arbitror in hunc modum:

ἦχι πολυκροκάλοιο παρ' ἀνδήροισι Νεμείης
τὸν σὲ Κροτωπιάδην [δῶκέ ποτε Ψαμάθη
ποιμέσι]. —

111. Etym. Vossian. ap. Gaisf. ad Etym. Magn. p. 78 F: οἱ γὰρ Αἰολεῖς διπλάζουσι τὰ σύμφωνα, οἷον

ὁππότε κέ σφε ὀιζὺς ἔχει κρυεροῖο λιμοῖο.

Ita etiam Favorin. Eclog. p. 83, 32 Dind. et ipse corruptus. Corrige σφας et ἔχοι et κρυεροῦ, sed βίοιο cur pro λιμοῖο scribi ille iusserit non video. Propter σφάς cf. Hom. Jl. V 567 μή τι πάθοι, μέγα δέ σφας ἀποσφήλειε πόνοιο, de quo non ab omni parte verum tradit Lehrs. Quaest. epic. p. 306 (coll. Lobeck. Elem. Path. I p. 241 n.). certe etiam in Theocrit. XXI, 16 legitur πενία σφας ἐτήρει, et iure σφᾶς nunc restitutum est a Koechl. in Quint. Smyr. VII 350 et XII 575. In ὀιζύς correpta ultima syllaba non abhorreret ab usu Callimachi (cf. vol. I p. 232), cuius existimamus versum esse, fortasse ex historia de Asinaeis (frag. LI) petitum. ad Aetia etiam Rauch. l. l. p. 16 revocavit. cf. Bergk. Praef. Anth. II p. XII. —

112. Etym. Voss. ap. Gaisf. l. l. p. 318 A: ὅταν (ἀντιᾶν) τὸ διοικῶ καὶ διευθετῶ καὶ λαμβάνω, αἰτιατικῇ, ὡς τὸ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν (Jl. I 31), ὅτε δὲ τὸ συναντῶ, δοτικῇ ὡς τὸ

κῆτα πεφρίκασιν, τά τε σφίσιν ἀντιόωσιν.

Lege κήτεα πεφρίκασι et intellige de animalibus, quae deos appropinquantes horrent.

113. Etym. Voss. ap. Gaisf. l. l. p. 884 A: ἐνύω καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν ἐννύω, οἷον·

χιτῶνα τ' ἔννυτο δισσάς.

Olim conieci χιτῶνά τε ἔννυτο δείσας. sed nunc vix dubito, quin corruptum frustulum sit ex Hom. Od. V 229

χιτῶνά τε ἕννυτ' Ὀδυσσεύς.

Atque hoc Homeri hemistichio in eadem re utitur etiam Etym. Florent. p. 96. —

114. Etym. Voss. ap. Gaisf. ad Et. M. p. 2298 F: τὸ ὥς μόριον τοῦ οὕτως ὁλοκλήρου ἐπιρρήματος λείψανον εἶναι θέλουσιν. διὰ τοῦτο γοῦν ἐνίοτε σὺν τῷ ι (scribe τ) ἐκφέρεται, οἷον·

τὼς δ' ἐφθέγξατο Καλλιόπεια.

Fragmentum Callimachi Αἰτίων prologo interpositum fuisse iam olim suspicatus sum in Diar. antiquitat. 1848 p. 787, atque assentientes mihi habui Rauch. l. l. p. 11 et Bergk. Anth. II p. 143

n. 4. Me ut de Callimacho cogitarem hoc imprimis impulit, quod inusitatiore forma *Καλλιόπεια* etiam imitatores Callimachi usi sunt, Agathias in Anth. Pal. IV 107 et Nonn. Dion. XIII 430. XXII 190 et 323. add. Triphiod. 4 et Orph. Arg. 686. quamquam ante Callimachum iam usurpabant Stesichor. fr. 45 Bergk. et Empedocl. fr. 340 Stein. —

115. Etym. Paris. 2720 in Cramer. Anecd. Paris. IV p. 7: *ἄμαθος. ἡ ψάμμος· πλέον ἀμάθοιο βαθείης, παρὰ τὸ ψάμαθος καὶ ἀποβολῇ τοῦ ψ ἄμαθος.* Nihil de ea re disputans Etym. Magn. p. 75, 55 testimonii affert, sed affert Florentin. p. 26 hoc: *τύχε γὰρ ῥ᾽ ἀμάθοιο βαθείης.* qui est Jliad. V 587. non puto tamen illum ex hoc versu suum male effecisse, sed alius poetae frustulum attulisse, quod tale fuit:

*πλέων ἀμάθοιο βαθείης,*

nimirum exercitus aliquis (*στρατὸς δὲ πλέων ἀ. β.*). Fuit fortasse in Aet. II 5. —

116. Etym. Paris. 2720 in Cram. Anecd. IV p. 55 (add. cod. Paris. 2636 ibid. p. 67 et cod. Florent. p. 179): *καταρρεπές· ἔνθα δ᾽ αὐτίκ᾽ ἔπειτα καταρρεπὲς ἔσσυτο κῦμα,* ubi *ἔνθα δ᾽ αὐτίκ᾽ ἔ.* habet etiam Florent. l. l., sed cod. Par. 2636 dat *ἔνθεν δ᾽ αὐτι.* vel hoc restituendum vel quod mihi quidem magis placet

*ἐνθάδε δ᾽ αὐτίκ᾽ ἔπειτα καταρρεπὲς ἔσσυτο κῦμα.*

Memini de hoc versu disputare etiam Bergk. com. crit. V p. V, sed inspicere nunc non possum. *Καταρεπές* habet Hesychius quoque II p. 433.

117. Etym. Florent. p. 28 Mill.: *ἀμίστυλλον·*

*θέντες ἀμίστυλλον ταῦρον ἐπ᾽ ἰσχ * * **

*σημαίνει δὲ τὸν μὴ κεκομμένον, ἀδιάκοπον.* Versum verissime explevit *ἐπ᾽ ἐσχαρόφιν* Duebner. ap. Mill. p. 461 (assentiente Nauck. in Bulletin. de l'Académ. imp. de Pétersb. XIII p. 362) et de Callimacho cogitavit (num Aet I 13?). Solum *ἀμίστυλλον ταῦρον* ex lemmate Etym. Magn. p. 83, 47 noverat Mein. Anal. Alex. p. 168, qui nescio quo iure inverso ordine scripserit *ταῦρον ἀμίστυλλον.* Ad fabulam de Dionysio Zagreo rettulit Rauch. de Aet. p. 52. —

118. Etym. Florent. p. 61: *Βασσαρίδες· αἱ Βάκχαι, οἷον·*

*κέντορι Βασσαρίδων.*

Fragmentum, quod Etym. Magn. p. 191, 2 et Gudian. p. 105, 54 omittunt, de Dionyso dictum videtur, ut is deus *Βασσαρίδων ἐλατήρ* audit in Nonn. Dionys. XX 310, unde de Callimacho auctore cogitare aliquis possit. ac cf. Aet. IV 4. —

119. Etym. Florent. p. 93: *δυαί· ἐκ τοῦ δύο γίνεται δυὴ καὶ δυαί·*

*δυαὶ μὲν μεμέληνται.*

Non unam ob causam hic locus iudicium perturbat. Etsi enim quivis concedat, de ea voce agi quae aerumnam significat, tamen et hoc offendit quod *δυαί* et *δυή* constanter scribitur, quum de

accentu (*δύη*) constet ex Herodian. I p. 306, 25 Lentz., et quod statim post illa sequitur novum lemma *δύη* cum explicatione, si quid ex Milleri silentio colligi potest, conveniente cum Etym. Magn. p. 290, 57. Ante omnia autem vix ac ne vix quidem credibile est, quod suum illud *δυαί* ex *δύο* descendere grammaticus statuit. sed hic quidem apertus error est librarii, ipse enim grammaticus sine dubio scripserat *δύω*. nam in Etym. Magn. l. l. legimus: *δύη — ἀπὸ τοῦ δῶ τὸ δεσμεύω. — ἀπὸ τοῦ δέω οὖν γίνεται δύω, ὡς ῥέω ῥύω ῥύσις, καὶ χέω χύω χύσις. δύω* (*ἐκ τοῦ δύω?*) *οὖν δύη, ἡ συνδεδεμένη τῷ πάσχοντι κ. τ. λ.* Hoc autem correcto errore nihil impedit quin grammaticum putemus novum caput addidisse lemmati *δύη*, quoniam in hoc pluralis *δύαι* exemplum desiderabat (qualia quidem etiam alibi extant. cf. Blomf. ad Aeschyl. Prom. 186), simul autem pravo accentu qui in illo exemplo erat deceptum fuisse. Sed librario acceptum rettulerim etiam vitium quo fragmentum depravatum videtur, quod scriptum fuisse olim ita puto:

*δύαι αἱ μὲν μεμέληνται,*
*[αἳ δὲ μέλουσ' ἔτι νῦν * * * * *],*

ubi quae sententia fuerit indicare volui addens graeca verba in metri speciem conformata. sic enim iudico, in tractandis fragmentis laceratis si quis hoc vel illud deesse statuerit, parum ita profici, nisi simul demonstretur ea facile metro adaptari posse. De *μεμέληνται* autem confero Hom. Od. X 505 *μή τί τοι ἡγεμόνος γε ποθὴ παρὰ νηὶ μελέσθω* et Il. XXIV 152 *μηδέ τί οἱ θάνατος μελέτω φρεσί* et Hecalae Callimacheae verba esse existimo —. Nunc demum video Nauckio in Bullet. de l'Acad. imp. de S. Pétersbourg XIII p. 359 locum ita scribi placuisse: *δοιαί· ἐκ τοῦ δύο γίγνεται δοιοὶ καὶ δοιαί· δοιαὶ μὲν Μενελάῳ* (*ἀρήγονες*), qui est versus Il. IV 7. —

120. Etym. Florent. p. 99: *ἔθειρα ἡ θρίξ — παρὰ τοῦ ἐξ ἔθους ῥεῖν. Σωρανός, οἷον·*

*κισσῷ δ' ἱμερόεντι καλὰς ἔστελλεν ἐθείρας.*

Verba inde a *Σωρανός* omissa sunt in Etym. Magn. p. 318, 52, Soranum certe addit Orion. Etym. p. 53, 21. Nolim autem quisquam putet versum esse Sorani. imo is in libro quem inscripsit *περὶ Ἐτυμολογιῶν τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου*, saepe illo ab Etymologis adhibito, incerti poetae illum versum apposuerat. quem si quis Callimachi esse eiusque argumentum ad Dionysum *τὸν κισσοδέταν θεόν* (Pind. fragm. LIII 9) pertinere putaverit ut qui primus in eum usum *κισσῷ* caput coronaverit, aptum certe et dignum Callimacho habebimus *αἴτιον*, ex quo poeta fortasse Dionys. Perieg. 947 hunc simillimum fecit versum: *κισσῷ δ' ἱμερόεντι καλὰς ἔστεψεν ἐθείρας*. nisi praestat putare hunc ipsum a grammatico citari Dionysii versum leviter corruptum. —

121. Etym. Florent. p. 119 extra.: *ἐπηετανός.*

*ἐπηετάνοιο ποτισμοῖο παρείκοντες.*

Dubitanter ignotum mihi aliunde versum corrigebam sic:

*ἐπηετανοῖο ποτισμοῦ*
*παρστείχοντες.*

Voce *ποτισμός* utitur quidem schol. Apollon. Rhod. IV 1247 nomen *ἀρδμός* explicans, quod et alibi saepe legitur et in Hom. Od. XIII 247 *ἀρδμοὶ ἐπηετανοὶ παρέασιν*, ex quo loco suum illud anonymus poeta expressisse videri possit (ut putabat Nauck. Bulletin. l. l. p. 364, qui corrigit *ἀρδμοὶ ἐπηετανοὶ* (*οὐ διαλείποντες*), *παρστείχοντες* iungens cum genetivo, quod a plerisque factum est etiam in Sophocl. O. Tyr. 801 *ὄχου παραστείχοντα τηρήσας.* quamquam genetivus aliunde quoque pendere potuit, velut si scripsit poeta: [*ἄρδον ὅπου βοσκήμ' ἀπ'*] *ἐπηετανοῖο ποτισμοῦ παρστείχοντες.* Sed quum non satis certa sit nominis *ποτισμός* auctoritas, nescio an praestet fragmentum corrigere et explere in hunc modum:

[*πῖνον ὅπου κρήνης ἀπ'*] *ἐπηετανοῦ ποτίμοιο*
*παρστείχοντες,*

quae verba potuerunt in Aetiis Callimachi locum habere ubi narrabatur de Hypsipyle septem ducibus fontem monstrante. —

122. Etym. Florent. p. 142: *λέγεται δὲ παρὰ τῷ ποιητῇ καὶ ἠβαιὸν καὶ βαιόν. ἐτυμότερον δέ ἐστιν οἷον ἀβαιόν, ὃ οὐκ ἔστι διὰ μικρότητα ἐπιβῆναι. οἱ δ' ἐλθόντες οὐδ' ἠ βαιόν, καὶ βαιῷ δ' ἐν αἰῶνι βροτῶν καὶ βαιὸν ἐπὶ ποταμοῦ.* Eadem fere habet Zonar. I p. 971 cum tribus illis fragmentis, quorum primum est Homeri Od. IX 462, tertium Arati 358, utrumque laudatum etiam a schol. Hom. Jl. II, 380 (cf. supra fr. DXL), sed secundum omittente, quod ita in integrum restitui posse videtur:

*βαιῷ δ' εἰν αἰῶνι βροτῶν.*

Legebatur fortasse in Callimachi Hecal. cap. VII. —

123. Etym. Florent. p. 151: *Ἡράκλεις· ὅταν γένηται Ἥρακλε, κατὰ συγκοπήν ἐστι τοῦ ε ἀπὸ τοῦ Ἡράκλεε, οἷον· Ἥρακλε χαλκεόζωνε, ὥστε τὸ Ἥρακλες συγκοπῇ· τὸ δὲ Ἡράκλες· ἐγκαλοῦνται δὲ καὶ τοὺς Ἡρακλείδας ὁμοίως· Μένανδρος· ἀλλ' Ἡρακλεῖδαι καὶ θεοί. τὸ δὲ Ἡράκλεις συναλοιφή· ἔστι δὲ ἐπίφθεγμα θαυμαστικόν.* Formam *Ἥρακλε* si qui vel unus testis idoneus aliunde firmaret, non dubitarem probare, non quo tantam *συγκοπῇ* aut *συναλοιφῇ* aut similibus figuris vim tribuerem, sed quod putarem poetam aliquem epicum ex imitatione Homeri, qui non solum *Πατρόκλεις* vocativo usus est, sed etiam *Πάτροκλε* habet (Jl. XIX 287 *Πάτροκλέ μοι δειλῇ πλεῖστον κεχαρισμένε θυμῷ*, et saepius), *Ἥρακλε* finxisse, quasi a nominativo *Ἥρακλος* esset, ut *Πάτροκλος* et *Πατροκλῆς*, *Ἴφικλος* et *Ἰφικλῆς*, alia, iuxta dicuntur. Verum enim vero *Ἥρακλε* solius Milleri nititur errore, qui semel librarii oscitantia decipi se passus etiam in fragmento illo *Ἥρακλε* de suo dedit, etsi non in codice solum *Ἥρακλες χαλκεόζωνε* legitur, sed eodem modo etiam in Etym. Magn. p. 436, 19

scribitur. Hoc igitur verum putabimus, praeterea ignotum poetam hoc metro – – – – – – ⏑ usum scripsisse arbitrabamur

*Ἥρακλες χαλκόζωνε,*

qui hexametri exitus fuit, qualis est Jliad. XVI 647 *πολλὰ μάλ' ἀμφὶ φόνῳ Πατρόκλου μερμηρίζων* (cf. Ludwich. de Hexam. spondiacis (p. 162). *Χαλκόζωνε* autem olim edebatur in Etym. Magn. l. l., donec Gaisf. ex codice M. *χαλκεόζωνε* scripsit, cui assentitur Florentinus. sed per se tamen utraque forma proba est, etsi neutra alibi reperitur. nam *χαλκεοθώραξ* (Hom.) et *χαλκοθώραξ* (Sophocl.), *χαλκεόνωτος* (Nonn.) et *χαλκόνωτος* (Eurip.), *χαλκεόφωνος* (Hom.) et chalcophonos (Plin. Nat. hist. XXXVII, 154) poetae aequo iure utuntur prout alterutrum metro magis convenit, id quod scribis quidem non subolebat, qui in Pind. Nem. X extr. *χαλκεομίτρα* dederunt omnes (ut in Quint. Smyr. I 274 recte legitur *Εὐήνορα χαλκεομίτρην*) pro *χαλκομίτρα*, et in Eurip. Suppl. 999 inter *χαλκοτευχοὺς* et *χαλκεοτευχοὺς* fluctuant. itaque causa non est cur de voce *χαλκόζωνος* dubitemus, praesertim quum ubi altera compositionis vox initio habeat *σύμφωνον διπλοῦν*, vix aliter dicatur atque *χαλκογλώχιν*, *χαλκοκνήμις*, *χαλκόκροτος*, *χαλκόπλευρος*, *χαλκοπληθής*, *χαλκόπληκτος*, *χαλκοσκελής*, *χαλκοστέφανος*, *χαλκόστομος*, *χαλκόφθογγος* etc. Si quis tamen *χαλκεόζωνε* mordicus teneat, hoc ita tantum probabimus, ut poetam metro coactum choliambo usum esse et ita corrigi debere existimemus: [*πρόσευχομ'*], *Ἡρακλές σε χαλκεόζωνε*. Sed nondum nobis licet a grammatico Florentino discedere, cuius errores Millerus plus semel auxit non inspecto Etymol. Magn., quod si fecisset, sine dubio in hunc modum correxisset: *ὅταν γένηται Ἥρακλες, κατὰ συγκοπήν ἐστι τοῦ ε ἀπὸ τοῦ Ἡράκλεες, οἷον Ἥρακλες χ., ὥστε τὸ Ἥρακλες συγκοπή, τὸ δὲ ἐντελὲς Ἡράκλεες* (*τὸ δὲ συγκοπὴ τοῦ* H. addere malebat Miller.), *τὸ δὲ Ἡράκλεις συναλοιφή. ἔστι δὲ ἐπίφθεγμα θαυμαστικόν· ἐπικαλοῦνται δὲ καὶ τοὺς Ἡρακλείδας ὁμοίως· Μένανδρος· ἀλλ' Ἡρακλεῖδαι* (cf. Mein. Com. gr. IV p. 301) *καὶ θεοί*. Nam de Menandro observationem alieno loco positam huc retrahendam esse et ipsa res docet et Phot. lex. p. 266 Nab. persuadet, ubi recte quoque editur *ἐπικαλοῦνται*. Postremo si *Ἥρακλες χαλκόζωνε* Callimachum in Aetiis dixisse affirmo me putare, aliam non habeo causam nisi hanc sane levem, quod hunc poetam allocutum esse Heraclem constat etiam fragm. CXX. —

124. Etym. Florent. p. 157: *Θετίεια· πόλις μεταξὺ Φαρσαλίας·*

*εὐστάχυος Θετιείης·*

ubi in grammatici verbis scribendum videtur *μεταξὺ Φαρσαλίας καὶ Παλαιφαρσάλου* coll. Bursian. geogr. Graec. I p. 76. Quod autem grammaticum videmus affirmantem, *Θετίεια* loci nomen fuisse, cuius alibi non invenitur nisi *Θετίδειον*, id aequi

bonique consulimus nec putamus errore esse procreatum. nam *Θέτις*, unde nomen loco, non solum *Θέτιδος*, sed etiam *Θέτιος* declinatur. Sed hoc quis novaverit poeta si quaeritur, ego neminem magis existimaverim quam Rhianum, quem in *Θετταλικοῖς*, amplissimo opere, multa eius modi exprompsisse constat. cf. Mein. Anal. Alex. p. 186 seqq. —

125. Etym. Florent. p. 157 extr.: *θεῦν· σημαίνει τὴν θεόν, οἷον θεῦν Ἄρτεμιν οἷον· ἔπαθεν.* Eiusdem fragmenti solum *θεῦν Ἄρτεμιν* dant Etym. Magn. p. 448, 31, Cram. Anecd. Par. III p. 242, 28 et Eustath. ad Hom. p. 775, 48, hic autem ibid. p. 1387, 29 etiam articulum largiens *τὴν θεῦν Ἄρτεμιν*, quem omittens cod. Etym. Parisin. ap. Gaisf. p. 1280 G addit tamen *οἷ' ἔπαθεν*. quos omnes liberalitate superans Choerob. Dictat. p. 421, 28 (= Bekk. Anecd. p. 1231 coll. Herodian. I p. 415) hoc dedit

*τὴν θεῦν Ἄρτεμιν οἷ' ἔπαθεν*,

quod Callimachi esse putat Mein. in Herm. vol. III p. 453, quem sane etiam alibi forma *θεύς* usum fuisse scimus. cf. vol. I p. 379 seq. Aptissime autem explicabimus de Cydippe (cf. Aet. III 1) quae morbo correpta ob periurium invitum querebatur:

[*μεμφομένη*] *τὴν θεῦν Ἄρτεμιν, οἷ' ἔπαθεν.* —

126. Etym. Florent. p. 169: *ἰνάσσω· σημαίνει τὸ ἰσχὺν παρέχω, οἷον· ὅτ' ἄν μ' ἰνάσσατο, ἀπὸ τοῦ ἴς ἰνός, ὃ σημαίνει τὴν δύναμιν, ἐν σημειώσει δὲ καὶ τοῦτο ἐπὶ τοῦ μέλλοντος.* Verbum *ἰνάσσω τὸ δύναμιν* (*ἰσχὺν*) *παρέχω*, quod in Thes. Paris. Tom. IV p. 605 non suo loco tractatur, sed sub *ἰνάω*, grammatici agnoscunt, Suidas I 2 p. 993, Choerob. Dict. p. 645, Etym. Magn. p. 100, 39. p. 285, 48. p. 470, 302 (Gaisf.), Etym. Gud. p. 193, 51, sine testimonio omnes, ut inde non liceat a Florent. appositum poetae fragmentum corrigere. nam corruptum sine dubio est, quum indicativus isque medialis aoristi locum non habeat et quae de significatione futuri grammaticus monet, intelligi non posse videantur. intelligentur autem si ita correxerimus:

*ὅτ' ἄν μ' ἰνάσσετε*

i. e. *ἰνάσσητε*, quibus alloquitur aliquis homines se adiuturos. quis autem poeta ita dixerit, ne coniectando quidem assequor. —

127. Etym. Florent. p. 188: *κλεύθομαι. ἐὰν μὲν ὑπὸ τὸν Ἅιδην κρύπτωμαι* (leg. *κρύπτομαι*), *ἔστι κεύθομαι καὶ πλεονασμῷ τοῦ λ. ἐὰν δὲ παραγωγὸν* (hoc insere cum Etym. Magn. p. 517, 46), *τὸ πορεύομαι, κελεύθομαι, κλεύθομαι οἷον· εἰς Ἅιδος περιόντα κλεύθομαι.* Observationem vides pertinere ad Il. XXIII 244 *εἰς ὅ κεν αὐτὸς ἐγὼν Ἄιδι κεύθωμαι*, ubi fuisse qui *κλεύθωμαι* legerent a *κέλευθος* ductum scholia docent. add. Hesych. II p. 491 *κλεύθωμαι κελεύθωμαι, παραγένωμαι, ὁδεύω.* Idem autem Hesychius quum ibidem habeat etiam *κλεύσομαι· κελεύθωμαι*

(*κελεύσομαι?*), *ὁδεύσω*, apparet, poetas *κλεύθωμαι* in suis Homeri exemplaribus inventum in usum suum convertisse. quod fecit sine dubio etiam, cuius fragmentum in Florentino appositum est et ita videtur emendari et explicari posse:

[*κεῖνον ἔγωγε μάλιστα καὶ*] *εἰς Ἄιδος παριόντα*
*κλεύθωμαι* [*πέμπων*].

Dixit fortasse haec aliquis de homine quodam quem tanto amore amplectebatur, ut etiamsi is in orcum descenderet, tamen se illum libentissime secuturum tamquam *πομπέα* et ipsum eo iturum affirmaret. Non dissimulabo tamen longe aliter statuere Lehrsium in Lentzii Herodianeis II p. 1251, qui fragmentum ignotum nullum hic esse putabat, sed grammaticum *κεύθωμαι* quidem ex Il. XXIII, 244, at reliqua ex Il. XIII 415 (*εἰς Ἄιδός περ ἰόντα πυλάρταο κρατεροῖο*) sumpsisse et cum illo copulasse memoriae lapsu atque ita fere statuit etiam Nauck. in Bulletin. l. l. p. 362. Iudicent alii. (Num Hecalae verba sunt?) —

128. Etym. Florent. p. 193: *κόρση, ἡ κεφαλή — ὅθεν καὶ κορσωτήρ, ὁ τὰς τρίχας τίλλων καὶ κουρεύων· οἷον· ὡς δ' ἐνὶ κορσωτῆρος ὑπὸ τρίχα καλλύνονται.* Fragmentum in Etym. Magn. p. 530, 50 omissum habet etiam cod. Havn. 1971 ap. Bloch. post Etym. Gud. p. 929 (ubi legitur *ὡς δὲ νῦν κορσωτῆρος ἀπὸ τρίχα καλλύνονται*), item Etym. Gud. p. 338, 29 (*ὡς δ' ἐνὶ κορσωτῆρος ἀπότριχα καλλύνεις*) et Etym. Paris. 2636 in Cram. Anecd. Paris. IV p. 76 (*κορσωτῆρος ἐνὶ τρίχα καλλύνονται*). Legendum videtur:

*ὡς κτενὶ κορσωτῆρος ὕπο τρίχα καλλύνονται*

scilicet *ἠίθεοι*, puto, ut fortasse sit ex Hecal. cap. VI. minus probabiliter Hecker. Com. Call. p. 116 corrigit *ᾧ ἐνὶ κορσωτῆρες ἀπὸ τρίχα καλλύνουσιν*, quae ex Callimachi Hecale petita putat et proxime fragm. CCCVIII et CCCCXCVII posita fuisse, de quo mihi quidem non aeque liquet. —

129. Etym. Florent. p. 194: *ὡς παρὰ τὸ ἱερὸς γίνεται ἱέραξ — καὶ μύρμοξ* (leg. *μύρμος*) *μύρμαξ, οἷον· αὐτίκα μύρμων πλέονες ἢ ψιάδων.* Fragmentum, cuius nimis maligne brevissimam tantum partem dedit Etym. Havn. 1971 ap. Bloch. pone Etym. Gud. p. 931 A, facillima ratione ita in integrum restituimus:

*αὐτίκα καὶ μύρμων πλείονες ἢ ψιάδων,*

quae de magna aliqua multitudine intelligenda videntur vel formicarum aut imbris guttarum numerosiore. Et *πλείονες* suasit Nauck. in Bullet. l. l. p. 362. nescio autem an de Callimacho auctore cogitandum sit, cuius ibidem fragm. LXXVIII *καὶ τῶν νεήκων εὐθὺς οἱ τορώτατοι* citatur ad demonstrandum praeter *νέος* etiam *νέαξ* dici ut *ἱερός ἱέραξ, μύρμος μύρμαξ*. Poterat ita dici in Aet. II 5. —

130. Etym. Florent. p. 204: *Λευκαρίων· οἷον· Πύρρα ἢ Λευκαρίων· Δευκαλίων.* Omisso fragmento etiam Etym. Magn. p. 561, 54 Deucalionem dictum *Λευκαρίωνα* fuisse testatur vide-

turque ad eundem pertinere etiam glossa Suidae p. II 1 p. 543 *Λευκαρίωνος. ὄνομα κύριον*, ubi vera lectio fortasse ex antiqua et Bernhardyana componenda est haec: *Λευκαρίων, Λευκαρίωνος· ὄνομα κύριον.* Fragmentum autem, quod propter formam *Λευκαρίων* aliunde nunc non notam non dedecere poetam Alexandrinum, velut Callimachum, videtur, ita corrigendum putamus:

*Πύρρ' ἰδὲ Λευκαρίων.*

nam in *Πύρρα* quum ultima brevis sit, ut apparet ex fragmento Rhiani in Meinek. Anal. Alex. p. 186 *Πύρραν δήποτε τήν γε παλαιότεροι καλέεσκον, Πύρρης Δευκαλίωνος* (incertum est Pind. Ol. IX 43), ultima syllaba elidi poterat. Potuit sedem suam habere in Callimachi Aet. II 5. —

131. Etym. Florent. p. 208: *λοῖσθος καὶ λοίσθιον* (corr. *λοίσθιος*), *παρὰ τὸ ὄλισθος, καθ' ὑπέρθεσιν τοῦ λ, λοῖσθος καὶ λοίσθιος, οἷον· ὅ τε γλώσσῃ πλεῖστος ὁ λοῖσθος ἔνι, ὁ ἔσχατος, ὁ ἐξολισθήσας. ἢ παρὰ τὸ λείπω λόσθος καὶ λοῖσθος, οἷον· λοῖσθος ἀνὴρ ὤριστος ἐλαύνει μώνυχας ἵππους.* Alter locus Homeri est Il. XXIII 536, prior ignoti poetae, qui certe sic scribendus est:

*ὅτε γλώσσῃ πλεῖστος ὁ λοῖσθος ἔνι.*

Indicat opinor, poeta eius hominis condicionem qui iram qua animus cruciatur non omnem apertis verbis exprimit, sed maximam partem in lingua quasi retinet, quo fere fit, ut acerbior ira fiat. nam *θυμός* vel simile aliquid quod significet in initio versus fuisse videtur. —

132. Etym. Florent. p. 249: *πόκτος· πάντες φαυροτέροις ποκτοῖσι φέρον, παρὰ τὸ πόκος πόκτος.* Vocem *πόκτος* addubitans Meinek. in Herm. III p. 454 *ποκετός* substituere ei voluit vocem et ipsam a nomine usurpatam. At certe adiectivum verbale *πεκτός* nemo contra analogiam formatum dixerit, cui si quis substantivi potestatem tribuens cum mutato accentu etiam vocalem mutavit velificante nomine *πόκος*, nihil profecto fecit quin vulgus saepe fecerit. ac legitur etiam in Arcad. p. 80, 9: *τὸ δὲ οἶκτος βαρύνεται — καὶ τὸ ἄρκτος καὶ πόκτος ὁ πόκος*, ubi nescio quo iure quave auctoritate Lentz. in Herodian. I p. 217, 31 ediderit *πέκτος ὁ πόκος*, quem sequitur Nauck. in Bulletin. l. l. p. 362. Praeterea cum homine nobis hic rem esse qui singularia captaverit, eo apparet liquido, quod voce *φαῦρος* usus est ab uno monstrata Hesychio IV p. 235 *φαῦρος· κοῦφος.* Cuius interpretatio una cum mentione lanae in memoriam mihi revocat Hom. Il. XII 451: *ὡς ὅτε ποιμὴν ῥεῖα φέρει πόκον ἄρσενος οἰὸς χειρὶ λαβὼν ἑτέρῃ, ὀλίγον δέ μιν ἄχθος ἐπείγει* —, ut in hunc modum fragmentum corrigendum et explicandum censeam:

*πάντ' ἴσα φαυροτάτοις πόκτοις φέρον*

nam *πόκτοισι* in ea versus sede nemo facile scripserit, et superlativus saepe in comparativum et contra male abiit (cf. vol. I p. 337). Quis autem ubi dixerit quosdam omnia sine negotio abstulisse, quasi levis lana esset, definire non ausim. Num intelligendi Dryopes? —

133. Etym. Florent. p. 260: *ῥά σφιν· τὸ πλῆρες ἄρα σφιν. πέπονθεν ἔκθλιψιν τοῦ α. Εὕρηται ἡ σφὶ ἀντωνυμία παρὰ τῷ ποιητῇ σὺν τῷ ν· Συρακούσιοι δὲ ψὶν λέγουσι Λάκωνες φίν·*

*παρὰ δέ σφι κόραι λευκάσπιδες.*

*Κόραι λευκάσπιδες* (ubi ultimam vocem suspectat Nauck. in Bulletin. l. l. p. 362) videntur Amazones esse. cf. schol. Hom. Il. II 175 (Herodian. I p. 85 et II p. 32): *τίθεται γὰρ καὶ ἐπὶ ἀρσενικοῦ, ὡς καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου τὸ λεύκασπις· καὶ γὰρ ἐπὶ Ἀμαζόνος ταγείη ἄν.* Fuit fortasse ex Elegia aliqua de Amazonibus (cf. Aet. II 1), quae in pugna ex adverso genti alicui stabant, si quidem recte ad explendum versum in fine scriptum fuisse conicio *λευκάσπιδες ἔσταν.* —

134. Etym. Florent. p. 269: *Σπαρτιάτης· ἀπὸ τοῦ Σπάρτη Σπαρτίτης καὶ πλεονασμῷ τοῦ α Σπαρτιάτης. ὅμοιόν ἐστι καὶ τὸ Κροτωνιάτης.*

*οὐδὲ Κροτωνίτης ἐξεκάθαιρε Μίλων*

*εἶτα Κροτωνιάτης.* qui versum omittit Etymologus Magnus p. 722, 48 (Herodian. II p. 221) addit tamen testem Herodianum *περὶ Παθῶν.* quod autem *Μίλων* hic priorem syllabam corripit quam antiquiores producere solent, idem etiam alibi factum. cf. Dindorf. Thes. V p. 1066 D, ubi adde Ovid. Metam. XV 229: — fletque Milon senior, cum spectat inanes illos, qui fuerant solidorum mole tororum Herculeis similes, fluidos pendere lacertos. Vel hoc eo rapit, ut fragmenti auctorem Callimachum putemus, quem et ipsum Milonem cum Hercule Augiae stabulum expurgante comparasse persuasum habemus in Aetiis eo loco ubi legebatur fr. 216: *σὺν δ' ἄμυδις φορυτόν τε καὶ ἴπνια λύματ' ἄειρεν.* Hoc enim gravissimum opus opinor poetam dixisse ne Milonem quidem facturum fuisse:

[*οὐδέ κεν ἄλλος*]

*οὐδὲ Κροτωνίτης ἐξεκάθαιρε Μίλων,*

[*εἰ καὶ κεῖνος ἔγεντο μετὰ προτέροις μερόπεσσι*]

nam hoc fere modo Callimachum locutum esse existimo, qui quum Milonem *ἐκκαθαίρειν* dixerit, non *καθαιρεῖν*, ultro ad eius modi quam statuimus expurgationem ducit. —

135. Etym. Florent. p. 280: *τευμήσατο, ἐτεχνήσατο Κεκροπίης τευμήσατ' ἐπίσκυρος Εὐρύκλεια· ἐπίσκυρος δέ ἐστιν οἷον ἐπικυρῶτις ἡγεμών.* Adiectivi *ἐπίσκυρος* explicatio vereor ne a grammatico ipso, non ab antiquis lexicographis, excogitata sit ea, quae proxime ad explicandae vocis similitudinem accedat. aliter enim vocem legeremus quae in communem usum recepta esset, quod in *ἐπικυρωτὶς ἡγεμὼν* vel in *ἐπικυρωτὸς ἡγεμὼν* (hoc enim grammaticum scripsisse et approbatum ducem intellexisse putamus) nequaquam cadit. Videtur autem grammaticus aliquid inaudivisse de glossa qualis est apud Hesych. II p. 168: *ἐπίσκυρος — ἄρχων, βραβευτής — ἐπίσκοπος, ἔφορος.* hinc enim ni fallor suum illud *ἡγεμὼν* sumpsit, sed paulo calidius et cupidius.

nam ἐπίσκυρος illud υ habet longum, si quidem ex fragmento Callimachi CCXXXI conici licet, in quo ἐπίσκυρος nunc legitur. Vel ob hanc causam putamus grammaticum vitioso codice deceptum scribarum errorem excusare et explicare studuisse, poetam autem scripsisse:

Κεκροπίδης τευμῆσατ' ἐύσφυρος Εὐρύκλεια.

In his quae Eurycleia intelligatur ignoro. illud autem video, dici de aliqua re, quam Atheniensibus Eurycleia invenerit, quale argumentum apprime Callimachi Aetiis aptum est. Fragmenti anonymi verba non mutat tamen Nauck. in Bulletin. l. l. p. 362. —

136. Zonar. Lex. p. 753: ἐνῶρτο. ἔστιν ὄρω· ὁ μέλλων ὄρσω· ὁ παθητικὸς (add. ἐνεστὼς ex Etym. Magn. p. 826, 12) ὄρομαι. ὁ παρατατικὸς ὠρόμην, ὦρου, ὦρετο καὶ συγκοπῇ ὦρτο. καὶ ἐνῶρτο ἀντὶ τοῦ διεγείρετο· „ὦρτο μὲν μέγα κῦμα". Eadem redeunt p. 1470 ὄρθαι· ἀντὶ τοῦ διεγερθῆναι, ubi fragmentum scribitur ὦρται μὲν μέγα κῦμα. Quod indicio esse videtur, ab initio nec ὦρτο nec ὦρται scriptum fuisse, sed aliud, ex quo utrumque oriri potuit, ὦρτ'. et ita simul facile reducetur praepositio ἐν, quam versui insertam fuisse ita, ut non verbo coniuncta esset, sed per tmesin locum haberet, ex ipso Zonara apparet. Itaque corrigimus:

ὦρτ' ἐν μὲν μέγα κῦμα,

in quo ne quem μέν offendat, videat potueritne poeta anonymus integrum versum fingere talem: ὦρτ' ἐν μὲν μέγα κῦμα [κατηρεφές, ἐν δ' ἁλὸς ἄχνη]. ἐν autem referri potuit ad πόντος quod in antecedente versu legebatur (velut ὤρνυτο πόντος). quod si fuit, δέ post ὦρτο recte omitti potuit. Nolim autem quis statuat versum anonymum ex aliquo Homeri procreatum esse errore, cuius qui afferri possunt versus nimis abludunt, etiam qui simillimus est, Il. XXIII 215 ὦρτο δὲ κῦμα | πνοιῇ ὕπο λιγυρῇ. Suspicor potius Callimachi esse, cuius in Aetiis descriptio procellae fuisse videtur. cf. Aet. II 3. —

137. Zonar. Lex. p. 1312: λίστρον, τὸ ξύστρον

λίστροισιν ἐοικότα

Nolebat uti Homeri loco Od. XXII 455 λίστροισιν δάπεδον πύκα ποιητοῖο δόμοιο ξῦον, sed ignoti poetae frustulum citavit, quod Tittmannus de vento interpretatur terram verrente, recte fortasse. nam poeta scribere potuit [ἔνθ' ἄνεμον] λίστροισιν ἐοικότα [πέμψε Κρονίων], quae nescio an ad eundem Callimachi locum referenda sint atque fragmentum praecedens. —

138. Zonar. Lex. p. 1359: μηλόβοτον· τὸ καλῶς τρέφον τὰ πρόβατα· „μηλόβοτον πεδίον διήλθομεν". Si cordate grammaticus scripsit τρέφον, non est dubitandum quin eum poeta μηλοβότον scripserit. passive quum alibi dicatur, recte scribitur μηλόβοτος, ut in Hesych. III p. 103 μηλόβοτος, τόπος ἀνειμένος προβάτων εἰς βρῶσιν, quod hinc sumpsit Phavorinus. rursus male in Etym.

Magn. p. 581, 23 interpolatum est μηλόβοτος, ὁ τὰ μῆλα (τουτέστι τὰ πρόβατα) βόσκων. Ad redintegrandum autem versum, cui praeter duos pedes brevis syllaba deest, facillimum fuerit corrigere:

μηλόβοτον πεδίον διά τ' ἤλθομεν [ἠδ' ὄρος αἰπύ]

nam sic fere decurrisse versum puto, qui locum habere potuit in Callimachi Aetiis, si quidem comites, qui ierant ad quaerendum Hylam, frustra se dixerant peragrasse campum. —

139. Zonar. Lex. p. 1497: παλίνορσος· παρὰ τὸ ὄρω τὸ ὁρμῶ, ὅθεν καὶ τὸ

ἐξώρετο θεῖος ἀοιδός.

Hoc si ita dixit incertus quidam poeta (nam Homerus certe non est), propter ἐξ non cogitandus vates aliquis de sella ad cantandum surgens, sed domo sua ad divitis mensam accedens. Sed magis eo inclino, ut verum vidisse Tittmannum credam fragmentum corruptum ex Homeri versu esse, Od. VIII 539: ἐξ οὗ δορπέομέν τε καὶ ὤρορε θεῖος ἀοιδός. —

140. Hesych. I p. 17: ἀγέεσσι· τεμένεσι. Fugit hic locus virum doctum in Thes. Par. I p. 443 D, qui Henrico Stephano ἄγος ex Hesychio interpretante delubrum, nihil tale in Hesychio legi dicit. —

141. Hesych. I p. 22: ἂγ κεράτεσσιν. ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. Videtur de coronis dici quibus victimarum cornua redimita erant. —

142. Hesych. p. 34: ἀγρομανής (sic corrige cum Mein. in Philol. XIX p. 717), ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ διατρίβων καὶ εἰς ἄστυ μὴ κατιών. Callimachi Cydippae vindicat Dilthey. Anal. Coll. p. 13 not. —

143. Hesych. I p. 63: ἄθεστος Ἐρινύς. σκληρή, ἣν οὐχ οἷόν τε ἐξιλάσασθαι. Adiectiva a verbo θέσσασθαι formata Alexandrinis poetis frequentissima esse dicit Mein. ad Callim. p. 239 et Callimachus VI 48 habet πολύθεστος, fragm. CCCII ἀπόθεστος. add. αἰνήθεστος ap. Hesych. I p. 80. —

144. Hesych. I p. 90: αἶψα λέλοιπεν· εὐθὺς καταλέλοιπεν. Fragmentum interpretor: subito post se reliquit in cursu vel in equorum curriculo, in quo scribendum fortasse est λελοίπει, nisi ipsum illud perfectum pro aoristo est, ut δείδιε apud Homerum aliaque multa apud alios, inter quae est etiam λέλοιπε ap. Nonn. Dionys. XLVIII 141. cf. Lehrs. Quaest. ep. p. 274. Potuit autem legi in Callimachi Aetiis, ubi de agonibus. cf. Aet. I 12. —

145. Hesych. I p. 219: ἀνώμαλα δάσσειν· ἀνομάλως μερίζειν. Forma δάσσειν sine dubio ad similitudinem verbi δάσσασθαι ab aliquo epico fictum est. Vereor autem ut δάσσειν aliud possit esse ac futurum, ut scribendum in ipsius Hesychii verbis videatur ἀνομάλως μερίσειν. quod enim Etym. Magn. p. 249, 39 (coll. lin. 2) δατέω derivat παρὰ τὸ δαίω, τὸ μερίζω, ἀφ' οὗ τὸ δάζω καὶ δάσσω, sine dubio grammatici foetus est. —

146. Hesych. I p. 243: ἀπνίγμου· οὐ πεπνιγμένου· ἀπνίγμου

κώδοντος. Non suffocatus quo modo κώδων dici possit nemo facile perspiciat. equidem de potatore intelligebam, qui avide multa pocula hauriens non tamen suffocabatur, ac poetam putabam dixisse

ἀπνίγμου, κώθωνας,

quod ita hariolabar eum metro astrinxisse: [οἰνοπότου] | ἀπνίγμου κώθωνας [ἀρυσσαμένου μάλα πολλούς]. —

147. Hesych. I p. 244: ἀποβώμιος. ἄθεος· καὶ

θυσίαι ἀποβώμιοι,

αἱ μὴ ἐν τοῖς βωμοῖς. Respici putant Eurip. Cycl. 365 χαιρέτω δὲ θυμάτων ἀποβώμιος ἂν ἔχει θυσίαν Κύκλωψ, quod de ἀποβώμιος verum esse potest, sed θυσίαι ἀποβώμιοι epici poetae fragmentum puto. —

148. Hesych. I p. 271: ἀραχνοϋφεῖς, ὡς ὑπὸ ἀράχνης ὑφασμένα. Conferri potest Callim. fragm. CCCIV ἔργον ἀράχνα, cui si et ipsi adscribendum fragmentum, legi poterit ἀραχνοϋφέα, quod Hesychii ὑφασμένα commendare videtur nec metro repugnaret, utpote synizesi efferendum. —

149. Hesych. I p. 326: αὐτοδακὴς μῆνις· μικρά. Videtur potius esse ira quae ipsi qui concipit cor edit, qualis sane non μικρά dici potest, sed potest αὐτῷ πικρά, quod restituendum Hesychio puto. ac certe πικρά iam commendasse video Sopingum. —

150. Hesych. I p. 338: ἀφ᾽ οὗ γνωμηστός· ἀφ᾽ οὗ μέμνημαι. Merito critici vocem γνωμηστός suspectant, quam ne commendat quidem satis interpretamentum μέμνημαι. Itaque spreta Guyeti coniectura (ἀφ᾽ οὗ γνώμη ἐστί) malim corrigere ἀφ᾽ οὗ γοῦν μνῆστις, quod plane idem est atque ἀφ᾽ οὗ μέμνημαι. Poetae autem esse frustulum non iam sola metri species persuadebit, sed etiam hoc, quod extra poesin μνῆστις vix invenitur. —

151. Hesych. I p. 346: ἀχρήιστον ὄλεθρον· μέχρι τοῦ ἐσχάτου καὶ ἀπεράντου. Mein. Philol. XII p. 621 corrigi iubet ἄχρι εἰς τὸν ὄλεθρον. —

152. Hesych. I p. 410: γάζης κεκορεσμένος. Interpretationis nihil additum, sed puto intelligi aliquem, qui magna praeda quasi satiatus ex proelio redierit. metrum sapit epicum poetam, cui fortasse melius conveniret κεκορημένος cum illo interdum permutatum. cf. ad Nicandr. Alex. 454. —

153. Hesych. I p. 476: δεσμεῖν ἀμάλας. δεσμεῖν τὰς δεσμὰς τῶν σταχύων. Probabilis esset emendatio δεσμεῖν ἀμάλλας, nisi Hesychius non solum ἄμαλλαι afferret I p. 138 (adde s. ἀμάλλιον), sed etiam ἀμάλαι, αἱ δεσμαὶ τῶν δραγμάτων p. 137 (add. s. ἀμαλή). Hinc credibile est poetam aliquem putasse sibi licere ἀμάλη derivare ab ἀμάω, ut mediam syllabam corripere posset, quem ad modum δαμάλη venit a δαμάω. Quod si recte statui, non longe quaerendus poeta erit, quo fragmentum dignum sit, Callimachus, qui in Aetiis memoraverit Triptolemum docuisse homines fruges serere et δεσμεῖν ἀμάλας. —

154. Hesych. I p. 478: *δηθὰ ματεύσωμεν· ἐπιπολὺ ζητήσωμεν*. Nihil de auctore monet Mauricius Schmidt, ut de poeta aliquo ignoto epico cogitasse videatur. Potest hoc verum esse, sed vix tamen dubito quin Hesychius apposuerit Homeri locum ex Il. XIV 110 *ἐγγὺς ἀνήρ — οὐ δηθὰ ματεύσομεν —, αἴ κ' ἐθέλητε*, unde sequitur in Hesychio *ματεύσομεν* scribendum esse, quod tamen recte ille interpretabatur *ζητήσωμεν*, non *ζητήσομεν*. —

155. Hesych. I p. 480: *Δηλιακὸς βωμός· τὸ περιτρέχειν κύκλῳ τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν καὶ τύπτειν· ἤρξατο τούτου Θησεὺς χάριτι τῆς ἀπὸ τοῦ λαβυρίνθου φυγῆς*. ubi fortasse scribendum: *τοῦ περιτρέχειν — τύπτεσθαι, ἤρξατο τούτου τοῦ ἔθους Θησεύς*. Ceterum sive *Δηλιακὸς βωμὸς* verum est sive *Δηλιακὸς νόμος* corrigi placet cum Mein. ad Callim. p. 213, utrumque hexametri frustulum est cuius auctor ignoratur. —

156. Hesych. I p. 522: *δίχα νυκτός· τὸ μεσονύκτιον*. Mauricio Schmidt *δίχα* aut apotroctum videtur pro *διχάδα* aut in *διχάς* mutandum, id quod iam antea placuerat Dindorfio in Thes. Paris. Vol. II p. 1579 B. quos miror non vidisse poetam epicum, qui *δίχα νυκτός* scripsit, aperte se ad Homeri exemplum composuisse Od. XII 312 et XIV 483: *ἦμος δὲ (ἀλλ' ὅτε δὴ) τρίχα νυκτὸς ἔην, μετὰ δ' ἄστρα βεβήκειν*, quem in reliquo quoque versu Homerica sequutum esse arbitror. Fortasse fuit Callimachus qui in Aet. I 11 ita dixit. —

157. Hesych. I 537: *δρομιάμφιον ἦμαρ. ἀμφιδρόμια. ἔστι δὲ ἡμερῶν ἑπτὰ ἀπὸ τῆς γεννήσεως, ἐν ᾗ τὸ βρέφος βαστάζοντες περὶ τὴν ἑστίαν γυμνοὶ τρέχουσι*. De vocis formatione, quae ex *ἀμφιδρόμια* facta est metathesi, cf. Lobeck. Elem. Path. I p. 539. sed quaeri potest scripseritne *δρομοάμφιον* qui notissimae voci hoc modo novam formam induere studuit, sive comicus fuit, ut Dindorfio videtur in Thes. Par. II p. 1684 C, sive, quod magis credo, epicus aliquis Alexandrinus. certe Callimachum hoc non dedecet. —

158. Hesych. I p. 538: *δρύες οἰνοχίτωνες· αἱ ἄμπελοι, διὰ τὸ τὸν οἶνον ἔχειν*. Quae adiecta est explicatio manifesto docet *δρύες* huic poetae in universum fuisse arbores. cf. Vol. I p. 380. nihil autem hic locus confert ad explicandum alium Hesychii, III p. 188 *οἰνοχίτωνας ἐλάτας*, ubi quum abietes intelligi non possint, verissime Meinek. in Philol. XIII p. 513 emendavit *οἰνοχίτωνας ἐλαίας*, quod et ipsum epici poetae est, paulo quidem recentioris, ut Mein. l. l. statuit propter vocis *χιτών* usum figuratum. Sed *ἀστροχίτων* tamen (Etym. Magn. p. 806, 2) supra vindicare studuimus Callimacho, quem haec quoque duo fragmenta non dedecent. —

159 et 160. Hesych. II p. 24: *εἴδεος ἐνδίοιο· καύματος μεσημβρινοῦ*. Callimacho fragmentum vindicavit Naek. de Hecal. p. 110 (cf. fragm. 124). Quod mox Hesychius (n. 160) ibidem alio sub lemmate profert: *εἴδεος ἧκε σέλας· μορφῆς ἀφῆκε*

φῶς, et ipsum Callimachi Cydippae (Act. III 1) adscribit Dilth. Anal. Call. p. 13 not., sed interpretatione non addita, quam sine dubio probavit hanc: (Cydippe) emisit pulchritudinis splendorem. Hoc igitur εἴδεος ab εἶδος venit pulchritudinem significans, alterum autem εἴδεος, quod est in εἴδεος ἐνδίοισι, vetus scribendi error est. nam pro ἶδος, quod primo comparet in Hesiod. Scut. 397 ἴδει ἐν αἰνοτάτῳ, habetque etiam Hesych. II p. 313, saepe legebatur εἶδος. cf. Naek. Opusc. I p. 67.

161. Hesych. II p. 104: ἐννύχιον κρύπτεις· σκοτεινῶς καὶ δολίως. τινὲς δὲ ἐμμύχιον, ἐν τῷ μυχῷ. Ita quis dixerit poeta epicus — nam certe epicus poeta fuit — nescio cum interpretibus et Lentz. Herod. II p. 507. nisi forte quis suspicetur fragmentum de panibus subcinericiis intelligendum et cum fragm. CLVII, οἵους βωνίτῃσιν ἐνικρύπτουσι γυναῖκες, copulandum esse. —

162. Hesych. II. p. 108: ἐν τεγέεσσιν· ἐν οἴκοις. Τέγος pro οἶκος est etiam in Callimach. fragm. XLI, ἔχε γὰρ τέγος ἀκλήιστον, fortasse ex imitatione Pindari, Pyth. V 41 et Nem. III 54. —

163. Hesych. II p. 129: ἔξω τε πάγης· καὶ ἔξω παγίδος Παγίς certe legitur etiam in Callim. fragm. CCCCLVIII ἐν δ' ἐτίθει παγίδεσσιν ὀλέθρια δείλατα δοιαῖς, qui similia instrumenta memorat etiam fr. CCXXXIII. cf. Aet. III extr. —

164. Hesych. p. 131: ἐοσσητήρ· ἐπίκουρος. τιμωρός. ἀντὶ τοῦ ἀοσσητήρ. Sed eius modi fragmenta anonyma, quae una tantum voce constant, postea fere omittam. —

165. Hesych. II p. 191: ἐρίφυλλος δρῦς. ἡ πλατύφυλλος. καὶ ἡ καλουμένη φελλός. Vix dubito quin poetarum aliquis dixerit δρῦς ἐρίφυλλος. Sed hos quoque Hesychii locos, qui nisi transponendo in hexametri formam cogi non possunt, posthac ne nimius sim silebo. —

166. Hesych. II p. 204: ἑσπέριον ξένον· τὸν ἑσπέρας ἥκοντα. Huic fragmento facile locus in Callimachi Hecale IV inveniri possit. —

167. Hesych. II p. 223: εὐθὺ φέρεσθαι· ἐναντίον ὁρμᾶν. —

168. Hesych. II p. 233: εὐσελανόνδιον οἶκον· ἤτοι παρὰ τὸ σέλας ἢ παρὰ τὴν σελήνην· ἵνα ᾖ ἀπὸ μέρους ἔναστρον. Pulchre post Salmasium correxit Dindorf. Thes. Par. III p. 2245:

εὐσέλαον Διὸς οἶκον.

Sed si εὐσέλᾶνον δῖον οἶκον scripseris cum Meinek., lyrici poetae fragmentum habebimus. —

169. Hesych. II p. 233: εὐσπάρτεος ἱστός· οὔ μήτε ἀραιός, μήτε πυκνὸς ὁ στήμων τυγχάνει. Salmasius commendabat εὔσπαρτος, quod interpretabatur bene et attemperate texta tela. Tacite igitur sumpsit dictum fuisse σπείρειν ἱστόν vel potius σπείρειν στήμονα i. e. nere. quod etsi aliunde demonstrari nequit, quodam modo tamen eo commendatur, quod σπεῖρον inde ab Homero

de veste dicitur. Hoc si verum sit, non probanda tamen Salmasii coniectura est, nam anonymo poetae scribere licuit:

*εὖ σπαρτέος ἱστός*

i. e. bene nondum subtemen est. —

170. Hesych. II p. 263: *ἤβολον ἦμαρ. καθὸ ἀπαντῶσιν εἰς ταὐτόν· ἢ εὔκαιρον. ἱερόν.* Lobeck. Elem. Path. I p. 42 not. interpretatur diem festum quo multi conveniunt. A Cydippe Callimachi non alienum putat Dilthey An. Callim. p. 13 not. —

171. Hesych. II p. 271: *ἠκαλέον γελόωσα. πράως, οὐκ ἐσκυθρωπακυῖα.* Callimacho vindicat Mein. —

172. Hesych. II p. 277: *ἡμεδαπῆς γῆς· ἡμετέρας γῆς.* cf. Callim. fragm. CLII. —

173. Hesych. II p. 278: *ἥμερος ὕλη. ἡ λεπτόφυλλος δρῦς.* —

174. Hesych. II p. 299: *θαλύσιος ἄρτος.* Sed cf. Schmidt. —

175. Hesych. II p. 338: *ἰανοκρήδεμνον· ἰοῖς ὅμοιον τὸ ἐπικράνισμα.* Alexandrini poetae foetum putat Schmidt. —

176. Hesych. II p. 375: *ἴσχεται· ἐπίσχεται·*

*[ἴσχεται] αἰδὼς*

*καὶ δέος ἀλλήλων.*

Ita anonymi poetae verba restituit Mein. Philol. XII p. 612. —

177. Hesych. II p. 380: *Ἰὼ καλλιθύεσσα: καλλιθύεσσα ἐκαλεῖτο ἡ πρώτη ἱέρεια τῆς Ἀθηνᾶς.* Hoc si verum est, apta res erat Aetiis Callimachi. —

178. Hesych. II p. 392: *Κακὴ κόνις: κακὸς ὄλεθρος.* Si sana haec sunt, intelligi debent de morte, quam aliquis occubuit in proelio *κάρη κονίῃσι μιχθείς.* —

179. Hesych. II p. 403: *καμπεσίγουνος· ἡ Ἐρινύς, ἀπὸ τοῦ κάμπτειν τὰ γόνατα τῶν ἁμαρτανόντων.* Sive solum *καμπεσίγουνος*, sive *καμπεσίγουνος Ἐρινύς* scripsit, ut Blomf. gloss. Aeschyl. Sept. 792 existimavit, certe epicus poeta fuit, quem non tam Euphorionem putaverim cum Blomf., quam Callimachum, quoniam ut hic *καμπεσίγουνος* formatum est ad normam Aeschylei *καμψίπους Ἐρινύς*, ita saepe Callimachum Aeschylo usum esse constat. —

180. Hesych. II p. 422: *καταδίψιον· εἶδος καύματος.* Epici poetae fragmentum hic latere indicavit Mein. in Philol. XIII p. 557 *καταδίψιον ἶδος | καύματος.* Sed quum *ἶδος* (vel potius *εἶδος*, quod scribendi genus reperitur etiam supra II p. 24 *εἴδεος ἧκε σέλας*) non diversum sit a *καῦμα*, verisimilior altera Meinekii coniectura est *καῦμα* Hesychii interpretamentum esse. Sic igitur locus scribendus videtur: *καταδίψιον εἴδεος* (vel *εἴδευς*). *καύματος*, ut post ultimam vocem exciderit *ἐπιθυμοῦντα* vel simile quid. —

181. Hesych. II p. 424: *καταῖθυξ | ὄμβρος· ὁ καταιθύσσων. γράφεται δὲ καὶ καταῖφλεξ, καταφλεγόμενος καὶ ἀναζέων.* —

182. Hesych. II p. 491: *Κλειτόεν ὕδωρ· ποταμὸς Ἀρκαδίας. Κλείταιόν φασιν εἶναι οἱ Κρῆτες.* Non ob unam causam suspecta est haec glossa, quarum non levissima haec est, quod *Κλειτόεν* literarum ordinem turbat. praeterea *Ἀρκαδίας* et *Κρῆτες* parum concordare videntur. Sed haec discordia fortasse ita componi potest, ut *Ἀρκαδία* intelligatur Cretae urbs coll. Stephan. Byz. p. 119, 16 et p. 120, 16. quo concesso vide num ita corrigendum sit: *Κλειταίιον ὕδωρ· ποταμὸς Ἀρκαδίας* [*τῆς Κρητικῆς ὄν*] *Κλείταιόν φασιν εἶναι οἱ Κρῆτες.* De simili fluminum periphrasi cf. quae infra dicemus ad Steph. Byz. p. 109, 19. —

183. Hesych. II p. 492: *κλεψίρρυτον ὕδωρ· τὸ τῆς Κλεψύδρας. αὕτη δέ ἐστι κρήνη Ἀθήνησιν, ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ἐπὶ σταδίους εἴκοσιν ὑπὸ γῆν φερομένη, εἰς ἣν τὰ ἐμβαλλόμενα πάλιν θεωρεῖται ἀρχομένων τῶν ἐτησίων.* Callimachi esse fragmentum suspicatur Mein. ad Callim. p. 220. —

184. Hesych. II p. 497: *Κνηκὶς ἐπενήνοθε· μελανία τις τῷ σώματι. ἄλλοι δὲ ἐπὶ τῶν νεφῶν εἶπον.* Poeticum verbum *ἐπενήνοθε* docet poetam aliquem epicum ita dixisse ex imitatione Homeri, fortasse melicum poetam (cf. Nicandr. Al. 509). Alteram quam Hesychius memorat significationem supra habuimus in Suid. II 1 p. 304. cf. Aet. II 8. —

185. Hesych. II p. 499: *Κνώσια κῶλα· τὰ ὁρμητικά.* Locum interpretatur Mein. in Philol. XIII p. 514. —

186. Hesych. II p. 526: *κουρὶξ αἰνυμένους· τῆς κόμης λαμβανομένους. ἢ νεανικῶς, παρὰ τὸν κοῦρον· ἢ τῶν τριχῶν παρὰ τὴν κουράν· ἢ τῆς κόμης ἀπρὶξ δράξασθαι, λίαν, καὶ βίᾳ. τίνες δὲ ἀνδρικῶς καὶ νεανικῶς.* Interpretatio maximam partem sumpta ex schol. ad Hom. Od. XXII 188, ex quo poeta cum Apoll. Rhod. IV 18 sua hausit ignotus poeta, qui in expugnanda urbe aliqua homines ab hostibus capillis abstractos dixerat. —

187. Hesych. II p. 530: *κραντῆρες ὀδόντες· οἱ ὕστερον φυόμενοι, οἱ λεγόμενοι σωφρονιστῆρες.* Voces *κραντῆρες* et *ὀδόντες* praeter poetam vix quispiam copulare potuit, quem epicum fuisse metri species indicare videtur. Sed tamen admodum incerta res est. nam statim omnis metri species evanescit, ubi Hesychium ita interpunxisse credideris: *κραντῆρες. ὀδόντες οἱ ὕστερον φυόμενοι κ. τ. λ.* Hic igitur novum fragmentum anonymum agnoscere dubitamus. Atque etiam certior de Hesych. II p. 532 res est: *κρατὸς λιμένος· τῆς ἀρχῆς τοῦ λιμένος*, ubi ne quis propter Mauricii Schmidt silentium fragmentum anonymum invenisse sibi videatur, moneo Homeri locum respici ex Od. XIII 346: *ἥδε δ' ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη.* —

188. Hesych. II p. 550: *κυλικήρυτον αἷμα· ὡς τὸ κοτυλήρυτον* (Hom. Il. XXIII 34) *οἷον πολύ.* —

189. Hesych. III p. 8: *λακὶς χθονός· χάσμα γῆς*, ubi M. Schmidt tragicum agnoscere malit. —

190. Hesych. III p. 15: *λάσκουσι κύνες· ὑλακτοῦσιν.* De usu verbi Schmidt confert Lobeck. Elem. Path. I p. 86. —

191. Hesych. III p. 19: *λάψονται γλώσσῃ· τῷ ἄκρῳ τῆς γλώσσης.* Recte fortasse statuit novissimus editor innui Homeri Il. XVI 161 *λάψοντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσιν μέλαν ὕδωρ.* —

192. Hesych. III p. 30: *Λεύκου πεδίον· τοῦ Μεγαρικοῦ χωρίου.* Recte ad Inus historiam etiam a Callimacho in Aetiis ut videtur tractatam refert Schmidt, quae ut pote *διὰ λευκοῦ πεδίου θέουσα* Leucothoae nomen accepit. Rem referunt Etym. Magn. p. 561, 43 et schol. Hom. Od. V 334. add. Nonn. Dionys. X 76: *ἔτρεχεν Ἰνώ· καὶ Λευκοῦ πεδίοιο διατμήγουσα κονίην Λευκοθέη πεφάτιστο φερώνυμος.* Ex horum autem testium consensu in Hesychio scribendum videtur *Λευκοῦ πεδίου, τοῦ Μεγαρικοῦ χωρίου.* Et *Λευκὸν πεδίον* etiam in Caria memorat Pausan. IV 35, 11. —

193. Hesych. III p. 30: *λευκῶν πραπίδων· κακῶν φρενῶν.* Si recte Hesychius interpretatus est, expressit quidam poeta Pindari Pyth. IV 109 *λευκαῖς φρασίν*, quod similiter explicant et Hesychius quoque respicere videtur III p. 28 *λευκαὶ φρένες· μαινόμεναι.* —

194. Hesych. III p. 34: *λήματος οἶσι πάρος· τοῦ φρονήματος, τῆς ὑπεροψίας.* Fragmentum est ex Musuri emendatione non admodum certa. nam codex habet *λήματος οἶσι. φάρος.* —

195. Hesych. III p. 38: *λίγδην ἐκλάξαι· τὸ μὴ κατὰ βάθους, ἀλλ' οἷον ἐπίγραφον.* Parum placet quod proposuit Mauricius Schmidt: *λίγδην (ὥστ') ἐπιλίξαι.* Equidem tentavi: *λίγδην ἐκλάψαι*, quod intelligo de lupis qui aquam non hauriunt, sed *λάπτουσι γλώσσῃσιν ἀραιῇσιν μέλαν ὕδωρ ἄκρον*, ut est in Hom. Il. XVI 161. Ultima Hesychii vox scribenda videtur *ἐπιγράφοντες.* —

196. Hesych. III p. 43: *λιπαροὶ πόδες· * * * τοὺς ἐκ τοῦ πολέμου παραγινομένους ἀλείφειν τοὺς πόδας.* Ante *τοὺς* excidit fortasse *ἔθος.* —

197. Hesych. III p. 54: *Λυκηιάδες κόραι· τὸν ἀριθμὸν λ', αἱ τὸ ὕδωρ κομίζουσαι εἰς τὸ Λύκειον Ἀθηναίων.* —

198. Hesych. III p. 67: *μαλερὰς φρένας. ἀσθενεῖς. καὶ ξηράς, καυστικάς.* Quis non poetam aliquem exspectet alicubi *μαλερὰς φρένας* dixisse *μεγασθενεῖς* potius quam *ἀσθενεῖς*? Si quis tamen illud pro altero restituere Hesychio voluerit, ipse reclamabit Hesychius ibid. s. *μαλερὸν — ἰσχυρόν. ἀσθενές*, eademque duo sibi contraria interpretamenta proponit etiam Suid. II 1 p. 674 *μαλερόν, — ἰσχυρόν, ὀξύ, ἀσθενές —*, ubi redit etiam illud *μαλερὰς φρένας, τὰς ἀσθενεῖς καὶ ξηράς.* Hic autem consensus efficere videtur ut revera lexicographum aliquem putemus *μαλερός* interpretatum esse *ἀσθενής*, qui quibus interpretandi machinis

voci *μαλερός* contrariam vulgari significationem vindicaverit nescimus, sed probabiles fuisse non credimus. —

199. Hesych. III p. 72: *μάρμαρ στερεόν*, cui deest explicatio. Non sine causa suspectum fuit Lobeckio Paral. p. 205 not. 1. —

200. Hesych. III p. 73: *μασίγδουπον βασιλῆα· μεγαλόηχον, τὸν μέγαν ἐν ἤχῳ.* Poetam epicum agnoscere sibi visus est Schmidt, nisi verba metro Alcaico adstringenda sint. Puto esse ex Callim. Aet. II 5. —

201. Hesych. III p. 78: *μεγάλης δείλης· οἷον ὀψίας.* Accuratius interpretabimur: quum iam multum esset *δείλης*, quod sane re parum distat a *δείλης ὀψίας*. —

202. Hesych. III p. 101: *μὴ δαπανῶμεν· μηδ' εἰς δαπάνην ἐμβάλλωμεν.* Qui ita scripsit sive poeta fuit, sive pedestris orationis scriptor, aperte tamquam obiectum orationis intellexit *πολίτας* vel *πόλιν*, ut factum in Thucyd. IV, 3, quem locum ob rariorem hunc usum affert etiam Suid. I 1 p. 1172. Cur autem *μηδ'* Hesychius scripserit nemo facile dicat. —

203. Hesych. III p. 107: *μιαιφόνον αἷμα· μιαιφονικόν.* Fragmentum quin recte se habeat non videtur causa esse cur dubitetur. videtur enim aliquis poeta qui rariora et singularia verba aucupabatur vulgatum illud *αἷμα φοίνιον*, quo post Homerum plures utebantur, vel potius *αἷμα φόνιον* (Eurip. Orest. 1256) in novum hoc corpus mutasse significatione non diversa. Hesychii autem interpretamentum cui non suspectum sit cum Mauricio Schmidt? quod ita corrigimus: *μιαρόν, φονικόν.* Sed novissimus editor totum locum ita corrigi iubet ex Eurip. Androm. 335: *μιαιφόνον μύσος· αἷμα.* —

204. Hesych. III p. 108: *μιῆς χθονός· τῆς αὐτῆς γῆς.* —

205. Hesych. III p. 161: *νόστου προμαθόντες· χρόνου πολλοῦ νόστον προμαθόντες.* Inter comicorum fragmenta incerta refert Mein. IV p. 645 *νόστον* scribens, quod literarum ordo apud Hesychium respuit. sed vide legendumne sit *νόστου πρὸ μαθόντες.* —

206. Hesych. III p. 162: *νυκτερινοὶ κύνες· οἱ λύκοι.* glossa est etiam in Suid. II 1 p. 1018 et Phot. Lex. p. 450 Nab. —

207. Hesych. III p. 164: *νύμφην γε νέην· νεωστὶ νενυμφευμένην.* Fortasse Callimachi esse et ex Cydippe ducta putat Dilthey Anal. Call. p. 13 not. Ultimum non probo, quoniam in illa elegia Cydippe *νενυμφευμένη* non videtur dici potuisse. Sed si Callimachi fragmentum est, Clito *νεόγαμος* intelligi potest cf. Prol. in Aet. p. XV. —

208. Hesych. III p. 166: *νωθὴς ὁδός· ἡ μακρὰ ὁδός*, et mox: *νωθρὴ ὁδός, μακρὰ ἢ νωθρά.* Callimacho haec vindicare videtur fr. CCLXXV *νωθρὸς ὁδίτης*. Et vide Aet. II 10 —

209. Hesych. III p. 174: *ξυστὸν ἀκόντιον· δορὺ κατε-*

*σκευασμένον*. Haec num iure ad Herod. II 71 rettulerint ambigo, sed pro *ξυστόν* poetam aliquem puto dixisse *ξυστὸν ἀκόντιον*, ut Apollon. Rhod. II 1062 dixit *δούρασί τε ξυστοῖσι καὶ ἀσπίσιν*.

210. Hesych. III p. 186: *Οἰνάδας ἀκτάς· ἀντὶ τοῦ Οἰνωάτιδας*. Urbs Argolicae fuit *Οἰνώη*, quam etiam *Οἴνη* appellari Steph. Byz. p. 486 testatur. Haec autem urbs quum maritima non fuerit, *ἀκτάς* non potest littus maris significare, ut in *Παγασηΐδας ἀκτάς* (Apoll. Rhod. IV 1781 coll. I 318. Orph. Arg. 113), *Ῥοιτειὰς ἀκτή* (Apoll. Rhod. I, 929) et in aliis multis eius modi locis, sed vel fluvii ripam deruptam vel aliam in media terra rupem, quales non deerant prope Oenoen. cf. Bursian. Geogr. Graec. II p. 64. ac fortasse non sine recordatione Sophocl. Antig. 1133 (*Νυσαίων ὀρέων κισσήρεις ὄχθαι, χλωρά τ' ἀκτὰ πολυστάφυλος*) ista poeta scripsit, unde factum videtur, ut ethnicum *Οἰνάς* praetulerit, quod principio a *πολυστάφυλος* non diversum est. Eandem autem regionem fortasse idem poeta significavit eo loco quem Hesychius III p. 430 explicandum sibi sumpsit: *ῥίον Οἰναῖον· Οἰνώη τῆς Ἀργείας ὄρος χαλεπόν*. Sic enim iure correxit M. Schmidt. (nam vulgabatur *ῥίον Οἰνηναῖον*)· atque ethnica *Οἰναῖος*, *Οἰναία*, *Οἰναῖον* apertis verbis agnoscit Stephan. Byz. p. 486, 2. quod autem editor novissimus *ὄρος χαλεπόν* ab Hesychii verbis abesse malit, non probo, qui scripsisse grammaticum putem: *ἐν Οἰνώῃ τῆς Ἀργείας ὄρος χαλεπόν*. Ceterum si Callimachi fragmenta illa fuerunt, ista regio cum aliis Argolicae regionibus memorabatur. cf. fr. 477 et 566. —

211. Hesych. III p. 188: *οἰνοχίτωνας ἐλαίας*. cf. supra ad Hesych. I p. 538. —

212. Hesych. III p. 190: *ὀιστούχου φαρέτρας· ὀιστοὺς ἐχούσης*. Epici poetae recentioris hoc frustulum editor putabat, quod minus mihi probabile. nam ille videtur *ὀιστούχοιο φαρέτρης* scripturus fuisse. —

213. Hesych. III p. 206: *ὀμπνηρὸν ὕδωρ· τρόφιμον*. cf. fragm. anon. 49. —

214. Hesych. III p. 211: *ὄπα γηρύοντες· φωνὴν φθεγγόμενοι*. Epici fragmentum invenisse sibi visus est M. Schmidt., alius fortasse ex Aristoph. Pac. 805 *πικροτάτην ὄπα γηρύσαντος ἤκουσα* corruptum putaverit. —

215. Hesych. III p. 227: *ὁσίους θαλάμους· τοὺς μὴ θείους, ἀλλ' ἀνθρωπείους*. Tragici poeta putat Schmidt. —

216. Hesych. III p. 233: *οὐδ' ἐπιννχτίδιος· οὐδὲ ἐπὶ μιᾶς νυκτός.· οὐδὲ πρὸς μίαν νύκτα*. Epici quin sit non dubitat Mein. in Philol. vol. XII p. 611. —

217. Hesych. III p. 234: *οὔθατα βόσκει· αἶγας βόσκει*. Epici putat Mein. Phil. XIII p. 536, qui singulare dicendi genus explicat ad Callim. p. 107. —

218. Hesych. III p. 288: *πὰρ πυλεῶνα· παρὰ πυλεῶνα*. Adscripsit recentissimus editor: incertus epicus, fortasse

Callimachus. De hoc poeta cur cogitaverit nescio, certe non propter Callimachi fr. 408 cogitasse putaverim, ubi longe alia significatio vocis videtur esse. Sed non est tamen improbabilis illa de Callimacho coniectura, quoniam qui illum libenter sequi solebat Nonnus et ipse nomine πυλεών pro πύλη saepe usus est, Dionys. IV, 386. XVII 64. XXV 416. XXII 291. XLIV 19 et XXXVI 105, 203 ubi de Ἀίδαο πύλαις, quod post Homerum multi usurpabant (cf. Valcken. ad Eurip. Hippol. 1445), dictum est, quem ad modum et in hoc loco factum videtur et aperte factum est etiam in Julian. Anth. Pal. VII 70. —

219. Hesych. III p. 319: περισκαίρουσι· περισκαρίζουσι. Mauricius Schmidt „Callimachi videtur", inquit „quem imitatus est Nonn. Paraphr. κ 9 μῆλα δὲ γινώσκοντα περισκαίρουσι νομῆα". Verum fortasse hoc, praesertim quum saepius Nonnus illo verbo usus sit, quod causae detrimento silet Schmidt. cf. Dionys. I 200. II 135. V 150. — Mox p. 322 περὶ τρόπιος, cuius auctorem ille non indicat, Homeri est Od. V 130. —

220. Hesych. III p. 331: Πηλὸς αἰδνός· περὶ τὴν Λιβύην ἐστὶ τόπος. καὶ τὸν ὁρίζοντα ὠκεανόν. Ultima explicatio extat etiam I p. 72: αἰδνόν· μέλαν ἢ ἀφανιστικόν. λέγουσι δὲ καὶ τὸν ὠκεανὸν πηλὸν αἰδνόν, quo sensu redire vox videtur in Plut. Thes. 1. Altera autem significatio apprime convenit Callimacho, qui Libycas regiones etiam alibi attigit. cf. Aet. II 7. Πηλὸς αἰδνής, non certum locum significans, legitur in Oppian. Hal. IV 245. —

221. Hesych. III p. 347: πλοκαμώδεα· τὸν οὖλον βόστρυχον. Dindorfio in Thes. Paris. VI p. 1236 πλοκαμώδεα βόστρυχον poetae alicuius verba fuisse videntur. cogitet aliquis de Berenicae coma. —

222. Hesych. III p. 349: ποδάρκεϊ· μόσχῳ. Mein. Philol. XII p. 619 corrigit ποδάρκεϊ μόσχῳ, ut poetae sit frustulum, interpretatio autem exciderit. —

223. Hesych. III p. 350: ποδὸς ῥυτίς· τὸ τῶν ποδῶν ἕλκεσθαι. Ruga pedis etsi ποδὸς ῥυτίς dici potuit, tamen Hesychii explicatio τὸ ἕλκεσθαι ita ab hoc significatu differt, ut corruptionis suspicio oriatur. Suspicor autem intelligi τὸ ἐρύειν τοῦ ποδός, quale est in Hom. Od. XVII 480: μή σε νέοι διὰ δώματ' ἐρύσσωσ', οἷ' ἀγορεύεις, ἢ ποδὸς ἢ καὶ χειρός. Ab hoc verbo derivatum substantivum ἔρυσις est, cui aliquis qui nova et singularia captabat poeta ῥύσις substituisse videtur, ut ἐρύω et ῥύω (nam quod activi ῥύω exemplum non extare dicitur in Thes. Paris. VI p. 2450 C, error est. vid. enim Andromachi galen. v. 42) leguntur. Scripserit igitur poeta iste ποδὸς ῥύσις, quod iam recte explicatum τὸ τῶν ποδῶν ἕλκεσθαι. —

224. Hesych. III p. 356: πολυδευκέα φωνήν· πολλοῖς ἐοικυῖαν. Recte statuere videtur Schmidt. Hesychium explicare variam lectionem in Hom. Od. XIX 521, ubi χέει πολυηχέα

*φωνήν* invaluit. ne quis autem de Hesychii interpretatione *ἐοικυῖαν* dubitet, ad *πολυδευκής* ille accommodavit interpretationem qua grammatici *ἀδευκής* explicare studebant. cf. Hesych. I p. 43 *ἀδευκεῖ· ἀπεοικότι* et alios ap. Merkel. Praef. Apollon. Rhod. p. CLXX. —

225. Hesych. III p. 357: *πολυπαίπαλος αἰθήρ. πεποικιλμένος. οὐχ ὁμαλός.* Adiectivo *πολυπαίπαλος* quis poeta ita uti potuerit non intelligo. sed hoc video, coniecturam a Dindorf. Thes. VI p. 1405 D propositam *πολυπαίπαλος ἀνήρ* vix posse cum Hesychii interpretatione consociari. Ac vulgatam in suspicionem non vocavit Mein. Philol. XIII p. 536. —

226. Hesych. III p. 366: *ποτὶ φῦλα· πρὸς τὰ ἔθνη.* et mox: *ποτὶ χόρτον· πρὸς ᾠκοδομημένον τοῖχον.* Epico incerto ascribit Mauricius Schmidt. —

227. Hesych. III p. 385: *πρὸς ἄκεσμον· πρὸς ὑγείαν.* —

228. Hesych. III p. 387: *Προσελήνιδες· αἱ Ἀρκαδικαὶ νύμφαι.* Callimacho nomen vindicat Hermann. Opusc. VII p. 275. cf. Steph. Byz. p. 120, 9. —

229. Hesych. III p. 420: *ῥάκε' ἄζει· ἱμάτια ξηραίνει.* Num ex Callimachi Hecal. V? —

230. Hesych. III. p. 429: *ῥικνὴν ὄψιν· φρικτήν.* Media pentametri pars videtur. In Hesychii autem interpretatione aliquid deesse putabam velut *ῥυτίσιν φρικτήν.* Sed verius fortasse Schmidt. correxit *φρικνήν*, quamquam tam singularis haec vox est, ut vix potuerit ab Hesychio ad interpretandum adhiberi, quae et ipsa interpretatione indigebat. —

231. Hesych. III p. 430: *ῥίον Οἰναῖον.* cf. supra ad Hesych. III p. 186. —

232. Hesych. IV p. 4: *σάκος αἴγειον· ἀντὶ τοῦ τεῦχος αἴγειον. θέλει δὲ εἰπεῖν τὴν πήραν κατὰ μετάληψιν.* —

233. Hesych. IV p. 14: *σαυρωτοῖς δόρασι· τοῖς σαυρωτῆρας ἔχουσι κατὰ τῆς ἐπιδορατίδος.* —

234. Hesych. IV p. 88: *στυφελοὶ πάγοι· ἀντὶ τοῦ σκληροί.* —

235. Hesych. IV p. 120: *σχόμενος περὶ δουρί· κατασχεθεὶς καὶ συλληφθεὶς ὑπὸ τοῦ δόρατος.* Ignoti poetae epici esse videtur, Homeri certe non est, cuius maxime simile Jl. XXI 577 *περὶ δουρὶ πεπαρμένη οὐκ ἀπολήγει ἀλκῆς* (*πάρδαλις*). —

236. Hesych. IV p. 139: *τελεσφόρος οἶκος· τοῦ γεγαμηκότος καὶ τεκνώσαντος.* —

237. Hesych. IV p. 148: *Τέττιγος ἕδρανον· ἡ Ταίναρος. Τέττιξ γὰρ ὁ Κρὴς Ταίναρον ἔκτισεν.* Habet hoc nescio quid Callimachei, qui poeta *ἕδρανον* fr. CXCV quoque dixit, illudque dicere potuit in Aet. II 6. itaque quem Hesychius exscripsit glossographus in Callimacho invenerit *Τέττιγος δ' ἕδρανον*, ubi *δ'* omisit, quem admodum fecit III p. 332 in *πῆξε θυμόν*, qui est Homeri locus XIV, 40 *πῆξε δὲ θυμόν*, et alibi saepius. —

238. Hesych. IV p. 156: τιθηνόκομον γένος· τοὺς Αἰθίοπας, ἐπεὶ μέλανες καὶ κομῆται. verior scriptura videtur Τιθωνόκομον γένος, quam postea p. 157 ita interpretatur: Τιθωνόκομον· ἔθνος μέλαν μὲν τὸ ὅλον σῶμα, λευκὸν δὲ τὰς κόμας. cf. Dindorf. Thes. Par. Vol. VII p. 2179 C. —

239. Hesych. IV p. 159: Τιρύνθιον Ἄργος· τὰς Μυκήνας. —

240. Hesych. IV p. 172: τρητὸν ἔλαιον· διὰ τὸ κοίλωμα ἔχειν τὸν ἄγριον ἔλαιον. —

241. Hesych. IV p. 172: τρηχὺ νόημα· σκληρὸν νοῦν. —

242. Hesych. IV p. 177: Τριτῆες γενεήν· οἱ ἀπὸ τοῦ Τριτέων πόλεως κύνες, ἣ ἐστι πλησίον Φωκίδος. Callimachi putat Schmidt. — De forma cf. Mein. ad Stephan. Byz. p. 637. —

243. Hesych. IV p. 196: ὕλης μητέρα· εἶδος σκώληκος, ὃ καλεῖται ὑλομήτρα· ἄλλοι δὲ βόμβυκα. —

244. Hesych. IV p. 244: φιλητῶν γένος· κλεπτῶν. —

245. Hesych. IV p. 247: φλεγματόειν ἔκρηγμα· τῆς φλογός. Poetae videtur fragmentum, in quo si scripseris φλεγματόειν ἔκρηγμα, epicum habebimus Alexandrinum quo non indignum neutrum in ειν formatum. cf. ad Nicandr. Alex. 42. add. eiusd. Ther. 748. Apollon. Rhod. II 404. IV 1291. —

246. Hesych. IV p. 267: χάζεο τῆλε· ἀναχώρει μακράν. —

247. Hesych. IV p. 268: Χαλάμβριοι ἵπποι· ἀπὸ τόπου τῆς Λιβύης. Sed prior vox propter literarum ordinem suspecta. (cf. Aet. II 7.)

248. Hesych. IV p. 270: χαλκιδικὸς λειμών· οἱ μὲν τὴν Κυκλωπίαν κώμην· οἱ δὲ Κυκλωπι . . . . λίμνη. Obscura glossa, in qua tantum quidem certum mihi Χαλκιδικὸς λ. scribendum litera maiore in initio. Χαλκιδικὸν ὄρος certe novimus Siciliae. cf. Steph. Byz. p. 684, 10. —

249. Hesych. IV p. 285: χθονίους Ἰναχίδας· αὐτόχθονας καὶ οὐκ ἐπήλυδας. Tragici fragmentum putat Schmidt. Argivos veteres significari certum est. Fuitne ex Ἄργους οἰκισμοί? cf. p. 142. —

250. Hesych. IV p. 299: χρυσόλοφοι δράκοντες· χρυσόλοποι· χρυσᾶς λεπίδας ἔχοντες. Hic quoque Hesychius omisisse δέ (cf. ad Hes. IV p. 148), poeta autem χρυσόλοφοι δὲ δράκοντες scripsisse videtur. In codice quod statim sequitur nova est glossa: χρυσόλοποι· χρυσᾶς λεπίδας ἔχοντες, quam cum priore in unam coniunxit Ruhnken. probante Dindorf. Thes. Par. Vol. VIII p. 1739 C, ut χρυσόλοποι interpretatio sit vocis χρυσόλοφοι. contra Mauricius Schmidt χρυσόλοποι δράκοντες ἢ χρυσόλοποι scribendum autumat, ut alterum varia sit lectio. Sed ne sic quidem χρυσόλοφοι interpretationem suam habet. certe quae alteri glossae addita est, neque priori convenit nec satis apta est secundae. —

251. Hesych. IV p. 300: χρυσορραγὲς ἔρνος· ἀπερρηγμένον ἢ ἀπεστραμμένον ἀπὸ τοῦ δένδρου. De fragmenti genui-

tate non dubitabat Meinek. ad Callim. p. 61, sed Dindorf. in Thes. Par. VIII p. 1744 veretur ut χρυσορραδές scribendum sit, quod non intelligo. —

252. Hesych. IV p. 307: ψαυκρὸν γόνυ· κοῦφον. ἀπὸ τοῦ ἄκρως ψαύειν. Eiusdem originis est quod proxime antecedit ψαυκρόποδα· κουφόποδα, ἄκροις τοῖς ποσὶ ψαύοντα, quod Antimacho vindicat Schmidt. —

253. Hesych. IV p. 315: ψυχρὸν κακόν· ψύξεως αἴτιον. —

254. Hesych. IV p. 320: Ὠκεανοῖο πόρον· τὸν ἀέρα, εἰς ὃν αἱ ψυχαὶ τῶν τελευτώντων ἀποχωροῦσιν. cf. Mein. Anal. Al. p. 156. Ὠκεανός Hesych. interpretatur ἀήρ etiam proxime sequente glossa, sed non liquet. nisi forte poeta aliquis Homerico ἠεροειδὴς πόντος abusus ἀέρα dixerit extremas Oceani regiones, in quibus cum Homero Od. IV 563 seq. si non orcum, at Ἠλύσιον collocaverit (Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης), cui Ὠκεανός Zephyrum mittit (Hom. l. l. v. 568). —

255. Hesych. IV p. 321: ὠκύαλα πτερά· ὠκέα παραγώγως ὡς ὠκύαλος ναῦς. —

256. Hesych. IV p. 322: Ὠλέναδε· ὡς ἄγραδε. Callimacho vindicat Schneidew. in Jahnii Annal. Tom. 67 (1853) p. 508. nam cf. frag. 26. —

257. Hesych. IV p. 327: ὡραῖον κῆδος· ὁ καθ' ὥραν τελευτήσας. Interpretatio fragmenti, quod tragici poetae putat Schmidt., docet κῆδος hic fuisse funus et poetam ita fere dixisse: [ὅς λάχεν] ὡραῖον | κῆδος [ὕπαι τεκέων], si quidem poetae elegiaci fuit. —

---

258. Apollon. Dyscol. de Synt. p. 43, 21 Bekk.: μετὰ ῥήματος (τὸ ἀλλήλων) διαβατικὴν προσώπων διάθεσιν σημαίνει· „ἀλλήλους τρώσητε", „ἀλλήλους δ' ἐλήϊσαν", ἀλλήλων ἀλεείνοντες βέλεα στονόεντα". Ex tribus fragmentis quum primum et tertium Homeri sit (Od. XVI 293 vel XIX 25, et Il. XVII 374, non VII 374, ut dicit Bekker.), eiusdem poetae putaverit quispiam esse etiam secundum. Sed quum neque Bekkerus apud hunc invenerit neque mihi licuerit huius indagare versum, qui in illum depravatus videatur, de poeta aliquo alio cogitare cogimur, quem saepe Apollonius adhibuerit testem. Quem Callimachum fuisse suspicamur, cui adscribimus versum ita leniter correctum:

ἀλλήλους δ' ἐλέησαν.

Hoc enim longe praestare alteri coniecturae puto, qua poetam existimavi significare voluisse quod hoc modo dicit Thucyd. I 5: ἐληΐζοντο δὲ κατ' ἤπειρον ἀλλήλους. Id autem verbum ut poetae restituatur, legendum erit: ἀλλήλους δ' ἐλέισσαν, ductum a verbo λεΐζω. cuius alibi exemplum non extat, nisi quod ληΐζω pro ληΐζομαι non solum in variis lectionibus interdum apparet (velut in Thucyd. III 85 et IV 41), sed etiam in Zonar. Lex.

p. 1306 extare videtur: *ληΐζει· αἰχμαλωτίζει, ἁρπάζει, λαφυραγωγεῖ.* Videtur, inquam. nam quum verbi activi apud ceteros lexicographos nec vola nec vestigium appareat, verisimilius est Zonaram *ληΐζει* (i. e. *ληΐζεαι*) explicasse *αἰχμαλωτίζεις, ἁρπάζεις, λαφυραγωγεῖς*, certe explicare debuisse. Correptae autem in *ληΐζομαι* primae syllabae non desunt testimonia, anonymi in Anthol. Pal. VI 169 *τὸν τὰ Διωνύσου δῶρα λεϊζόμενον*, ipsiusque Homeri, qui in Jl. IX 406 seq. adiectivo verbali bis usus dixit: *ληϊστοὶ μὲν γάρ τε βόες καὶ ἴφια μῆλα —, ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λεϊστή*, quae affert Lobeck. Elem. Pathol. II p. 38 seq. primigenii loco *λεΐζω* habendum dicens. —

259. Apollon. Dyscol. de Synt. p. 266, 27: *οὐ ταὐτόν ἐστι τὸ τοῦτό μοι χάρισαι τῷ*

*τοῦτό γέ μοι χάρισαι.*

Fragmentum adespotum repetit p. 267, 27 item de Coniunct. p. 517, 31 et p. 518, 30, atque legitur etiam in Epimer. Homer. Cramer. Anecd. Oxon. I p. 384, 16. Callimachi videtur habere Bergk. Lyric. poet. p. 1356, qui ex hexametro an ex pentametro petitum esset discernere non audebat. sed certa res erit, si ex Hecale (cap. VI) sumptum putaverimus, cui apprime conveniunt verba Theseum oranti ut sibi aliquid de rebus suis narret. —

260. Apollon. Dyscol. de Synt. p. 305, 13: *τὸ γὰρ „ἔπτυσε πολὺ κάτα" ἀπαιτεῖ τὸ κατέπτυσεν ἐν καταλληλότητι.* Paulo plenius Joann. Alex. p. 27, 22: *εἰ μέντοι ἐν τέλει στίχου εἴη (ἡ πρόθεσις) ἢ ἁπλῶς ἐν τέλει ὀνόματος, μεθ' ἣν τίθεται στιγμή, ἀναστρέφεται πάντως, οἷόν ἐστι, „τῶν πάντων δ' ἔπτυσε πολὺ κάτα".* Sed Mss. apud Dindorf. Praef. Joann. Alex. p. XI: *οἷόν ἐστι τὸ πάντεπτύσσετο λῖνα.* Paulo brevius Schol. Hom. V 283: *οὐ γίνεται ἀναστροφὴ τῆς προθέσεως, ἐὰν μὴ τελευταία στίχου τεθῇ, ὡς τὸ „ἔπτυσε πολὺ κάτα".* De re cf. Lehrs. Quaest. epic. p. 78 coll. Lentz. Herodian. I p. 484 et II p. 31. Fragmentum igitur tale putabimus:

*τῶν πάντων δ' ἔπτυσε πουλὺ κάτα*

cum Dindorfio in Thes. Paris. vol. IV p. 1195 B, qui Callimachi esse putavit ut Bergk. Poet. Lyr. p. 1355. ulterius progressi Rauch. l. l. p. 54 not. Aetiis vindicat, Dilthey de Cydipp. p. 44 elegiae Cydippae, quod verum videtur. cf. Aet. III 1. —

261. Apollon. Dyscol. de Synt. p. 308, 21: *διὰ τοῦ ἀρκτικοῦ τύπου (τῆς προθέσεως), λέγω τῆς ἀναστροφῆς, συσσημαίνει καὶ τὸ ἀναβιβαζόμενον τῆς προθέσεως, οὐχ οὕτω δὲ ἔχον σύνταξιν τὴν ἐπὶ τὸ ῥῆμα παραδέχεται. καὶ ἕνεκα τούτου εὐπαράδεκτος καὶ ἡ δισσὴ τάσις τῶν προθέσεων. ὁ αὐτὸς λόγος κἀπὶ τοῦ „εὗρε δὲ Πατρόκλῳ πέρι κείμενον ὃν φίλον υἱόν* (Hom. Jl. XIX 4),

*καὶ γὰρ ὅτε πρώτιστον ἐμοῖς ἔπι δέλτον ἔθηκα*
*γούνασι.*

Secundum fragmentum aliunde non notum Callimacho vindica-

bant Hecker. Com. Callim. p. 19 et quidem Aetiis Schneidew. ap. Baumeister. ad Batrachomyom. p. 46 seq., Aetiorum prologo ascripsit Bergk. Praef. Anthol. praef. p. XI coll. Poet. lyr. p. 1355, qui cum aliis citat versum Batrachomy. 3 ἣν (ἀοιδὴν) νέον ἐν δέλτοις ἐπὶ γούνασι θῆκα. —

262. Apollon. Discol. de Pronom. p. 96: ἀπὸ τῆς σοῦ Δώριος ἐγίνετο ἡ τεοῦ ὁμότονος. — ἡ χρῆσις παρ' Ἐπιχάρμῳ καὶ Σώφρονι.

αἰνοδρυφὴς δὲ τάλαινα τεοῦ κάτα τυμβοχόησα.

Σώφρων: „οὐχ ἥσσων τεοῦ". Ἐπίχαρμος „παιδὶ τεοῦ". Primum fragmentum quis non potius ad doricum poetam rettulerit quam ad Antimachum, cui vindicare voluit et Valcken. ad Theocrit. p. 324 B et eum secutus Stoll. ad Antimach. fragm.. qui quod Apollonium praeter Homerum Antimachi solius ex epicis poetis rationem habuisse videri dicit, aperte falsus est. nam Callimacho quoque passim teste utitur, quem illa verba putaverim dicentem fecisse Cliten Cyzicum maritum deplorantem. atque τεοῦ ille etiam hym. V 99 habet. —

263. Apollon. Dyscol. de Pronom. p. 105 de σοί et τοί agens: τῶν δὴ ἀπολύτων διὰ τοῦ τ λεγομένων μόνη σημειούσθω διασταλτικὴ οὖσα ἡ

νῦν δέ τοι οἴῳ πάμπαν.

Auctorem non attulit Bekkerus, neque ego inveni. —

264. Apollon. Dyscol. de Coniunct. p. 494: ἀντέλεγε Τρύφων παρατιθέμενος ὡςεὶ καὶ τὸ βραχὺ α εἰς η μετατίθεται, ὡς τὸ ἀναιδείην ἐπιειμένε (Hom. Jl. I 149), διπλάσιον διπλήσιον, τὴν ἀμαιμάκετον Σκύλλην, πείνη δ' οὔ ποτε δῆμον ἐπέρχεται (Od. XV 407), ὕψι δ' ἀέλλη (Jl. XVI 374) Nec διπλάσιον nec διπλήσιον (quorum Apollon. etiam de Adverb. p. 545, 7 ob eandem causam meminit) Homerus utitur, ex aliis tamen poetis Eratosth. in Anthol. Pal. Append. p. 762 (cf. Bernhardy fragm. p. 180), sed quis

τὴν μὲν ἀμαιμάκετον Σκύλλην

(sic enim corrigendum videtur) dixerit, nescimus nisi forte quis putet Tryphonem memoriae errore Σκύλλην, cuius plura testimonia ex Homero afferre poterat, cum Chimaera commutasse in mente habens Jl. VI 179 vel XVI 528 seq. —

265. Apollon. Dyscol. de Coniunct. p. 510, 16: ἐπιρρηματικῶς (τὸ ἵνα) φυλάσσει τὴν ὁριστικὴν κλίσιν, „ἵνα τ' ἔτραφεν ἠδ' ἐγένοντο" (Hom. Od. X 417). ἔνθ' ἵνα ἐς κακόν ἐστιν. Ultimum alibi non inveni neque ita inveniri potuit. nam aperte vitio depravatum est, quod una mutata litera ita putamus tolli posse:

ἔνθ' ἴν' ἀεὶ κακόν ἐστιν,

quibus quis aliquem ire iubet in malam rem. —

266. Apollon. Dyscol. de Adverb. p. 562, 30 (coll. Choerob. Dict. p. 878, 4 et Cram. Anecd. Ox. IV p. 374, 8):

καὶ γὰρ ἄλλα ἔστι τινά, ἃ οὐ μετέβαλε κατὰ συναλοιφὴν τὸ π εἰς φ, ὡς ἥλιος — ἀπηλιώτης, ὡς τὸ

ἐπ' Ἡφαίστοιο θύρῃσιν,

ὡς „ἐπίστιόν ἐστιν ἑκάστῳ" (Od. VI 265).
De anonymo fragmento ἐπ' Ἡφαίστοιο θύρῃσιν dictum ad fragm. Callim. CCCCLXXXV. —

267. Apollon. Dyscol. de Adverb. p. 564, 27: τῷ ἔμπης παράκειται τὸ ἔμπα,

ἔμπα γε μὴν ἴθι δεῦρο

Fortasse Callimachi est qui ἔμπα utitur etiam Epigr. XIV 3 (post Pindar. Nem. IV 36) cum Apoll. Rhod. I 791 et grammaticis. cf. Herodian. I p. 495, 13 et p. 515, 10. atque ἔμπα γε μήν, quod Hesych. II p. 77 interpretatur ὅμως μέντοι, habet etiam Apoll. Rhod. III 641 et saepius me legere memini apud Apollinarium. Quorum omnium usus suadet ut fragmentum illud Callimachi esse putemus, qui fortasse illa verba dicentem fecit Hecalen ubi Theseum invitabat ad intrandum. —

268. Apollon. Dyscol. de Adverb. p. 610, 27: οὐκ ἀγνοῶ μέντοι γε ὅτι τινὲς τὸ

ἔνδοι πειράζουσα

περιέσπασαν τῷ λόγῳ τῶν εἰς οι ληγόντων ἐπιρρημάτων, ὅπερ, ὡς προείρηται, ἐχόμενον τοῦ πάθους ἀναγκαίως βαρύνεται. Fragmentum aliunde non notum. sed paene vereor ne corruptum sit ex ἔνδοι Πραξινόα, qui locus est Theocriti XV 1. ac sic video etiam Ahrens. ad Theocrit. p. 103 statuere, estque hoc eo credibilius, quod et ceteri grammatici eodem Theocriti testimonio utuntur (cf. Ahr. l. l.) et codices Theocritei fere eam tonosin habent, quam nonnullos commendasse Apollonius narrat. cf. Vol. I p. 382. Etiam quae paulo post p. 624, 18 apud Apollonium leguntur: „κεῖσε δ' ἂν οὐκ ἂν ἐῷμι", non ignotum fragmentum est, sed corruptus Homeri versus XVI 85: κεῖσε. δ' ἂν οὔ μιν ἐγώ γε μετὰ μνηστῆρας ἐῷμι ἔρχεσθαι. —

269. Herodian. περὶ μονήρους λεξέως p. 10 Dind. (Herod. II p. 915 Lentz): τὰ περισπώμενα (εἰς ων) εἰ λέγοιτο ἐν πλείοσι συλλαβαῖς διὰ τοῦ ο λέγεται — cf. fr. DV —, Καλλικόων, Εὐφορίων „κακώτερε Καλλικόωντος" (Mein. An. Al. p. 154), Ἱπποθόων.

Εὔμολπος Δόλιχός τε καὶ Ἱπποθόων μεγάθυμος.

Versum Choerili putat Lobeck. Aglaoph. p. 212, Euphorionis Mein. l. l., Callimachi Bergk. Anth. II praef. XV, cui assentior. cf. Aet. III 4. —

270. Herodian. περὶ μονήρους λέξεως p. 22 Dind. (II p. 928 Lentz): σημειῶδες τὸ ἄγω βαρυνόμενον οὐχ ὑγιῶς. ἔστι γὰρ καὶ περισπώμενον ἐπὶ δευτέρας συζυγίας,

εὖτ' ἂν τόδ' ἀγῶ χρέος ἄνδρας.

Sequor Lehrsii coniecturas (cod. enim τῇδ' ἄγε habet), nisi quod ἄνδρας in ἀνδρός cum Lehrs. et Lentz. mutare veritus

sum. nec probo, quod Lehrsius fragmentum Callimachi propterea dicit, quia is in χρέος quodvis (?) χρῆμα mutans (cf. hym. III 100 et fr. CVI 3) ad altiorem poesin aspirare putaverit. qua in re inuriam fecisse Callimacho mihi videtur. quid enim impediat, quominus is ea vocis significatione hic usus sit qua usus est Epig. LVI post Homerum (velut Od. I 409 ἢ ἑὸν αὐτοῦ χρεῖος ἐελδόμενος τόδ' ἱκάνει), et usus est Apollon. Rhod. I 236 εὖτ' ἂν ἄγῃ χρέος ἄνδρας ὑπεὶρ ἅλα ναυτίλλεσθαι. cuius quidem poetae versus adeo cum fragmento illo concinit, ut vel propterea hoc a Callimacho profectum existimem, quem quoties et qua libertate Apollonius Rhodius imitatus sit iam nemo nescit. —

271. Herodian. περὶ μον. λ. p. 28 Dind. (II p. 934 Lentz.) τὸ ῥῆμα — καὶ εἰς ἑαυτὸ παράγεται, ὡς παρὰ τὸ ἀθλῶ τὸ ἀθλεύω, — ἢ εἰς ἐπίρρημα, ὡς ἀπὸ τοῦ ὄπτω ὄβδην, ὃ καὶ Καλλίμαχός φησιν „ἦλθον ἐσόβδην" (fragm. DXXII), πλέκω πλέγδην,

μέσφα περιπλέγδην.

ἄρδω ἄρδην. Secundum quoque fragmentum vix dubito quin Callimachi sit, praesertim quum ὄβδην, πλέγδην, ἄρδην sine omni auctoris significatione copulaverit etiam Apollon. p. 611 extr. Quis poeta ubi haec dixerit, facile aliquis coniectura assequi poterit. sine dubio enim de luctantibus sermo est, quorum saepius mentio facienda Callimacho erat in Aetiorum elegiis de agonibus (cf. I 12). dixerat autem hoc fere modo: μέσφα περιπλέγδην [λάβ' ἐναντίον, εἶτ' ἀναείρας | κάββαλέ μιν κρατερῶς].

272 et 273. Herodian. περὶ μον. λ. p. 35 Dind. (coll. Herod. II 940 coll. I p. 190 et 529): Ῥᾶρος. οὐδέποτε τὸ ρ ἄρχον ψιλοῦται, ἀεὶ δὲ δασύνεται. σημειῶδες ἄρα τὸ Ῥᾶρος. τὸ γὰρ

Ῥαρίδος

Δηοῦς

παρ' αὐτὸ γέγονε. σεσημείωται τὸ Ῥᾶρος καὶ κατὰ χρόνον. τὰ γὰρ εἰς ρος δισύλλαβα τῷ α παραληγόμενα ὀξυνόμενα μὲν ἔχει ἐκτεινόμενον τὸ α, ψαρός, ναρός· ἔνθεν θηλυκὸν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ σατυρικῷ

ναράς τε πατρὸς κυμάτων ἐπιρροάς
ἐπώμοσα.

λαρός·

λαρὸς ἀνήρ,

ἔνθεν τὸ οὐδέτερον „λαρὸν τετυκοίμεθα δόρπον" (Odyss. XII 283). βαρυνόμενα δέ, εἰ καὶ ἀρσενικὰ ὑπάρχοι ἢ θηλυκά, συστέλλειν θέλει τὸ α, „λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς" (Odyss. V 51) κ. τ. λ. Apposuimus ut cum Lehrsio edidit Lentzius, nihi quod in verbis σεσημείωται τὸ Ῥᾶρος κατὰ χρόνον ante κατὰ interposuimus καί, quod necessarium videbatur, quoniam iam ante semel Ῥᾶρος propter spiritum σημειῶδες dicebatur. De poetarum autem fragmentis habemus quod viro doctissimo opponamus. Primum enim Ῥαρὶς Δημήτηρ aliunde nota non est, quae ab omnibus nominatur Ῥαριάς, ut recte fortasse in Herodiano

Ῥαριάδος Δηοῦς

scribi iubeant Schneidew. Delect. I p. 150 et Dindorf. Thes. Par. vol. VI p. 2342 a Lehrsio et Lentzio neglecti, unde non iam Sophoclis ex Triptolemo fragmentum putabimus, quae Lehrsii sententia fuit, sed Callimachi ex Aetiorum petitum ea elegia qua inventas fruges celebrabat (Aet. III 4). Tum Sophoclis fragmentum nimis violenter correxit (nam codex habet: ἐν ἰνάχῳ καὶ σασχυτρίνων λαρὸς εὔτατ' ἐπὶ κῦμα ἐκροὰς ἐπώμοσα) nec Nauckii Tragic. graec. fragm. p. 153 assensum tulit, quod non miror, praesertim quum ναρός eo versus loco positum sit, ubi non patet, quod paulo ante Herodianus dixit, eam vocem ἐκτεινόμενον ἔχειν τὸ α, quod puto appositum exemplum liquido demonstrare debuisse. Hoc autem faciet, si mecum statueris in ultima vocis σασχυτρίνων parte latere Ἰὼ δέ, ut totum versum ita Sophocles scripserit: Ἰὼ δὲ ναροῖς εἶτ' ἐπὶ κύμασιν ῥοὰς ἐπώμοσα, ubi Io ipsa dixerit ad pulchrum Inachum flumen eius fluctus se antestatam esse. Sed hoc incertum est, certum autem hoc, tertium fragmentum fuisse non λαρὸς ἄμης, sed ut codex habet λαρὸς ἀνήρ. Quod enim Lehrsius scribit: „λαρός dici potuisse de homine nec alii opinor credent", non item mihi ut Lentzio persuasit. nam tametsi τὸ λαρόν plerumque est τὸ κατὰ γεῦσιν vel ὄσφρησιν ἡδύ, tamen etiam τὸ κατ' ὄψιν ἡδύ significasse schol. Apollon. Rhod. I 456 (coll. Etym. M. p. 557, 6) probat Hesiodi apposito exemplo λαροῖς ποσίν, quod Markscheffelio est fr. CCXXXVII. non mirum igitur poetam anonymum in Anthol. IX 525 Apollinem Παιᾶνα dixisse v. 12: Λητογένει, λαρόν, λυροηθέα, λαμπετόωντα. —

274. Herodian περὶ μον. λέξ. p. 40 (Herod. II p. 946 coll. II p. 429 Lentz.): κρείσσων. τὰ εἰς σων λήγοντα συγκριτικὰ οὐδέποτε πρὸ τέλους ἔχει τὴν ει δίφθογγον, ἀλλὰ μόνον τὸ κρείσσων. λέγεται δὲ καὶ κρέσσων μὴ πλεονάζοντος τοῦ ι, „κρέσσων γὰρ οἰκτιρμοῦ φθόνος" (Pindar. Pyth. I 85), καὶ „ἦν θεὸς ἢ κρέσσον· τί ὀνησόμεθα;" Ultimum fragmentum sic Lentzius edidit cum Lehrsio qui priora verba ita interpretatur: „deus erat aut omnino maior aliqua vis". Sed plus quam fecit tribuere debebat codici, qui habet: ἦν θεός· ἢ κρέσσων δέ τι ὀνησόμεθα, unde non dubitamus quin corrigendum sit:

ἦν θεὸς ἢ κρέσσων· τί δ' οἰησόμεθ' [αὖ μογέοντες;]

Versum explevimus non aliam ob causam nisi ut quo modo explicandum censeamus appareat. Loqui enim videntur, qui multum laborantes nihil effecerunt et deum videntes labori suo officere hunc intelligunt se potentiorem esse. quid igitur, inquiunt, denuo laborantes lucrabimur? ἢ ita transpositum Callimacho vindicavimus vol. I p. 353, quamquam non refragabimur si quis ἢ θεὸς ἦν vel adeo ἦν θεός, ἦν κρέσσων scribere maluerit. Tum κρέσσων habet etiam Callimachus (cf. ad Epigr. XXVII, 2), cui si hoc quoque fragmentum attribuimus, non videmur iure

reprehendi posse. Alexandrini certe poetae existimabat Lehrs., contra lyrici Bergk. Poet. lyr. p. 1324, qui ἦν θεὸς ἢ κρέσσων δή τις· ὀνησόμεθα. edidit. Et vide ad Aet. II 3. —

275. Herodian. περὶ μ. λ. p. 43 (Herod. II p. 948, 27) ἀμῶ. οὐδέποτε τὸ α πρὸ τοῦ μ κατὰ τὴν κοινὴν διάλεκτον ἐκτεταμένον ἐστὶν ἐν ἀρχῇ. — τὸ τοίνυν ἀμῶ ῥῆμα σημειῶδες, „εἰς ὥρας ἀμῷεν“ (Hom. Od. IX 135), ᾧ ἀκόλουθα ῥηματικά, οἱ δ' ὥστ' ἀμητῆρες“ (Hom. Jl. XI 67), καὶ

ὀλίγος δ' ἀμητὸς ἔην.

Ultimum aliunde non notum. Sed recte iudicare videtur Dindorfius, Herodianum memoriter citando Jl. XIX 223 ἀμητὸς δ' ὀλίγιστος corrupisse, quod viro laboriosissimo saepius accidisse constat, praesertim quum eodem Jliadis loco Herodianus etiam περὶ διχρόνων p. 368 Lehrs. (Herod. II p. 17 Lentz.) in eadem re usus sit. Sed tamen Lentzius I p. 522 ὀλίγος δ' ἀμητὸς ἔην incerti poetae fragmentum putare videtur. —

276. Herodian. περὶ μον. λ. p. 43 (Herod. II p. 948, 33 Lentz.): ἔρρω οὐδὲν ῥῆμα λῆγον εἰς ρ δισύλλαβον κατὰ τὴν τῶν ποιητῶν χρῆσιν καὶ τῶν πεζῶν ἔχει τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς ρ καταλήγουσαν, ἀλλὰ μόνον τὸ ἔρρω,

ὅτε τ' ἤλυθεν ἐνθάδε ἔρρων.

Ignotum sibi poetam esse Lehrs. scribit nec ego alibi versum inveni. Sed etsi hoc nemini hucusque in mentem venit, suspicor tamen hic quoque quem paulo ante errorem commisisse Herodianum, ut indicaturum Hom. Jl. VIII 239 νηὶ πολυκλήιδι παρελθέμεν ἐνθάδε ἔρρων memoria deceperit. Solum ἐνθάδ' ἔρρων ob aliam causam citat Etym. Magn. p. 377, 33. —

277. Herodian. περὶ μον. λ. p. 44 (Herod. II p. 950, 23 Lentz.): ἦν. οὐδὲν ῥῆμα οριστικὸν ἑνικὸν πρῶτον πρόσωπον κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ὁρᾶται πρῶτον πρόσωπον ἑνικοῦ καὶ τρίτον ἑνικοῦ καὶ πρῶτον καὶ τρίτον πληθυντικοῦ, ὅτι μὴ μόνον τὸ ἦν. „ἦν γὰρ ἐγώ“ Ἀττικοὶ λέγουσι καὶ „ἦν ἐκεῖνος“. καὶ πληθυντικῶς Σιμωνίδης (p. 1180 Bergk.) ἐπὶ πρώτου προσώπου ὡς καὶ ἐν Ἐπιγράμμασιν „ἦν ἑκατὸν φιάλαι, δίχα δέ σφισιν“. ἀντὶ γὰρ τοῦ ἦμεν ἦν. „τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί“ (Hesiod. Theog. 321), καὶ

κωφοὶ δ' ἦν προπάροιθεν.

Ultimum fragmentum, cuius auctor ignoratur, facile mihi persuadeo Callimachi esse ex eo loco (Aet. II 5) petitum ubi de saxis loquebatur a Deucalione in homines conversis. cf. fr. 500). —

278 et 279. Herodian. περὶ διχρόνων p. 342 Lehrs. (cf. Herod. II p. 7 coll. I p. 523): τὸ τὶς σημειούμεθα συστελλόμενον τὸ ι· τὸ δὲ

στάδα λίμνην

ἢ

κλάδα χρυσεόκαρπον

οὐχ ἕξει τινὰ εὐθεῖαν στὰς ἢ κλάς· μεταπλασμοὶ γάρ εἰσι, τὸ „ἐξ ὀρέων ἐπὶ κάρ“ (Jliad. XVI 392) κατὰ πάθος. Utrumque fragmen-

tum legitur etiam in Cramer. Anecd. Oxon. III p. 283, in Regul. Prosod. apud Herm. in libro de emend. rat. gram. gr. p. 433, 6, Drac. Straton. p. 36, 16 et p. 103, 11, ultimum certe etiam in Choerob. Dictat. p. 435, 11 (Bekk. Anecd. p. 1242), ubi εὐστάδα λίμνην in στάδα λ. decurtatum dicit, ceteri autem testes partim στᾶδα et κλᾶδα χρύσεον καρπόν scribunt, κλάδα (κλάδον. ῥάβδον) habet etiam Hesych. II p. 488. De re ipsa cf. Lobeck. Paralip. p. 149 et 156. Bergk. Lyric. Poet. p. 1349 prius fragmentum epici putat, alterum lyrici poetae. equidem non video cur utrumque epici esse negem. —

280. Herodian. περὶ διχρόνων p. 370 Lehrs. (Herod. II p. 18 Lentz. coll. I p. 455 et p. 534) et Cram. Anecd. Ox. III p. 298, Regul. Prosod. in Herm. libro de em. rat. gr. gr. p. 447. Drac. Strat. p. 23, 6: τὰ εἰς ω λήγοντα καθαρὰ βαρύτονα ῥήματα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ὑπάρχοντα, εἰ παραλήγοιτο τῷ ι, μόνῳ ἐκτεταμένῳ αὐτῷ παραλήγεται, χωρὶς εἰ μὴ σύνθεται εἴη ἢ κατ᾽ ἔλλειψιν τοῦ ζ. — ἐφυλαξάμην δὲ σύνθετα διὰ τὸ ἀτίω τήν τε ἔλλειψιν τοῦ ζ διὰ τὸ μαστίω. τὸ δὲ δειδίω οὐ ῥητόν. τὸ δὲ κηκίω ἐκ διπλασιασμοῦ,

πολλὴ δ᾽ ἀνεκήκιεν ἅλμη.

Pro ignoto nobis fragmento grammaticus aliquanto notioribus Homeri locis uti potuit, velut Od. V 455 θάλασσα δὲ κήκιε πολλή. Si quis tamen ex hoc Homeri loco illud corruptum esse putaverit, hic quidem non sequar, quum videam etiam Nonnum Dionys. XXXIX 248 proxime ad illius versus similitudinem dixisse: ἀφρὸς ἐρευθιόων πολιῆς ἀνεκήκιεν ἅλμης, quo fit, ut fragmentum Callimachi fuisse existimem quod ex more suo Nonnus imitatus sit. Ne quis autem inde in fragmento corrigendum putet πολιὴ — ἅλμη, retinebunt quae diximus ad Hym. IV 14. Ceterum Apollon. Rhod. quoque I 542 suum illud ἀφρῷ δ᾽ ἔνθα καὶ ἔνθα κελαινὴ κήκιεν ἅλμη non tam ex Homeri quam ex Callimachi imitatione dixit. — In his quos genuinus Herodiani περὶ διχρόνων liber affert poetarum locos anonymos eosdem habet personatus Draco Stratonicensis. Sed aliter res habet in Dracon. p. 39, 23 et p. 67, 11 et p. 91, 7, ubi auctorum nomine non addito citantur versus hexametri

αὐτὰρ ὃ δωτίνας μεροπηΐδος εἷλε γενέθλης

et πολλάκι δειμαίνουσα μίτους ἀνεβάλλετο Μοῖρη.

et χαίρετε καὶ στείβοιτ᾽ ἐρατοῖς ποσὶν ὑδατόεντα.

Horum enim versuum nullum est apud verum Herodianum vestigium, ut ab ipso illius libri interpolati auctore novicio additi esse videantur ex iis poematis quae ei ad manus erant. ἄδηλα quidem haec Hermannus dicit ad Dracon. p. 157, sed fugit virum summum secundum et tertium versum iisdem plane verbis legi in Anthol. Pal. IX 199, 2 et IX 327, 3. atque Epigrammatum collectionem Pseudodraconi ad manus fuisse apparet ex iis quae insunt Callimachi codici S (cf. vol. I praef. p. XXXVI

coll. p. XLII). Primum autem versum ne quis et ipsum quaerat in Anthologia graeca, moneo Apollinaris esse in Paraphras. Psalm. LXVII, 44, qui voce *μεροπηΐς* saepius utitur (XI 2. XX 21. XXVIII 27. LXV 9. LXVI 8. LXXVII 59. XC 21. CIII 30. CVI 17, 31, 43, 63, CXIII 51. CXLIII 9.) add. epigr. christian. in Anthol. Pal. I 25, 2: *ἡμετέρην τὸ πάροιθε πλάσας μεροπηΐδα φύτλην.* —

281. Joann. Alex. *τονικὰ παραγγ.* p. 18, 3 Dind. p. 18, 5 (Herod. I p. 426): *ὑπάτων νεάτων ἐπὶ τῶν χορδῶν περισπῶμεν· κύρια γάρ εἰσιν αὐτῶν ὀνόματα, καὶ διὰ τοῦτο μονογενῆ. τὰ μέντοι γε ἐπιθετικὰ βαρύνεται, ἐπεὶ τὰ τούτων ἀρσενικά·*

*κοῦραι πετράων ἥριπον ἐξ ὑπάτων.*

eundem pentametrum ob eandem causam citant Choerobosc. Dictat. p. 456, 26 (= Bekker. Anecd. p. 1261) et gram. in Crameri Anecd. Paris. I p. 396, 24, qui *ἔρριπον* vel *ἔρριπτον* habent correctum a Lobeck. ad Buttm. Gram. graec. II p. 288. Fragmentum Callimacho vindicavit Bergk. Poet. lyr. p. 1355 et Aetiorum libro secundo Anth. II p. 145 n. 20 cum Rauch. de Aet. p. 28 n. 36, qui *κούρας* intelligit Cecropis filias, Agraulon, Pandroson, Hersen, qui se ex rupibus praecipitarunt. cf. Aet. II 10. —

282 et 283. Joann. Alex. *τον. παραγγ.* p. 29, 6 (Herod. I p. 488 Lentz.): *ἀπὸ τοῦ ἐτεὸν ὀξυτόνου*

*ἀλλ' ἐτεὸν μὲν ἐοικότες.*

*καὶ ἐτεά. καὶ ἀπὸ τοῦ ἐτός πάλιν ὀξυτόνου ἐτά ὀξυτόνως, ὡς*

*ἐτὰ Τημενίδεω χρύσεον γένος.*

Prius fragmentum apposui ex emendatione Lentzii, alterum ex Lobeckii, Elem. Path. I p. 253 not., qui de Heraclidis dictum putat coll. Callim. fr. 448 *πάντες ἀφ' Ἡρακλῆος ἐτήτυμον ὅσσοι ἀμώμου*, quo si eiusdem poetae sibi anonymum fragmentum videri indicare voluit, ego quidem non magnopere refragabor (cf. *Ἄργους οἰκισμοί* extr.), qui alteram quoque illam versus particulam Callimacho vindicaverim. —

284. Joann. Alex. *τον. παρ.* p. 29, 26 (Herod. I p. 490). *καὶ τὸ ἰδίᾳ δὲ καὶ δημοσίᾳ ἀπὸ δοτικῆς γέγονε, — ἔστι τινὰ καὶ παρὰ αἰτιατικῆς γεγονότα, οἷον τὸ πέραν καὶ πέρην, ἀλλ' ὅσοι ναίουσι* * * *, *καὶ μετὰ προθέσεως, „ἀντιπέραν λεύσουσα πυρὸς σέλας“*. Prior locus scribendus:

*ἀλλ' ὅσσοι ναίουσι πέρην,*

nisi quis cum Lentzio l. l. putaverit latere versum Hom. Jl. II 535 *Λοκρῶν οἳ ναίουσι πέρην ἱερῆς Εὐβοίης*, quamquam etiam de Jl. II 626 *νήσων αἳ ναίουσι πέρην ἁλός* vel de Hesiod. Theog. 274 *Γοργούς θ' αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο* cogitari possit. Sed nihil vetat de Alexandrino poeta cogitare velut Callimacho, quum etiam quae sequitur versus particula Alexandrini epici frustulum sit, Apollonii Rhod. IV 68: *ἀντιπέρην λεύσσουσα πυρὸς σέλας*, id quod et Dindorfium et Lentzium fugit. —

285. Joann. Alex. τον. παραγγ. p. 29, 35 (Herod. I p. 490): καὶ τὸ πρώην δὲ παρ' αἰτιατικὴν σχηματίζουσιν, „τῇδε πρῴαν" (?), καὶ τὸ „ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ" (Jl. III 95), καὶ

ἀκμήν τοι βρύα τῆμος ἐπὶ στήθεσσι κέχυνται.

Videntur dici de corpore hominis modo e mari eiecti, cuius etiam tunc pectus musco marino obsitum erat. id si Palaemonis sive Melicertae fuit, de Callimachi Actiis cogitari poterit. cf. supra p. 70.

286. Joann. Alex. τον. παρ. p. 31 (Herod. I p. 491): πᾶν μονοσύλλαβον ἐπίρρημα, εἰ μὲν ἔχει φύσει βραχεῖαν, δῆλον ὡς ὀξύνεται — τῶν δὲ μακρὰν ἐχόντων φύσει τὰ μὲν περισπᾶται, τὰ δὲ ὀξύνεται. τὰ πυσματικὰ περισπᾶται, πῇ, ποῦ, πῶς· ταῦτα (ταὐτὰ?) δὲ ἀοριστούμενα ἐγκλίνεται, „οὔ πως ἔστ' Ἀγέλαε" (Hom. Od. XXII 136),

ἀλλά που ἄλλῃ,

„οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας" (Jl. I 262). Medii fragmenti sedem Lentzius apud Homerum aut alibi non invenit nec id mirandum si, quod credo, Herodiani animo obversabatur locus Hom. Od. III 251 ἀλλὰ πῇ ἄλλῃ memoriae lapsu in hanc formam corruptus. — Similis autem corrumpendi causa Herodiano fuit in Joann. Alex. περὶ τον. π. p. 32, 2 (Herod. I p. 493 Lentz.), ubi de ὥς agens praeter Jl. IV 322 ἀλλὰ καὶ ὣς ἱππεῦσι μετέσσομαι apposuit etiam hoc: ἐμὲ δ' οὐδ' ὣς θυμὸς ἀνῆκεν, ubi Hom. Jl. XV 24 citaturus ἐμὲ δ' οὐδ' ὣς θυμὸν ἀνίει ἀζηχὴς ὀδύνη memoriae errore illud scripsit iis locis deceptus bene multis ubi θυμὸς ἀνῆκεν legitur, velut Jl. VI 256. VII 25. XXI 395 etc. Atque similiter doctos viros fugit Homericum locum citari in Joann. Alex. p. 42, 18 (Herod. I p. 520 Lentz.): ἤ — κἂν ὑποτάσσηται τῷ ἐπεὶ διαβεβαιωτικὸς ὤν, ὁμοίως περισπᾶται· „ἐπεὶ ἦ φάτ' ἄρ' ἐσφαλές" „ἐπεὶ ἦ μάλα πολλὰ μεταξὺ οὔρεά τε σκιόεντα" (Jl. I 156), ubi de priore fragmento nihil monet Dindorfius, Lehrsius autem Quaest. epic. p. 62 incerti auctoris ratus scripsit ἐπεὶ ἦ φάτ' ἄρ' ἀσφαλές, quem inconsideratius sequitur Lentz. l. l. nam, quod nemo editorum vidit, sine dubio Herodianus apposuit Homeri verba ex Od. XVII 196: ἐπεὶ ἦ φατ' ἀρισφαλέα. —

287. Choerobosci Dictata in Theodosii Can. p. 115 Gaisf. (Herodian. II p. 641 seq. et p. 663): (ἰχθύς) ἰχθύος ἰχθύσι διὰ συνεσταλμένου τοῦ υ, „ἰχθύσι τοῖς ὀλίγοισι" (Hom. Od. XII 252). καὶ πάλιν δρῦς δρυός, δρυσίν ὁμοίως διὰ συνεσταλμένου τοῦ υ,

παρὰ δρυσὶ καὶ παρὰ πεύκαις.

Hoc fragmentum, cuius auctorem neque Gaisfordius neque Lentzius apposuerunt, ego quoque puto anonymi esse (fortasse Callimachi, qui de Paride pastore dixerit in Aet. I 13), etsi grammaticus ad probandum υ correptum etiam Apollon. Rhod. III 968 et Nicandr. Ther. 412 uti poterat. Ne quis autem ex

simili silentio Gaisfordii ad Choerob. p. 16: τὸ κράς ὃ σημαίνει τὴν κεφαλήν, διὰ τοῦ τ ἐκλίθη, οἷον „κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο", et Lentzii Herod. II p. 649, ubi Choerobosci locum repetit, male colligat anonymi poetae fragmentum esse κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, moneo hoc hodieque legi in Hom. Jl. I 529. Et Gaisfordius quidem saepius Homeri locos sine auctoris nomine a Choerobosco suo citatos non agnovit. velut a Choerob. p. 185 quod citatur ἤρυσαν ἠνορέην vel p. 194 εἴρησαν ἠνορέην, ibidem autem p. 906 plenius sub ποιητοῦ nomine, ille non intellexit ex Hom. Jl. VIII 226 petitum esse: εἴρυσαν ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν. Sed huiusce modi fragmenta Homerica quae ille tamquam anonymi edidit postea omittam. —

288. Choerob. Dict. p. 230 (Herod. II p. 711): ἰστέον ὅτι αὗται αἱ αἰτιατικαὶ δίχως λέγονται, οἷον ἡδύς ἡδέος ἡδέα καὶ ἡδύν, εὐρύς εὐρέος εὐρέα καὶ εὐρύν, „ἐπ' εὐρέα πόντον" (Jl. VI 292), πολύς πολέος πολέα,

πολέα στρατόν,

καὶ πολύν. Quod locum habere potuit in Aet. II 5. —

289. Choerob. Dict. p. 280 (Herod. II p. 301 et p. 627): τὸ τάλας δὲ τάλανος καὶ μέλας μέλανος ἐλλείπουσι τὸ τ· μέλαντος γὰρ καὶ τάλαντος ἦσαν, καὶ κατὰ ἀποβολὴν τοῦ τ γεγόνασι μέλανος καὶ τάλανος. Ὅτι γὰρ τοῦ μέλας μέλαντος ἦν ἡ γενική, δηλοῖ τό

Μελαντείους δ' ἐπὶ πέτρας.

Primam fragmenti vocem non minuscula litera ut Gaisford. et Lentz., sed maiuscula scripsi, nam proprium nomen est. cf. schol. Apoll. Rhod. IV 1707 Μελαντίους δὲ δύο σκόπελοι πρὸς τῇ Θήρᾳ οὕτως ὀνομαζόμενοι, ἀπὸ Μέλανος κατασχόντος τὴν χώραν τὴν προσηγορίαν ἔχοντες, ubi quod Μελαντίους legitur quem ad modum etiam in ipso Apollonio Rhodio l. l. nunc editum, id et rationi grammaticae repugnat et meliori cedere debet Μελαντείους, quod cum Choerobosco commendat Etym. Magn. p. 142, 54 (etiam Etym. Florent. cf. Miller. p. 213). Quamquam Μελάντεοι ὅροι et Μελάντεος χοιράς memorat etiam Hesychius III p. 85. Ceterum Apollonius Rhodius rupes illas memorat in historia de Argonautis in patriam redeuntibus. qui poeta quum in illa re non uno loco ad Callimachum se accommodaverit, facile est ad suspicandum Callimachi illi fragmento sedem fuisse in Aet. II 8. —

290. Choerob. Dict. p. 290 (= Bekk. Anecd. p. 1199. cf. Herodian. II p. 726): ἰστέον δὲ ὅτι ταῦτα κοινά εἰσι τῷ γένει, οἷον ὁ γείτων καὶ ἡ γείτων, ὁ τέκτων καὶ ἡ τέκτων· ἀλλ' οἱ ποιηταὶ καὶ παρωνύμως ποιοῦσιν αὐτὰ διὰ τοῦ αινα, οἷον γείταινα καὶ τέκταινα,

γείνεό μοι τέκταινα βίου δαμάτειρά τε λιμοῦ.

Fragmentum omittit qui eandem rem tractat gramm. in Cram. Anecd. Oxon. III p. 387 coll. Lobeck Proleg. Path. p. 33 not. et p. 514. γείνεο male in γίνεο mutavit Gaisf. cf. Callim.

hym. IV 214 γείνεο, γείνεο κοῦρε. cf. vol. I p. 205 seq. Callimachi frustulum sibi videri olim dum in vivis fuit significavit mihi desideratissimus Schneidewinus persuasitque facillime. certe aptissimum locum habuit in Aetiis III 4, ubi de inventis frugibus poeta agebat, ac posuit fortasse in extrema illa elegia, Cererem ut propitia sibi sit invocans. —

291. Choerob. Dict. p. 442: ἰστέον δὲ ὅτι ἐν μέτρῳ εὕρηται (τὸ δύο) διὰ τοῦ ο καὶ διὰ τοῦ ω, οἷον „παρῴχηκεν δὲ πλέων νύξ, τῶν δύο μοιράων" (Jl. X 252) διὰ τοῦ ο, καὶ

δύω δυσὶν ἀντιφέρεσθαι,

διὰ τοῦ ω. Legebatur δύω δὲ δυσίν, quod correxi, et iure, puto, sive anonymi est (apud Homerum quidem frustra quaesiveris) sive, quod fere magis credo, Arati, cuius haec sunt v. 468: ἀτὰρ μέτρῳ γε δύω δυσὶν ἀντιφέρονται. —

292. Choerob. Dict. p. 513: οἱ Ἴωνες καὶ οἱ ποιηταὶ πολλάκις συναρχομένους ποιοῦσι τοὺς παρῳχημένους τοῖς ἰδίοις ἐνεστῶσιν, εἴτε ἀπὸ συμφώνου εἴτε ἀπὸ φωνήεντος ἄρχεται ὁ ἐνεστώς, οἷον τύπτω ἔτυπτον, καὶ πάλιν ἄγω ἦγον,

ἄγεν δέ ἑ μοῖρα βαρεῖα.

Incertam versus particulam, quam Gram. in Cram. An. Oxon. IV p. 176 et p. 418 ita habet: ἄγε δὴ (δὲ) μοῖρα βαρεῖα, Lentz. ad Herod. II p. 793 not. ex Homeri Jl. XIII 602 versu τὸν δ' ἄγε μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλοσδε corruptam putabat, quod minus verisimile mihi videtur quam alius poetae esse frustulum nobis ignoti et dictum de viro aliquo, quem Moera noluit ex bello redire. —

293. Choerob. Dict. p. 641: λέγει ὁ Ἀπολλώνιος —, ὅτι πολλά εἰσι ῥήματα, ἃ (haec vox sine dubio addenda) καὶ ὡς ἀπὸ βαρυτόνων καὶ ἀπὸ περισπωμένων ποιοῦνται τὴν κλίσιν, οἷον τύπτω τύψω καὶ τυπτῶ τυπτήσω· „οὐ γάρ με τυπτήσεις στέφανον ἔχοντά γε, Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ (21)· εἴδω εἴσω ἐξ οὗ καὶ τὸ „εἴσομαι ἤ κέ μ' ὁ Τυδείδης κρατερὸς Διομήδης" (Jl. VIII 532) καὶ εἰδῶ εἰδήσω, ἐξ οὗ τὸ

εἰδῇς δὲ καὶ αὐτός.

In ultimo si nihil vitii inest, poetae incerto (nam apud Homerum neque Gaisfordus Lentziusque qui Choerobosci locum protulit Herodian. II p. 804 repererunt neque ego legi) εἰδῇς est coniunctivus ab οἶδα, sive hunc pro εἰδείης ἂν positum voluit, sive ab ὄφρα suspensum fecit, ut fit in Hom. Jl. VI, 150. XX 213 ὄφρ' εὖ εἰδῇς ἡμετέρην γενεήν (haec enim tonosis Aristarchi auctoritate invaluit. cf. Goettling. de Accent. p. 79, ubi add. schol. Hom. Od. VI 317). Sed quum, ut nunc res est, futuri εἰδήσω in disputatione grammatici nullus iam usus sit, non ignoti poetae nos habere fragmentum puto, sed ipsius Homeri, non sincerum quidem, sed paululum depravatum, Od. VII 327, εἰδήσεις δὲ καὶ αὐτός. Aliquanto autem certior res est de eiusdem Choerobosci Dictat. p. 645. ἐρέσσω ἐρέσω (σημαίνει δὲ τὸ κωπηλατῶ),

ἐξ οὗ ὁ α' ἀόριστος ἤρεσα. „ἤρεσα χερσὶν ἐμῇσι“, quem grammatici locum Lentzius l. l. II p. 805 seq. exprimendum curavit, fragmenti sedem non magis indicans Gaisfordo, ut incerti poetae frustulum putasse videatur, quod certe fecit Ludwich. in laboriosissimis illis omnique laude dignis ad Lentzianum opus indicibus p. 1217 B. Sed sine dubio Homeri locus est Od. XII 444 διήρεσα χερσὶν ἐμῇσιν. Eiusdem etiam versus est paululum corruptus qui ita legitur in Choerobosci libro de Orthographia p. 180 (in Cram. Anecd. Oxon. II p. 180): πολλαὶ ἠδὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμιαί. nam vid. Hom. Jl. I 52: βάλλ'. αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί. —

294. Stephan. Byz. Ethn. p. 88, 6 Mein.: Ἀμύνται· ἔθνος Θεσπρωτικόν.

μένος πνείοντες Ἀμύνται.

Ignotum aliunde versum Rhiani esse suspicabatur Mein. ad Stephan. l. l. —

295. Steph. Byz. p. 92, 4: Ἀναία· παροξυτόνως, οὐχ ὡς Αἴλαια Ἱστίαια Κάρθαια. ἔστι δὲ Καρίας.

ἀντικρὺ Σάμοιο.

Epici versus laciniae videbantur Meinekio, qui δέ intericiendum coniecit. Putabat igitur versum factum esse ad normam Hom. Jl. VIII 310 Ἕκτορος ἀντικρύ et ἀντικρύ esse molossum ut in aliis multis Homeri locis. Sed quidni ad normam Hom. Jl. V 130 factus sit (μή τι σύ γ' ἀθανάτοισι θεοῖς ἀντικρὺ μάχεσθαι), ut in fine versus haec verba posita fuerint. atque ἀντικρύ pro palimbacchio Dionysius quoque Periegetes usus est 421 ἥ τ' Ἐφύρης ἀντικρὺ ποτὶ ζόφον, quem poetam quum inter studiosissimos Callimachi imitatores fuisse constet, non inepte coniciat aliquis huius poetae illud fragmentum esse. —

296. Steph. Byz. p. 97, 2: Ἀνθήλη — καὶ Ἀνθήνη ἐκλήθη· τὸ ἐθνικὸν Ἀνθηναῖος καὶ

Ἀνθήνηθεν ἵκοντο.

Fortasse Rhiani esse ex Achaicis putabat Mein., qui tamen in Addend. p. 818 delendam hanc adnotationem dicit. —

297, 298, 299. Steph. Byz. p. 109, 19: Ἀράξης, ποταμὸς Ἀρμενίας. καὶ Θετταλίας· οὕτως γὰρ ὁ Πηνειὸς ἐκαλεῖτο ἐκ τοῦ ἀράξαι. τὸ τοπικὸν

Ἀράξιον ὕδωρ.

Similiter incerti poetae sunt quae affert Stephan. p. 423, 2

Λυρκήιον ὕδωρ,

ubi antecedit Callimachi memoria (Λύρκειον, ὄρος Ἄργους. Καλλίμαχος Ἑκάλῃ. cf. fr. LV), ut huic alterum quoque fragmentum facile aliquis vindicare velit, quod etiam Mein. fecit. Item ignoti nobis poetae est quod legimus apud Steph. p. 511, 14: Πάταρα — τὸ θηλυκὸν Παταρηίς ὡς βασιληίς. τὸ κτητικὸν

Παταρήιον ὕδωρ

quod et ipsum fortasse Callimachi est, si quidem eius imitator

Dionysius Perieg. bis habet *Παταρηΐδα ἄκρην*, v. 129 et 507, unde non solum *Παταρηΐς*, sed etiam *Παταρήιον ὕδωρ* in Callimachi carminibus locum habuisse facile sibi quispiam persuadeat. —

300. Steph. Byz. p. 110, 20: *Ἀρβάνιον, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ. τὸ ἐθνικὸν Ἀρβάνιος. καὶ τὸ θηλυκὸν ἐν κοινῷ γένει*

*Ἀρβάνιος ἀκτή.* —

301. Steph. Byz. p. 112, 18: *Ἄργος διασημοτάτη πόλις Πελοποννήσου, ἥ τις*

*Φορωνικὸν ἄστυ*

*ἐκέκλητο.* cf. Pausan. II 15 extr. *Φορωνεὺς ὁ Ἰνάχου τοὺς ἀνθρώπους συνήγαγε πρῶτον ἐς κοινόν, σποράδας τέως καὶ ἐφ' ἑαυτῶν ἑκάστοτε οἰκοῦντας· καὶ τὸ χωρίον ἐς ὃ πρῶτον ἠθροίσθησαν ἄστυ ὠνομάσθη Φορωνικόν.* unde si colligi potest in vulgus nomen probatum fuisse, tamen vix dubitandum videtur, quin poetae cuidam acceptum referatur, quem Hesiodum fuisse crediderim.

302. Steph. Byz. p. 134, 1: *Ἄσκρη, πόλις Βοιωτίας — τὸ ἐθνικὸν „Ἀσκραῖος Ἡσίοδος“ καὶ*

*ἀπ' Ἀσκρηθεν.*

*Ἀσκραῖος Ἡσίοδος* potest esse Nicandr. Ther. v. 11 seq., si quidem Stephanus sive potius Herodianus poetae cuiusdam locum respexit, non usum communem. Sed *ἀπ' Ἀσκρηθεν* sine dubio poetae est, fortasse Callimachi, qui in *Αἰτίων* prologo ubi dixerat Musas sibi in conspectum venisse et de rebus obscuris se erudisse, hoc quoque addere potuit, quem ad modum sibi, ita etiam Hesiodo *ἀπ' Ἀσκρηθέν* [*ποτ' ἰόντι*] ut in Helicone oves pasceret, Musas apparuisse et *καλὴν ἀοιδὴν διδάξαι* et *σκῆπτρον δάφνης ἐριθηλέος ὄζον* dedisse, ut est in Hesiod. Theog. 22 et 36. —

303. Steph. Byz. p. 134, 14: *Ἄσπενδος, πόλις Παμφυλίας. — ὁ πολίτης Ἀσπένδιος. Θεόπομπος τετάρτῃ Ἑλληνικῶν „ἀποτυχὼν δὲ τῶν Ἀσπενδίων“ καὶ τὸ θηλυκὸν ὁ αὐτὸς Ἀσπενδία. καὶ Ἀσπενδίς.*

*Ἀσπενδίδα γαῖαν.*

304. Steph. Byz. p. 135, 13 (coll. Eustath. ad Jl. p. 272, 18): *Ἀσπληδών, πόλις Φωκίδος — Ὀρχομένου δὲ υἱεῖς*

*Ἀσπληδὼν Κλύμενός τε καὶ Ἀμφίδοκος θεοειδής.*

Versum Hesiodo tribuebant Hermannus et Buttmannus. cf. Hesiod. fr. XLVII Marksch. —

305. Steph. Byz. p. 174: *Βολβιτίνη, πόλις Αἰγύπτου —. τὸ κτητικὸν Βολβίτινος, ἔνθεν καὶ*

*Βολβίτινον ἅρμα.*

Poetae epici species evanescet, si probaveris a Meinekio commendatum B. *δίαρμα.* —

306. Steph. Byz. p. 238: *Δρεπάνη, ἡ Φαιακία — ἔστι καὶ Δρεπάνη Βιθυνίας πρὸς τῷ Ἀστακηνῷ κόλπῳ. ἔστι καὶ ὄρος Αἰθιοπίας. τῆς δὲ Βιθυνίας φησὶν ὠνομάσθαι ὅτι*

*Δρεπάνην κλείουσιν ἀπὸ Κρονίδαο σιδήρου.*

Callimachi esse versum statuit Hecker. Com. Call. p. 37, rectius

fortasse Meinek. Demosthenis Bithyni. Versum explendum esse Mein. putavit praeposito *τήν*. possis enim conicere *ὃ Δρεπάνην*, „quam ob rem *Δρεπάνην* vocant". —

307. Steph. Byz. p. 240, 12: *Δυμᾶνες, φυλὴ Δωριέων. — οἱ οἰκοῦντες Δυμᾶνες. καὶ Δυμανίς τὸ θηλυκόν·*

*στέλλεο νῦν ἔτι τῆλε Δυμανίδος ἠπείροιο.*

*καὶ Δύμαινα. Εὐφορίων Χιλιάσι* „*δαίμων * * σαιτο φιλοπλοκάμοισι Δυμαίναις*". In priore fragmento *ἔτι* suspectans Meinekius in Anal. Alex. p. 76 *ἐπί* commendavit, postea ad Steph. l. l. *ἀπό*, quorum neutrum mihi necessarium, quum ita videam locum recte explicari posse: „certe etiam nunc, si antea non fecisti, proficiscere longe a continenti Dymanide in aliquam insulam". Euphorionis autem verba quod expedire se negat vir egregius in Analect. Alex. l. l., mihi facilis et emendandi ratio et corruptionis causa videbantur, modo concessum esset post *δαίμων* excidisse syllabam antecedenti simillimam:

[*οὐδέ κ' ἐπελθὼν*]

*δαίμων μωμήσαιτο φιλοπλοκάμοισι Δυμαίναις*

nimirum *τὴν χάριν* vel in saltando exhibitam gratiam. Forma orationis est ut in Hom. Jl. XIII 127: *φάλαγγες καρτεραί, ἃς οὔτ' ἄν κεν Ἄρης ὀνόσαιτο μετελθὼν οὔτε κ' Ἀθηναίη λαοσσόος*. ibid. XVII 399 *οὐδέ κ' Ἀθήνη τόν γε ἰδοῦσ' ὀνόσαιτο*. Mimnerm. XIII 3 *τοῦ μὲν ἄρ' οὔποτε πάμπαν ἐμέμψατο Παλλὰς Ἀθήνη δριμὺ μένος κραδίης*. —

308. Steph. Byz. p. 307, 6: *Θαυμακία. — δευτέρα πόλις κατὰ τὸν Μαλιακὸν κόλπον. οἱ ἔνοικοι Θαυμακοί. καὶ*

*Θαυμακίης ἱερὸν Ἀρτέμιδος.*

Partem pentametri esse patet, quam Callimacho vindicat Bergk. Poet. lyr. p. 1356. —

309. Steph. Byz. p. 316 extr. coll. Add. p. 818. Herod. I p. 118: *τὸ Θρᾴκιος λέγεται καὶ διὰ μακροῦ τοῦ ι.*

*ἀνέρα δὲ Τροίη Θρηίκιον οὔτι φορήσει.*

versum, quem de Rheso intellexit Schneidewinus, recte fortasse statuit Meinek. ex oraculo desumptum esse. —

310. Steph. Byz. p. 343, 13: *Ἰώνη — τὸ ἐθνικὸν Ἰωνίτης ἢ Ἰωναῖος ὡς Κλεωναῖος·*

*Κλεωναίοιο χάρωνος.*

Sic verissime emendavit Mein. Anal. Alex. p. 85. in libris enim est *Κλεωναῖος ὁ χάρωνος*. Incertum poetam dicit Mein., quem certe Alexandrinum fuisse apparere videtur ex nominis *χάρων* usu cf. Mein. l. l. quidni igitur de Callimacho cogitemus, qui ista dixerit in Aetiis, ubi de Nemeis narraverit? —

311. Steph. Byz. p. 503, 24: *Παρθένιος ποταμὸς ἐν μέσῳ τῆς Ἀμαστριανῶν πόλεως ῥέων. ἐκλήθη δ' ἐκ τοῦ συνεχῶς περὶ αὐτὸν τὴν παρθένον Ἄρτεμιν κυνηγετεῖν, ἢ διὰ τὸ ἠρεμαῖον καὶ παρθενῶδες τοῦ ῥεύματος*

*ὡς ἀκαλὰ προρέων, ὡς ἁβρὴ παρθένος εἶσιν.*

Versum Parthenio poetae lubentius quam alii ascribere volebat Mein. Anal. Alex. p. 292, qui tum quidem scire non potuit, in Etym. Magn. loco p. 44, 34, quem ipse attulit, ἐκ τοῦ οὖν ἀκαλὸς γίνεται „ἀκαλὰ προρέων", ἀντὶ τοῦ ἡσύχως, codicem Vossianum ap. Gaisf. habere γίνεται ἀκαλά, ὡς ὁμαλός ὁμαλά, ὡς παρ' Ἡσιόδῳ ἀκαλὰ προρέων, unde totum illum versum Hesiodo vindicarunt Hecker. Ep. ad Schneidew. in Philol. IV p. 488 et Dilthey de Cydipp. p. 40 n. 2, recte fortasse hoc, nisi forte quis statuat, alium quendam poetam, qui saepe Hesiodum imitabatur, velut Callimachum, ab Hesiodo sumpsisse illud ἀκαλὰ προρέων, reliqua autem et ipsam comparationem de suo addidisse, quae poeta Alexandrino dignior videtur quam Hesiodo. quamquam Parthenium fluvium iam Homerus Jl. II 854 memorat ipseque Hesiod. Theog. 344, Callimachus autem memorare potuit in elegia de Argonautis (coll. Apoll. Rhod. II 936) atque obiter addere Artemin saepe ad illum fluvium venari, id quod et Stephanus dicit et legimus etiam in Apollon. Rhod. III 876 seq. —

312. Steph. Byz. p. 509, 5: *Παρρασία — ὁ πολίτης Παρράσιος καὶ Παρρασιεὺς καὶ Παρρασίς*

*δέξονται Φολόης οὔρεα Παρρασίδος.*

Ita qui dixit poeta, sive Parthenius fuit, ut Meinek. statuit Anal. Al. p. 292, sive Callimachus, quod malebat Bergk. Poet. Lyr. p. 1356 et Anthol. II p. 159 n. 155 (ubi praef. p. XIII ex *Ἀρκαδίας* Callimachi petitum putat), Parrhasiam non unam intellexit illam Arcadiae urbem, sed Arcadiam totam. cf. vol. I p. 138. —

313. Steph. Byz. p. 514, 4: *Πειραιός —. λέγεται δὲ καὶ*

*Πειρήτιδος ἱερὸς ὄρνις,*

*ὡς ἀπὸ τοῦ Πειρήτης ἀρσενικοῦ. ἔστι δὲ δῆλον ὡς ἀπὸ τοῦ Πειραία Πειραιάτης καὶ Πειραιείτης καὶ καθ' ὑφαίρεσιν τῆς ει διφθόγγου Πειρήτης* (cf. Herodian. I p. 106, 17). Fragmentum Mein. Anal. Al. p. 292, qui Parthenii esse coniecit, de noctua Minervae intelligendum censebat, qua nixus opinione Dilthey. Anal. Callim. p. 19 cum Callimachi fragm. CCCXVIII iungendum putabat:

*κάρτ' ἀγαθὴ κικυμίς, Πειρητίδος ἱερὸς ὄρνις,*

quae admodum probabilis coniectura est. Locus videtur fuisse in Aet. I 4. —

314. Steph. Byz. p. 547, 2: *Ῥοδουντία, χώρα πλησίον Οἴτης. τὸ ἐθνικὸν Ῥοδούντιος. τὸ οὐδέτερον*

*Ῥοδούντιον αἶπος.*

*Αἶπος* egregia Salmasii emendatio est (libri enim *ἔπος* habent), quam multis poetarum locis adstrui licet. cf. Aeschyl. Agam. 294 *Ἀραχναῖον αἶπος*, Apoll. Rhod. II 505 *Μυρτώσιον αἶπος*, aliosque apud Mein. Anal. Alex. p. 289, qui non recte *Ῥοδοέντιον αἶπος* corrigere videtur. nam in topicis contractio nihil

offensionis habet (cf. Lobeck. Elem. Path. II p. 111 seq. et p. 135), et certe Ὀπούντιά τ' ἄστεα Apoll. Rhod. IV 1780, Σιμοῦντος Callim. V 19 dixerunt. —

315. Steph. Byz. p. 558, 10: Σαῦρα· πόλις Σαυνιτῶν. τὸ ἐθνικὸν

Σαυρανῶν δ' οἱ κορυφαιότατοι.

Fragmentum forsan elegiaci poetae talis, qualis Simylus fuit, dicit Mein. ad Stephan. Sed non omittendum tamen Phrynich. in Eclog. p. 69 vocem κορυφαιότατος citare ex Favorino, ut de huius quoque pedestri oratione cogitari liceat. —

316. Steph. Byz. p. 606, 18: Ταρτησσός, πόλις Ἰβηρίας. — τὸ ἐθνικὸν Ταρτήσσιος καὶ Ταρτησσία καὶ Ταρτησσίς. καὶ οὐδετέρως

Ταρτήσσιον ὄλβιον ἄστυ.

317. Steph. Byz. p. 611, 6: Τεγύρα, πόλις Βοιωτίας, ἐν ῇ Ἀπόλλωνά φασι γεννηθῆναι. Σῆμος δ' ὁ Δήλιος „τὴν Ἀπόλλωνος γένεσιν οἱ μὲν ἐν Λυκίᾳ, οἱ δ' ἐν Δήλῳ, οἱ δ' ἐν Ζωστῆρι τῆς Ἀττικῆς, οἱ δὲ ἐν Τεγύρᾳ τῆς Βοιωτίας φασίν". ὅθεν καὶ Τεγυρήιος Ἀπόλλων. Καλλισθένης ἐν τρίτῳ τῶν Ἑλληνικῶν εἶναι μαντεῖά φησι „τὸ μὲν Ἰσμήνιον ἐν Θήβαις, τὸ δὲ Τροφώνιον ἐν Λεβαδείᾳ, τὸ δὲ ἐν Ἄβαις λεγόμενον ἐν Φωκεῦσι, τὸ δὲ κυριώτερον ἐν Δελφοῖς, ὃ καὶ μάλιστά φασι μεμαρτυρηκέναι τὴν ἐν Τεγύρᾳ". τὸ ἐθνικὸν Τεγυρεύς. καὶ Τεγύρειος, καὶ ἰωνικῶς Τεγυρήιος. Totum ascripsi locum qualis a Meinekio constitutus est, cuius mihi non ab omni parte placet edendi ratio. Primum enim, ut nunc se res habet, Callisthenis locus quo consilio allatus sit nemo facile perspiciat nec quid sibi velint ultima verba quisquam dixerit. Sed omnia in clarissima luce posita erunt, si Callisthenis quoque verba ad testificandum Apollinis locum natalem afferri statueris, ut Callisthenes de Apollinis loco natali et ipse agens dixerit multa quidem in Graecia esse oracula, sed maximam auctoritatum habuisse Delphicum, quod imprimis testatum sit τὴν ἐν Τεγύρᾳ Ἀπόλλωνος γένεσιν. Postrema enim duo verba nisi librarii culpa exciderunt, certe a Callisthene omitti non aliter potuerunt atque ita ut principale ei loci argumentum esset ἡ Ἀπόλλωνος γένεσις, quibus verbis iam ante usus erat. Unde simul perspicitur, verba εἶναι μαντεῖα τὸ μὲν Ἰσμήνιον — ἐν Φωκεῦσι inferiora esse, potiora autem τὸ δὲ κυριώτατον (hoc enim iam Meinek. recte commendavit) ἐν Δελφοῖς κ. τ. λ., quo efficitur, ut locus ita exarandus fuisse videatur: εἶναι μαντεῖα φήσας τὸ μὲν Ἴσ. — ἐν Φωκεῦσι, τὸ δὲ κυριώτατον ἐν Δελφοῖς, ὃ καὶ μάλιστά φασι μεμαρτυρηκέναι τὴν ἐν Τεγύρᾳ. Recte autem affirmavit oraculum Delphicum imprimis testificatum esse Apollinis ἐν Τεγύρᾳ γένεσιν. Sine dubio enim sive exposuit sive in animo habuit eam historiam, quam Plutarch. de Defect. oraculorum V narrat, Deliensibus Peloponnesiaco bello ex patria expulsis Delphis datum oraculum, ut novas sedes ibi quaererent,

ubi Apollo natus esset, eosque tandem Tegyram concessisse ibique sacrificia peregisse. nam *ἐνταῦθα μυθολογοῦσι τὸν θεὸν γενέσθαι*, ut idem Plutarchus dicit in vita Pelopidae XVI. Jam alia quaestio oritur de verbis *Τεγυρήιος Ἀπόλλων*, quae quum Meinekius aduncis illis signis non exornaverit quibus aliorum verba a Stephani oratione distinguere solet, fragmentum habuisse non videtur. Verum si Stephani verba fuerunt, non dubium est quin is vulgari nominis forma usurus fuerit, quae est *Τεγύρειος*, ut ipse Stephanus postea dixit, vel *Τεγύραιος Ἀπόλλων*, ut in Plut. Pelop. XVI Sintenisius edidit (a quo tamen aeque recte *Τεγυρήϊος* formari potuit. cf. Lobeck. Proleg. Pathol. p. 473 seq.). Nunc autem quum poetica nominis forma usus sit, poetae cuiusdam allato loco denuo probare voluit Apollinis *γένεσιν* Tegyrae fuisse. Atque similem errorem commisisse Meinekius videtur in Stephan. p. 213, 13 ubi *λέγεται καὶ „Γρύνειος Ἀπόλλων" ὡς Παρθένιος Δήλῳ, καὶ Γρυνήιος* edidit, inter Parthenii fragmenta in Anal. Alex. p. 266 referens *Γρύνειος Ἀπόλλων*, quum deberet *Γρυνήιος — Ἀπόλλων* referre et Stephani locum ita corrigere: *λέγεται καὶ Γρύνειος Ἀπόλλων καὶ „Γρυνήιος" ὡς Παρθένιος Δήλῳ*. Eodem igitur modo in altero Stephani loco scribendum censemus *ὅθεν καὶ „Τεγυρήιος Ἀπόλλων"*, quod epici fragmentum esse existimaverim, modo scribas.

*Τεγυρήιος — ν Ἀπόλλων.*

nam ne quis dicat epicorum metro adversari *Τεγυρηίος* a *Τεγύρα* derivatum, cuius media syllaba longa est, nihil impedit quominus in adiectivo secundam syllabam correptam esse ob auctum syllabarum numerum putemus, quod saepe accidisse constat. cf. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. p. 184 n. 13 edit. II et Proleg. Path. p. 468 n. 57, ubi in ipso quoque *Τεγυρήιος* nostro secundam syllabam brevem esse existimat. Quid autem inter *Τεγυρήιος* et *Ἀπόλλων* exciderit, difficile est ad dicendum, non inepte tamen coniciat qui ipsius Stephani verbis (*ὅθεν καὶ Τ. Ἀ.*) fretus quasi digito monstrantis scribendum censuerit *Τεγυρήιος* [*ἔνθεν*] *Ἀπόλλων* [*κέκληται*]. quae verba quum habeant aliquod *αἰτιολογικόν*, non abhorrent ab Aetiis Callimachi, qui tamen in alio quoque carmine postquam Tegyram urbem memoravit illa verba addere potuit. —

318. Steph. Byz. p. 636, 5: *Τρίοδος, τόπος τρεῖς ὁδοὺς ἔχων. ἀπὸ τριόδου Λυκηίδος.* Ultima verba non inuria suspicatur Meinek. esse lacinias verborum ex scriptore aliquo allatorum, qui trivium in vicinia Lycei commemoraverit. quem scriptorem ego poetam fuisse suspicor, quum *Λυκηίς* poetica vox sit, ut forsan ita scribendum sit:

*ἀπὸ τριόδοιο Λυκηίδος.*

quae si quis Callimachi esse autumaverit, hoc certe ad fidem coniecturae faciendam afferri poterit, quod *Λυκείου* Callimachus meminit frag. CXLI. ac vide Hecal. cap. VI. —

319. Steph. Byz. p. 645, 7: Ὑγασσός, πόλις Καρίας. — τὸ ἐθνικὸν Ὑγάσσιος ὡς Βουβάσσιος. λέγεται καὶ

Ὑγάσσειον πεδίον

διὰ διφθόγγου. Fragmentum uncinis suis Meinekius non ornavit. —

320. Stephan. Byz. p. 650, 24: Ὑπερησία πόλις τῆς Ἀχαΐας. „οἵ θ' Ὑπερησίην τε καὶ αἰπεινὴν Γονόεσσαν". Ὅμηρος (Jl. II 573). κακῶς δὲ Θέων Ὑπέρειαν αὐτὴν καλεῖ. Ὑπέρεια γὰρ πηγὴ Μεσηίδος. — τὸ ἐθνικὸν τῆς Ὑπερησίας Ὑπερησιεύς —, ἀπὸ δὲ τῆς Ὑπερείας τῆς κρήνης Ὑπερηιάς θηλυκὴ εὐθεῖα, ἀφ' ἧς τὴν Ὑπερηιάδος ἢ Ἀρεθούσης. Ita Meinekius edidit, qui nihil monuit de isto Ὑπέρεια γὰρ πηγὴ Μεσηίδος. Hoc quum nihil possit esse nisi fons regionis Μεσηίδος, talem autem regionem nemo noverit, corruptum locum habebimus, quem ita censemus in integrum restituendum esse: Ὑπέρεια γὰρ πηγή, „Μεσσηίδος ἢ Ὑπερείης," quod Homeri Jl. VI 457 frustulum est. In ultimis Meinekio corrigendum videbatur ἀφ' ἧς τὸ Ὑπερηΐδος ἢ Ἀρεθούσης vel ἀφ' ἧς Ὑπερηιάδος τ' ἀρεθούσης, ut essent verba poetae qui ἀρέθουσα de fonte perenni dixisset ἐπιθετικῶς ut Choeril. ap. Herod. de monad. p. 39 Lehrs. Mihi unum illud τήν in τίν mutandum et idem ad fragmentum illud revocandum videtur, quod nulla iam mutatione facta ita scribi iubeo:

— — τὶν Ὑπερηιάδος ⏑ ⏑ ἢ Ἀρεθούσης,

ubi Doricum τίν ut saepe in τήν male depravatum erat. cf. ad Epigr. XXXV 1. ante ἤ autem vocem excidisse puto unde genetivi pendebant, quam si hariolandi locus dabitur cum toto versu ita restituemus

[καλαὶ] τὶν Ὑπερηιάδος [ὕδος] ἢ Ἀρεθούσης
[προσφορέουσι κόραι],

quae intelligo de virginibus nupturis et Herae sacrificantibus et Callimachum dixisse conicio prope fragm. XX in Aetiis. hunc certe poetam τίν saepius usum esse constat, eundemque quum etiam ὕδος pro ὕδωρ usurpasse noverimus (cf. ad fragm. CCCCLXXV), hanc vocem ad explendam quae ante ἤ fuit lacunam in auxilium vocavi, quae quo modo post Ὑπερηιάδος facile excidere potuerit manifestum est (de ἐπαλληλία ista Ὑπερηιάδος ὕδος cf. infra ad fr. an. 323.). ipsum autem Ὑπερηιάδος quod statui ultima producta dictum esse nemo reprehendet qui noverit quam saepe post Homerum (cf. Spitzner. de versu Graecor. heroic. p. 63 seqq.), quem Callimachus quoque secutus est (cf. supra I p. 318 etc.) poetae in longioribus quidem vocabulis idem licere sibi putaverint. et in eadem versus sede factum hoc etiam in Hom. Jl. VIII 359 χερσὶν ὑπ' Ἀργείων φθίμενος ἐν πατρίδι γαίῃ. Caeterum Hypereiam fontem intelligo Argivum (Hom. Jl. VI 437), non Thessalicum (Hom. Jl. II 734), unde etiam Arethusam de fonte Argivo intelligi oportuit. octo huius nominis fon-

tes noverat Didymus (cf. Schmidt fragm. Didym. p. 184), inter quos certe schol. V ad Odyss. XIII 408 etiam Argivum memorat. —

321. Gramm. in Cram. Anecd. Oxon. II p. 325: τὰ διὰ τοῦ ηχω, μὴ ἔχοντα ὄνομα ἀντιπαρακείμενον — εἰ περισπῶνται διὰ τοῦ ι γράφεται, ἐξ οὗ ὁ ποιητής

διχόοσα σέληνη.

Homeri certe non est. sed ne quis erret, quum Cramerus auctorem non novisse videatur, moneo Arati esse videri 777, ubi recte editur διχόωσα. Contra quod ibidem p. 358 sine auctoris nomine Cramerus edidit δαίδαε φρεσίν aperte Homeri est Od. VIII 448 δέδαε φρεσί. —

322. Gramm. in Anecd. Ox. II p. 368, 24: ἔχω τὸ κατέχω. ἔχω, τὸ κολυμβῶ.

ἔρχομ' ἔχων ἐπὶ νῆας.

Mira interpretatio, quae tamen potest vera esse. nam ut ἔχειν ἐπί vel πρός τι saepe apud Homerum significat contendere aliquo omisso ἵππους vel νῆας (cf. Jl. XXIII 401. Od. III 182), ita poeta quidam incertus ἔχειν ἐπὶ νῆας de eo dixisse videtur, qui natando naves appetebat, natationem istam tota narrandi ratione indicans, qua in re nos diceremus potius ἔρχεσθαι esse pro νεῖν vel κολυμβᾶν. Ceterum ubi schol. Hom. II 67 varias significationes verbi recenset quae sint apud Homerum, hanc non habet. — Quae autem ibid. p. 375, 7 citantur verba corruptissima: ἤνεα ηκεν ζωσαμενι νοσεα χαλκύω τυπεῖσι, aperte Homeri versus est Jl. V 887 ἤ κε ζὼς ἀμενηνὸς ἔα χαλκοῖο τυπῇσιν, et ibid. quae p. 364, 5 leguntur, fluxerunt ex Hom. Jl. XII 98 seq., utcunque sunt apud grammaticum corrupta. item qui ibidem p. 463, 10 versus legitur αὐτίκ' ἀνασχόμεναι λευκαῖς ἐπιγούνασι πέξας, non incerti est ut Cramer. statuit p. 521 b, sed Apollonii Rhod. IV 940, ubi emendatius scribitur λευκοῖς ἐπὶ γούνασι. Nec cuiquam suaserim ut Crameri silentio fretus verba ibid. p. 445, 5 citata Ζεὺς γὰρ Ἥρη τε φερέσβιος anonymi dicat, quum sint Empedoclis 43 Stein. et ita corrigenda: Ζεὺς ἀργὴς Ἥρη τε φερέσβιος. Rursus Homeri sunt, etsi nihil Cramerus monet, quae ibid. leguntur p. 407, 7 ῥηϊδίως συνέαξε (Jl. XI 114), p. 421, 27 νῦν αὖ τέ με Ἀθηνά (quantocius illa corrigenda ex Jl. X 280 νῦν αὖτε μάλιστά με φῖλαι Ἀθήνη), p. 444, 15: δόμοις ἐνὶ ποιητοῖσιν (Jl. V 198). Neque anonymi poetae sunt ibid. III p. 238 prolata μοίρας δαισάμενοι, ut Cramer. credidit p. 419 a, sed leviter corrupta ex Hom. Od. III 66: μοίρας δασσάμενοι, cuius sunt etiam ibid. III p. 255, 17 πῶϋ μετ' οἰῶν, ubi μέγ' corrigendum esse docent loci Homerici Jl. XI 696. XV 323. Od. XII 299. —

323. Gramm. in Cram. Anecd. Ox. III p. 398, 21 (Herodian. II p. 797 Favorin. Ecl. p. 151, 21 Dind.): ὅτι δ' ἐν πολλοῖς ἡ παραλληλία φεύγεται, δηλοῖ καὶ ὁ τεμένιος, ὃς δέον ὂν διφθόγγῳ παραλήγεσθαι κατὰ τὸν κάνονα τοῦ κήτειος, κή-

δειος, ἐπιτήδειος καὶ τῶν ὁμοίων, ὅμως ἵνα μὴ ἐπάλληλα εἴη τὰ τρία ε, ἐγράφη διὰ μόνου τοῦ ι· Σοφοκλῆς (Trach. 754) „τεμενίαν τε φυλλάδα". οὕτω καὶ τὸ

"Ιριδι δίῃ

κακίζεται κατὰ τὸ ἀλλεπάλληλον τῶν διχρόνων. Ipsa illa παραλληλία ignotum poetam quisquis fuit non magis offendebat quam Πρόθοος θοός Homerum Jl. II 758, aliosque alia, de quibus cf. Lobeck. Paralip. 55, aut φιλανθρώπου τρόπου ipsum Aeschylum Prometh. 28, aut comicos γέροντας ὄντας (cf. Mein. Com. III p. 618 seq.), aut Alexandrum Ephes. ap. Mein. Anal. Al. p. 373 ἑξάτονον τόνον. Atque ipse grammaticus, qui sine dubio Herodianus est, dum ὃς δέον ὂν ipse scribit, aperte docet hunc similium sonorum concursum sibi non displicere. Cum "Ιριδι δίῃ Eustath. ad Jl. p. 878, 30 componit Homericum "Ηλιδι δίῃ Jl. XI 686, ut ex hoc illud corruptum esse nemo possit suspicari. Pertinet fortasse ad Aetior. III 4. —

324. Gramm. in Cram. Anecd. Ox. IV p. 310: Γράμματα σημαίνει — τὰ συγγράμματα·

γράμματα μὲν τὸν παῖδα γέρων αἶνος ἐξεδίδαξεν.

Corrigerem — γέρων νέον ἐξεδίδαξεν, nisi potius Theocriti videretur esse XXIV 105: γράμματα μὲν τὸν παῖδα γέρων Λίνος ἐξεδίδαξεν. Cramerus tamen inter incertorum poetarum fragmenta numeravit p. 435 b. Eundem autem virum doctum fugit Hesiodi esse (Op. 206), quod ibid. p. 171, 29 corruptum producitur sic: τῇ δ' εἶς ἦσαν ἐγώ περ ἄγω, item Homeri (Jl. XVIII 543) esse quae ibid. p. 215, 30 leguntur ζεύγεα δινεύοντες ἐλάστρεον, item Homeri (Jl. II 661) quae ibid. p. 309, 25 ita depravata edidit: τληπόλεμος ἐπεὶ οὖν τράφεν ἐνὶ μεγαρείῳ. —

325. Gramm. in Cram. Anecd. Ox. IV p. 337, 28: γρηῢς διῃρημένον κατὰ τοὺς "Ιωνας οὐκ ἐκλίθη· τὴν δὲ αἰτιατικὴν καὶ κλητικὴν ἔχει· „θριαίτην γρηῢν ἐπιπνείουσι κορώνην". καὶ „δεῦρο δὴ ὄρσεο γρηῦ". Secundum fragmentum Homeri est Od. XXII 395, primum, cuius qui auctor sit cum Lentzio Herod. II p. 645 ignoro, ita corrigendum arbitror:

Θριαὶ καὶ τὴν γρηῦν ἐπιπνείουσι κορώνην.

Sed Bergk. Poet. lyr. p. 1323 Θριαὶ δὴ τὴν κ. τ. λ. malebat corrigere et Archilochi esse versum coniciebat. Eodem iure possis de Callimacho cogitare, cuius in Aet. III extr. fuerit, ubi de συμβόλοις ἐνοδίοις sermo fuit. atque huic coniecturae aliquam veritatis speciem conciliat quod etiam Apollon. Rhodius, quem saepe Callimachum imitatum esse constat, dixit III 935: ἔρροις ὦ κακόμαντι, κακοφραδές· οὐ δέ σε Κύπρις οὔτ' ἀγανοὶ φιλέοντες ἐπιπνείουσιν "Ερωτες. — De fragmento quod legitur p. 374, 8: ἐπ' Ἡφαίστοιο θυρῇσιν dictum ad Callim. fr. CCCCLXXXV. Sed quod ibid. p. 385, 26 Cramerus edidit ἡμεῖς δὲ εἰμὲν τοίο, Homeri est Jl. VII 231, nec latet auctor loci quem ut anonymi poetae Cramerus p. 410, 15 e codice Barocciau. ex-

cerpsit: *ἐπὶ ἀπλοκάμῳ δὲ μετώπῳ ἧστο σαοφροσύνη κουροτρόφος.* nam Christodori est in Anthol. Palat. II 331. At quem Gram. in Crameri Anecd. Parisin. II p. 383, 25 versum habet *οἱ Ἀναξαγόρειοι τὴν Ἀθηνᾶν εἰς τὴν τέχνην ἀλληγοροῦσιν, ὅθεν καὶ τὸ*

*ὀλλυμένων χειρῶν ἔρρει πολύμητις Ἀθήνη,*

quem versum affert etiam Meletius de corpor. hum. fabric. in Anecd. Oxon. III p. 118, 11, Orphei est, ut docet Orion. Etym. p. 163, 25. Sed quae in iisdem Anecd. Paris. IV p. 236 (*εἶδον γὰρ σκοπίην ἐς παιπαλόεσσαν ἐλθὼν* et mox *οὐκ ἴδον, οὐ πιθόμην*) et IV 412 (*αὐτόν μ' ἐξεσάωσα· τί μοι μέλει ἀσπὶς ἐκείνη; ἐρρέτω*) Cramerus edidit sine auctoris nomine, eorum fragmentorum primum et secundum Homeri sunt, Od. X 194 et XXIII 40, tertium Archilochi. cf. Bergk. Poet. Lyr. p. 685. —

---

327. Schol. AB ad Iliad. I 486: *ψάμαθος. καὶ ἡ ποταμία οὕτως καλεῖται. „κείμενον ἐν ψαμάθοις Αἰσήποιο."* Putaveris Homeri Jl. XXI 202 citari debuisse, ubi tamen nihil legitur nisi *κείμενον ἐν ψαμάθοισι* nec a scholiasta demum ad explicandum addi huic *Αἰσήποιο* poterat, quum ibi de Scamandro potius sermo sit nec scholiasta, si de suo addidit, videatur epica forma usurus fuisse. Itaque ignoti poetae frustulum arbitror esse ita forsan integrandum:

*κείμενον ἐν ψαμάθοις [καλλιρρόου] Αἰσήποιο,*

quod refero ad *πεδίον Νηπήιον Ἀδρηστείης* ad Aesepum flumen situm (cf. Apoll. Rhod. I 116). eius autem campi quum Callimachus etiam frag. XLV meminerit, non inepte aliquis coniecerit eiusdem poetae hanc quoque laciniam esse eamque cum fr. XLV ita esse iungendam:

*Νηπείης ᾗ τ' ἄργος, ἀοίδιμος Ἀδρήστεια,*
*κείμενον ἐν ψαμάθοις [καλλιρρόου] Αἰσηποίου.*

ac vide Hecal. cap. VII extr. —

328. Schol. A ad Jl. I 499: *πολυδειράδος Οὐλύμποιο· τρὶς δὲ τριηκόσιαι κορυφαὶ νιφόεντος Ὀλύμπου.* —

329. Schol. L ad Jl. II 233 (p. 102 Bachm.): *ἀπὸ τοῦ θεόφατον κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ο καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ γίνεται θέσφατον καὶ θέοπις θέσπις, ὡς τὸ „θέσπιν κατεβρόντησεν."* Miretur aliquis de frequentissima voce Homerica non Homeri, sed incerti poetae apponi testimonium, quem et ipsum fuisse epicum ipsa vox *θέσπις* probabile reddit. atque is scribere potuit

*θέσπιν καββρόντησεν.*

Sed integriorem in eadem re demonstranda occupati versum afferunt Etym. Gudian. p. 410, 56, Epimerism. in Cram. Anecd. Ox. I p. 293, Favorin. Eclog. p. 314, 19 Dind.: *θέσπιν κατεβρόντησεν ὁ βλέπων ὄπα*, unde evanescit de epico poeta suspicio. qui autem primus eo versu usus est sine dubio propterea apposuit, quod *θέσπις* cum *ὄψ* cohaerere putabat idque illo versu quodam modo confirmari sibi persuasit. —

330. Schol. A ad Jl. III 182, de tonosi vocativi nominum in *ων* agens: *σημειῶδες ἐκεῖνο κατὰ κλητικὴν „ἰὼ Λακεδαῖμον“ Ἀριστοφάνης Ὁλκάσιν* (cf. Mein. Com. gr. II p. 1124) *καὶ σύνθετον τὸ*

*ψευδόμενοί σε Παλαῖμον.*

sic enim scribendum (non *Πάλαιμον*), ut docet Choerob. Dict. p. 438, 16 (= Bekk. Anecdot. p. 1245 et Herodian. I p. 419). Suspicor ad Callimachi historiam institutorum Isthmiorum pertinuisse et eam rem tractasse, de qua Pausan. II 2, 1 agit, poenas non effugere qui in templo Palaemonis peieraverit, quod quam aptum fuerit Aetiorum fragmentum nemo non videt. —

331. Schol. A ad Jl. V 99: *τὸ γυλον ὅταν ἐπίθετον ᾖ ὀξύνεται·*

*εὖτ' ἂν ὁ παῖς ἀπὸ μὲν γυαλὸν λίθον ἀγκάσσασθαι.*

Tria ultima verba dedit Eustath. quoque p. 526, 42, et ipse male scribens *ἀγκάσασθαι*. Plane autem reiciendus est Lehrsii lusus apud Lentz. ad Herodian. I p. 381 not.: *αὐτὰρ ὁ παῖς ἀφέμεν γυαλὸν λιθὸν ἄγχι λιασθείς*. Quanto autem melior Heckeri coniectura est in Schneidew. Philol. IV p. 479 prolata, qui ad Theseum verba referens cum Callimachi fragmento Hecalae LI[a] coniunxit in hunc modum:

*εὖτ' ἂν ὁ παῖς ἀπὸ μὲν γυαλὸν λίθον ἀγκάσσασθαι*
*ἄρκιος ᾖ χείρεσσιν, ἑλὼν Αἰδήψιον ἄορ,*

ubi forte praestat *ἑλὼν δ' Αἰ.* scribi cf. supra Hecal. III. —

332. Schol. BD ad Jl. V 422: — *ἡ γλαυκῶπις οὐκ ἀπὸ τοῦ „ἥ τ' ἄκρην τινὰ γλαυκῶπις ἵζει* (*ἄκρης θῖνα γλαυκώπιον ἵζει* D), *ἀλλ' ἀπὸ τῆς περὶ τὴν πρόσοψιν τῶν ὀφθαλμῶν καταπλήξεως*. Corruptum versum non ab omni parte sanant codices Gaisf. ad Etym. Magn. p. 547, 6 et magis etiam corrumpit codex schol. Didym., ex quo excerpta dedit Baumeister. in Schneidew. Philol. XI p. 169. Nobis ita scribendus versus videtur:

*ἥ τ' ἐπ' ἄκρης πόλιος θιναῖς Γλαυκώπιον ἵζει.*

ubi *πόλιος* addidit Dindorf. in Thes. Paris. IV p. 386 C, *ἐπ'* ego, addidi, sed praeterea *θιναῖς* scripsi fretus Hesych. II p. 318: *θιναί· ψάμμοι, ὑψηλοὶ τόποι*, ubi nunc editur *θῖνες*, sed *θινή* tuetur Lobeck. Paral. p. 141. qui autem *θῖνα Γλ.* interpretantur templum Minervae, non video quo modo defendi hoc queat. Iure autem Naek. de Hecal. p. 201 seqq. e Callimachi Hecale (cap. VI) sumptum putabat, quod imprimis firmatur schol. Eurip. Hippol. 33: *πέτραν δὲ Παλλάδος φησὶ τὸ ἐν τῇ Ἀττικῇ Γλαυκώπιον, οὗ Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ μέμνηται* (i. e. fr. 66 f). —

333. Schol. L ad Jl. IX 668 (p. 429 Bachm.). *Εἷλε δὲ* (Achilleus) *Σκῦρον, ὅτε εἰς Αὐλίδα ἐστρατολόγουν, διὰ τὸ εἶναι ἐκεῖ Δόλοπας ἀποστάντας τῆς Πηλέως ἀρχῆς·*

*ἔπλεον ἐς Σκῦρον Δολοπηΐδα,*

ubi legebatur *εἰς Σκῦρον*. Versum scholiasta propterea addidisse

videtur ut ἐκεῖ εἶναι Δόλοπας ἀποστάντας doceret. Sed num de eadem Achillis expeditione in fragmento sermo sit, de qua agit scholiasta, an de ea, qua Odysseus et Phoenix atque Nestor eo navigaverunt ut Achillem ad bellum secum ducerent, an de ea, qua mortuo Achille Neoptolemum inde secum ducturi Scyrum petiverunt, incertum est. Putaverim autem fragmentum esse ex cyclo epico. Δολοπηΐς agnoscit etiam Steph. Byz. p. 235, 20. —

334. Schol. V ad Jl. XII 5: οἱ δὲ ἐπὶ παρατάσεως τὸ ἀμφί, ὡς τὸ „ἵνα μιῇ μερὶ πᾶσαν ἔεργοι". Hoc unde sumptum sit nescio, corrigendum autem censeo

ἵνα μιν περὶ πᾶσαν ἔεργοι.

quae verba intelligi possunt de peplo a Medeo Glauone misso cf. Apollon. I 9, 28, 3. (cf. Aet. II 10). —

335. Schol. A ad Jl. XIII 759 (Herodian. II p. 88 coll. Eust. ad Jl. p. 959, 32): Τράκου ὡς Φυλάκου. τὰ γὰρ εἰς κος λήγοντα τρισύλλαβα τὴν πρώτην συλλαβὴν εἰς ἀμετάβολον καταλήγουσαν ἔχοντα προπαροξύνεται. Λάμψακος, Ῥύνδακος,

Ῥύνδακον ἀμφὶ βαθύσχοινον.

Callimacho tribuebat Hecker. Com. Callim. p. 2 seq., item Rauch. l. l. p. 37, cuius poetae potuit sane in elegia de Argonautis legi, cf. Proleg. in Aet. p. XV. Contra Schneidew. apud Bergk. Poet. Lyr. p. 1243 Bacchylidi vindicare malebat, quoniam etiam is huius fluminis mentionem fecerat secundum schol. Apollon. Rhod. I 1165. —

336. Schol. V ad Jl. XV 8: μετὰ δέ σφι, ὡς „ἔκδηλος μετὰ πᾶσιν" (Jl. V 2) ἀντὶ τοῦ ἐν πᾶσιν. δηλοῖ δὲ καὶ τὴν ἐπί, ὡς τὸ „μεταΐξας θάνατον τεύξειεν (Od. XX 11), καὶ τὴν πρός, ὡς τὸ „ἐξ ἁλὸς ἦλθε μετ' αὐτούς" (Jl. XX 14). His quae B L habent V addit: καὶ τὸ

θέω μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

Haec si sana sunt, incerti sunt poetae, certe apud Homerum nihil eius modi legitur nisi Jl. X 63 θέω μετὰ σ' αὖτις. Sed mirum est scholiastam ad demonstrandam hanc praepositionis significationem alterum voluisse exemplum adicere idque aliunde atque ex Homero petiisse. Itaque suspicio mihi suborta est corruptum locum esse eumque ita corrigi debere: καὶ τὸ ὄπισθε, μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα. Sic enim novam significationem scholiasta addit quam omitti non oportebat et quam probat Hom. Jl. II 674 (coll. Od. XI 370. XXIV 18) τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα. —

337. Schol. A ad Jl. XV 187: Ῥέα. οἱ μὲν ἐκτείνουσι τὸ α, ἐπὶ δὲ τοῦ ἐπιρρήματος συστέλλουσιν. οἱ δέ φασι δεῖν συστέλλειν, ἵνα δάκτυλος γένηται, ὡς τὸ „πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα" (Jl. III 237), „ἀνδρόμεα κρέα" (Od. IX 347),

εἵσατο τεύχεα.

Hoc qui dixerit ignoro cum Bekkero, Lehrs. Herodian. script. tr. p. 289, Lentz. Herodian. II p. 93. Sed hic quoque quis

non succenseat scholiastae quod tertium exemplum ex ignoto poeta attulerit, non ex Homero, ut cetera duo? cuius afferre potuit Jl. VII 207: αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πάντα περὶ χροῒ ἕσσατο τεύχεα. Hoc igitur grammatico restituendum erit. —

338. Schol. BV ad Jl. XIX 1: ῥοάων. Βοιώτιος ἡ φωνή. ποιοῦσι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν εἰς ες ἀρσενικῶν·

Ἄρτεμι Κρητάων πότνια τοξοφόρων.

„λαοὶ τοξοχίτωνες ἀκούετε Σειρηνάων". Ἐπίχαρμος· καὶ ἀπὸ τῶν εἰς ος·

καλοὶ νησάων ἀστέρες.

καὶ ἀπὸ οὐδετέρων· „βλεφάρων ἀπὸ κυανεάων". Ultimum Hesiodei versus particula est, Scut. 7, duo alia, quorum auctores non nominantur, dudum est ex quo Callimacho ascripserunt Naek. de Hecal. p. 58 (qui iam Callim. hym. IV 66 et 275 apposuit coll. Lobeck. Elem. Path. I p. 407), Schneidew. ad Eustathii Prooem. commentar. Pindar. p. 53, Dilthey. de Cydipp. p. 53 not. 4, secundum fragmentum de Cycladibus intelligens et ad Cydippen referens. atque Bergkius Poet. Lyr. p. 1355 adeo verba λαοὶ τοξοχίτωνες ἀκούετε Σειρηνάων (sic enim primus correxit Schneidew. l. l. coll. p. 68) Callimacho tribuere malebat, non Epicharmo, cuius nomen ex Ἐπιγράμμασιν corruptum putabat.

339. Schol. A ad Jl. XXI, 141 de tonosi nominum in ων agens: τὰ εἰς γων λήγοντα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τότε μὲν θέλει ὀξύνεσθαι, ὁπότε διὰ τοῦ ο κλίνεται, τότε δὲ βαρύνεσθαι, ὁπότε διὰ τοῦ ω ἢ διὰ τοῦ ντ. τοῦ μὲν οὖν προτέρου Παφλαγόνος Λαιστρυγόνος Πηλαγόνος, „Πηλαγόνων ἐλατῆρα" (Call. hym. I 3) —, ἀρηγών, λέγω δὲ ἐπὶ τοῦ συμμάχου ἀρσενικῶς·

ἀρηγόνος ἡμετέροιο.

Ignoti sibi poetae esse professus est Lobeck. ad Aiac. II p. 166, Callimacho vindicabat Mein. ad Callim. p. 121. qui quod etiam prolatum ibidem paulo post fragmentum anonymum μέσφα Σαλάγγωνος Callimachi esse statuebat, errasse virum egregium supra docuimus p. 703. —

340. Schol. V ad. Jl. XXII 80: κόλπον· ἀποκαλύπτει δὲ τὰ γεννήσαντα καὶ θρέψαντα μέρη, ὡς

ἀπὸ κόλπου
μητρὸς Ἐλειθυίης ἤλθετε βουλομένης.

Versum vel Callimacho vel alii poetae ascribit Dindorf. in Thes. Paris. III p. 707 B, certe Callimacheum colorem habere iure dicit Meinek. ad Call. Hym. III 25, (nam vide Hym. I 15. IV 214 et de forma Ἐλείθυια Hym. IV 257. VI 131). postremo Bergk. Anthol. II p. 137 inter Callimachea rettulit n. 139. Aperte autem de geminis fratribus intelligendus est, fortasse de Hercule et Iphicle. —

341. Schol. A ad Jl. XXIII 254 (p. 326 Lehrs., II p. 121 Lentz.) πᾶσα δοτικὴ δισύλλαβος ἐπ' ὀνομάτων εἰς τι λήγουσα ὀξύνεται, χρωτί, δαιτί, Κρητί. οὕτως οὖν καὶ λιτί. τούτῳ

γὰρ τῷ λόγῳ καὶ βλητὶ ὀφείλομεν κατ' ὀξεῖαν τάσιν ἀναγινώσκειν „νύμφα φίλη, καὶ βλητὶ λίθῳ ἐνὶ δάκρυ ἧκας". Spitznerus ad Jl. l. l. correcto ἔνι δάκρυον ἧκας et de Niobae moerore et fletu in lapidem conversae verbis intellectis omnia expedita putasse videtur. Sed restat tamen dubitatio gravissima. iure enim monet Lobeck. Paralip. p. 82, adiectiva quae extent in ης verbalia, composita esse omnia, simplicia autem substantivorum significationem habere, ac substantivum tantum βλής agnoscunt schol. Eurip. Orest. 16, qui inter Κρής Κρητός et σής σητός enumerat, et Theognost. Com. p. 134, 23 cum θής componens, quamquam ne substantivum quidem βλής admittere videtur Etym. Magn. p. 358, 9. Hic autem βλής adiectivum est idque quum coniunctum sit cum λίθος significatione sua (iactus lapis) huic loco parum convenire Lobeckius l. l. monet. Sed nihil is decernit nisi quod ἀδμῆτι λίθῳ in ἐνὶ δάκρυον ἧσεις requiri dicit coll. Ovid. Art. Am. I 659 lacrimis adamanta movebis. nec quicquam profecit Lehrs. l. l. qui in scholio Homerico olim fuisse putat: καὶ βλητὶ ὀφείλομεν κατ' ὀξεῖαν τάσιν ἀναγινώσκειν καὶ τλητί „νυμφα —"), quae vereor ut satis intelligam. Equidem tamen hanc difficultatem solvi posse crediderim. Nam quum scholiasta dicat βλητὶ ὀφείλομεν κατ' ὀξεῖαν τάσιν ἀναγινώσκειν, indicare videtur fuisse olim qui in incerti illius poetae loco legerent βλῆτι. hoc autem illos non puto fecisse voluntate et iudicio, sed retinentes tantum depravatam scripturam καὶ βλῆτι, quae ex vera enata erat hac: κἀβλῆτι, quo semel commisso errore Herodianus iure postulavit ut βλητί scriberetur. Ἀβλής Homerus Jl. IV 117 et Apollon. Rhod. III 279 dicunt de sagitta nondum coniecta, quod ita in rem suam convertere poeta quidam potuit ut ἀβλῆτα λίθον diceret lapidem nondum iactum, de virgine timida loquens, quae prae pavore lacrimas effudisset quum videret qui vel minaretur tantum in ipsam conicere lapidem, sed non coniecit. Sic igitur versum constituendum censemus:

νύμφα φίλη, κἀβλῆτι λίθῳ ἔπι δάκρυον ἧκας.

quem si quis a Callimacho (fortasse in Aet. II 1) profectum statuerit, ego quidem non refragabor magnopere, praesertim quum is etiam vocativum νύμφα habeat Hym. IV 215 et crasi saepius usus sit quam Homerus (cf. La Roche Homerische Untersuch. p. 283 seq.). cf. Naek. de Hecal. p. 94. —

342. Schol. V ad Jl. XXIII 524 ὀφέλλετο (γὰρ μένος ηὔ): ὡς τὸ

ἦ γάρ τε μάλιστά γε θυμὸν ὄφελλεν.

edebatur μάλιστά τε. Incertus poeta nescio quid fecit bellatoris cuiusdam animum augere. Sed vereor ne versus depravatus sit ex Hom. Jl. XV 383 ἡ γάρ τε μάλιστά γε κῦματ' ὀφέλλει. —

343. Schol. V ad Jl. XXIII 644: ἐπιτέτευκται ὁ στίχος ταῖς κοιναῖς, ὥστ' ἢν θέλωμεν καὶ ἴαμβος ἔσται, ὡς τὸ

σμύρνης ἀκράτου καὶ κέδρου νηλεῖ καπνῷ,

ubi νηλεῖ de meo dedi, vulgabatur enim νηλεύϊ. Ceterum quocum iste comparatur Homeri versus talis est: ἔργων τοιούτων· ἐμὲ δὲ χρὴ γήραϊ λυγρῷ. Sed illum certe Callimachi non esse manifestum est, qui cum melioribus poetis Alexandrinis tales non fecit hexametros qui uno excepto dactylo ex spondeis constant. cf. Ludwich. de hexam. spondaic. p. 26. Ceterum ἄκρατος σμύρνα videtur esse non καταβραχεῖσα μελικράτῳ. cf. Theophrast. de Caus. plant. VI 17, 1.

344. Schol. B M V ad Jl. XXIV, 8. πείρων βαρυτόνως· φησὶ γοῦν „νύκτας τε καὶ ἠῶ πεῖρε κέλευθον" (Od. II 234). εἰ δὲ καὶ οὗτος ἀθετεῖται, ἄλλο φησὶν „ἄλλα τ' ἔπειρον" (Od. III 33) καὶ „περὶ δουρὶ πεπαρμένος" (Jl. XXI 577). καὶ ὡς σπείρω σπόρος, φθείρω φθόρος, οὕτως πείρω πόρος· „πόρους ἁλὸς ἐξερεείνων" (Od. XII 259). καὶ „ἀκροπόρους" (Od. III 463) τοὺς πείροντας τὰ κρέα τοῖς ἄκροις. Quibus in V additum: καὶ

ὠκύπορος ἠώς.

καὶ ὡς περωμένη ποντοπείρος δὲ ἡ περῶσα. Fragmentum aliunde non notum Alexandrini cuiusdam poetae videtur, qui Homericum epithetum navium alio retraxit. est autem hexametri initium, in quo ne opus quidem erit prioris vocis extremam syllabam addita particula δέ producere. nam cf. ad frag. anon. 320. Verum tamen erit qui corruptum fragmentum esse coniciat propter verba subsequentia, in quibus quum ναῦς desideretur non solum propter ποντοπόρος, sed etiam propter περωμένη et περῶσα. dicat aliquis verum esse ὠκύπορος νηῦς, quamquam nec hoc in Homero legitur, qui nisi pluralem non habet, notum autem ni fallor ex uno Choerilo (fr. VI p. 155 Naek.): ναῦς δέ τις ὠκύπορος. Sed ipsa potius scholiastae verba corrupta censeo, quae ita arbitror corrigenda esse: καὶ „ὠκύπορος ἠώς". καὶ ὡς ναῦς ὠκύπορος, ἡ περωμένη, ποντοπόρος δὲ ἡ περῶσα. nam adiecto ναῦς ὠκύπορος, cuius accentus quidem ex Od. V 176 (νῆες ὠκύποροι) perspiciebatur, adiecit etiam invitante voce ναῦς ex Hom. Od. XII 69 vel XIII 95 ποντοπόρος [νηῦς], in quibus quum accentus inconstantia animum adverteret, hanc obiter ita explicavit, ut memor vocum λιθόβολος et λιθοβόλος vel similium (cf. schol. ad Jl. III 354) ὠκύπορος ναῦς diceret esse περωμένη (i. e. quae celeriter a nautis traiecta est), ποντοπόρος autem περῶσα (i. e. quae pontum traiecit). Accentus inconstantiam in ὠκύπορος et ποντοπόρος notavit etiam Herodian. I, 233, 31 seq., sed aliam causam profert. —

345. Schol. V ad Jl. XXIV 753, ubi scholiastarum de ἀμιχθαλόεις disputationi Victorianus hoc interponit fragmentum a Bekkero omissum:

αἴ κεν ἀμιχθαλόεσσαν ἀπήεθα ηε θαλάσσης.

Lectionis monstra unus, quantum scio, domare studuit Lobeck. Proleg. Path. p. 92 n. 16: καί κεν ἀμιχθαλόεσσαν ἀπήιε θῖνα

*θαλάσσης* (abiisset ad —), quae num aliis omnia placeant ipsi viderint. Mihi *θῖνα* certum videtur, at in *ἀπήεθα* latere videtur *ἀπήθεα* i. e. *ἀήθεα* coll. Colluth. 7 *ἐξ ὀρέων πόθεν ἦλθεν ἀήθεα πόντον ἐλαύνων*, et in *αἴ κεν* fortasse latet *ἦκεν*. — Praeterea autem sat multi in Beckeri scholiorum editione loci extant quibus fragmenta leguntur ab editore auctorum nomine non insignita, quae si quis hoc silentio inductus mirabitur quod huc non rettulerim inter epicorum fragmenta anonyma, is sciat se propter Bekkeri taciturnitatem egregie erraturum esse. Velut Hesiodi sunt quae sine auctoris nomine et partim corrupte leguntur ad Jl. II 88 (Op. 531), III 39 (Op. 712), IV 60 (fragm. CCXXII, 1 Marksch.) IX 134 (Op. 773), Pindari (Ol. II 23) quae leguntur ad Jl. XXII, 305, Arati (v. 358) quae ad II 380, Theocriti (XXII, 32) quae leguntur ad Jl. I 34 (et integriora in Cram. Anecd. Parisin. III p. 272 et 316, sed manca ut in scholiis Homericis in Etym. Magn. p. 450, 2, Cram. Anecd. Ox. I p. 199), Euphorionis (fr. 48 Mein.) quae ad XVIII 490, Philetae (nam cf. schol. Jl. XXI 179) quae ad XIV 385, Callimachi (Hym. IV 73) quae ad II 526, Apollonii Rhod. (I 565) quae ad XVI 183. Alia quaedam adeo ipsius Homeri sunt, quorum nihil afferam nisi si qua librariorum socordia paululum sunt corrupta, ut non satis attendenti homini facile persuadeant ignoti se poetae epici esse. Sed vix puto dubitaturum quemquam semel monitum, quin quae ad II 284 sic afferuntur *νῦν γὰρ καὶ πόνος ἐστί*, ex Hom. Jl. II 291 *ἦ μὴν καὶ πόνος ἐστί* corrupta sint. Similiter ad VI 152 sine auctoris nomine citatum (*ὃ δὴ τετελεσμένον ἐστίν*) vel Lehrsium Herod. scrip. tr. p. 236 et Lentz. Herodian. I p. 54 et p. 264 fugit ex Hom. Jl. I 388 profectum esse: *μῦθον, ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστίν*, sive ipsum Herodianum, sive librarium fefellit intempestiva recordatio frequentissimae Homericae clausulae *τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται* Jl. II 257. VIII 401. XXIII 672 etc. Contra neque Lehrsium neque Lentzium scholiastae error in schol. ad IX 150 fugit, ubi de vocabulorum quae ex adiectivis fiunt substantiva accentu vel diverso vel eodem agitur: *τῶν μὲν τρεπόντων ἀρητή Ἀρήτη, τῶν δὲ μεινάντων πινυτή· „μήτηρ δὲ πιστὴ ἁγνή"*. viderunt enim ad testimonium vocari Odyss. XX 131 *τοιαύτη γὰρ ἐμὴ μήτηρ πινυτή περ ἐοῦσα*. quod autem Lehrsius scribens *Πινυτή*, „*μήτηρ πινυτή*", *Ἀγαυή*, — nollem ista *δὲ πιστή* susque deque habuisset, sed ita potius scripsisset: — *Πινυτή, μήτηρ δὲ „πινυτή". Πιστή, Ἀγαυή*. nam de nomine proprio *Πιστή* etsi aliunde non constat, tamen *Πιστός* ipse adstruit Lehrs. de Arist. stud. Hom. I p. 292. Postremo in schol. ad XXI 70 citatum frustulum „*ἄσασθαι κλαυθμοῖο*" aperte est Hom. Jl. XXIV 717 *ἄσεσθε κλαυθμοῖο*. — Nec in scholiis illis Homericis quae in Anecd. Paris. Tom. III Cramerus edidit ullum videtur esse fragmentum epicum quod iure dici anony-

mum possit. pleraque enim Homeri sunt etsi saepe gravissime corrupta, alia apud alios quos novimus leguntur, velut *ἄγκιστρον περιηγές* p. 44, 14 Oppiani Hal. I 216 est (*ἀγκίστρου περιηγέος*), *πέποιθ' ὄγε φιλήτῃσιν* p. 75, 7 Hesiodi Erg. 373, *τόξου σφέων* p. 116 et 271 Callimachi fr. CCLXXXIV, *ἄρσην γαστρὶ λόχωσε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ* p. 221, 24 Nonni Dionys. I 7 (*ἄρσενι γαστρὶ λόχευσε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ*). —

346. Schol. E ad Odyss. III 372: *φήνη — εἶδος ὀρνέου ἀετῷ ὅμοιον ὀξυπετεῖ φαιδρῷ.* Ultima duo verba non iniuria esse poetae alicuius quae hexametrum inchoent Buttmannus putat. Pro *ὀξυπετεῖ*, si re vera poetae fragmentum est, fortasse *ὠκυπέτει* scribendum, quod poetis frequentissimum. —

347. Epimerism. Homer. in Cram. Anecd. Ox. I p. 48, 21: (*ἄνεμος*) *Ἀπολλόδωρος παρὰ τὸ ἀνύειν, ὁ δὲ ποιητὴς παρὰ τὸ ἀεῖν, „ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων". καὶ*

*ἦλθε δ' ἐπὶ Νότος ὠκὺς ἀήμεναι.*

Priorem versum legimus in Homeri Od. V 478, cuius quis non putet etiam alterum versum esse? Sed qui maxime huic similis est apud Homerum versus, Od. XII 427 *ἦλθε δ' ἐπὶ Νότος ὦκα φέρων ἐμῷ ἄλγεα θυμῷ*, is respici a grammatico non potuit, quoniam caret verbo *ἀεῖν* quo ad demonstrandam nominis *ἄνεμος* originem opus erat. Itaque incerti poetae versum existimo qui Homericum illum in usum suum convertebat, fortasse Callimachi in Aet. II 3, ubi verbis illis usus sit in descriptione procellae. Hoc enim veri multo mihi videtur similius quam grammaticum memoriae errore in istum modum male depravasse Hom. Od. III 176 *ὦρτο ἐπὶ λιγὺς οὖρος ἀήμεναι, αἳ δὲ μάλ' ὦκα.* —

348. Epimer. Hom. ibid. p. 83, 30: *ἄντρον — παρὰ τὸ ἄντομαι τὸ ἱκετεύω· „ἄζετο δ' ἀντομένην Ἥρην". καὶ „ἀλλ' ἀντόμεθα πρὸς Ζηνὸς Ὀλυμπίου". ἐν ἄντροις γὰρ τοὺς θεοὺς ἱκέτευον ἱερὰ τὰ σπήλαια ἡγούμενοι.* Prius fragmentum Apollonii Rhodii III 77 esse vidit Cramerus, alterum videtur ignoravisse. quamquam putaverit aliquis hunc quoque Apollonii esse, apud quem II 1123 legitur *ἀντόμεθα πρὸς Ζηνὸς Ἐποψίου, οἵτινές ἐστε.* atque *ἀλλ'* possit grammatici esse et cum proxime antecedenti voce *καί* ita coniunctum fuisse: *καὶ ἄλλου* (alibi) „*ἀντόμεθα κ. τ. λ.*", *Ὀλυμπίου* autem pro *Ἐποψίου* potuit ex perversa recordatione Hom. Od. I 27 et IV 74 scholiasta inconsulto dare de suo. Sed magis tamen crediderim Callimachi esse fragmentum, quod imitatus sit Apollonius. eum enim illo saepius ita usum esse scimus. —

349. Epimer. Hom. ibid. p. 102, 20: *ὡς πύλη Πυλαιμένης, ἕλη*

*ἑλαιθερὲς ὕδωρ,*

*οὕτως γυναιμανής.* Fragmentum hoc ap. eundem grammaticum p. 421, 34 sonat *ἑλαιθερὲς ὕδωρ*, ap. Etym. Magn. p. 328, 20 *ἑλεθηρὲς ὕδωρ*, ubi interpretatio *τὸ ὑπὸ τοῦ ἡλίου τεθερμασμένον*

additur, sed cod. Flor. dat ἐλεθηρές, si fides Millero p. 106, item ἐληθερὲς ὕδωρ Zonar. p. 689, Orion. Etym. p. 66 autem ἐληθερεὺς ὕδωρ. At Etym. Magn. p. 425, 9 suo loco habet etiam ἠλαιθερές sine voce ὕδωρ, sed cum eadem interpretatione, ubi tamen cod. Florent. p. 147 post ἠλαιθερές addit: ἢ (sic enim scribendum, non ἦ cum Millero) μετὰ τὴν ἄρχουσαν διὰ τῆς ει διφθόγγου, unde etiam ἠλειθερής in usu fuisse videtur, certe nonnullos sic scripsisse conicimus, quamquam etiam Hesych. II p. 272 ἠλαίτερον tantum dat, non ἠλειτ., praeterea autem ἐλειθερεῖς, ἐν ἡλίῳ τιθέμενοι ἢ θερμοί. His omnibus consideratis ignotus poeta epicus dixisse videtur ἐλαιθερὲς ὕδωρ pro vulgato εἰληθερής vel ἐληθερής. De spiritu cf. Lentz. Pneumatol. p. 688, p. 742, p. 771. —

350. Epimer. Hom. ibid. p. 103, 16: γέρων — παρὰ τὸ ἐρῶ ἔρας καὶ γέρας· πᾶς γὰρ γέρατος ἐπιθυμεῖ. καὶ παρὰ τὴν ἕλην ἕλως καὶ γέλως, ἀπὸ τοῦ καταστήματος· τὸ γοῦν ἐναντίον

στυγνὸς δὲ λέλοιπα.

Haec vereor ut ab omni parte sana sint, sed tantum video, anonymum poetam locutum esse de homine aliquo, qui quum invisus esset (popularibus suis, puto), patriam reliquisse se dicit.

351. Epimer. Hom. ibid. p. 174, 26: ἔσσευα —. γέγονε δὲ ἀναδιπλασιασμὸς τοῦ ἑνὸς σ, ὡς ἐν τῷ· ὁ δ' ἄρ' ἔθορε μέσσος. Ignotum fragmentum est etiam Lentzio Herod. II p. 298, 10, certe nimis abludunt versus Homerici quam unde illud corruptum aut in unum conflatum censeas, Jl. XII 462: ὁ δ' ἄρ' ἔσθορε φαίδιμος Ἕκτωρ. IV 79 κὰδ δ' ἔθορ' ἐς μέσσον. XXI 233 δουρικλυτὸς ἔνθορε μέσσῳ. Itaque sic censeo poetam aliquem epicum Homeri hos locos imitatum dixisse:

ὁ δ' ἄρ' ἔνθορε μέσσος. —

352. Epimer. Hom. ibid. p. 191, 29, ubi expositis formis προσαυδήτην, φοιτήτην, συλήτην (quarta enim, συναντήτην Od. XVI 333, omittitur) grammaticus addit: καὶ οἱ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ α χρῶνται· „φοιτάτην ποτ' ἐς διδασκάλου" καὶ πάλιν

τὼ δ' οὐκ ἐβοάτην.

ultima verba tam evidenter hexametri finem referunt, ut non dubitem poetae epici fragmentum pronuntiare. Fortasse intelligendi sunt Hercules et Iphicles qui a serpente lacessiti tamen clamorem non tollebant. —

353. Epimer. Hom. ibid. p. 196, 7: ἔνδυμαι —, ἐξ οὗ τὸ

εἱμένος αἴθοπι χαλκῷ

Homeri certe non est, qui saepius habet κεκορυθμένος (εἰλυμένοι) αἴθοπι χαλκῷ. Atque haec imitatum esse ignotum poetam putaverim qui ista scripsit paululum immutans, ne totum expressisse videretur. Cogites de Callimacho, cuius vide Hecal. cap. VIII. —

354 et 355. Epimer. Hom. ibid. p. 224, 32: Κηφισίδι. ὄνομα παρώνυμον ἀποτελεῖται ἀπὸ τῶν εἰς ος εἰς ις θηλυκοῦ ὀξύτονα (θηλυκὸν ὀξύτονον?)· δρύμος δρυμίς, ἀφ' οὗ „δρυμίδες νύμ-

φαι". λόγος, „λογίδες σεμναί" κ. τ. λ. Nec δρυμίδες nec λογίδες aliunde notae sunt, utrumque autem habet quod animum pungat. Primum enim non facile perspicitur, cur grammaticus post Δρυμίς addiderit ἀφ' οὗ Δρυμίδες ν., quasi vero necessarium fuerit addere hoc ad demonstrandam flexionis rationem. imo multo credibilius grammaticum novum vocabulum adicere voluisse a δρυμίς derivatum: δρύμος δρυμίς ἀφ' οὗ

δρυμιάδες νύμφαι.

simul autem hac ratione statim evadit epici versus particula, cui apprime convenit poetica forma in ιάς pro ίς, quem ad modum νύμφαι Ἐπιμηλιάδες et Ἐπιμηλίδες dicuntur, cf. Lobeck. Prol. Path. p. 466, qui omnino de hoc genere nominum in ίς et ιάς alternantium videndus est. Praeterea quae deae sint (nam deae sine dubio intelliguntur) quae λογίδες σεμναί appellatae fuerint non exputo. suspicor potius grammaticum scripsisse: λόχος (i. e. partus),

λοχίδες σεμναί

quae partus deae sunt i. e. μογοστόκοι Εἰλείθυιαι Ἥρης θυγατέρες, ut Artemis quoque λοχεία vel λοχία dicitur. Ceterum hoc quoque epici poetae fragmentum esse puto, forsan Callimachi, qui ista dixerit in carmine Semele. —

356. Epimerism. Hom. ibid. p. 252, 18: τοῦ χαίρω κεχάρηκα, ἀφ' οὗ τὸ

κεχαρημένος ἔλθοι.

Huic fragmento admodum similis est Homeri locus Od. II 54 καί οἱ κεχαρισμένος ἔλθοι, quem ne putes afferri ipsa vetant scholiastae verba a χαίρω et κεχαρημένος et κεχαρησέμεν, κεχάροιτο, κεχάροντο derivantis. Nisi igitur ipsum grammaticum utrumque confudisse statueris, κεχαρημένος ἔλθοι poetam aliquem alium ex imitatione Homeri dixisse putabimus.

357. Epimerism. Hom. ibid. p. 264, 4: τὰ εἰς γος δισύλλαβα φύσει μακρὰ (leg. μακρᾷ) παραληγόμενα ὀξύνονται· φηγός, πηγός — ἓν ἀντιπίπτει τὸ Λάγος (sic) ἐπὶ τοῦ κυρίου, ὃ εἴδη (corrig. ὃ εἰ δὴ. Cramerus ἤδη malebat) εἴρηται καὶ τρισυλλάβως, Λάαγος (scil. εἴρηται):

Λαάγου φίλος υἱός, ἀρίζηλος Πτολεμαῖος.

οὐ φύσει οὖν δισυλλαβεῖ, ἀλλ' ἐκ τρισυλλάβου γέγονεν, ubi Λάαγος nescio quo errore edidit Lentz. Herod. I p. 140, 24. Callimachi versum Hecker. Com. Call. p. 71 cognoscere sibi videbatur maxime propter dilatatam similiter vocem ἀάτη fragm. CCCCLXXXVI. quamquam eiusdem generis exempla apud alios quoque sunt. cf. Dindorf. in Thes. Paris. V p. 22 A. vide etiam Lobeck. Paral. p. 7. —

358. Epimerism. Homer. ibid. p. 280, 31: ὥσπερ παρὰ τὴν ἐπί γίνεται ἔπισσα, σημαίνει δὲ τὴν νεωτάτην τὴν ἐπὶ πᾶσι γεγενημένην, οἷον „Μνημοσύνης ἡ δωδεγόνου χαρίεντος ἔπισσα", οὕτως καὶ παρὰ τὴν μετά μέτασσα· „χωρὶς δὲ μέτασσαι" (Od. IX

221). Fragmentum ad Aetiorum prologum primus revocavit Hecker. Com. crit. de Anthol. I p. 181, quem iure sequi videntur Bergk. Anth. lyr. I p. 123 n. 4 (II p. 143 n. 3), Rauch. de Aet. p. 11, Dilth. Anal. Callim. p. 5 not. 5. Quod autem Bergkius *Μνημοσύνης ἡ δ' ὧδε γόνου* scribi voluit probante Dilth. l. l., poterat fortasse cum Heckero servari *ἡ δ' ὧδε*, modo post *Μνημοσύνης* distingueretur, ea vox ut ad antecedentia pertineret. si quis tamen versum omnibus numeris absolutum flagitaverit, auctor sim ut verba non mutet quidem, sed melius coniungat in hunc modum:

*Μνημοσύνης ἧδ' ὧδε γόνου χαρίεντος ἔπισσα*

i. e. Mnemosynae generis minima natu filia ita cecinit. nam etsi Mein. ad Hym. IV 257 dicit Callimacho *ἀείδειν* tantum in usu fuisse, non *ᾄδειν*, de hymnis hoc libenter concesserim. sed in Elegiis, ubi minus accurate secutus est Homerum (nam etiam *κοτέ* ibi dixit et alia) cur eum ad Atticismum magis se accommodare voluisse negemus? atque *ᾄσονται* habet etiam Theogn. 243, etsi *ἀείσω* v. 4, *ἀείσατε* v. 16 etc., et Theocritus atque Moschus saepius inter utramque formam variant (cf. Theocrit. I 145 *ᾀσῶ*. I 148 *ᾄδεις* coll. *ἄειδες* I 19 etc. Mosch. III 20, 21, 22 *ᾄδει* — *ἄειδεν* — *ἀείδει*. II 12, 15 *ἀοιδά* — *ᾠδάν*), ne quid de Hym. Hom. VI 2 (*ᾄσομαι*) et Orph. Argon. 414 (*ᾄδοντα*) dicam. certe ne nauci quidem est quod Rauch. l. l. coniecit *Μνημοσύνης ἥδοιο γόνου κ. τ. λ.* Ceterum voci *ἔπισσα*, quocum Lobeck. Prol. Path. p. 413 comparat *Ἄμφισσα* (coll. Steph. Byz. p. 90, 21), *Ἄντισσα, πέρισσος*, Etym. Magn. p. 595, 55 et grammaticus noster conferunt etiam *μέτασσα* et Etym. Magn. ex Hecataeo affert, sed habet etiam Hesych. II p. 169 s. *ἔπισσα* et *ἔπισσον*. —

359. Epimer. Hom. ibid. p. 315, 5: *σημαίνει τὸ ὅ ἕξ· ἄρθρον προτακτικὸν καὶ ὑποτακτικόν· καὶ ἀντὶ τοῦ οὗτος ἀντωνυμία γ' προσώπου ἀναφορικοῦ. „ὁ γὰρ βασιλῆι“* (Jl. I 9) *ἀντὶ τοῦ τούτου* (corr. *ἀντὶ τοῦ οὗτος*)·

*νῦν ὃ μὲν οὔτι τόσον τελέθει κακὸν ἔνδοθι μίμνον.*

*Νῦν* fragmento addidi de meo, nam grammaticus statim addit: *τουτέστι νῦν δὲ τοῦτο μὲν ὑπάρχει κακόν.* praeterea *τόσσον* legebatur. —

360. Epimerism. Homer. ibid. p. 338, 28: *τὰ εἰς λος λήγοντα ἑτέρῳ λ παραληγόμενα τριγενῆ ὄντα ὀξύνονται· ἰλλός·*

*ἰλλοί τε πόδες·*

*κυλλός· οὕτως οὖν καὶ πολλός.* Nimium sibi indulsit poeta, qui vocis *ἰλλός* alibi semper ad oculos relatae adeo dilatavit vim, ut de pedibus distortis diceret. Eo usque licentiae tametsi in simili re poetas Alexandrinos nonnunquam processisse novimus, hic tamen crediderim librarios in culpa fuisse qui depravarint quae ita a grammatico scripta erant: *ἰλλός, κυλλός, „κυλλοί τε πόδες“.* notum est *Κυλλοποδίων* ex Homero et *πούς κυλλός* ex Aristoph. Av. 1379 et aliis. Nisi forsan ita potius scribendum:

ἰλλός, „ἰλλοὶ * * *". κυλλός „κυλλοί τε πόδες". Sed Lentzio in Herodian. I p. 158 nihil vitii subolebat. —

361. Epimer. Hom. ibid. p. 341, 10: περὶ συνωνυμεῖ τῇ ἀμφὶ ὡς τὸ „ἡμεῖς δ' ἀμφὶ κρήνην" (ubi corrigendum ἡμεῖς δ' ἀμφὶ περὶ κρήνην, nam Homeri locus est Jl. II 305, quod Cramerum fugisse videtur)· διαφέρει δέ· ἡ μὲν ἀμφὶ γίγνεται ἀμπί,

ἀμπισχὼν κεφαλήν,

ἡ δὲ περὶ ἡ αὐτὴ μένει. Incerti poetae locum puto, qui dixerit de homine ad sacra facienda coronam capiti victimae imponenti, ac potuit Callimachus in Hecale (cap. X) de Theseo praedicare qui taurum Marathonium coronis ornabat. Erunt tamen fortasse qui non Callimachi aut alius ignoti poetae locum subesse arbitrentur, sed Homeri paululum corruptum frustulum ex Od. I 157 ἄγχι σχὼν κεφαλήν, ut simile aliquid grammatico hic acciderit quale p. 252 num. 356. Tacite autem supra ἀμπισχὼν scripsi, non ἀμπίσχων, ut est in Crameriana. cf. Buttmann. Gr. gr. II p. 190 seq. —

362. Epimer. Hom. ibid. p. 413, 13: ἀπὸ τῶν εἰς ην οὐ γίνεται συγκριτικόν· ἔνθεν σημειοῦνται τὸ

ναρκίσσου τερενώτερον·

καὶ λέγουσιν ὅτι ἀπὸ τῆς τέρενος (γενικῆς. hoc iure addit Lobeck. Elem. Path. I p. 334) εὐθεῖα γίνεται ὁ τέρενος· ἐκ τούτου τὸ τερενώτερος, ὥστε οὐκ ἀπὸ τῶν εἰς ος — ὁ δὲ Ἀντίμαχος ἀπὸ τοῦ ὁ τέρενος εἶπε κατὰ συγκοπὴν „τερέντρον" (sic), ἀπὸ τούτου τερενώτερος. Satis perplexe haec scripta esse iure pronuntiat Lobeck. l. l., sed ut tamen duo afferri fragmenta existimet, alterum incerti poetae, Antimachi (Stoll. fr. CXI) alterum. Sed videant acutiores sitne potius unum tantum fragmentum, et quidem Antimachi, quod vel ναρκίσσοιο τερέντερον vel ναρκίσσου τε τερέντερον fuisse puto, grammaticum autem ita locutum esse: ὁ δ' Ἀντίμαχος ἀπὸ τούτου τοῦ τερενώτερος, τοῦ ἀπὸ τοῦ ὁ τέρενος, εἶπε κατὰ συγκοπὴν τερέντερον. —

363. Epimer. Hom. ibid. p. 446, 10: γίνονται καὶ ὑπερβιβασμοὶ χρόνου —, ὑπόρωρεν, „ὑπώρορε βοώμενος". Fragmentum epici Alexandrini esse persuadet medium βοᾶσθαι pro βοᾶν usurpatum, quod nisi Alexandrini poetae fere non concedunt sibi. cf. Arat. 291 ἠὼς ἔλθοι καὶ μάλα πολλὰ βοωμένῳ. id. 912 et Quint. Smyr. X 465 (ubi medium βοᾶσθαι non usitatum dicens Koechly γοήσατο iniuria scripsit). quod si epicum fragmentum est, locum facile in ordinem cogemus hoc scribendi genere: ὑπώρορεν,

ὑπόρωρε βοώμενος. —

Praeter hos autem locos in Epimerismis illis alia leguntur epica fragmenta anonyma quae Homeri esse quivis statim intelligeret, nisi corruptionem perpessa aliquantum nunc ab Homericis recederent. Sic quod p. 192, 24 legitur ἤ περ δὴ Κρανέω τε, aperte est Hom. Jl. IX 310: ᾗ περ δὴ φρονέω τε. item quod

p. 44, 30 extat *ἀλεύετο γὰρ βέλος* paulo emendatius legitur in Hom. Od. XX 305, quod ibid. p. 44, 32 (*ἀθλεύω καὶ πρὸ ἄνακτος*), in Jl. XXIV 734, quod p. 296, 4 (*νηλεὲς οὐκ ἄρα δή σοι πατὴρ ἦν*), in Jl. XVI 33, quod p. 441, 31 (*ἀμφ' αὐτῷ ἰχύμην*), in Jl. XIX 284 vel Od. VIII 527. Sed quod ibid. p. 80, 26 legimus, *πνείουσαν ἀμαιμάκετον πῦρ*, Hesiodi est Theog. 319, item quod ibid. p. 85, 16 extat, *πολλὰ δ' ἄπο χλωρῶν δενδρέων ἀμύοντα χαμάζε*, Hesiodi fragmentum est, num. CCXXVI Marksch. coll. Lobeck. Elem. Path. I p. 66 not. 2. —

His autem fragmentis epicis quae testium nominibus carent alia quaedam eiusdem generis adiciemus ex Plutarchi operibus petita quem talibus laciniis orationi suae si quem alium decus afferre solitum esse constat. Qui quum aliquot citatis Callimachi locis manifesto doceat studiose se huius poetae carmina legisse, non est profecto incredibile etiam inter eos versus vel versuum frustula quae auctoribus non nominatis apposuit unum et alterum esse quod Callimacho tribui debeat. Quis enim neget, ut hoc utar, huic poetae convenire quae apposuit

364. Plutarch. de audiend. poet. II:

*πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί.*

quibus uti Callimachus in Aet. Prologo prope fragm. CCCCXLII potuit, poetas quidem multa dicere mendacia, se tamen nihil canere quin testes habeat, quum ab ipsis Musis sit edoctus.

365. Plutarch. de recta audiendi ratione III:

*ἀκλειὴς ἄϊδηλος ὑπαὶ νεφέεσσι κεδάσθη,*

i. e. *μῦθος* alicuius qui alium frustra admonere conatur. —

366. Plutarch. de rect. aud. rat. XIII:

*ὡς ἀν' ἐχινόποδας καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν*
*φύονται μαλακῶν ἄνθεα λευκοΐων,*

quo disticho alibi quoque Plutarchus utitur (cf. Bergk. Poet. lyr. p. 1323), ut etiam inter res viles et pravas esse doceat quibus non desit gratia. —

367. Plutarch. de inimicor. utilit. VIII: *ἡ σιγὴ πανταχοῦ μὲν ἀνυπεύθυνον, οὐ μόνον ἄδιψον, ὥς φησιν Ἱπποκράτης, ἐν δὲ λοιδορίᾳ σεμνὸν καὶ Σωκρατικόν, μᾶλλον δὲ Ἡράκλειον, εἴ γε κἀκεῖνος*

*οὐδ' ὅσσον μυίης στυγερῶν ἐμπάζετο μύθων.*

Scripsi *μυίης*, quod *μυίας* edebatur. —

368. Plutarch. Quaest. graec. XXVI: *τίνος ἔχεται διανοίας τὸ τοὺς ἀπάγοντας εἰς Κασσιοπαίαν τὸν βοῦν ἐξ Αἴνου τὰς παρθένους προπεμπούσας ἐπᾴδειν ἄχρι τῶν ὅρων·*

*μή ποτε νοστήσαιτε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν*

*Αἰνιᾶνες ὑπὸ Λαπιθῶν ἐξαναστάντες τὸ πρῶτον ᾤκησαν περὶ τὴν Αἰθικίαν, εἶτα περὶ Μολοσσίδα καὶ Κασσιοπαίαν. οὐδὲν δὲ χρηστὸν ἀπὸ τῆς χώρας ἔχοντες, ἀλλὰ καὶ χαλεποῖς χρώμενοι προσοίκοις εἰς τὸ Κιρραῖον πεδίον ἦκον, Οἰνόκλου τοῦ βασιλέως ἄγοντος αὐτούς. Ἐκεῖ δὲ μεγάλων αὐχμῶν γενομένων κατὰ χρησμόν, ὡς*

λέγεται, τὸν Οἴνοκλον καταλεύσαντες καὶ πάλιν πλανηθέντες εἰς ταύτην ἀφίκοντο τὴν χώραν ἣν νῦν ἔχουσιν ἀγαθὴν καὶ πάμφορον οὖσαν. Ὅθεν εἰκότως εὔχονται τοῖς θεοῖς, εἰς τὴν παλαιὰν πατρίδα μὴ ἐπανελθεῖν, ἀλλ' αὐτοῦ καταμένειν εὐδαιμονοῦντας. Non indignum Callimacho Αἴτιον, ex cuius carmine petitum versum putaverim. —

369. Plutarch. de Isid. et Osir. XXXVIII: πλημμυρεῖ Νεῖλος

Ἠελίου τὰ πρῶτα συνερχομένοιο Λέοντι.

In leone quamdiu Sol sit Nilum evagari etiam Plin. Nat. hist. XVIII 167 (add. V 57) testatur. Versum autem si ex Callimacho petitum affirmo, causa haec est, quod de Nilo eiusque inundatione idem poeta etiam fr. CCCCXLV et CLXXXII dixit. —

370. Plutarch. de Isid. et Osir. LXVI: ποιητής δέ τις ἐπὶ τῶν θερίζοντων,

τῆμος ὅτ' αἰζηοὶ Δημητέρα κωλοτομεῦσιν.

Eundem versum qui scripto βωλοτομεῦσιν affert auctor de vit. Homer. p. 296 Gail. et cum Homerico σπλάγχνα δ' ἄρ' ἀμπείραντες ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο (Jl. II 426) confert, Homeri dicit iniuria. videtur potius Alexandrini esse, fortasse Callimachi, in Aet. III 4, ut suspicor. —

371. Plutarch. de Tranquill. XVI: ᾧ δὲ δίδωσι πρὸς τὴν τύχην ἀδεῶς καὶ ἀτρόμως εἰπεῖν ὁ λογισμός.

ἡδὺ μὲν ἄν (ἦν?) τι φέρῃς, ὀλίγον δ' ἄχος ἤν ἀπολείπῃς,

τοῦτον ἥδιστα ποιεῖ χρῆσθαι τοῖς παροῦσι τὸ θαρραλέον. —

372. Plutarch. de Tranquill. XIX: τὸ δὲ

οὔ τις ἐμοὶ τῶν ἄλλος ἐπαίτιος, ἀλλ' ἐγὼ αὐτός,

ἐπιθρηνούμενον τοῖς ἁμαρτανομένοις ἔνδοθεν ἐξ αὐτοῦ, βαρύτερον ποιεῖ τῷ αἰσχρῷ τὸ ἀλγεινόν. ubi videndum sitne τῶνδ' ἄλλος scribendum sit. —

373. Plutarch. de fraterno amore II: ἀδελφῶν ὁμοφροσύνῃ καὶ γένος καὶ οἶκος ὑγιαίνει καὶ τέθηλε, καὶ φίλοι καὶ συνήθεις ὥσπερ ἐμμελὴς χορός, οὐδὲν οὔτε πράσσουσιν ἐναντίον, οὔτε λέγουσιν οὔτε φρονοῦσιν,

ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔμμορε τιμῆς.

Eundem versum Plutarchus habet in Comparat. Lysandr. et Sullae I, ubi ἔλλαχε τιμῆς legitur, et alibi. cf. Bergk. Poet. Lyr. p. 1323. —

374. Plutarch. de Curios. III: ὄρνις ἐν οἰκίᾳ πολλάκις τροφῆς παρακειμένης εἰς γωνίαν καταδῦσα σκαλεύει,

ἔνθα γέ που διαφαίνεθ' ἅτ' ἐν κοπρίῃ μία κριθή.

Edebatur κοπρίᾳ. —

375. Plutarch. de Curios. VI: ἂν ἢ φθοράν τις παρθένου παρακαθήμενος ἢ μοιχείαν γυναικὸς — διηγῆται, οὔτε νυστάζει οὔτ' ἀσχολεῖται,

ἄλλα τε δίζηται ἐπέων παρά τ' οὔατα βάλλει.

Plutarchi orationi sine dubio magis convenit ἄλλα δὲ δ., quod fortasse in ipso quoque fragmento reponendum. —

376. Plutarch. Quaest. Symp. II 3, 1: προὔφερεν Ἀλέξανδρος ὁ Ἐπικούρειος ἐπὶ γέλωτι τὸ

ἶσόν τοι κυάμους ἔσθειν κεφαλάς τε τοκήων.

De praecepto hoc Pythagorico Callimachus dixerat fr. CXXVIII, et quidem in Aetiorum libro tertio (fr. XXVII). itaque vel ad hunc poetam fragmentum revocabimus vel ad Empedoclem, cuius hic quoque versus est v. 441 Stern.: δειλοί, πανδειλοί, κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθε. atque Empedoclis testimoniis Plutarchus etiam alibi saepe usus est sive testis nomine addito sive anonymo fragmento citato. Ita quod legitur in libro de Isid. et Osir. XXIV fragmentum a Doehnero vol. V p. 366 A nescio quo iure ad cyclicum aliquem poetam revocatum: ὠκύμοροι καπνοῖο δίκην ἀρθέντες ἀπέπταν, aliunde novimus esse Empedocl. 5 — quod de Curios. XI extat πέλματα θηρείων μελέων μυκτῆρσιν ἐρευνῶν, eiusdem est Empedoclis 312 —, quod de Exil. XVII: ἐξ οἵης τιμῆς τε καὶ ὅσσου μήκεος ὄλβου, Empedocl. 390, quod de es. carn. II 4: σαρκῶν ἀλλογνῶτι περιστέλλουσα χιτῶνι, Emped. 402. —

377. Plutarch. Quaest. Symp. III 6, 4: τὴν μὲν (ἑσπέραν) ᾠδαὶ κατέχουσι καὶ χορεῖαι καὶ ὑμέναιος,

κῶμοί τ' εἰλαπίναι τε καὶ ἠχήεις θρόος αὐλῶν,

τὸν δὲ (ὄρθρον) κτύποι ῥαιστήρων κ. τ. λ.

378. Plutarch. Quaest. Symp. VII 2, 1: ἐν Δελφοῖς παρὰ δεῖπνον ἐπέθεντό τινες ἡμῖν τῶν ἑταίρων ὡς οὐ μόνον

γαστρὸς ἄπο πλείης βουλὴν καὶ μῆτιν ἀμείνω.

Legebatur ἀπό. praeterea quaeri potest num ipse poeta scripserit γ. α. πλ. βουλὴ καὶ μῆτις ἀμείνων. —

379. Plutarch. Amator. XIV: εὔχονται Ἀρισταίῳ δολοῦντες ὀρύγμασι καὶ βρόχοις λύκους καὶ ἄρκτους, „ὃς πρῶτος θήρεσσιν ἔπηξε ποδάγρας". Editores (etiam Winckelm. p. 26), qui versum capite truncatum putant, parum curabant versus elegantiam, ut qui trochaicam caesuram in quarto pede statuant. itaque in medio potius versu vocem excidisse et poetam ita fere scripsisse putaverim:

ὃς πρῶτος θήρεσσιν [ὀλοιὰς] πῆξε ποδάγρας.

Callimachum fragmentum non dedecet, ut quod de aliquo rerum inventore agat. Cf. Aet. III extr. —

380. Plutarch. Amator. XVII: τὸν Ἀπόλλωνα μυθολογοῦσιν ἐραστὴν γενόμενον

Ἀδμήτῳ πάρα θητεῦσαι μέγαν εἰς ἐνιαυτόν.

Sequutus sum Dindorf. in Thes. Paris. Vol. VI p. 259 C. Hesiodi versum esse coniecerat Müller. ad Aeschyl. p. 143. —

381. Plutarch. Amat. XIX: (ἡ ψυχὴ) τῶν ἐνυπνίων ἀσπάζεται καὶ τέθηπε τὸ κάλλιστον καὶ θειότατον,

ἀμφὶ δέ οἱ δολόεντα φιλόφρονα χεῦεν ὄνειρα. —

382. Plutarch. Praecept. gerend. reipubl. XIII: ναύτας ἐκλέγεται κυβερνήτης καὶ κυβερνήτην ναύκληρος,

εὖ μὲν ἐνὶ πρύμνῃ οἰήϊον, εὖ δὲ κεραίην
εἰδότας ἐντείνασθαι ἐπορνυμένου ἀνέμοιο,

ubi vereor ut ἐντείνασθαι satis respondeat gubernaculo, sed malim ἐντύνασθαι. —

383. Plutarch. Praecept. gerend. reip. XIX dicit in magnis reipublicae calamitatibus non videri καταπτώσσοντα τὸν ἀληθῶς πολιτικὸν οὐδ' αἰτιώμενον ἑτέρους, αὐτὸν δὲ τῶν δεινῶν ἔξω τιθέμενον, ἀλλὰ καὶ πρεσβεύοντα καὶ πλέοντα καὶ λέγοντα πρῶτον οὐ μόνον

ἥκομεν οἱ κτείναντες· ἀπότρεπε λοιγόν, Ἄπολλον,

ἀλλὰ κἂν τῆς ἁμαρτίας μὴ μετάσχῃ τοῖς πολλοῖς, τοὺς κινδύνους ὑπὲρ αὐτῶν ἀναδεχόμενον. —

384. Plutarch. de prim. frigid. XI: διὸ καὶ λέλεκται·

εἰ δὲ νότος βορέην προκαλέσσεται, αὐτίκα νίψει.

τοῦ γὰρ νότου καθάπερ ὕλην τὴν ὑγρότητα παρασκευάσαντος ὁ βόρειος ἀὴρ ὑπολαβὼν ἔπηξε. —

385. Plutarch. Non posse suavit. vivi sec. Epicur. X: ὅταν — ἱστορία — ἐπὶ πράξεσι καλαῖς καὶ μεγάλαις προσλάβῃ λόγον ἔχοντα δύναμιν καὶ χάριν, ὡς τὸν Ἡροδότου τὰ Ἑλληνικὰ καὶ Περσικὰ τὸν Ξενοφῶντος,

ὅσσα δ' Ὅμηρος ἐθέσπισε θέσκελα εἰδώς,

— οὐ μόνον μέγα καὶ πολὺ τὸ εὐφραῖνον, ἀλλὰ καὶ καθαρὸν καὶ ἀμεταμέλητόν ἐστι. —

386. Plutarch. Non posse suav. viv. sec. Epicur. XXI: ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, ὡς ο ποιητὴς εἴρηκε

καί τε γέρων καὶ γρῆυς, ἐπὴν χρυσέης Ἀφροδίτης
μνήσωνται, καὶ τοῖσιν ἐπηέρθη φίλον ἦτορ.

Scripsi χρυσέης, nam antea χρυσῆς fuit. praeterea videndum, num scribi debeat καὶ δὲ γέρων et ἔτ' ἠέρθη. —

387. Plutarch. advers. Colot. XXVIII: τί μᾶλλον ἐναργὲς οὕτως ἐστὶ καὶ πεπιστευμένον, ὡς τὸ παρορᾶν καὶ παρακούειν ἐν πάθεσιν ἐκστατικοῖς καὶ μελαγχολικοῖς ὄντα; ὅταν ἡ διάνοια τοιαῦτα πάσχῃ καὶ ταράττηται,

αἵ δέ με δᾳδοφόροι μελανείμονες ὄμμα πυροῦσι.

Loquitur aliquis a Furiis exagitatus, quarum ἔφοδοι μελανείμονες etiam ab Aeschyl. Eum. 367 memorantur. Hunc autem poetam si dixero Callimachum hic quoque ut saepe imitatum esse, non nimium videbor hariolari. —

Atque haec quidem sunt epicorum fragmenta a Plutarcho usurpata, quorum quinam auctores fuerint aliunde non videtur sciri posse. At alia sunt, de quibus iure dubites. velut quod Plutarch. Lacon. apophth. var. LII sic apposuit: κινήσας πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον, qua nunc quidem indutu forma est, alibi non puto extare, ut non mirarer si quis anonymi poetae esse persuasum haberet. Sed hunc admonitum velim, sitne

potius ex duobus Homeri locis, Jl. XVII 200 (κινήσας ῥα κάρη ποτὶ ὃν μυθήσατο θυμόν coll. 442. Od. V 285, 376) et Jl. XXII 74 (ἀλλ' ὅτε δὴ πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον — αἰσχύνωσι κύνες) conflatus versus sive Plutarchi consilio sive aliquo memoriae lapsu. Nec debet ignorari in Plutarchi libello de profect. in virtut. IV citatum locum τῷ δ' αὖτε πτερὰ γίνετο Homerici versus (Jl. XIX 386 τῷ δ' εὖτε πτερὰ γίγνετ', ἄειρε δέ) esse particulam, aut in libro de Superst. XI ἓξ μὲν θυγατέρας, ἓξ δ' υἱεῖς ἡβώοντας Plutarchum orationi suae accommodasse Homeri versum ex Jl. XXIV 604 ὄλοντο ἓξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ἡβώοντες, quam ob causam saepius Plutarchus Homericos locos leviter immutavit. Contra Hesiodi sunt quae sic leguntur in Quaest. conviv. IX 15, 2: καὶ Θέμιν αἰδοίην, ἑλικοβλέφαρόν τ' Ἀφροδίτην, Ἥρην τε χρυσοστέφανον, καλήν τε Διώνην, ubi in Hesiod. Theog. 17 legitur Ἥβην τε χρυσοστέφανον, cuius sunt etiam quae ibidem statim apud Plutarchum sequuntur: Ἕλληνος δ' ἐγένοντο θεμιστοπόλοι βασιλῆες, Δῶρός τε Ξοῦθός τε καὶ Αἰόλος ἱππιοχάρμης. nam vid. Hesiod. fragm. VIII Marksch. Eiusdem versum in Theogon. 64 πὰρ δ' αὐτῇς Χάριτές τε καὶ Ἵμερος οἰκί' ἔχουσιν Plutarchus de Adulat. et amic. II quo verbis suis adaptaret ita immutavit ut αὐτῇ et οἰκί' ἔθεντο scriberet. Haec similium sunto locorum exempla quae doceant cautione opus esse, ne si quid vel librariorum incuriosa depravatione vel prudenti ipsorum scriptorum consilio in verbis mutatum sit, statim de poeta incerto cogitemus. Postremo moneo versum a Plutarcho de Adulat. et Amic. XI productum ἢ πόλιον βαρύοσμον, ὃ δὴ ῥίγιστον ὄδωδεν Nicandri esse Ther. 64, item qui in libro de vitand. aer. alien. III μηδὲ σύ γ' ἱπποσύνας τε μένειν, sumptum esse ex oraculo quod legitur in Herod. VII 141. —

Jam satis superque videtur esse epicorum fragminum anonymorum. quae qui citant quum videamus etiam nominatim saepe Callimachea ad probandum producere, quis neget hos ipso suo usu aliquo modo patrocinari Callimacho? Praeterea alia multa passim leguntur apud alios scriptores, qui Callimachi scriptis vel nunquam vel raro usu sunt neque aliqua sua cum Callimacho quasi familiaritate huic tacite vindicant quae citant fragmenta anonyma. Cuius generis fragmenta si quid habent coloris Callimachei, non sunt profecto vituperandi qui ob hanc solam causam de Callimacho auctore cogitant. Itaque laudamus Theodorum Bergkium, qui in Anth. Lyr. I p. 123 n. 3 (= II p. 142 n. 1) ad Callimachum rettulit.

388. Fronton. ep. ad Marc. p. 22 Nab. Hesiodum pastorem — dormientem poetam ais factum. at enim ego memini olim apud magistrum me legere:

ποιμένι μῆλα νέμοντι παρ' ἴχνιον ὀξέος ἵππου
Ἡσιόδῳ, Μουσέων ἑσμὸς ὅτ' ἤντίασεν.

τὸ ὅτ' ἤντίασεν vides quale sit, scilicet ambulanti

obviam venisse Musas. de quorum tamen versuum sinceritate tenuis quidam scrupulus mihi residet. nam si una enuntiatio est, ut ποιμένι quoque ab ἠντίασεν pendeat, graviter offendit, quod particula ὅτε nimis est ab initio reiectum. sin autem duae enuntiationes sunt, quarum altera eaque secundaria incipit ab Ἡσιόδῳ vel a Μουσέων, parum elegans est in utroque membro positus dativus e suo quisque verbo suspensus. nec videtur ita imperfectam sententiam Fronto daturus fuisse. Suspicor igitur poetam una tantum eaque absolute exhibita sententia scripsisse ποιμένι — Ἡσιόδῳ Μουσέων ἑσμὸς ὑπηντίασεν. Qui versus si in Callimachi Αἰτίων prologo scripti fuerunt, quae Bergkii sententia est admodum probabilis, non multum ab initio in prologo hoc distichum fuisse crediderim. Ceterum Rauchio de Aet. p. 11 not. minus placet Bergkii coniectura et in epigrammate potius aliquo Callimachi versus illi locum habuisse suum videntur, quod assensu suo probat Mein. ad Callim. p. 297. — Addamus alia:

389. Cicer. epist. ad Attic. VIII 5: audivi a tertio miliario tum eum (Dionysium) ivisse

πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμήναντα,

multa, inquam, mala eum dixisse. Versum primus Josephus Scaliger cum Catulli LXIV 111 verbis comparavit: sic domito saevum prostravit corpore Theseus nequicquam vanis iactantem cornua ventis, postea Mauritius Haupt. in Ind. lection. Berolin. aestiv. 1853 p. 13 graecum versum ex Hecalae Callimacheae parte ea petitum coniecit in qua sermo erat de tauro Marathonio. quam coniecturam quis non laudet magno opere? —

390. Sextus Empir. p. 621 Bekk.:

θεσπέσιον νεφέων ἐκ Διὸς ὗεν ὕδωρ.

Sic cum Bekkero scripsit Bergk. Anthol. Lyr. II p. 144 n. 16, vereor ut satis recte. nam si accusativus est ὕδωρ, ut in Aristoph. Nub. 1279 seq. πότερα νομίζεις καινὸν ἀεὶ τὸν Δία ὕειν ὕδωρ, subiectum apparet esse Ζεύς, quod in hac sententiae conformatione, ubi additur ἐκ Διός, adici non potuit. sin autem nominativus est ὕδωρ, usus loquendi postulat, ut non activum ὗεν dicatur, sed passivum. Itaque scribendum censemus:

θεσπέσιον νεφέων ἐκ Διὸς ὕεθ' ὕδωρ,

quem ad modum in Plutarch. Quaest. nat. II πρόσφατόν ἐστι καὶ νέον ὕδωρ τὸ ὑόμενον, ἕωλον δὲ καὶ παλαιὸν τὸ λιμναῖον legitur. Ceterum ingeniose Bergk. l. l. p. XII fragmentum anonymum ad Callimachi Aetiorum librum secundum rettulit propter Ovid. Art. Am. I 647 seq. cf. etiam ad Aet. II 3 p. 85. —

391. Dionys. Halic. de comp. verbor. XXV pentametri exemplar proponit hoc:

κοῦραι ἐλαφρὰ ποδῶν ἴχνι' ἀειράμεναι,

quod Callimachi esse suspicatur Bergk. Poet. Lyr. p. 1325. Atque Callimachi pentametris tamquam exemplis etiam Hephaest. Enchirid. p. 96 (cf. fr. 489) utitur. —

392. Marius Victorin. ar. gramm. III p. 2561 Putsch. = 154 Gaisf. = Gram. Lat. ed. Keil. VI p. 112: Hoc quoque notandum in enuntiatione pentametri elegiaci, nam plerumque aurem fallit, ut in illo graeco versu

ἡμεῖς δ' εἰς Ἕλλης πόντον ἀπεπλέομεν,

nam si coniunctim Ἑλλήσποντον enuntiarimus, effugerit aurium sensum, ut nequaquam versus esse credatur. Callimachum ita dixisse sibi videri dudum mihi per literas significavit Schneidewinus et nunc iudicat etiam Bergk. Poet. lyr. p. 1325, de quo eo minus dubitandum, quod in simili re Hephaestion p. 97 Callimachi pentametrum citavit hunc: ἱερά. νῦν δὲ Διοσκουρίδεω γενεή. Aptissime autem Schneidewinus ex Callimachi carmine de Argonautis petitum putabat (cf. Aet. I 11). —

393. Schol. Aeschyl. Prom. 400: ῥεῦμα παρὰ τὸ ῥέω ῥέος ὡς κλέπτω κλέπος· οἴχεται τὸ κλέπος αὐτὸς ἔχων. Οἴχηται corrigens ad Callimachum revocavit Meinekius. cf. ad fr. 109 extr. Fugiens raptor possit esse Jason. —

Alia ab aliis indicata epica fragmenta minore probabilitatis specie ad Callimachum relata sunt. velut Salmasius in Pollucis verbis V 38: τὰς Χαονίδας καὶ Μολοττίδας ἀπογόνους εἶναί φησι κυνὸς ὃν Ἥφαιστος ἐκ χαλκοῦ Δημονησίου χαλκευσάμενος ψυχὴν ἐνθεὶς δῶρον ἔδωκε Διὶ κἀκεῖνος Εὐρώπῃ, αὕτη δὲ Μίνῳ καὶ Μίνως Πρόκριδι καὶ Πρόκρις Κεφάλῳ — quum recte pentametrum odoratus esset

— ψυχὴν ἐνθεὶς δῶρον ἔδωκε Διί

(cui ni fallor totum addere distichum debebat a Polluce tantum non servatum integrum:

κἀκεῖνος [πόρεν] Εὐρώπῃ, αὕτη δέ τε Μίνῳ,
Πρόκριδι δ' αὖ Μίνως, ἡ δὲ Πρόκρις Κεφάλῳ),

Callimachi aut alius poetae hunc esse pentametrum suspicabatur parum probabiliter, quum ipsa Pollucis verba Nicandro potius assignandum esse docere videantur. cf. Nicandr. fr. 97 p. 125. — Porro Bergk. Poet. Lyr. p. 1347 a Mario Plotio p. 2639 Putsch. = 264 G. allatum versiculum Ξεῖνε, τὸν Ἀρχίλοχον τάφον fortasse partem hexametri ex epigrammate petiti esse putat, quem possis ad Callimachum referre. cui coniecturae certe in Plotii verbis nihil est praesidii. is enim versum dicit hemidexium trimetrum dactylicum, cuius secunda species sit glyconius, ut is quidem non partem hexametri, sed versum integrum putaverit esse. — Nec satis causae habebat Bendorfius in libro de anthologiae gr. epigrammatis quae ad artem spectant scripto p. 7, cur epigr. anonym. in Anthol. Pal. IX 190 Callimacho ascribendum esse existimaret. Porro in eadem Antho-

logia XI 107 quo Lucilius utitur nomine *Παλικάμπης*, id a Callimacho sumptum statuebat Unger. in doctissimo libello quem de Sinide scripsit p. 24 coll. Lexid. p. 11. Idem in iisdem Lexidiis p. 3 (coll. de Sinid. p. 24 not. 4) in Aeliani Nat. anim. XV 19 verbis *καί τινας καὶ ἀποῤῥήτους παλιώρας* latere putat poetae Alexandrini fragmentum *ἐτίνασσεν ἀποῤῥήτους παλιώρους*, quod et ipsum Callimacho ascribere videtur in Lexid. p. 37. a quo poeta profectum putat etiam fragmentum hoc: *ἀνὰ παῦρα πεσών*, quod a Suid. II 2 p. 25, Phot. p. 372 (= II p. 47 Nab.), gram. Bachm. Anecd. I p. 326 ita citetur: ὁ *ἀναπαῦρα πεσών*, Callimachus autem intellexerit de Antaeo. cf. Lexid. p. 5 seq. coll. Sin. p. 24 not. Nec per se improbabilis esset Mauritii Schmidt ad Hesych. IV p. 139 suspicio, in Etym. Magn. p. 751, 25 verbis *τελμῖνα καλεῖ τὸν ἐκ τελμάτων πηλόν* legendum esse *τελμῖνα Καλλίμαχος κ. τ. λ.*, nisi praestaret cum Phot. II p. 474, 12 (II p. 204 Nab.) scribere *τελμῖνα καλοῦσι*. At modum omnem excedens Alexander Riese in Mus. Rhen. XXI p. 498 seq. Catulli carmen LXIV e Callimacho expressum esse totum demonstratum ivit, quo formidoloso sane exemplo graviter admonemur, ut tandem subsistamus afferentes singulos certe versus aut versuum frustula, quae Callimachi possint esse. Quodsi vel sic nonnullis videbimur nimii fuisse, eos monitos volumus ut semper cogitent, praeter Homerum vix alium ullum poetam a veteribus, sive propter reconditarum rerum delectum fiebat, sive ob artificiosam argumentorum enarrationem, sive propter singularem loquendi rationem, ad testimonium dicendum arcessitum saepius ac libentius esse Callimacho.

# SEDES FRAGMENTORUM.

*Anonym. gramm.* in cod. Havn. 1975 fr. 565. cf. Crameri Anecd.
*Anonym.* auctor vitae Arat. Vol. I p. 4 Buhl. fr. 100$^{g}$.
*Anthol. Palat.* XIII 9 fr. 115. XIII 10 fr. 114.
*Antigonus Caryst.* Histor. Mirab. cap. XLV Westerm. fr. 321. cap. CXXIX usque ad CLXXIII fr. 100$^{f}$ n. 3 usque ad n. 46.
*Apollon. Archib.* [s. ἄειδε fr. 100 extr.] s. λειριόεντα fr. 229. s. ὀφείοντες fr. 435.
*Apollon. Dyscol.* de Coniunction. p. 504 fr. 485. p. 505, 18 fr. 471. p. 505, 19 fr. 287. de Adverb. p. 549 fr. 48. p. 567, 17 fr. 461. p. 567, 31 fr. 323. p. 573, 3 fr. 48. p 601, 30 fr. 234. p. 605, 7 fr. 454. p. 611. 28 fr. 522. de Pronomine p. 15 fr. 315. p. 26 fr. 97. p. 118 fr. 497. p. 139 fr. 536 et 557. p. 143 fr. 11 et 410. de Synt. p. 59 Bekk. fr. 315. p. 220 fr. 97. p. 341 fr. 519 et 520. (Apollon. Dysc. fragmenta anon. p. 751 sq.)
*Apostol.* p. 236 Leutsch. fr. 93. p. 707 fr. 100$^{b}$ 1.
*Apuleius* de Orthogr. p. 136 Mai. fr. 545$^{a}$. p. 137 fr. 550.
*Arsen. Violet.* ed. Walz. p. 7 fr. 93. p. 15 fr. 146$^{c}$. p. 23 fr. 179. p. 404 Leutsch. fr. 116. p. 419 Leutsch fr. 115. p. 462 Walz. fr. 100$^{b}$ 1.
*Artemidor.* Oneirocrit. IV 84 fr. 179.
*Athenaei* Deipnos. [I p. 2 fr. 189] I p. 4 E fr. 100$^{d}$ n. 9. p. 24 B fr. 261. II p. 56 C fr. 50. p. 69 C fr. 371. p. 70 B fr. 100$^{d}$ n. 10. III p. 72 A fr. 359. p. 95 F fr. 100$^{b}$ n. 1. IV p. 144 E fr. 69. VI p. 244 A fr. 100$^{d}$ n. 8. p. 252 C fr. 100$^{d}$ n. 12. VII p. 284 C fr. 37. p. 327 A fr. 72. p. 329 A fr. 38. VIII p. 336 E fr. 100$^{d}$ n. 1. IX p. 388 D fr. 100$^{c}$ n. 2. p. 389 B fr. 100$^{c}$ n. 3. p. 391 C fr. 100$^{c}$ n. 7. p. 394 fr. 100$^{c}$ n. 4. p. 395 F fr. 100$^{c}$ n. 5. X p. 412 A fr. 100$^{b}$ n. 6. p. 442 F. fr. 109. XI p. 477 C fr. 109. p. 496 fr. 100$^{d}$ n. 4. XIII p. 571 A fr. 134. p. 585 B fr. 100$^{d}$ n. 25. XIV p. 643 E fr. 100$^{d}$ n. 7. XV p. 668 B et E fr. 102. p. 669 D fr. 100$^{d}$ n. 24.
*Caesius Bassus* de Metr. in Keil. Gram. lat. VI p. 255 et 258 fr. 570. p. 261 fr. 571. p. 265 fr. 572.
*Charax* in Hort. Adon. p. 228 (Bekk. Anecd. p. 1154) fr. 284.
*Chronic. Paschal.* p. 207 fr. 2.
*Choerobosc.* Epimerism. in Psalm. p. 114, 32 fr. 93. *Dictat. in Theodos. Can.* p. 13, 12 fr. 517. p. 15, 14 fr. 487. p. 69, 28 fr. 473. p. 104, 5 fr. 306. p. 115, 16 fr. 555. p. 116, 5 fr. 306. p. 132, 14 fr. 543. p. 134, 20 fr. 472. p. 136, 25 fr. 96. p. 139, 25 fr. 47. p. 176, 6 fr. 528. p. 182, 10 fr. 329. p. 193, 12 fr. 488. p. 197, 26 fr. 308. p. 218, 20 fr. 555. p. 256, 23 fr. 51. p. 273, 35 fr. 306. p. 276, 36 fr. 475. p. 279, 15 fr. 382. p. 281, 1 fr. 506. p. 290, 30 fr. 306. p. 298, 15 fr. 505. p. 304, 20 fr. 474. p. 360, 26 fr. 51. p. 384, 1 fr. 475. p. 418, 18 fr. 306. p. 447, 14 fr. 497. p. 552, 34 fr. 27. p. 596, 10 fr. 532. p. 602, 15 fr. 297. Orthograph. cf. Cram. Anecd. Oxon. Tom. II. Choerob. *Περὶ ποσότητος* in Cram. Anecd. Oxon. Tom. II. Choerobosc. *περὶ ποιητικῶν τροπῶν* in Cram. Anecd. Oxon. IV. 399 fr. 98$^{a}$. Rhetor. gr. ed. Walz. Choerobosci frag. anon. p. 760 sq.
*Cicero* de Orator. II 68, 352 fr. 71. Tuscul. I 39 fr. 363.
*Clemens* Alex. Protrep. p. 25 Pott. fr. 187 et 18. p. 32 fr. 3. Strom. p. 674 fr. 75. p. 707 fr. 87. p. 708 fr. 133. p. 713 fr. 145.
*Crinagoras* in Anth. Pal. IX 545. cf. Proleg. in Hecal.
*Cyrillus* advers. Julian. p. 191 fr. 467.
*Diodori* Excerpt. Vatic. p. 32, 14 Dind. frag. 83$^{a}$.
*Diogenes Laert.* I 1, 7 cf. frag. 83$^{a}$. 23 fr. 94. 29 fr. 95. II 10 fr. 70. VIII 8 fr. 100$^{d}$ n. 13. IX 3 fr. 100$^{d}$ n. 14.
*Diogenianus.* Paroem. Praefat. p. 178 Schneidew. fr. 93.
*Dionysius Halicarn.* de Isaeo p. 594 fr. 100$^{d}$ n. 21. de Dinarch. p. 630 fr. 100$^{d}$ n. 20. p. 653 fr. 100$^{d}$ n. 18. de Demosth admir. vi dicendi p. 994 fr. 100$^{d}$ n. 19.
*Epimerismi Hom.* cf. Cram. Anecd. Ox. I. In iis fragmenta anonym. p. 779 sq.
*Erotian.* voc. Hippocrat. Conlect. ed. Klein. p. 122 fr. 199. p. 125 fr. 499.
*Etym. Magn.* p. 38, 36 fr. 129. p. 49, 48 fr. 147. p. 51, 23 fr. 236. p. 59,

4 fr. 86. p. 61, 51 fr. 103. p. 63, 31 fr. 148. p. 63, 49 fr. 88. p. 68, 34 fr. 149. p. 72, 8 fr. 324. p. 74, 15 fr. 51. p. 78, 30 fr. 518. p. 86, 30 fr. 234. p. 102, 10 fr. 233. p. 117, 15 fr. 150. p. 117, 22 fr. 325. p. 130, 3 fr. 401. p. 137, 49 fr. 130. p. 144, 52 fr. 230. p. 144, 54 fr. 44. p. 148, 39 fr. 66. p. 154, 8 fr. 151. p. 154, 30 fr. 237. p. 158, 6 fr. 152. p. 158, 8 fr. 153. p. 159, 28 fr. 238. p. 160, 30 fr. 19. p. 172, 20 fr. 379. p. 175, 51 fr. 183. p. 177, 53 fr. 13[a]. p. 195, 47 fr. 155. p. 198, 11 fr. 497. p. 201, 12 fr. 240. p. 207, 17 fr. 480. p. 207, 47 fr. 17. p. 210, 38 fr. 156. p. 212, 37 fr. 28. p. 218, 21 fr. 157. p. 219, 48 fr. 200. p. 223, 17 fr. 158. p. 223, 33 fr. 252[a]. p. 223, 34 fr. 253[b]. p. 225, 24 fr. 241. p. 229, 44 fr. 491[b]. p. 233, 6 fr. 159. p. 237, 46 fr. 200. p. 239, 15 fr. 160. p. 239, 33 fr. 200. p. 240, 6 fr. 326. p. 240, 48 fr. 242. p. 245, 31 fr. 161. p. 247, 41 fr. 110. p. 249, 7 fr. 534. p. 254, 14 fr. 162. p. 254, 47 fr. 458. p. 266, 3 fr. 243. p. 266, 44 fr. 163. p. 268, 22 fr. 164. p. 270, 20 fr. 244. p. 272, 46 fr. 36. p. 274, 1 fr. 245. p. 276, 22 fr. 246. p. 278, 28 fr. 553. p. 279, 48 fr. 165. p. 283, 1 fr. 166. p. 290, 50 fr. 67. p. 291, 18 fr. 167. p. 294, 18 fr. 247. p. 302, 12 fr. 168. p. 306, 22 fr. 169. p. 319, 42. cf. Proleg in Hecal. p. 325, 30 fr. 349. p. 330, 53 fr. 248. p. 336, 1 fr. 170. p. 365, 26 fr. 327. p. 372, 4 fr. 19[a]. p. 380, 8 fr. 201. p. 380, 38 fr. 249. p. 392, 27 fr. 82[d]. p. 394, 5 fr. 504. p. 404, 48 fr. 25[a] et [b]. p. 406, 46 fr. 171. p. 406, 51 fr. 172. p. 425, 47 fr. 173. p. 425, 48 fr. 174. p. 428, 10 fr. 175. p. 436, 18 fr. 251. p. 442, 10 fr. 96. p. 442, 38 fr. 131. p. 450, 32 fr. 35[b]. p. 461, 45 fr. 496. p. 463, 4 fr. 176. p. 477, 10 fr. 328. p. 498, 8 fr. 295. p. 498, 11 fr. 356. p. 502, 27 fr. 98. p. 504, 9 fr. 98[e]. p. 510, 12 fr. 253. p. 512, 54 fr. 177. p. 524, 24 fr. 53. p. 534, 33 fr. 78. p. 538, 16 fr. 205. p. 547, 6 fr. 66[f]. p. 551, 30 fr. 254. p. 555, 19 fr. 178. p. 567, 9 fr. 329. p. 572, 22 fr. 255. p. 572, 36 fr. 132. p. 573, 19 fr. 256. p. 587, 36 fr. 179. p. 587, 56 fr. 401. p. 594, 21 fr. 180. p. 603, 23 fr. 511. p. 612, 57 fr. 522. p. 623, 3 fr. 181. p. 636, 13 fr. 12. p. 653, 20 fr. 521. p. 659, 30 fr. 100[c] n. 1. p. 670, 31 fr. 13[b]. p. 672, 29 fr. 100[d] n. 5. p. 675, 20 fr. 331. p. 677, 52 fr. 182. p. 753, 20 fr. 256. p. 768, 17 fr. 403. p. 770, 36 fr. 509. p. 788, 24 fr. 183. p. 793, 25 fr. 257. p. 819, 4 fr. 184.

Etymol. codex *Angelicanus* ap. Ritschl. Opusc. I. p. 680 fr. 93. p. 681 fr. 324. p. 682 fr. 130 et fr. 449. p. 683 fr. 348. p. 684 fr. 160 et 200. p. 685 fr. 450. p. 686 fr. 250[a]. p. 688 fr. 78 et 98[e] et 300. p. 689 fr. 46 et 401. p. 690 fr. 13[b] et fr. 100[c] n. 1.

Etym. cod. *Bruxell.* ap. Gaisf. ad Etym. Magn. p. 63, 49 fr. 88. p. 255, 12 fr. 450.

Etym. cod. *D(orvillii)* ap. Gaisf. ad E. M. p. 342, 36 fr. 127.

Etym. *Florent.* p. 24 fr. 149. p. 25 fr. 51. p. 27 fr. 518. p. 36 fr. 440. p. 44 fr. 44. p. 50 fr. 476. p. 51 fr. 538. p. 60 fr. 323. p. 68 fr. 480. p. 75 fr. 361 et 491[b]. p. 77 fr. 159. p. 78 fr. 200. p. 79 fr. 160 et 200. p. 84 fr. 450. p. 86 fr. 243. p. 87 fr. 244. p. 89 fr. 246. p. 91 fr. 166. p. 97 fr. 311. p. 99 fr. 502. p. 104 fr. 169. p. 108 fr. 434. p. 110 fr 170. p. 113 fr. 127. p. 133 fr. 82[d]. p. 134 fr. 504. p. 138 fr. 250[b]. p. 147 fr. 173 et 174. p. 161 fr. 53. p. 171 fr. 525. p. 183 fr. 98[c] et 477. p. 187 fr. 109. p. 189 fr. 478. p. 197 fr. 308. p. 200 fr. 300. p. 203 fr. 178. p. 207 fr. 66[e]. p. 217 fr. 179. p. 221 fr. 511. p. 247 fr. 331. p. 267 fr. 378. p. 287 fr. 509. p. 298 fr. 176. p. 312 fr. 479. p. 318 fr. 82[a]. Etym. Flor. frag. anonym. p. 730 sq.

Etym. *Gudian.* p. 19, 27 fr. 93. p. 21, 20 fr. 129. p. 34, 44 fr. 103. p. 39, 9 fr. 86. p. 39, 30 fr. 324. p. 68, 24 fr. 401. p. 73, 9 fr. 130. p. 74, 58 fr. 449. p. 91, 6 fr. 348. p. 92, 40 fr. 286. [p. 94, 5 fr. 379.] p. 95, 42 fr. 82[c]. p. 102, 16 fr. 325. p. 117, 48 fr. 200. p. 128, 54 fr. 160. p. 163, 22 fr. 451. p. 172, 29 fr. 379. p. 174, 55 fr. 41. p. 210, 50 fr. 201. p. 223, 33 fr. 252[a] et [b]. p. 226, 38 fr. 250[a]. p. 226, 40 fr. 250[b]. p. 242, 30 fr. 175. p. 246, 7 fr. 13[a]. p. 261, 3 fr. 35[b]. [p. 265, 36 fr. 371.] p. 292, 23 fr. 356. p. 292, 24 fr. 295. p. 300, 11 fr. 528. p. 304, 1

γ 380 fr. 503. δ 1 fr. 224. η 107 fr. 356. κ 2 fr. 202. ξ 199 fr. 428. ρ 599 fr. 190. χ 299 fr. 46. (cf. Cramer. Anecd. Paris. III.) Schol. Homericor. fragmenta anonyma n. 327—346.

*Schol. in Horat.* Art. poet. 97 fr. 98^c.

*Schol. in Juvenal.* VII 6 fr. 100^e n. 4.

*Schol. in Lucian.* p. 221 Jacobitz. fr. 433.

*Schol. in Lycophr.* 42 fr. 563^b. 249 fr. 526. 494 fr. 66. cf. Tzetz.

*Schol. in Nicandri* Ther. 33 fr. 267. 909 fr. 64. Alexiph. 87 fr. 201 et 527. 101 fr. 139. 185 fr. 253. 433 fr. 140. 450 fr. 268. 611 fr. 228.

*Schol. in Oppiani* Halieut. IV 556 fr. 343.

*Schol. in Ovid.* Ib. 313 fr. 100^a α. 329 fr. 100^a β. 349 fr. 100^a γ. 377 fr. 100^a δ. 449 fr. 100^a ε. 465 fr. 544. 475 fr. 9. 499 fr. 100^a ζ. 590 fr. 74.

*Schol. in Pindari* Olymp. II 16 et 29 fr. 361. IV 11 fr. 382. 32 fr. 197. VI 149 fr. 213. VII 156 fr. 80. VIII 21 fr. 193. X (XI) 55 fr. 99, 198. XIII 13 fr. 541. 27 fr. 263. Pyth. I 185 fr. 119. II introd. p. 312 Boeckh fr. 100^d n. 16. III 64 fr. 91. 167 fr. 372. IV 10 fr. 264. 376 fr. 265. 459 fr. 112. V 31 fr. 266. 39 fr. 468. X 49 fr. 188. Nem. I 3 fr. 48. II 1 fr. 138 et 196. III 42 fr. 120. IV 10 fr. 121. V 25 fr. 136. IX 123 fr. 195. X 1 fr. 108. 64 fr. 122. Isth. II 9 fr. 77. Schol. de Metr. Pind. p. 15 Boeckh. fr. 98^c.

*Schol. in Platon.* ed. Bekker. p. 319 fr. 239. p. 393 fr. 323.

*Schol. in Sophoclis* Antig. 80 fr. 26. 264 fr. 209. 629 fr. 210. 1036 fr. 529. Aiac. 26 fr. 142. 374 fr. 290. Oedip. Colon. 3 fr. 272. 258 fr. 21. 314 fr. 124. 489 fr. 123. 510 fr. 273. 1621 fr. 83^c. Oedip. tyrann. 919 fr. 141. Trachin. 7 fr. 274. 308 fr. 431.

*Schol. in Theocrit.* I 27 fr. 109. 134 fr. 100^c n. 7. II 12 (Ambros.) fr. 556. 17 fr. 100^c n. 8. 120 (Ambros.) XXI. IV 16 fr. 542. 28 fr. 176. 62 fr. 366. VI 39 fr. 235. VII 34 fr. 86. [60 fr. 332.] 69 (Ambros.) fr. 580. 103 fr. 412. VIII 30 fr. 512. 86 (Ambros.) fr. 498. XIII 25 fr. 381. 56 fr. 365. XVII 15 fr. 573. 98 fr. 100^b n. 5.

*Schol. in Thucyd.* VII 57 fr. 419.

*Schol. in Vergil.* p. 80 Keil. fr. 348.

*Seneca* in Quaest. nat. IV 2 fr. 182.

*Servius* ad Vergil. Eclog. V 10 fr. 100^e n. 4. Georg. I 502 fr. 559. Aen. I 408 fr. 8. III 16 fr. 407. VIII 778 fr. 7. XI 543 fr 409.

*Sextus* Empir. adv. Dogmat. p. 402 Bekker. fr. 86. adv. Mathemat. p. 672 Bekk. fr. 70.

*Solinus* in Collect. rer. memorab. ed. Mommsen. p. 86 fr. 396.

*Stephanus* Byz. in Ethnic. ed. Mein. p. 3, 20 fr. 259. p. 42, 15 fr. 412. p. 45, 16 fr. 305. p. 45, 21 fr. 51^a. p. 48, 3 fr. 417. p. 74, 8 fr. 369. p. 74, 19 fr. 367. p. 79, 16 fr. 186. p. 82, 25 fr. 259. p. 104, 13 fr. 29. p. 104, 16 fr. 82. p. 110, 4 fr. 14. p. 130, 6 fr. 13. p. 147, 13 fr. 548. p. 157, 6 fr. 260. p. 223, 15 fr. 32. p. 224, 7 fr. 234. p. 227, 4 fr. 30. p. 231, 3 fr. 552. p. 240, 16 fr. 73. p. 247, 11 fr. 24^a. p. 248, 4 fr. 306. p. 261, 19 fr. 168. p. 300, 9 fr. 86. p. 301, 5 fr. 99. p. 312, 17 fr. 100^f n. 2. p. 322, 8 fr. 54. p. 382, 30 fr. 100^f n. 1. p. 393, 7 fr. 23. p. 417, 13 fr. 66^a. p. 422, 15 fr. 31. p. 423, 1 fr. 54. p. 425, 2 fr. 333. p. 430, 3 fr. 15. p. 441, 12 fr. 56. p. 447, 4 fr. 16. p. 458, 14 fr. 351. p. 465, 9 fr. 33. p. 470, 8 fr. 126. p. 507, 8 fr. 368. p. 601, 2 fr. 370. p. 635, 12 fr. 18. p. 635, 21 fr. 57. p. 637, 3 fr. 4. p. 648, 3 fr. 362. Stephani fragmenta anonyma. n. 294—320.

*Stobaeus* in Eclog. Physic. I 41. p. 309 Mein. fr. 100^b n. 2. in Florib. [tit. 57 fr. 425.] 59 fr. 111. 76 fr. 127. 81 fr. 106. 96 fr. 179. 113 fr. 67. 115 fr. 11.

*Strabo* in Geograph. I p. 44 Casaub. fr. 563^a. p. 46 fr. 104 et 113. V p. 216 fr. 104. VII p. 299 fr. 563^a. VIII p. 347 fr. 112. p. 354 fr. 75^a. IX p. 397 fr. 100^e n. 1. p. 438 fr. 82^b et 98^d. X p. 484 fr. 112 et fr. 113. XVII p. 805 fr. 501. p. 837 fr. 112 et 550.

*Suidas* in Lexic. ed. Bernhardy. I p. 9 s. ἄ fr. 323. p. 105 s. ἀδμωλία fr. 338. p. 126 ἄειρεν fr. 216. p. 187 Ἄκτια fr. 1. p. 208 ἀλετρίς fr. 232. p. 209 Ἀλεῖος fr. 99. p. 219 ἄλλικα fr. 149. p. 277 ἀμιθρῆσαι

fr. 339. p. 288 ἀμπρεύοντες fr. 234. p. 554 ἀπεστώ fr. 340. p. 591 ἀποβράσματα fr. 232. p. 664 ἀπ' οὔατος fr. 301. p. 689 ἀράχνη fr. 304. p. 748 ἀρμοῖ fr. 44. p. 801 ἀσπαστοί fr. 427. p. 812 ἄστρια fr. 238. p. 815 ἄστυρον fr. 288. p. 887 ἄφαρον fr. 183. p. 941 βάλε fr. 66[e]. p. 1088 γέντα fr. 309. p. 1092 γεργέριμον fr. 50. p. 1170 δανά fr. 289. p. 1171 δανάκη fr. 110. p. 1228 δεινόν fr. 273. p. 1230 δινομένην fr. 51. p. 1350 διθυραμβοδιδάσκαλοι fr. 83[b]. p. 1468 δύη fr. 302. I 2 p. 26 αἴθ' ὄφελες fr. 43. p. 93 ἐγκυτί fr. 311. p. 119 Ἑκάλη fr. 41. p. 144 ἐκόησεν fr. 53. p. 177 ἐλελελεῦ fr. 310. p. 186 ἐλικώτατον fr. 290. p. 252 ἐνέτῃσιν fr. 149. p. 287 ἐν χρῷ fr. 311. p. 358 ἐπαύλια fr. 131. p. 415 ἐπικλινές fr. 312. p. 535 ἐρώησας fr. 249. p. 610 Εὐκολίνη fr. 82[d]. p. 642 εὐρώς fr. 313. p. 757 εἰλαία fr. 332. p. 990 ἱμαῖον fr. 42. p. 1056 ἴπνια fr. 216. p. 1088 ἴσχε fr. 510. II 1 p. 39 κᾶλα παλαίθετα fr. 66[c]. p. 105 κατακᾶσσα fr. 184. p. 167 κατηναρισμένος fr. 142. p. 318 κολουραία fr. 66. p. 319 Κολωνάων fr. 428. p. 349 Κόροιβος fr. 307. p. 375 Κωλιάς fr. 66[g]. p. 379 κομῆται fr. 66[h]. p. 425 κτείς fr. 308. p. 445 κυκλίων fr. 445. p. 477 κύφελλα fr. 279. p. 493 λάκτιν fr. 178. p. 517 λαίφη fr. 245. p. 693 Μαραθών fr. 350. p. 760 μέλδοντες fr. 309. p. 776 μεμβλωκός fr. 124. p. 821 μὴ τὸ ἀπηγορευτικόν fr. 144. p. 889 Μοῦσαι καλαί fr. 83[c]. p. 913 μύωψ fr. 46. p. 943 ναὶ μὰ τὸ fr. 49 et 66[d]. p. 981 νήχυτος fr. 318. p. 1017 νωσάμενος fr. 345. p. 1194 οὐ γάρ fr. 92. II 2 p. 5 πάγας fr. 222. p. 43 παναρκέος fr. 48. p. 199 περιδέξιος fr. 303. p. 223 περιπηχύναντες fr. 228. p. 274 πίλημα fr. 124. p. 358 πονηρός fr. 227. p. 367 πορθμήιον fr. 110. p. 507 πρῷ fr. 84. p. 532 πτωχοῦ πήρα fr. 360. p. 535 ποίη fr. 182. p. 693 σέβας fr. 299. p. 758 Σιμωνίδης fr. 71. p. 880 στάδιος χιτών fr. 59. p. 992 σῦφαρ fr. 49. [p. 1025 τᾶλις fr. 210.] p. 1295 ὑδατηγός fr. 42. p. 1425 Φασηλιτῶν θῦμα fr. 100[b]. p. 1507 φθινόπωρον fr. 50. p. 1531 φορυτόν fr. 216. p. 1726 ψύθος fr. 184. Suidae frag. anon. cf. n. 1—66.

*Syncellus* p. 196 C fr. 433.

*Tatianus* in orat. ad Graec. 48 fr. 390.

*Terentianus* Marus v. 1885 fr. 36.

*Tertullianus* in libro de Coron. VII fr. 414[a], [b], [c].

*Theodosius* Alex. in Gramm. p. 42 Goettl. fr. 27, *id.* in cod. Havn. p. 1975 fr. 565.

*Theognostus* in Canon. cf. Anecd. Oxon. Crameri II.

*Theophylact. Simocatt.* in dial. Hist. init. fr. 422. *id.* in Quaest. phys. p. 7 fr. 422.

*Tortellius* in Orthogr. p. 136 fr. 561.

*Trypho* in libro de trop. poet. p. 52 fr. 93[b]. p. 271 fr. 98[a].

*Tzetzes* in Allegor. p. 609 Matrang. fr. 86. *id.* in Chiliad. IV 390 p. 135 Kiessl. fr. 413. VIII 228 fr. 77. VIII 837 fr. 52. *id.* in Epist. 43 Pressel. fr. 52. *id.* in Schol. Hom. I 312 (p. 419 Matrang.) fr. 98. I 357 fr. 222. I. 609 fr. 21. *id.* in Lycophr. 45 fr. 202. 139 fr. 373. 152 fr. 207. 208 fr. 374. 351 fr. 269. 409 fr. 203. 494 fr. 66. 513 fr. 100[c] n. 9. 598 fr. 204. 607 fr. 205. 617 fr. 221. 647 fr. 270. 717 fr. 194. 739 fr. 202. 771 fr. 180. 817 fr. 513. 869 fr. 22. 941 fr. 206. 1022 fr. 104. 1141 fr. 406. 1225 fr. 207. 1316 fr. 535. 1322 fr. 66. 1424 fr. 100[a] n. 6.

*Varro* de ling. Lat. V 113 fr. 408. VII 34 fr. 409.

*Zenobius* in Paroemiogr. cent. I 31 fr. 79. V 66 fr. 360.

*Zenodotus* de voc. animal. p. 229 fr. 423.

*Zonaras* in Lexic. p. 45 fr. 338. p. 54 fr. 216. p. 97 fr. 43. p. 125 fr. 149. p. 160 fr. 234. p. 250 fr. 232. p. 310 fr. 44. p. 324 fr. 238. p. 446 fr. 200. p. 470 fr. 289. p. 482 fr. 458. p. 489 fr. 51. p. 500 fr. 243. p. 524 fr. 244. p. 612 fr. 311. p. 628 fr. 169. p. 635 fr. 247. p. 670 fr. 53. p. 689 fr. 290. p. 689 fr. 434. p. 876 fr. 249. p. 951 fr. 171. p. 1118 fr. 216. p. 1189 fr. 98 et fr. 255. p. 1214 fr. 109. p. 1270 fr. 300. p. 1275 fr. 254. p. 1276 fr. 254. p. 1361 fr. 179. p. 1444 fr. 181. p. 1645 fr. 454. p. 1808 fr. 257. Zonarae frag. anonym. cf. n. 136—139.

# INDEX VOCUM CALLIMACHEARUM.

(Numeri Romani Hymnos significant, E. significat epigrammata, E. dub. epigrammata dubia, E. inc. epigrammata incerta, F. fragmenta, An. fragmenta anonyma.)

# INDEX NOTARUM.

## A.

## D.

## K cf. C.

## L.



## M.



## N.

## O. Ω.

## T. Θ.



## V.

## Υ.



## Z.

# BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA

RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

**FR. JACOBS** ET **VAL. CHR. FR. ROST.**

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

## Bedeutend ermässigte Preise.

| Erschienen sind bis jetzt: | ℛ | Ngr. |
|---|---|---|
| **Aeschinis** in Ctesiphontem oratio recensuit explicavit *A. Weidner*. | 1 | 6 |
| **Aeschyli** Choephorae, illustr. *R. H. Klausen*. 8. mai. 1835 . . . | — | 22½ |
| ——— Agamemno, illustr. *R. H. Klausen*. Ed. II. ed. *R. Enger*. 8. mai. 1863 | 1 | 7½ |
| **Anacreontis** carmina, **Sapphus** et **Erinnae** fragmenta, annotatt. illustr. *E. A. Moebius*. 8. mai. 1826. . . . . . . . . . . . . | — | 6 |
| **Aristophanis** Nubes. Ed. illustr. praef. est *W. S. Teuffel*. Ed. II. 8. mai. 1863 | — | 12 |
| **Delectus epigrammatum Graecorum,** novo ordine conc. et comment. instr. *Fr. Jacobs*. 8. mai. 1826 . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 18 |
| **Demosthenis** conciones, rec. et explic. *H. Sauppe*. Sect. I. (cont. Philipp. I. et Olynthiacae I—III.) Ed. II. 8. mai. 1845 . . . | — | 10 |
| **Euripidis** tragoediae, ed. *Pflugk* et *Klotz*. Vol. I, II et III. Sect. I—III. | 4 | 27 |
| Einzeln: | | |
| ——— Medea. Ed. III . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 15 |
| ——— Hecuba. Ed. II . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 12 |
| ——— Andromacha. Ed. II . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 12 |
| ——— Heraclidae. Ed. II . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 12 |
| ——— Helena. Ed. II . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 12 |
| ——— Alcestis. Ed. II . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 12 |
| ——— Hercules furens . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 18 |
| ——— Phoenissae . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 18 |
| ——— Orestes . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 12 |
| ——— Iphigenia Taurica . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 12 |
| ——— Iphigenia quae est Aulide . . . . . . . . . . . . . . . | — | 12 |
| **Hesiodi** carmina, recens. et illustr. *C. Goettling*. Ed. II. 8. mai. 1843 | 1 | — |
| Einzeln: | | |
| ——— Theogonia . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 7½ |
| ——— Scutum Herculis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 5 |
| ——— Opera et dies . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 10 |
| ——— Homeri certamen, fragmenta et vita Hesiodi . . . . . . . | — | 15 |
| **Homeri** Ilias, varietat. lect. adi. *Spitzner*. Sect. I—IV. 8. mai. 1832—36 | 1 | 15 |
| Einzeln: | | |
| ——— Sect. I. lib. 1—6 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 9 |
| ——— Sect. II. lib. 7—12 . . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 9 |
| ——— Sect. III. lib. 13—18 . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 13½ |
| ——— Sect. IV. lib. 19—24 . . . . . . . . . . . . . . . . . | — | 13½ |
| Die einzige Ausgabe der Ilias, welche den kritischen Apparat vollständig enthält. | | |
| **Lysiae** et **Aeschinis** orationes selectae, ed. *I. H. Bremi*. 8. mai. 1826 | — | 15 |
| **Lysiae** orationes selectae, ed. *I. H. Bremi*. 8. mai. 1826 . . . . | — | 9 |
| **Pindari** carmina cum deperditarum fragm., variet. lect. adi. et comment. illustr. *L. Dissen*. Ed. II. cur. *Schneidewin*. Vol. I. 1843 | 1 | 9 |
| ——— Vol. II. Sect. I. II. (Comment. in Olymp. et Pyth.) 1846. 47. (à 15 Ngr.) . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 1 | — |
| **Platonis** opera omnia, recensuit, prolegomenis et commentariis instruxit *G. Stallbaum*. X voll. (21 Sectiones). 8. mai. 1836—61. compl. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 21 | 15 |
| Einzeln: | | |
| ——— Apologia Socrati et Crito. Ed. IV. 1858 . . . . . . . . . | — | 24 |

| | ℛ | Ngr |
|---|---|---|
| **Platonis opera omnia** ed. *G. Stallbaum.* | | |
| —— Phaedo. Ed. IIII. cur. *Wohlrab.* 1866 | — | 27 |
| —— Symposium c. ind. Ed. III. 1852 | — | 22½ |
| —— Gorgias. Ed. III. 1861 | — | 24 |
| —— Protagoras c. ind. Ed. III. ed. *Kroschel.* 1865 | — | 18 |
| —— Politia sive de republica libri decem. 2 voll. Ed. II | 2 | 15 |
| Einzeln: | | |
| —— —— Vol. I. lib. I—V. 1858 | 1 | 12 |
| —— —— Vol. II. lib. VI—X. 1859 | 1 | 3 |
| —— Phaedrus. Ed. II. 1857 | — | 24 |
| —— Menexenus, Lysis, Hippias uterque, Io. Ed. II. 1857 | — | 27 |
| —— Laches, Charmides, Alcibiades I. II. Ed. II. 1857 | — | 27 |
| —— Cratylus cum. ind. 1835 | — | 27 |
| —— Euthydemus. 1836 | — | 21 |
| —— Meno et Euthyphro itemque incerti scriptoris Theages, Erastae, Hipparchus. 1836 | 1 | 12 |
| —— Timaeus et Critias. 1838 | 1 | 24 |
| —— Theaetetus. Ed. II. rec. *Wohlrab.* 1869 | 1 | — |
| —— Sophista. 1840 | — | 27 |
| —— Politicus et incerti auctoris Minos. 1841 | — | 27 |
| —— Philebus. 1842 | — | 27 |
| —— Leges. Vol. I. lib. I—IV. 1858 | 1 | 6 |
| —— —— Vol. II. lib. V—VIII. 1859 | 1 | 6 |
| —— —— Vol. III. lib. IX—XII. et Epinomis. 1860 | 1 | 6 |
| **Sophoclis** tragoediae, rec. et explan. *E. Wunderus.* 2 voll. 8. mai. 1847—1857 | 3 | — |
| Einzeln: | | |
| —— Philoctetes. Ed. III | — | 12 |
| —— Oedipus tyrannus. Ed. IV | — | 12 |
| —— Oedipus Coloneus. Ed. III | — | 18 |
| —— Antigona. Ed. IV | — | 12 |
| —— Electra. Ed. III | — | 12 |
| —— Aiax. Ed. III | — | 12 |
| —— Trachiniae. Ed. II | — | 12 |
| **Thucydidis** de bello Peloponnesiaco libri VIII, explan. *E. F. Poppo.* 4 voll. 8. mai. 1843—1866 | 4 | — |
| Einzeln: | | |
| —— Lib. I. Ed. II | 1 | — |
| —— Lib. II. Ed. II | — | 22½ |
| —— Lib. III | — | 18 |
| —— Lib. IV | — | 15 |
| —— Lib. V | — | 15 |
| —— Lib. VI | — | 18 |
| —— Lib. VII | — | 15 |
| —— Lib. VIII | — | 15 |
| **Xenophontis** Cyropaedia, comment. instr. *F. A. Bornemann.* 8. mai. 1838 | — | 15 |
| —— Memorabilia (Commentarii), illustr. *R. Kühner.* 8. mai. 1858. Ed. II | — | 27 |
| —— Anabasis (expeditio Cyri min.), illustr. *R. Kühner.* 1852 | 1 | 6 |
| Einzeln à 18 Ngr: | | |
| Sect. I. lib. I—IV. | | |
| Sect. II. lib. V—VIII. | | |
| —— Oeconomicus, rec. et explan. *L. Breitenbach.* 8. mai. 1841 | — | 15 |
| —— Agesilaus ex ead. recens. 8. mai. 1843 | — | 12 |
| —— Hiero ex ead. rec. 8. mai. 1844 | — | 7 |
| —— Hellenica, Sect. I. (lib. I. II.), ex ead. rec. 8. mai. 1853 | — | 12 |
| —— —— Sect. II. (lib. III—VII.), ex ead. rec. 8. mai. 1863 | 1 | 18 |

Druck von B. G. Teubner in Leipzig.